BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
13
13 E
8

13-20, h, 51

Digitized by Google

~~XXIIII d 19~~

Don Hilarionij Rancati ex dono authoris

17. 8.

Digitized by Google

DE CLAVIBVS PETRI,

Digitized by Google

Digitized by Google

DE CLAVIBVS PETRI
OPVS
IN IV. LIBROS DIVISVM

PRIMVS EST
De Claui Papalis Dignitatis, Poteſtatis, Iuriſdictionis.
Pro Iuris vtriuſque Prudentibus.

SECVNDVS
De Claui Intelligentiæ & Interpretationis Sacrarum Scripturarum.
Pro earum Interpretibus & Concionatoribus.

TERTIVS
De Claui Fidei Dogmaticæ ad docendum: Practicæ ad operandum.
Pro Theologis Scholaſticis & Miſſionarijs.

QVARTVS
De Claui Sacramentorum in genere & in ſpecie:
Pro Theologis Moralibus & Parochis.

Additis tribus Controuerſijs. 1. De Hæreſi & Schiſmate. 2. De Sacerdotio Chriſti. 3. De Peccato Originali.
Ad Confutationem Hæreticorum.

Opus multarum vigiliarum, magna Bibliorum, Canonum, Conciliorum, Patrum, Scholaſticorum authoritate firmatum.

AVTHORE P. F. FRANCISCO A S. AVGVSTINO MACEDO MINORITA
Conimbricenſi, Luſitano, Magiſtro Philoſophiæ, Theologiæ Profeſſore, & in Vrbano de Propaganda Fide Collegio Controuerſiarum Lectore: Sanctæ Inquiſitionis in Vrbe Qualificatore.



ROMÆ, Typis Philippi Mariæ Mancini: Anno M. DC. LX.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

SANCTISSIMO P.D.N.
ALEXANDRO VII.
PAPAE.

NON auderem ad ſummum in quo ſupra humanum faſtigium, & in ſuperum confinio poſitus ſedes; vel litterarij officij, cauſa Thronum, Beatiſsime Pater, accedere, niſi vidiſſem cuius vicem in terris geris, Dei, *eius in manibus ſupra Thronum ſedentis Librum*. Quo intellexi, & locum eſſe apud Cæleſtes etiam Libris; nec eorum lectione publicas, & nobiles curas interpellari. Cùm præſertim Claues Petri typis expreſſas hic noſter contineat: quibus adhibitis, & portæ Pontificiæ aperiantur, & ad Te Summe Pontifex, aditus pateat: qui cùm veris, & germanis Clauibus Portas Cœli reſeres, non poteris meis adumbratis, & ſcriptis Palatii tui fores occludere. Hæc fecerunt animos ad offerendum Sanctitati Tuæ Librum, nec nomine ipſo, nec re à Maieſtate Tua alienum: imò tam proprium, vt ſi velim ſubducere, furti reus exiſtam. De Clauibus Petri opus inſcriptum, ad quem niſi ad eum, qui Petri Claues gerit, earumque exercet munia, iure pertineat? Iam vero quæ in eo argumenta tractantur tam in Te Pontificem quadrant, vt à Te profecta, ad Te redire quaſi poſtliminiò videantur. Nam quæ de dignitate, ac poteſtate Pontificia Primus Liber exponit, ad Te, qui *In eo praemines* teſte Auguſtino, *celſiore faſtigio; cui Principatum*

Apocal. 5

Auguſt. ad Bonifac. Papam.

cipatum

cipatum Sacerdotij ſuper omnes Antiquitas contulit Valentiniano 3. authore. *Et vniuerſalis Princeps, Paſtorum in* Conſtantini IV. teſtimonio Eccleſiam moderaris, haud dubiè ſpectant. *Sicut enim Chriſtus*, ait Cyrillus Alexandrinus, *accepit à Patre ſceptrum Eccleſiæ gentium, Dux ex Iſrael egrediens ſuper omnem Principatum, & Poteſtatem, & ſuper omne quodcunque eſt, vt ei cuncta curuentur, ſic & Petro, & eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit, & nulli alij, quam Petro, quod ſuum eſt, plenum, ſed ipſi ſoli dedit. Magna erat Poteſtas*, inquit Chryſoſtomus, *& doni magnitudo ineffabilis: & tamen Chriſtus ait Tibi dabo Claues Regni Cœlorum*. Huius Tu ALEXANDER Opt. Max. & geris perſonam, & ſuſtines. Quæ de Conciliis adiiciuntur, eo Tua ſunt nomine, quòd Romani Pontificis vnius ſit Concilium congregare, & in eo præſidere. Antiquiſſimo Canone Apoſtolico decernente: *Præter Romani Pontificis ſententiam non poſſe Concilia celebrari*: quem Nicænum Oecumenicum Concilium ſanxit. Inde illa Iſidori ſententia. *Nullam Synodum ratam eſſe legimus, quæ non fuerit Apoſtolicæ Sedis authoritate congregata, vel fulta*. Hinc illud ore Patrum Chalcedonenſium aduerſus Dioſcorum fulmen oraculi. *Nunquam licuit, nunquam factum eſt*. Quæ Liber Secundus de Scripturarum Intelligentia, & Interpretatione docet, á Te Beatiſſime Pater, qui in ea Sedes Cathedra, quæ ſcripturarum lapis eſt Lydius, *Quæque*, vt ait Cyprianus, *vna eſt ſupra Petram Domini ore fundata, cuius authoritati de Sanctarum Scripturarum authoritate deprompta, eos, qui pernicioſa, & peruerſa ſentiunt* Mileuitani Patres affirmant *eſſe ceſſuros, & quæ ſola pro ipſo Principatu Principis Apoſtolorum*, teſtante D. Gregorio, *in authoritate conualuit*. iure ſunt tuo examinanda, & probanda. Cuius nos Fidei lib. 3. quæſtiones proponimus, & definitiones inquirimus, eius à Te documenta poſtulamus *Romanam Fidem Apoſtolico ore laudatam* ex officio docente ab ea Sede: *Vnde*, aiunt Patres Tarraconenſis Concilii *nihil præſumptione, ſed Pontificali deliberatione præcipi-*

tur

Valentini. 3. in epiſt. ad Theodoſ. Iun.

Conſtantin. IV. in ſcripto ad Synod. Roman.

Cyrillus in lib. theſauri.

Chryſoſtom. hom. 45 in Matth.

Marcellus Papa epiſt. ad Epiſc. Antioch. Prou.

Synod. Alexandr. ad Felicem Papam

Iulius I. epiſt. ad Epiſc. Oriental. Iſidor. Præfat. ad Cōcil.

Concil. Chalced. Act. 1.

Cyprian. lib. 1. ep. epiſt. 8

Concil. Mileuit. ad Innocentium.

Gregorius Magn. lib. 6. epiſt. epiſt. 37

Tom. 2. Concil. inter Decr. Hilarii Papæ.

tur. Cuius *ſe Cathedræ communione conſociari* gloriatur Hieronymus: *& ad quam non poſſe acceſſum habere perfidiam* Cyprianus aſſeuerat. Quibus Quartus Liber Sacramentorum ſigillis munitur: ijs Tu eam authoritatem impertis, quam cum Clauibus accepiſti, eorum teſtis fidus, & incorruptus cuſtos: Apud quem depoſitum eſt gratiarum collocatum, ab eo *à quo*, inquit Innocentius, *Ipſe Epiſcopatus, & authoritas nominis huius emerſit*. In ea Eccleſia, *Cuius*, ait Ambroſius, *in omnibus ſequimur Typum, & Formam. Cuſtodiui* enim (verba ſunt Innocentij III.) *integra Fide, id quod ab Apoſtolis accepit*. Quare ſacrorum ille Antiſtes Victor Papa ad Africanos ſcripſit: *Perlatum eſt ad Sedem Apoſtolicam aliquos veſtrum in Sacramentis diſcrepare, & ob id contentiones, & æmulationes inter vos fieri, à quibus, ſi vos auertere neglexeritis, ab Apoſtolicæ Sedis, & totius Eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis*. Horum Tu ALEXANDER Pontifex Maxime, Sacrorum æque fidelis es cuſtos, ac Religionis obſeruator, nihil eſt enim in Palatio Sanctitatis Tuæ nitidius, & ornatius, quam ſacrarium: nihil Te in Sacra Vrbe ſacris deuotius: vt ex frequentia, & pietate pars ſacrorum ipſe videaris. Tandem quod in hoc vno volumine varia, & multiplex doctrina ſit, eo Tibi, & Communi, & proprio iure debetur; communi, quod Romana Eccleſia, vti omnia Dignitatum ornamenta complectitur, & Sacræ Poteſtatis iura quaquaverſum extendit, *latius præſidet Religione diuina, quam dominatione terrena, & vbique* ait ſeptima Synodus, *per totum terrarum Orbem Primatum obtinens lucet*, ita & omnia diſciplinarum genera comprehendit, & totum conficit Orbem Doctrinarum. *Hic enim erant*, inquit Leo, *conculcandæ Philoſophiæ opiniones, hic diſſoluendæ erant terrenæ Sapientiæ vanitates: hic conſutandi Dæmonum cultus: hic omnium Sacrilegiorum impietas deſtruenda, vbi diligentiſſima ſuperſtitione habebatur collectum, quod vſquam fuerat varijs erroribus inſtitutum*. Hæc enim eſt illa Turris David, *vnde* mille clypei pendent, id eſt omnia doctrinarum præ-

Hieronym. Apol. 2 contr. Ruffin.
Cyprian. epiſt. 31

Innocentius Ep. ad Conc. Carthag.

Ambroſius lib. 3. de Sacram. c. 1.
Innocentius III. in Concil. Lateran.
Victor. Papa epiſt. 2. ad Afr.

Leo Magn. ſerm. 9 de natal. Apoſtol.

7. Synod. act. 2.

Rupertus lib. 1. de diuin. Officijs.

præſidia, Ruperto authore, ad tutelam, & ornatum Fidei ad expugnationem errorum. Illa eſt Domus, cuius ędificatrix eſt ſapientia, tota ex ſaxo conſtructa ſolido, columnis ſeptem artium Liberalium erectis, & menſa omnium diſciplinarum ferculis, mira & ſuauitate, & varietate conditis referta; vbi ſtudioſis mentibus lautum conuiuium apparatur: nouo ſapientiæ Manna inducto, *omnem ſaporem* literariæ voluptatis continente. Hanc Tu ALEXANDER Max. communem cum cæteris Pontificibus laudem, propriam tuam, & ſtudio, & prouidentia effeciſti. Studio: quód Iuuenis, Philomatum eſſe te, & re, & nomine voluiſti, & iam tum in ea ætate Encyclopædiá palam exhibitá ad hanc cæleſtis Sapientiæ cathedram prælusiſti. Poſt eá nunquam intermiſsis, vel inter grauiſſimas occupationes ſtudijs, quæ & ipſæ diſciplinæ rerum publicarum, & doctrinæ Principum erant, eos progreſſus feciſti, vt *Sapientis* laudem omnium ſis iudicio aſſecutus. Prouidentia: quód doctiſsimus, doctorum Te hominem Mœcenatem præſtitiſti, vt eos ad Te alliceres, allectos beneuolentia deuincires, deuinctos ornares, cum ijs nobiles curas diuideres: ac ex eorum iucunda conſuetudine ſubſidium animo quæreres.

Iam veró quód Auguſtini hoc in libro princeps doctrina ſit, illud é re tum publica, tum priuata tua eſt. Publica, quia nemo Doctor Auguſtino plus Romanæ Sedi, Cathedręque detulit, nemo illius authoritatem altiús euexit, nemo eius ſe iudicio dimiſsius ſubiecit: nemo eiuſdem aduerſus hæreticos decreta ardentius poſtulauit, nemo ea tanquam fulmina in eoſdem vehementius contorſit. Nemini alij plures Pontifices Catholicæ, & Apoſtolicæ doctrinę teſtimonium reddiderunt: atque adeo ſuam fecerunt; quod tum idoneus author Proſper, tum grauiſsimum Lugdunenſe Concilium atteſtantur: Hanc Tu Beatiſsime Pater, cum lacte infans pié hauſiſti, inque animum alté demiſiſti priuatus, vt eam poſtea communis Paſtor, Doctorque Orbis comprobares. Non potuit tibi non eſſe grata, quæ lactis Te monet Tui. Illius ego rationem præcipuam habui, quód Petri Clauium ſequax ſit. *In Eccleſia*, inquit, *me tenet ab ipſa Sede Petri*

Proſper com. ad Ruffin. Conc. Lugdun. tom. 2. in Auctar. col. 1129.

cui Dominus oues ſuas paſcendas commiſit, vſque ad preſentem Epiſcopatum Sacerdotum ſucceſsio, quam vſque ad Anaſtaſium ſui temporis Pontificem deducit, ad Te Alexander Maxime, iuſtam, ſi nunc viueret, ſeriem deducturus. Hæc eſt illa de qua dicit. *Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ moueret authoritas*. De hac item illud: *Non eſt dubitandum illius Eccleſiæ nos condere gremio, quæ ab Apoſtolica Sede per ſucceſsiones Epiſcoporum Culmen authoritatis obtinuit. Cui nolle Primatus dare, vel ſummæ profectò impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ*. Eius omnino iudicio & ſententiæ ſtandum eſſe docet Arianos, Donatiſtas, & Pelagianos, cæteroſque hæreticos. Huius authoritatis vindex eſt: Pro hac pugnat aduerſus Arianos, & Semiarianos increpans eos quod Romanum Pontificem Iulium in Sardicenſi Concilio proſcripſiſſent: ac eo nomine hæreticorum Conciliabulum eſſe exiſtimauit. Hac vna demum ratione affirmat compeſci hæreticos, ac euerti hęreſes poſſe, ſi ad huiuſmodi Petram allidantur, negatque, qui ab ea ſint damnati, à quoquam abſolui recipiue debere. Quam vero ſeriò, quam demiſsè Bonifacio cum ſcriptis ſe ſuis, quæ idem ab eo exigebat Pontifex, ſubiecit? Quantoperè veneratus eſt Innocentij, & Zozimi authoritatem, qui ea quibus in Africa interſuit Concilia, ijs per ſupplices litteras ſubmiſit? vt nihil à Patribus Africanis decretum ratumue haberi vellet, niſi Apoſtolicæ Sedis calculus acceſſiſſet. Quæ ſanè mihi cauſa fuit, cur voluerim tomum iſtum de Clauibus Petri Auguſtini doctrina, & repleri, & muniri.

Aug. contr. Epiſt. Fundament.

ibidem

lib de vtil. cred. ad Honorat.

contr. Parmen. Petil. & Creſcon. contr. Iulian & Celeſt. contr. Pelag.

contr. Creſcon. lib 3 & epiſt. 163.

Epiſtol. 94. 104 ad Sixt. lib. 1. contra 2 epiſt Pelagian.

Epiſt 91. 92. 95.

Hæc pro communi & libri mei argumento, & ratione dedicandi, & perſona quam geris Pontificia ſatis. Nunc ad propria venio. Equidem, Tibi Claues Eccleſiæ, & ritè gerenti, & ſapienter tractanti non potui non tractatum de Clauibus conſecrare. Quarum enim ſymbola Claues ſunt rerum, eas Tu virtutibus repræſentas. Plurimum intereſt, quis Claues habeat. Virga in manu Moyſi miracula patrabat, norat manum, & ſequebatur. Rectè in manu Alexandri, Claues ſunt, & Doctrinæ, & Poteſtatis. Ergò ius viget, vis cadit. Soluuntur, quæ mentes erroribus ligantur, ligantur quæ mores ſoluunt vitia. Portæ aperiuntur miſe-

ricordiæ, clauduntur iniuriæ. Comprimitur Hæreſeos perfidia, compeſcitur Turcarum inſolentia, vindicatur Religio, libertas aſſeritur. Fides per vniuerſum Orbem propagatur: vincitur cupiditas, laxatur liberalitas. Omnia ſunt aperta pietati, magnificentiæ: clauſa Impietati, Auaritiæ. Currunt per Templa, per fora, per vias auri argentique venæ, erudito iam peſtilentiæ tempore curſu, tum ad miſerias leuandas, tum ad publicam vtilitatem augendam. Quis nitor in Altaribus? quis decor in ſacrarijs? quis ornatus in Baſilicis? quis ſplendor in templis? vtque á Diuinis ad humana tranſeam, quæ in circis amplitudo, quæ concinnitas in foris? quæ in auiis elegantia? quæ in palatiis magnificentia? quæ venuſtas, in vijs? quæ in Vrbe pulchritudo? Circumfers Clauem doctrinæ docta iam inde á pueritia manu. Aperis Theſauros Diuinæ Sapientiæ, & exponis. Et rurſum conuerſa in Clauam Claui hæreſum monſtra contundis, & conficis: Clauim Potentiæ ſociam alterius indiuiduam ita temperas, vt nihil detrahas authoritatis, multum tamen modeſtiæ adiicias: vt in ſummo Imperio videaris nolle imperare. Probè noſti Claues Petri non vi torqueri, ſed amore tractari. Amoris erga oues de Petro ad imperium præiudicium factū. Nempe paſcēdæ oues erant, non domandæ. Duabus virtutibus has duas Claues idoneas ad Eccleſiam adminiſtrandam reddidiſti. Prouidentia, & Miſericordia. Prouidentia oculatas; Miſericordia auritas effecit. Mentem, & cor iis impendiſti. Specularis, verè Epiſcopus quæ opus ſint ouibus, & neceſſitate præuiſa, ſubſidia prouides. Mox Paſtor re ipſa exhibes, & officium præſtas. Vna Claui conſulis animis, altera corporibus ſubuenis. Neutra manus à benefaciendo feriatur. Dextra Spiritui æterna: Siniſtra corpori caduca miniſtrat. Data ad *ædificationem* poteſtate periè veteris, ædificando, quæ intus ſunt, exemplo, quæ foris, ſumptu. Ibi pius, hic magnificus. Nec longe poſita obliuiſceris. Animæ inſtar Orbis, quæ in omnes eius partes illaberis: non commento Platonico, ſed documento Chriſtiano. Corpore Romæ præſens: conſilio, hortatu, monitis, ſubſidio, gratia vbique. Has Claues Sanctitati Tuæ diuino Beneficio datas, ita geris,

ris,

ris, vt prouidentiam,erga nos in beneficio Sanctitatis Tuæ latentem vſu ipſo agnoſcamus. Nec ego,quibus ſe prodit, virtutes commemorare, aut poſſum, aut debeo: meum eſt tantum cauſas attingere,cur librum iſtum meum de Clauibus,Sanctitati Tuæ,non alij dicare debui. Quem ego quidem cum abſoluiſſem, & de patrocinio cogitaſſem, quocunque me vertebam, non alius, niſi ALEXANDER occurrrebat. Ille iure ſuo & priuato,& publico opus vendicabat. Itaque non meæ fuit dignitatis ambitiò, ſed vis neceſſitatis. Sed beatam ego neceſſitatem dixero, quæ me ingentis voti compotem fecit,citra inuidiam, extra metum, præter ſpem, vltra votum, ſupra fortunam. Nec enim aut inuidiam incurram, qui nihil ambiui: aut metu corripiar, qui talem ſum nactus patronum: aut concepta ſpe cadam, quæ in ius eſt conuerſa: aut mihi non ſatisfaciam, qui pluſquam optarem accepi: aut non ſim de bono accepto ſecurus,cum extra poteſtatem fortunæ neceſſitas conſtituerit. Nec aliena à Clauibus affero, ſed propria. *Depoſitum* nimirum apud Patres, & Scholaſticos affero, cum Vincentio Lyrinenſi. *Non à me inuentum: quod accepi, non quod excogitaui: rem non ingenij, ſed doctrinæ: non vſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditionis, in qua non author ſum, ſed Cuſtos.* Hæc,ad Te,dum affero, ad Claues defero. Quæ *Tua* (cum Gelaſio loquar) *authoritate confirmas, & continuata moderatione cuſtodis pro tuo Principatu, quem B. Petri Sedes Domini voce perceptum, & tenuit ſemper, & retinet.* Cæterum neque Sanctitatem Tuam pœniteat Patrocinii, quo nihil poſſit donare maius; nec ea detrectet munus, quo nihil poſſit accipere minus, quid enim à Sanctitate Tua, niſi Magnum, quid á me niſi paruum poſſit proficiſci? Sed & hoc ALEXANDREVM eſt, Magna donare, & parua accipere, & accipiendo amplificare.

Lyrinenſis cap. 17

Ad Epiſcop. Dardaniæ.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

DD. CARDINALIBVS SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE.

EX quo tradendæ Sacræ, ac Polemicæ Theologiæ cauſa in hoc de Propaganda Fide Collegio Controuerſiarum Cathedram imperio, ac beneficio veſtro ſuſcepi, officij mei eſſe duxi, & priuatum docendi cum ea mihi impoſitum munus obire, & commune, ex inſtituto Sacræ Veſtrum, EE. Principes, Congregationis, Propagandæ Fidei bonum procurare. Ad vtrunque me fateor magnum momentum attulit perſpecta mihi iam domeſtico eximia veſtrûm omnium, in ijs, quæ ad educationem alumnorum, & propagationem Fidei pertinent, ſolicitudo, & induſtria, quæ me cùm mirificè ad pietatem commouebat, tum magnopere ad imitationem ſtimulabat. Quis enim acrior ad pietatis ſenſum, ac imitationis ſtudium aculeus? quàm videre tot, Eminentiſſimos Patres, Eccleſiæ principes, virtutibus animi, dotibus corporis, bonis fortunæ excellentes, naturæ, & gratiæ donis abundantes, in arce dignitatis poſitos, curas ſuas, & cogitationes ad ſalutem animarum intendere, eamque ſuſceptâ operâ, votis, ſtudijs, opibus promouere, & proprijs, quamuis grauiſſimis, negotijs anteponere? Conuenire ſæpe, conſulere, ratiocinari, excogitare vias, indagare artes, inueſtigare modos, quibus & domi confirmari Fides, & foris propagari poſſit. Ad id alumnos ex omnibus pene Orbis plagis euocare, in Collegium cogere, doctrina ſapientiæ, morumque informare, rebus ad vitæ vſum, & ſtudiorum exercitium neceſſarijs abundè inſtruere, præpoſitos, magiſtros, pædagogos, & alios id genus miniſtros adhibere, vt rectè ad Fidei, & Sanctitatis normam inſtituti, quas domi diſciplinas hauſerunt, eas ſuo deinceps tempore foras effundant, & vnde inculti exierant regiones, in eas iam exculti, ac periti redeuntes Religionem Catholicam doceant, hæreſes euertant, vitia extirpent, virtutes inſerant, & gentiles ſuos ad ſalutem perducant. Sunt & his alia maiora: Epiſcopos, &

Paſto-

*Paſtores creare, in Prouincias cum dignitate mittere, Prædicatores quærere, ex-
pedire, tum qui veteres Chriſtianos confirment, tum qui nouos colligant, & ſi-
cubi non eſt annuntiatum Euangelium, eò illud inferre conentur. In eo, indu-
ſtriam, facultates, opes collocare. Eos omnes inſtruere. hortari, alere, miniſtra-
re libros, ſacra prouidere, quæ ne deſint, ampliſſimam typographiam, diuerſarũ,
& exoticarum typis linguarum refertam, & Bibliothecam inſtructiſſimam, &
ſupellectilem lautiſſimam ad ſacros vſus in promptu habere: nec tempori, nec la-
bori, nec ſumptibus parcere: ac vniuerſum terrarum orbem metiri animo, &
cogitatione complecti: & vbi adeſſe non poteſtis corpore, ibi affectu, conſilio, &
prouidentia intereſſe. Et quidem mihi iſta ſerio expendenti in mentem veniunt
ſeptem illi in capite Agni Apocalypſeos,* oculi; qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei Apoc 5.
miſſi in omnem terram. *Hi enim cum inhærerent capiti, omnem terram ſpe-
culando circuibant. Quorum vos inſtar, Eminentiſſimi Patres, Throno Roma-
næ Sedis affixi, vniuerſum orbem cura, & cogitatione percurritis, vt nihil tam
ſit remotum, atque abſtruſum, quò veſtra ſolicitudo, & induſtria non perueniat.
Domi vigiles, foris agiles, more ſpirituum, per litteras, per operas, per libros, per
ſubſidia volatis, & vbique Fidelium corporibus, animiſque conſulitis. Non
licet vobis, Eminentiſſimi Patres, à latere Summi Pontificis, cui ex officio aſſide-
tis, auelli; immoti quippe, veluti Intelligentiæ cæleſtium ſphærarum motrices, ar-
cano impulſu orbem agitis, verſatis, mouetis. Ac vti illæ, cum his quos tor-
quent orbibus, non rapiuntur, cum tamen eo motu omnia rapiant, & foueant;
ita nec vos cum eo cui animatu veſtra conſulitis, orbe vagamini, ſed in eodem
fixi veſtigio per totam eius vaſtitatem diſcurritis, & rebus ſingulis prouidetis.
Nemo deſidioſus tam amat otium, quàm vos negotium: nemo auarus tam ſtu-
det lucris, quàm vos expenſis: nemo delicatus tam voluptatibus indulget, quàm
vos laboribus. Vnum vobis propoſitum eſt Fidem omni ope tueri, & propaga-
gare. Quod certe magno Eccleſiæ bono experimur: ſic enim Catholicos confirma-
tis, Hæreticos euertitis, Infideles informatis, Barbaros inſtruitis, vt dum hæc
Sacra Congregatio ſteterit, Chriſtiana Religio tum nuſquam defectura, tum vbi-
que incrementum acceptura eſſe videatur.*

*Hæc ad me longiſſimè inter Hæreticas nationes diſſitum cùm fama attuliſſet,
exarſi ſtudio coràm videndi, quæ abſens audiebam, & meam vobis operam, cui-
cuimodi illa eſſet, offerendi, vt cuius eram virtutis amator, & admirator, eius
pro mea tenuitate, præſtitis obſequijs particeps fierem. Cumque adſpiraſſet votis
Deus, Romam veni, & ſingulari beneficio veſtro hanc Cathedram obtinui, quæ
ad eum finem inſtituta, & erecta eſt, vt Chriſtianæ fidei diſciplina tradatur,
& hæreſum errores confutentur. Hanc cum quadriennium tenuiſſem, &
Alumnos domi informaſſem, iudicaui, non ſatis ad veſtram me imitationem
contuliſſe, niſi etiam foras hæc mea ſtudia prodirent, quorum ope quæ à me inter
priuatos parietes doctrina tradebatur, extrà emanaret, ac publica fieret; vt hac
ratione, veſtra, Eminentiſſimi Patres, Domini mei, quæ adorabam veſtigia, pro-
piùs ſequerer, & quorum nutui ſeruiebam, eorum me exemplo accomodarem.
Cumque id mihi iniuſſu veſtro non liceret, à vobis veniam poſtulaui: Placuit*

dare,

dare, imò & liberali ſubſidio, quàd tenues mea eſſent copiolæ, ad inchoandum, & efficiendum opus conferre, quo minime obtento, haud poſſem, vel ſuſcipere, vel abſoluere. Itaque manum operi adhibui, & ex ante meditatis (multarum enim vigiliarum eſt) hunc tomum confeci, quem de Clauibus Petri inſcripſi, quòd plurima doctrinarum monumenta ad tuendam, & propagandam Fidem neceſſaria, pro inſtituto Cathedræ meæ in eo reſeraui, & in vſum Sacræ Congregationis expoſui. Scio illud longe imperfectum, & indignum magnitudine veſtra munus eſſe; verum quid ego niſi exiguum afferre poſſem? Nihil Dominis a ſeruis, præter id quod in eorum eſt facultate, exigendum. Vnum precor vt affectus, & ſtudij, & fortaſſe laboris, non operis rationem habeatis, & non cuiuſmodi ſit, ſed à quo animo profectum ſit æſtimatis. Vt operis pudeat, obſequij certè non pudet. Spartam nactus ſum, hanc orno. Hunc ſi ſtudiorum meorum fructum, Eminentiſſimi Patres, pro veſtra benignitate non ſpernitis, alterum adijciam, quem adorno, vt ſi hunc, quem vobis locaui agellum, minus felicem, ſaltem non ſterilem reperiatis.

LE-

LECTORI OPTIMO.

P*RAEFARI*, *& licet, & opus eſt. Non opus eſt tamen diu te morari, ſed oportet cauſas, quæ te morari poſſent, remouere.* De Clauibus Petri *tomum quem vides inſcripſi. Cui ne ambigas, an opus reſpondeat, in quatuor libros diuiſum ſic habe. In primum rectè opinor, quadrat inſcriptio cum totus in dignitate, & poteſtate Papa verſetur. Secundus, quòd de Sacrarum Scripturarum intelligentia tractet, minus proprius Clauium videtur. At ſi animaduertas Pontificem iudicem eſſe controuerſiarum, non alienum iudicabis. De Tertio, qui Fidei Dogmaticæ, & Practicæ quæſtiones continet, ille ſolus dubitet, qui norit ad eum, & Doctrinam Fidei proponere, ac exponere, & illam ad mores, vſumque reducere. Quartus Sacramentorum ad Claues pertinet, cum Sacrorum adminiſtratio, & ad hanc iuriſdictio de Eccleſiaſtica loquor, à Pontifice manet, ac pendeat. Quas addidi Controuerſias tres. De Hæreſi, & ſchiſmate. De Sacerdotio Chriſti. De peccato Originali. Eæ ipſæ Claues ſunt ad aperienda Fidei, Baptiſmi, Euchariſtiæ oſtia opportuna. Eruntque legentibus diuerticula tædij, quod afferre ſolent morales, & prolixæ tractationes. Volui inſuper ego, quid hoc in genere diſputandi valeam, ſignificare. Id moneo Controuerſiam de Peccato originali præcedere illam, quæ eſt de Sacerdotio Chriſti, ſed prælí neceſſitate ſuo loco motam, & poſtpoſitam. Illud ſuggero Lectori, vt in alijs huiuſce operis partibus operam perdat, in hac legenda bene, opinor, illam eſſe locaturum. Hæc certè mihi vna plus quam reliquum opus ſtetit. Rerum ſylua in hoc tomo ingens, & multiplex, Tractatio varia, & operoſa. Argumentis nixa, authoribus confirmata. Stylus is eſt, quem nec Scholaſtici improbent, nec nouatores ſpernant, nec elegantes faſtidiant. In authoribus citandis ſum multus, quòd aſſiduus ſum in verſandis, ac nihil ferme præſertim in moralibus, ſine authore audeo dicere. Nec tamen exiſtimes, nihil à me noui afferri, etſi enim noua non dicam, conor dicere nouè. Locos Scripturæ, Canonum, Conciliorum, Patrum omnes penè in Fontibus vidi: expertus meo labore, quàm ſit periculoſum alienis oculis fidere. Cæterorum maiores Theologos legi, minutos non omnes, ſed complures item vidi, paucos maiorum fide cito. Nec tu mirere, Lector, homo ſum indefeſſi ſtudij pertinacis lectionis, & quem morbus nunquã tentauit: cui non modo nulla dies ſine linea, ſed ſingulis diebus multæ lineæ ductæ. Nec me doctum profiteor: ſtudioſum fateor. In promendis aliorum authorum ſenſibus anxius, in referendis fidus, in cenſendis candidus, in refutandis moderatus, ex Auguſtini doctrina, ad cuius me genium conor effingere. In meis aperiendis ingenuus, & liber; ſentio vti dico: dico vti ſentio, nec aut me ambitio, aut amor, aut timor, aut inuidentia tranſuerſum agit. Vnius veritatis ſtudio ducor. Huic litoquam omnibus, & diuitijs, & honoribus antepono. Ac verum eſſe illud Auguſtini experior.* Nihil fortius deſiderat anima, quam veritatem. *Nunquam magis mei ſum iuris, quam cum doceo; nunquam minus, quam cum diſco. Hoc tibi Lector idoneum eſto argumentum. Quæ hic Romæ, de dignitate,*

tate, authoritate, poteſtate Papæ ſcribo, eadem prorſus Londini ſcripſeram, imo, & ibi liberius. Conſtabit ſi meam Teſſeram Pontificiam Anglicis typis excuſam, cum hoc tomo de Clauibus conferas. Oculi facient fidem. Illud praoccupo. Citaſſe me in elencho authorum Torniellum inter Patres Oratorij. Legeram hunc authorum diligenter olim Madriti, cum Sacram Chronologiam docerem. Heſerat menti eum eſſe ex Clericis Cœnabiticis, credidi cum Patribus Oratorijs cenſendum. Sed ſcrupulo motus rem examinaui, ac comperi me eſſe deceptum. Itaque Congregationi S. Pauli reddendus. Tu æqui bonique conſule. Cæterum uti ſum in ſentiendo liber, & liberos operum meorum cenſores amo. Cenſe igitur, arbitrio tuo Lector, & corrige. Paratum me inuenies, imo & gratum ſi corrigas. Vale.

Fa:

Facultas Reuerendiſsimi P. Miniſtri Generalis.

FR. MICHAEL ANGELVS A SAMBVCA Totius Ord. Min. S. Franciſci Miniſter Generalis, & Seruus Dilecto nobis in Chriſto P. F. Franciſco à S. Auguſt. Macedo eiuſdem Ordinis, & Inſtituti noſtri Lectori Iubilato, de Controuerſiarum Theologicarum in Collegio de Propaganda Fide de Vrbe Profeſſori actuali, ſalutem in Domino.

OPus quoddam, cui titulus eſt, *De Clauibus Petri, &c.* à te compoſitum, & elaboratum, cum à duobus Religionis noſtræ Theologis reuiſum, & approbatum fuerit, quibus id rei commiſimus; harum vigore facultatem tibi facimus, quatenus illud cum benedictione Dei Typis mandare poſſis, ſeruatis in reliquo ſanctionibus Apoſtolicis, noſtriſque Ordinis Conſtitutionibus. Vale. Datum Romæ in Aracæli Die 15. Maij 1660.

Fr. M. Angelus de Sambuca M. Generalis.

Approbatio R. P. Fr. Petri Pauli Lottici Lectoris Generalis.

OPus iſtud, cuius titulus eſt, *De Clauibus Petri*, ex iuſſu Reuerendiſſimi Patris Miniſtri Generalis ego infraſcriptus diligenter inſpexi, cumque nihil contra Catholicam fidem, aut bonos mores, ſed potius omnia ad eiuſdem fidei exaltationem, & ſtudioſorum profectum vtilia inuenerim, typis mandari poſſe cenſeo. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Conuentu S. Mariæ de Aracæli Die 11. Maij 1660.

Fr. Petrus Paulus Lotticus de Roma in eodem Conuentu Sacræ Theologiæ Lector generalis.

Approbatio R. P. Alexij Romani Lectoris Generalis.

TOmum iſtum, qui *De Clauibus Petri* prætitulatur, ſic mandante Reuerendiſſimo Patre Michaele Angelo à Sambuca totius Ordinis S. Franciſci Miniſtro Generali, ea qua potui diligentia percurri. Cumque in eo quidpiam, quod Sanctæ Fidei, aut bonis moribus aduerſetur minimè repererim; quinimmo grauiſſimis quæſtionibus, ac ſolida doctrina refertum deprehenderim, prælo digniſſimum exiſtimaui. Prodeat igitur tantum opus in lucem, & ad tanti Præceptoris gloriam, & ad Religionis Seraphicæ decus, ac incrementum. Datum Romæ Die 11. Maij 1660.

Fr. Alexius Romanus in Conuentu Aracælitano Sacræ Theologiæ Lector Generalis.

EGo infraſcriptus cum attentione perlegi opus compoſitum à Patre Franciſco Macedo Ordinis Min. de Obſeru. S. Franciſci, quod inſcribitur *de Clauibus Petri, & de Fide Dogmatica &c.* nihilque in eo reperi, quod Catholicæ fidei, Conſtitutionibus *Rom.* Pont. aut bonis moribus aduerſetur; imò maximè profuturum exiſtimo fidelibus, & præcipuè fidei propagatoribus. Vnde luce dignum cenſeo. Dat. in Conuentu SS. 12. Apoſtol. die 10. Nouembris 1659.

Ego Fr. Laurentius Laurea Ord. Min. Conuent. S. Franciſci nunc (sic)

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. P. Magiſt. Sacri Palatii Apoſtolici.

O. Caraffa Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capiſuccus Sacri, & Apoſtolici Pal. Mag. Ord. Prædicatorum.

AVTHORES
QVI IN HOC OPERE CITANTVR,
IN SVAS CLASSES DIVISI.

Summi Pontifices.

Linus
Cletus.
Clemens
Anacletus
Alexander I.
Pius I.
Anicetus
Zephyrinus.
Pontianus
Anterus
Fabianus
Cornelius
Lucius I.
Stephanus I.
Fœlix I.
Eutychianus
Marcellus I.
Euſebius
Melchiades
Syluester
Marcus
Iulius I.
Liberius
Felix II.
Damaſus
Siricius
Innocentius I.
Zoſimus
Bonifacius I.
Celeſtinus I.
Sixtus III.
Leo I.
Gelaſius I.
Hormiſdas
Vigilius
Pelagius
Ioannes III.
Martinus I.
Agatho.
Zacharias
Adrianus I.
Nicolaus I.
Adrianus II.
Leo IX.
Gregorius VII.
Alexander III.
Innocentius III.
Innocentius IV.
Ioannes XXII.
Eugenius IV.
Pius V.
Gregorius XIII.
Sixtus V.
Clem. VIII.
Paulus V.

Concilia.

Generalia.

Nicenum
Conſtantinopolitanum.
Epheſinum.
Chalcedonenſe
Quinta Synodus
Sexta Synodus
Septima Synodus.
Octaua Synodus
Lateranenſe 1. 3. 5.
Lugdunenſe
Viennenſe
Florentinum
Tridentinum
Conſtantienſe mixt.
Baſileenſe illegit.

Particularia.

Antiochena
Ancyranum
Laodicenum
Alexandrina
Romana
Neocæſarienſe
Arelatenſe
Rhegienſe
Dioſpolitanum
Africana
Carthaginenſia
Arauſicana
Mileuitana
Toletana
Metenſe
Meldenſe
Hiſpalenſia
Pariſienſe
Bracharenſia.
Turonica
Colonienſe
Rhemenſe
Matiſconenſe
Synodus Auguſtenſis
Collatio Anglicana.

Doctores Eccleſiæ.

Græci.

Athanaſius
Baſilius
Nazianzenus.
Chryſoſtomus

Latini.

Ambroſius
Hieronymus
Auguſtinus.
Gregorius

D. Thomas.
D. Bonauentura

Patres.

Græci.

Andreas Cretenſis.
Aquila
Author Imperfecti.
Clemens Alexandrinus
Cyrillus Hieroſolymit.

Cyrillus Alexandrinus
Damaſcenus
Dionyſius Areopagita
Dionyſius Alexandrinus.
Egeſippus
Epiphanius
Euſebius
Euthymius
Gregorius Nyſſenus
Heſychius
Ignatius
Irenæus
Iuſtinus M.
Lucianus M.
Metaphraſtes
Nicetas
Oecumenius
Origenes
Papias
Philippus Presbyter
Symmachus
Sophronius
Theodoretus
Theodotion
Theophylactus

Latini.

Adelhelmus
Alcuinus
Amalarius
Anſelmus.
Amator
Ambroſiaſter
D. Antoninus
Auth. Hypognoſt.
Auth. de ver. & fal. Pœnit.
Beda
Bernardus
Bonifacius German. Apoſt.
Caſſianus
Caſſiodorus
Cyprianus
Eucherius
Fulgentius
Hilarius
Ildephonſus
Iſidorus
Iulianus Pomerius
Iunilius
Iuo Carnotenſis
Laurentius Iuſtinianus.
Martinus Bracharenſis
Maximus
Optatus Mileuit.
Pacianus
Paulus Oroſius
Petrus Damiani
Philaſtrius
Poſſeſſor
Proſper
Rabanus
Remigius
Ruffinus
Rupertus
Stephanus
Tertullianus
Vincentius Lyrinenſis

Authores Ordinis S. Auguſtini.

S. Auguſtinus
S. Thomas à Villanoua

Cardinales

Hugo de S. Victore
Aegydius Romanus
Nicolaus Cuſanus
Aegydius Viterbienſis.
Hieronymus Seripandus

Aegydius à Præſentatione
Aragon.
Argentina
Auguſtinus Triumphus
Baſilius Ponce de Leon.
Caſalius
Fraxinellus.
Gabriel Pennotus
Gratianus
Gregorius Arimin.
Laurentius Iuſtinianus.
Onuphrius Panuinius.
Paulus Venetus.

Authores Ordinis S. Benedicti,

S. Benedictus

Cardinales

Amalarius Fortunatus
Leo Oſtienſis
Petrus Damiani.

Alcuinus
Archangelus
Goffredus.
Graffis
Haymo
Mattheus Paris
Rabanus
Remigius
Rupertus
Sayrus
Strabo
Trithemius.

Authores Ordinis Ciſtercienſis.

S. Bernardus
Bartholomæus à S. Fauſto
Bernardus Lucemburgenſis.
Caramuel;
Lorca.
Petrus à S. Ioſeph

Authores Ordinis S. Dominici,

D. Thomas
D. Antoninus

Cardinales

Turre Cremata
Caietanus

Albertus Magnus
Aluarez
Angelus Paſqualis
Armilla
Balthaſar Heredia
Bannez
Bieſcas
Bzouius
Cabrera
Candidus
Canus
Capreolus
Catechiſmus Romanus
Catherinus
Conradus
Ciacconius
Durandus

Ferra-

INDEX

Ferrarienſis
Forerius
Grauina
Heruæus
Hiſpalenſis
Holcot
Ioannes Viguerius
Ioannes de la Cruz
Ledeſma
Lopez
Medina
Nagnus
Oleaſter
Paludanus
Pariſienſis
Sauonarola
Sebille
Soto.Domin.
Soto.Petr.
Sixtus Senenſis
Sylueſter
Syluius
Supplementum D.Thomæ
Tabienna
Victoria
Viguerius
Xantes Pagninus

Authores Ordinis S. Franciſci.

Cardinales.

D.Bonauentura
Petrus Aureolus
Scotus
Alexander
Aluarus Pelagius
Angelus Petricca Sonninus,
Angles
Baſſolis
Bouerius
Caſtro
Corduba
Coriolanus
Cumiranus
Faber
Feuardentius
Hauzeur
Lauræa
Lyra
Medina
Miranda
Ochamus
Ouandus
Rodriguez
Roſella
Smiſing.
Speculum
Titelmanus
Vega
Villalobos
Vvadinghus

Authores Ordinis Carmelitani.

Curſus Complutenſis
Curſus Salmanticenſis
Gabriel à S. Vincentio
Guido Carmelita
Vvaldenſis

Authores è Societate IESV.

Generales

S.P.Ignatius
P.Laynez
P.Claudius Aquauiua

Cardinales

Card.Toletus
Card.Bellarminus
Card.de Lugo
Card.Pallauicinus.

Alarcon
Alcozer
Antoninus Moraines
Arriaga
Arrubal.
Auila
Azor
Barradas
Becanus
Bubalus
Caniſius
Caſtro Palao
Comitolus
Cornelius à Lapide
Conimbricenſes
Coninch
Dicaſtillo
Dondinus
Eliſalda
Fagundez
Filiucius
Ferrantinus
Fonſeca
Fornarius
Gaſpar Sanchez
Giatinus
Granado
Grethſerus
Gualterus
Henriquez
Hurtado
IncKoferus
Layman
Leſſius
Lorinus
Meratius
Maldonatus
Mariana
Maſcaregnas
Molina
Orlandinus
Ouiedo
Poſſeuinus
Præpoſitus
Quintana Duenas
Rebellus
Recupitus
Reginaldus
Ribera
Ripalda
Roa
Sa
Salas
Salmeron
Serarius
Sanchez Thom.
Sanchez Ioan.
Sparza
Scortia
Salazar
Suarez
Suarez Cyprian.
Tannerus
Turrianus Aloyſius
Turrianus Franc
Valentia
Vaſquez

Or-

Digitized by Google

Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis.

Eſcalante
Leander à SS. Sacramento.

Carthuſienſis
Dionyſius Carthuſianus.
Surius

Ex Clericis Regularibus

Theatinis
Auguſtinus de Bellis
Diana
Molfeſius
Naldus
Paſqualigus
Thomas del Bene

Minoribus
Auerſa

Ex Seruitis
Bonuccius Generalis

Ex PP. Oratorij
Card. Baronius
Morinus
Torniellus

Ex Valle umbroſa
Tamburinus

Ex Congregatione S. Pauli Mediolanenſis.
Gauantus

Ex alijs
Cardinalis Caraffa
Cardinalis Hoſius
Cardinalis du Perron.
Cardinalis Polus
Cardinalis Roffenſis
Cardinalis Tuſcus
Congregationes Cardinalium.
Adrianus
Albericus
Alanus
Almainus
Alzedo
Andreas Freyhub.
Anguianus
Andrada
Antonius
Auguſtinus
Antonius Beuter
Arcudius
Arias Montanus
Ayala
Azeuedo
Baius
Barboſa
Baunyus
Bonacina
Brunnius
Burgenſis
Camillus Borellus
Carranza
Chriſtopolitanus
Chriſtophorus Marcellus
Clicthouæus
Coccius
Cochlæus
Cordeſius
Cornelius Ianſen. Gand.
Couaruuias
Curiel
Demochares
Decius
Ekius
Eſtius
Farinacius
Fabricius Boderianus
Fernandez
Finellus
Gabriel
Gulielmus Pariſienſis
Garzia
Genebrardus
Gemma Animæ
Gloſſæ
Gutierrez
Henricus à Gandauo
Heſſelius
Hugolinus
Iacobatius
Ioannes Andreas
Ioannes Garcia
Ioannes Haſſelanus
Iſaacus Haabertus
Laurentius Beyerlench
Lindanus
Louanienſes
Magiſter
Magiſter hiſt. Scholaſt.
Maior
Malderus
Margarinus de la Bigne
Marianus
Marſilius
Maſius
Mazzonus
Megala
Morandus
Nauarra
Nauarrus
Nebriſſa
Pamelius
Paris Craſſus
Paulus Foroſempronienſis
Paulus Iouius
Peſantius
Perionius
Petrus Bollo
Pighius
Pinellus
Poggius
Puteanus
Quaranta
Riccius
Rua
Ruardus
Sanderus
Seuerinus Binius
Simancas
Sonnius
Sotealis
Sorbonica Facultas
Spondanus
Staphylus
Torreblanca
Vargas
Vatablus
Venerus
Verallus
Villegas
Viualdus
Volaterranus
Zambranus
Zerola

Imperatores

Conſtantinus Magnus

Theo-

Theodoſius Maior
Theodoſius Min.
Marcianus
Valentinianus III.
Iuſtinianus
Conſtantinus Pogonat.
Conſtantinus, & Irena
Galla Placidia
Pulcheria Auguſta.

Philoſophi.

Triſmegiſtus
Pithagoras
Socrates
Plato
Ariſtoteles
Themiſtius
Philoponus
Auerroes
Galenus
Stoici
Epicurei

Oratores Hiſtorici Poetæ

M.Tull.Cicero
Xenophon
Lucius Florus
A.Gellius
Virgilius
Horatius
Ouidius
Plinius

Philomathi

Alexander ab Alex.
Cerda
Goropius Becanus
Lambinus
Lipſius
Mazzonus
Nebriſſa
Torrentius
Valla.

Rabbini

Rabbi Elias
Rabbi Ephad
Rabbi Kinke
Rabbi Selomoh.

Hæretici qui in hoc opere confutantur.

ABailardus
Aceſius
Aerius
Albanenſes
Albigenſis
Alogi
Althimius
Ameſius
Anabaptiſtæ
Anomæi
Antropomorphitæ
Archontici
Arius
Armeni
Arminius
Arminiani
Baſilides
Baſilidiani
Beza
biblia Anglicana
Bibliander
Bodinus
Bogomyli.
Borræus
Brentius
Bruthonus
Brunsfeldius.
Bucerus
Bughegantius
Bullingerus
Caluinus
Caluiniani
Carpocratiani
Caſtalio
Cathari
Celeſtius
Centuriatores
Chymicus
Contra Remonſtrantes
Coppinus
Danæus
Dauid Parèeus
Donatiſtæ
Dordracena Sÿnodus
Eunomius
Eunomiani
Euſtachius,
Fauſtus
Fagus
Flagellantes
Florinus
Fraticelli
Gallaſins
Gaſpar Suuenkfeldius
Geneuenſes
Gnoſtici
Gommarus
Gommariſtæ
Heleeſeitæ
Heshuſius
Hierarchitę
Hiernymus de Praga
Hunnius
Huſſitæ
Iacobltæ
Iacobus Rex Angliæ
Illyricus
Ioannes à CasKo
Ioannes Hus
Ioannes Leydenſis
Ioannes Vveſalienſis
Iulianus
Iunius
Kikèrmanus
Kemnitius
Kiniperdolingus
Lauaterus
Leo Iudas
Libertini
Lipſienſe Condiliabulum
Lutherus
Lutherani
Maccharius
Magdeburgenſes
Maior
Manichæi
Marcion
Marcus Maſcitæ
Marcus Anton.de Domin.
Melancthon
Merlinus
Meſſaliani

Mol-

INDEX

Molleruis
Molinæus Car.
Molinæus Petr.
Montanus
Mornæus
Munſterus
Muſculus
Myricus.
Nicolaitæ
Nouatiani
Oecolampadius
Oſiander
Parkeſius
Pauliniani
Pelagius
Pelagiani
Pepuzius
Peregrinus
Perkinſus
Petrus Martyr
Piſcator
Pomeranus
Porphyrius
Presbyteriani
Priſcillianus
Pteffinger
Ptolomeitæ
Puritani
Pucetus
Quintinus
Remonſtrantes
Roderus
Rullus
Sadducæi
Sarnicius
Saxonici
Scaliger
Seuerus
Seruetus
Simoniani
Socinus
Somerus
Stancarus
Stolzus
Suuenckfeldius
Suuibrandus
Symmachus
Thegutes
Theodorus Mopſueſtenus
Tremelius
Tigurini
Valentinus
Valentinus Gentilis
Vincentius Donat.
Vvaldenſes
Vvicleffus
Vvigandus
Vvillicus
Vvitakerus
Zanchius
Zuinglius

Suſpecti

Baius
Eraſmus
Valla.

ERRATA.

In quæ ſe præuia a.i.pag.4.datos l doctos Damaſceno l.Damaſo. q.1.col.1.Binſus l.Binius.16.col 2.Pertinet.l.Pertinent. p 16.col. 2.pag.26.col.1.lin.7.myſticum l.verum pag.26.col.1. Petro Apoſtolorum l. Petro & Apoſtolorum pag.32.col a ſolum Vaſquez l ſentit. pag.37.col.2.lin.27. Chriſti verùm, &c.dele,&c.lege. Chriſti verum pag.44.certi ſui l.voti ſui. 16 pugnari l.pugnaci. pag 67. in medio codicis dicitur l dicebatur. ibi ſederem l.ſedere.pag 69.col.2.quaſi l.qūas ibid.ea.l eſt.pag.76.col.1.eſſe.l.eſto pag.77.Tezpandro l.Terprandum.ibid excreſis l.excuſis pag.81.ſanctus.l.ſancti. ibid. At l. Vt p.83 col.1.ſuo.l pro.p.38.Vectili dandi l.fictili condi.pag.102.Hebidiam.l.Hedibiam, p.140. vnus ſumus. l. vnum ſumur.p.151 Noe.l.Abraham.p 158.Curſu potuit l.non potuit p.1.163.haud amplius. l.aurp. 162. non alia dele non. pag.164. tamen generis l. tantum. p 178. Hebræos 12.l.11.p.208.col.2.l.4. & 5. memineiit. l meminiſſe. Fecerit. l.feciſſe p.217 col.2.166.l.1606.ibid 167.l.1627 p.210 col.2.ad finem. Comeſtio l.Comeſtiquem.pag.228.col.2,occultus modus.l.morbus.p 231.col.1.in Circumciſio dele. in p.298;col.1.cæna.l.coqua. pag 556.aſſertur l aſſentior p.565.col.2.menus.l.minus.p 568.col.2.Conchris l.Cenchris.p 604.col.2.incta.l.inita.p.607.col.1.ea in l.caſus. p 908.col.Romæ l. ſcin Romæ p.613.col.1.iure.l.verè. p.421.col.1.ad fin.appetitiuum l appetituum p.43.col.1 princip.uates l. noctes p 432.col.2.col.fin.intra Fidem. l.extra Fidem. p.434. col.1. ad medium.probatur. l.potiuntur. p.373.col.2.prologom.41.l.4.

INDEX CAPITVLORVM.

QVAESTIO PRAEVIA.

De Hæreſi, & Schiſmate.
Art.1. Quid ſit Hæreſis, & quid ad eam requiratur?
Art. 2. De ſubiecto Hæreſeos, & quis Hæreticus ſit habendus?
Art. 3. Quid ſit Schiſma, & quotuplex, & an ab Hæreſi diſtinguatur?
Art.4. Quis ſit Author Hæreſis, & Schiſmatis?
Art.5. Vtrum primorum Parentum peccatum fuerit Hæreſis, & Schiſma?
Art.6. De cauſis Hæreſum, & Schiſmatum.

Liber Primus. De Clauibus Petri.
Diſſertatio Prima.
Cap.1. Quid Clauium nomine intelligatur?
Cap.2. De poteſtate Clauium varia Catholicorũ Authorum ſententia.
Cap.3. Fertur iudicium de prædictis ſententijs.

Diſſertatio ſecunda. De Perſona cui Claues traditæ ſunt à Chriſto.
Cap.I. Vtrum verba Chriſti. Tibi dabo Claues Regni Cœlorum ſoli Petro, an reliquis item Apoſtolis conueniant?
Cap.2. Soli Petro vti Principi, & Capiti Apoſtolorum datas Claues idoneis argumentis probatur.
Cap.3. Obiecta contra doctrinam poſitam adducuntur, & ſoluuntur.

Diſſertatio tertia. De Conſtitutione Amplitudine, Diſtinctione poteſtatis Clauium.
Cap.1. An poteſtas Clauium ſit ſpiritualis, & Eccleſiaſtica, an temporalis, & politica.
Cap.2. Proponitur iſta poteſtas Eccleſiaſtica Clauium, & in ſuas, quibus conſtat, partes reſoluitur.
Cap.3. An, & quomodo hæc poteſtas in Petro, & Apoſtolis fuerit diſtincta?

Diſſertatio quarta. De Tranſmiſſione Clauium ad Pontificem Romanum.
Cap.I. Vtrum poteſtas Clauium, quæ in Petro fuit ad Pontifices Romanos tranſierit, & quomodo in iis inſit?
Cap.2. Vtrum Epiſcopi ſint Apoſtolorum ſucceſſores, & quid inter vtroſque interſit?
Cap.3. Poteſtas Papæ, & Epiſcoporum inter ſe comparantur, & quid vtrique conueniat, diſferatque exponitur.

De Pauli cum Petro, quoad Epiſcopatum Romanum, & Clauium ordinariam, & Pontificiam Poteſtatem noua æqualitate recens inducta. Diatriba.
Cap.1. Solum Petrum eſſe Caput, & Principem Catholicæ Eccleſiæ.
Cap.2. Cur non ſederit Paulus in Cathedra Romana ſedere, rationes nonnullæ probabiles afferuntur.
Cap.3. Obiecta pro æquali Pauli cum Petro poteſtate afferuntur, & ſoluuntur.
Parergon de Chorepiſcopis.

Liber Secundus. De Fide Dogmatica.
Controuerſia prima. De Canone Authoritate, Intelligentia, Interpretatione, & vſu Sacrorum Bibliorum.
Proluſio de Hæreticorum fraude, & fuco obiecta ſpecie ſacræ eruditionis.
Cap.1. Canon Sacrorum Bibliorum proponitur, & eorum Authores proferuntur.
Cap.2. De libris ſcripturæ Canonicis Hæreticorum iudicium.
Cap.3. Argumenta Hæreticorum aduerſus noſtrum Catholicorum Canonem ſoluuntur, & retorquentur.
Cap.4. An fuerint alij libri ſacri præter enumeratos in Canone?
Cap.5. An omnia quæcunque & in veteri teſtamento Prophetæ, & in nouo Apoſtoli ſcripſerunt, afflatu Spiritus ſancti ſcripſerint, eaque omnia pro ſacris eſſent habenda, ſi extarent?
Cap.6. De cauſis cur Hæretici tot libros Canonicos, aut ſuſtulerint, aut truncarint?

Controuerſia ſecunda. De varijs editionibus & Verſionibus Scripturarum.
Cap.1. Quænam fuerit prima, & germana lingua, in qua ſacri libri ſint conſcripti, & vtrum ea editio ſit incorrupta.
Cap.2. Quæ, & quot, & cuiuſmodi fuerint tranſlationes ſacrarum litterarum ex Hebrais fontibus deducta?
Cap.3. De latinis editionibus, ac in primis de vulgata.
Cap.4. De verſionibus Heterodoxorum Latinis, & Vernaculis.

INDEX

Controuerſia tertia. De ſenſibus, & Interpretatione ſcripturarum.

Cap.1. An Sacra Scriptura obſcura ſit?

Cap.2. An plures & quot ſenſus habeat ſcriptura?

Cap.3. Qua, & qualis ſit iſta diuiſio in quatuor ſenſus, & an ſit adaquata?

Cap.4. Quod ſit optimum genus interpretandi?

Liber Tertius. De Fide Dogmatica, & Practica vſuali.

Cap.1. De neceſſitate Fidei adſalutem.

Cap.2. Qua & qualis ſit iſta Fides neceſſaria ad ſalutem?

Cap.3. Obiecta propoſita primo capite, & alia quadam noua ſoluuntur.

Cap.4. Qua Myſteria, & quomodo ſint credenda?

Cap.5. Examinatur, & explicatur magis iſta ſententia, & quaſtio perſpicuè reſoluitur.

Cap.6. Vtrum ſola Fides ſine operibus ſatis ſit ad ſalutem? opinio Hareticorum.

Cap.7. Proponitur ſentētia Catholica, & probatur.

Cap.8. Hareticorum argumenta ſoluuntur.

Cap.9. An & quomodo detur praceptum confitenda, & ſoluenda Fidei actibus externis.

Cap.10. Quomodo, & quatenus obliget praceptum confitendi Fidem affirmatiuum.

Cap.11. An ſint, & quanam ſint actiones aterna, qua repugnent pracepto confitenda fidei?

Cap.12. Quanam actiones in materia de Sacramētis licitè inter Hareticos exerceri poſſint?

Cap.13. Alia quaſtiones explicantur.

Cap.14. Alia quaſtiones ſoluuntur.

Cap.15. Vtrum & quatenus liceat vti veſtibus Infidelium?

Liber IV. De Claui Sacramentorum.

Pars Prima. De Sacramentis in Genere.

Cap.1. Circa Sacramenta Hareticorum errores.

Cap.2. Ethymologia, & definitio Sacramenti proponitur, & explicatur.

Cap.3. De Sacramentis legis Natura, & Moſaica.

Cap.4. De differentia Sacramentorum legis veteris, & noua.

Cap.5. De Sacramentis noua legis, deque illorum Authore.

Cap.6. De materia, & forma Sacramentorum, tum veteris, tum noua legis.

Cap.7. De fine, neceſſitate, & vſu Sacramentorū.

Cap.8. De ſubiecto, & effectibus Sacramentorū.

Cap.9. De miniſtris Sacramentorum.

Cap.10. Cauſent ne Sacramenta Gratiam phyſicè, an moraliter?

Appendix de Circumciſione.

Tractatus Primus. De Sacramento Baptiſmi, & Confirmationis.

Cap.1. De Authore, & tempore inſtitutionis Baptiſmi.

Cap.2. Qua ſit materia Sacramenti Baptiſmi?

Cap.3. De forma Baptiſmi.

Cap.4. De vnitate Baptiſmi.

Cap.5. De Infantibus baptiſmum ſuſcipientibus.

Cap.6. De Adultis Baptiſmum ſuſcipientibus.

Cap.7. De Miniſtro Baptiſmi.

Cap.1. De Caremonijs Baptiſmi.

Cap.9. De Patrinis, ſeu ſuſceptoribus.

Tractatus Secundus, De Sacramento Confirmationis.

Cap.1. De Natura, & inſtitutione Confirmationis.

Cap.2. De materia Sacramenti confirmationis.

Cap.3. De forma, & effectu huius Sacramenti.

Cap.4. De ſubiecto huius Sacramenti.

Cap.5. De miniſtro, & Caremonijs huius Sacramenti.

Tractatus Secundus de Sacramento Euchariſtiæ.

Cad.1. Inſtitutio, Definitio, Excellentia, Vnitas huius Sacramenti.

Cap.2. Quid includat, & quomodo conſtituatur Sacramentum Euchariſtia?

Cap.3. Vtrum hoc Sacramentum in eſſe perfecto conſtet ex materia, & forma?

Cap.4. De ſubiecto, & materia circa quam Sacramenti Euchariſtia.

Cap.5. Cuiuſmodi eſſe debeat panis, & vinum ex quibus conficitur Euchariſtia?

Cap.6 De forma Conſecrationis panis, & vini.

Cap.7. Per quam actionem ponatur Corpus Chriſti in Euchariſtia: & an rectè illa Tranſubſtantiatio dicatur, & quid ſit?

Cap.8. Fertur Iudicium de pradictis ſententijs, Reijcitur prima, & ſecunda.

Cap.9. Approbatur, exponitur, & probatur tertia ſententia.

Cap.10. Vtrum, & quomodo deſinat ſubſtantia panis, & vini, & vtrum annihiletur.

Cap.11. Quomodo ponantur, & maneant accidentia extra ſubiectum?

Cap.12. Vtrum ſpecies Sacramentales extra ſubiectum poſſint agere, & pati, quidquid poterant antea cum erant in ſubiecto?

Cap.13. Vtrum & quomodo ſit Chriſtus in Eucha-

cha-

chariſtiæ ſecundum intrinſecas partes ſubſtantiæ.
Cap.14. *Qua accidentia, quem modum exiſtendi habeat Chriſtus in Euchariſtia?*
Cap.15. *Vtrum, & quid poſſit Chriſtus agere, & pati in* Euchariſtia.
Cap.16. *De effectibus Euchariſtiæ.*
Cap.17. *De ſuſcipientibus Sacramentum Euchariæ.*
Cap.18. *De miniſtro Euchariſtiæ.*
Cap.19. *De obligatione recipiendi, dandi, & negandi Euchariſtiam.*
Cap.20. *De Communione ſub vtraque ſpecie, & adoratione Sacramenti Euchariſtiæ.*
Appendix de Sacrificio Miſſæ.
Cap.1. *An Miſſa verum ſit, & proprium nouæ legis ſacrificium.*
Cap.2. *In quo ratio ſacrificij Miſſæ conſiſtat?*
Cap.3. *A quibus, & pro quibus hoc ſacrificium conferatur.*
Cap.4. *De valore, & effectu huius ſacrificij*
Cap.5. *De præcepto, loco, & tempore huius ſacrificij.*
Cap.6. *De obligatione ſacerdotij ad miſſam dato ſtipendio dicendam.*
Cap.7. *De præcepto, & obligatione audiendi miſſam.*
Diſſertatio de Sacerdotio Chriſti.
Cap.1. *An & qui Chriſtus Sacerdos, & vtrum æternus fuerit?*
Cap.2. *De ordine, & æternitate ſacerdotij Chriſti.*
Cap.3. *Quatenus ſacrificium Miſſæ ad æternitatem ſacerdotij conferat?*
Cantrouerſia de peccato originali.
Cap.1. *Proponitur ſtatus quæſtionis ex Concilio Tridentino*
Cap.2. *Omnes hæreſes tum veteres, tum nouas hoc decreto contineri, & damnari, producitis earum Authoribus oſtenditur.*
Cap.3. *Doctrinam Concilij de peccato originali Catholicam eſſe aptè, ac breuiter probatur.*
Cap.4. *Variæ de peccato originali ſententiæ afferuntur. & explicantur.*
Cap.5. *In quo germana ratio peccati originali ſita ſit, Auguſtini, & vera ſententia.*
Cap.6. *Sententia Auguſtini à calumnijs recentiorum vindicatur.*
Cap.7. *Argumenta recentiorum aduerſus Auguſtinum adducta in eoſdem retorquētur.*
Cap.8. *Vtrum homo per peccatum originale tantum ſpoliatus fuerit gratuitis, an etiam vulneratus in naturalibus?*
Cap.9 *Iudicium de prædictis ſententijs, & electio ſecunda.*
Cap.10. *Qualis futurus eſſet ſtatus puræ naturæ?*
Prima pars capitis. De pugna partium animæ inter ſe, & concupiſcentia.
Secunda pars capitis. De carnali concupiſcentia, & libidine.
Tertia pars capitis. Soluitur vnum, & validum argumentum.
Cap.11. *An & aliquæ proprietates naturæ in ſtatu puro, eidem naturæ in ſtatu integro conueniant?*
Cap.12. Concluditur *aduerſus Arminianos naturam per peccatum originale non ſolum ſpoliatam fuiſſe gratuitis, ſed etiam vulneratam in naturalibus, & argumenta oppoſita ſoluuntur.*
Cap.13. *Quomodo traducatur; & contrahatur peccatum originali Adami ad poſteros.*
Cap.14. *Varij traductionis peccati originalis, & argumenti Pelagiani ſoluendi modi afferuntur, & examinantur.*
Cap.15. *De origine animæ inquiritur, & via ad traducem culpæ aperitur.*
Cap.16. *Supponuntur nonnulla ad notitiam traducis peccati neceſſaria, & ad illud perducendum ad animam rationalem accuratè via munitur.*
Cap.17 *Via demum, & tradux peccati originalis inuenitur.*
Cap.18 *De pœnis peccati originalis.*
Sectio prima de pœnis corporalibus.
Sectio ſecunda de pœnis ad animum ſpectantibus.
Sectio tertia de pœnis peccati originalis poſt hanc vitam.
Tractatus III. de Sacramento Pœnitentiæ.
Cap.1. *De virtute Pœnitentiæ.*
Cap.2. *Nonnullæ quæſtiones circa obiectum, & actum Virtutis Pœnitentiæ reſoluuntur.*
Cap.3. *Vtrum Pœnitentia ſit virtus infuſa, & quid conferat ad remiſſionem peccati?*
Cap.4. *Vtrum peccatum remitti poſſit ſine mutatione ex parte peccatoris, & ſine infuſione Gratiæ ex parte Dei?*
Cap.5. *Quomodo remittantur peccata mortalia & pœna illorum, & peccata venialia per Pœnitentiam.*
Cap.6. *Vtrum peccata per conſequens peccatum redeant, & merita per Pœnitentiam reuiuiſcant*

uiſcant.
Cap.7. Vtrum, quando, & quomodo obligemur ad Pœnitentiam?
Pars II. Libri de Sacramento Pœnitentiæ.
Cap.1. Vtrum ſit, & quando ſit inſtitutum, & quomodo Sacramentum Pœnitentiæ?
Cap.2. Quæ ſit materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ & quomodo intelligatur.
Cap.3. Quæ, & qualis Confeſſio ad Sacramentum Pœnitentiæ requiratur.
Cap.4. De effectu, nullitate, & reiteratione confeſſionis.
Cap.5. De Miniſtro huius Sacramenti.
Cap.6. De approbatione miniſtri, & de facultate eligendi miniſtrum Pœnitentibus conceſſa.
Cap.7. De obligationibus Confeſſarij erga Pœnitentem generatim, deinde tempore ſanitatis, & peſtis.
Quæſtio, an Epiſcopus in Diœceſi exiſtens extra Ciuitatem, ingruente in Ciuitatem peſte, teneatur eam ingredi, vt gregi ſuo prouideat, quamquam vita periclitetur.
Cap.8. De reſeruatione peccatorum.
Cap.9. Quomodo gerere ſe debeat ſuperior circa abſolutionem à reſeruatis.
Cap.10. de ſigillo Confeſſionis.
Cap.11. de ſatiſfactione.
Appendix de Indulgentijs.
Cap.1. An ſit, & quod ſit Purgatorium.
Cap.2. De Indulgentia, & ſuffragio quid ſint, & qui differant.
Cap.3. An & vnde ſit in Eccleſia poteſtas concedendi Indulgentias?
Cap.4. De Miniſtris concedentibus Indulgentias, & ſpeciebus earum.
Cap.5. de effectu Indulgentiæ, & de conditionibus ad illum requiſitis.
Cap.6. An & quomodo Indulgentiæ applicentur & proſint defunctis?
Cap.7. de Iubilæo.
Tractatus IV. de Sacramento Extremæ Vnctionis.
Cap.1. A quo Authore, quo tempore ſit inſtitutum?
Cap.2. Quæ ſit materia, quæ forma huius Sacramenti?
Cap.3. de ſubiecto, & neceſſitate huius Sacramenti.
Cap.4. de Miniſtro, & effectu huius Sacramenti.
Tractatus V. de Sacramento Ordinis.
Cap.1. Quid, & quotuplex ſit Ordo?
Cap.2. Vtrum, & quomodo hi ordines ſint Sacramentum?
Cap.3. quæ ſit materia, & forma ſingularum ordinationum?
Cap.4. de ſubiecto, & conditionibus ſubiecti ordinandi.
Cap.5. de Miniſtro Ordinationum.
Cap.6. de erroribus in ordinatione accidentibus.
Cap.7. de Cœlibatu, & Tonſura Clericorum
Cap.8. de Cardinalibus.
Tractatus IV. De Sacramento Matrimonij.
Cap.1. Quid ſit? quare ſit, & quomodo ſit Matrimonium Sacramentum?
Cap.2. De Matrimonio Infideliū, & Clandeſtino.
Cap.3. De Matrimonio coacto, & ſimulato.
Cap.4. De Matrimonio conditionali.
Cap.5. de debito coniugali.
Cap.6. De cohabitatione, & Thoro.
Cap.7. De Filijs legitimis, & illegitimis.
Cap.8. De Diuortio.
Cap.9. De impedimentis dirimentibus Matrimonium. Ac primum de Errore, & voto.
Cap.10. De impedimento conſanguinitatis, & affinitatis.
Cap.11. De Impedimento legalis, & ſpiritualis cognationis, & ligaminis.
Cap.12. De Impedimentis Criminis, Aetatis, & Raptus.
Cap.13. De impedimentis impotentiæ, & diſparitatis cultus.
Appendix. De Sponſalibus.
Cap.1. Quid ſint, & quomodo teneant?
Cap.2. Quomodo obligent ſponſalia?
Cap.3. Quænam ſit ætas ad ſponſalia, & matrimonium requiſita?
Cap.4. Quæ cauſæ in ſacris dirimant ſponſalia?
Cap.5. Quarum rerum defectu dirimantur ſponſalia?
Cap.6. Quarum rerum interuentu diſſoluantur ſponſalia?
Cap.7. Per quas mutationes accedentes ſponſalibus, iſta dirimantur?

QVAE-

QVÆSTIO PRÆVIA.

DE HAERESI ET SCHISMATE.

ARTICVLVS I.

Quid ſit Hæreſis, & quid ad eam requiratur?

HAERESIS propriè, tum Græco, tum Latino ſenſu accepta, eſt, Deliberata de re aliqua cōſtanſque ſententia. Ducit ab

Hieron:

electione Hieronymus citatus à Decreto 24. q. 3. apud D.Thomam 1.2.

D.Thom.

q.11.a.1.initio,& in corp. & ab eodem electionem importare, dicitur. Diuiditur in priuatam, & communem, cùm priuata placitum; cùm communis, ſecta dicitur. Hinc placita Philoſophorum, & ſectæ Philoſophantium. Hoc ſenſu accepta, à vero falſoque præſcindit. Aliter ſumitur ab Eccleſia; eſtque Error voluntarius contra veritatem Fidei Diuinæ ab homine Chriſtiano ſuſceptus, & pertinaciter retentus. Quæ eſt iuſta Hæreſis definitio, hauſta ex Auguſtino

D. Augu.

lib.4.de Baptiſ.contra Donatiſt.cap.16.& epiſt.162.& lib 18.de Ciuit c.5. quā refert *cap. Dixit Dominus 24.q.3.& Can.1.ead.q.3.* & probat *Clem.vnic.de S.Trinit.& Clem.vnic.§.ſi quis de vſuris.* tradita à D. Thoma *2.2.q.11.* ac-

D.Thom.

cepta à Theologis, quos magno numero citant Sanchez *lib.2. Præceptor. Moral.cap.7.* & Layman *l.2.tr.13.* & Vaſq. 1.2. *d.126 cap.1.& 2.*

Sanch.

Layman,
Vaſq.

Eſt autem Hæreſis formaliter in intellectu, in quo conſummatur peccatum cœptum in voluntate, cuius actum prauum, & ſupponit hæreſis intellectus, & inuoluit, vt exiſtat peccatum; quod omnino voluntarium eſſe debet. Patet exemplo Fidei, cui hæreſis opponitur, quæ eſt virtus intellectualis ratione aſſenſus, qui eſt ſupernaturalis imperatus à voluntate mota per Gratiam: atque adeo actus liber et meritorius, quemadmodum tradit D.Thomas *2.2.q.2.a.9.& q.3.a.1.& 2.* & alibi. D.Thom

Multæ hinc, & nobiles quæſtiones exiſtunt. Prima, quid ſit pertinacia? Secunda. Quando & quomodo, & in quibus actibus exiſtat? Tertia, an, & qua cū ignorantia conſiſtat? Quarta, cur ſit ad Hæreſim conſtituendam neceſſaria? Omnibus hoc capite breuiter, & ſolidè, opinor, ſatisfaciam. Et quidem pertinacia, ſeu contumacia eſt, Praua animi affectio circa authoritatem infallibilem docentis veritates Fidei, puta Papæ, Concilij vniuerſalis Eccleſiæ, quæ in circumſtantiam tranſit, & aufert ab homine docilitatem, & pium voluntatis affectum erga Eccleſiam. Hæc eſt deſcriptio illius ſumpta ex Auguſtino D.Auguſ.

lib.4.contra Donatiſtas cap.16.& lib.18.de Ciuit.cap.5.& epiſt.162. probata à D Thoma *q.11.a.2.* & habetur D.Thom

Clemen.vnic.de Sum.Trinit.& Clemen.

vnic.§.ſiquis.eſtque communis Theologorum, & Canoniſtarum ſententia, quam optimè tradit Vaſquez 1.2.*d.* 126. & Cardinal.de Lugo *d.* 20.*ſ.* 5. cum Suarez.Sanch. & alijs quos adducit. Hoc expedito venio ad cætera, & vt pateant,numero errores, qui in materia Fidei poſſunt contingere. Primus, eſt error ex ignorantia inuincibili antecedente, qui non eſt hæreſis, imo ne peccatum quidem eſt, ex communi Authorum conſenſu. Secundus, eſt error ex ignorantia culpabili ſubitò obrepente, vel paulatim contracta: quæ ad peccatum mortale contra Fidem ſufficiat. ſed non deferat tamen, nec inuoluat, aut neglectum authoritatis Diuinæ, aut animum obſtinatum errandi. Hic ſanè contra Fidem eſt,ſed non eſt cum pertinacia, atque adeò liber eſt à nota Hæreſeos. Tertius,cùm quis habita notitia veritatis. negligẽs eſt, & incurioſus in ea vlterius inquirenda, & ex hoc neglectu incidit in errorem in quo perſiſtit; vnde peccat ex ignorantia craſſa, & ſupina, imò & affectata. De hoc actu quæſtio maior eſt; ſunt enim qui affirment eſſe hæreſim, quia ille neglectus arguit pertinaciam, & cùm ſit in materia Fidei, contra Fidem erit,atque adeò ex pertinacia hæreſis. Ita Sotus *in* 4.*d.*22.*q.*2.*ar.*3.*poſt* 5.*concluſ.* & Canus *lib* 12.*de locis cap.*9. etſi mitiùs de pertinacia ſentiat, in hoc tamen euentu illam admittit. Fauet his Bonauentura *in* 4.*d.*3 *dub.*4.*circa text.* & *Canarienſis in* 1.*p.D.Thom.q.*32.*art* 4.*in* 2.*p.Commentar.* Conſentiunt Nauarra, Cordub. Torrenſ. quos citat Suar.*d.* 19.*ſect.*3. & Lugo *d.*20.*ſect.* 6.*n.* 173. Probant ratione, quia hic datur indirectè ſaltem conſenſus in contemptũ veritatis Fidei, in quo eſt pertinacia virtualis, quæ ſufficit ad hæreſim, Suadent exemplo aliorum peccatorum, quæ conſummantur actione, puta homicidij: quæ ſi quis interueniente ignorantia culpabili committit, peccat eodem genere peccati, licet minùs peccet ob ignorantiam; nã qui data opera occidit, & qui ex negligentia, & ignorantia culpabili occidit, committit peccatum homicidij. Igitur, & qui ſciens, & prudens errat contra Fidem, & qui ex negligentia, & ignorantia craſſa, & affectata errat,intra hæreſis peccatum verſantur. Verùm oppoſita ſententia multò eſt probabilior, eamq; tradunt, communi ferme conſenſu Doctores, nixi loco Auguſtini *epiſt.*162. proximè citato. D. Thomas 2.2 *q.*11.*a.*2. *ad* 3. & Caiet. *ibi.* Alexand. 2 *p.q.*16. *m.*1. & *alij ex antiquiorib.* apud Vaſquez 1.2. *d.* 126 *a.* 2. *cum eodem ibi*, & Caſtro *verb.Hæreſis*. & Nauarr. *in Sum.c.*21. & Azor. *tom.*2 *l.*8.*cap.*5. *q.*7. & Sayr. *l.*2.*cap.*9.*num.*34. & Suarez *de Fid.d.* 19.*ſect.* 3. & *Hurtad.d.*82. §.50.& Rodrig. *tom.*1.*cap.*130.*concl.*1. & Sanch. *lib.*2.*moral c.*7. *n.*20: & Caſtro Palao *tr.*4.*d.*3.*pun.*2.*n.*3. et Lugo *d.* 20.*ſect.* 6.*num.*174.& *d.*16.*de Pœnit.ſect.* 4.§. 6. & Layman *tr.* 1. *cap.* 14. qui inter hos numerat Canum contrà citatum à nobis ex Vaſquez;ſed immeritò illi hanc ſententiam Layman tribuit,quia etſi maiorem requirat ignorantiam, quàm Sotus, tamen de illa,quam poſuimus, expreſsè ait ſufficere ad pertinaciam. Probatur autem noſtra hæc ſentẽtia optima ratione petita ex Auguſtino adducto,quia pertinacia propriè dicit animum obſtinatum, & directè correctioni, & docibilitati opponitur, non veritati. In hoc autem euentu neglectus ille non verſatur circa correctionem, ſed circa inquiſitionem veritatis,cum qua negligentia ſtare poteſt animus docilis, & paratus ad correctionem, ac proinde ab hæreſi alienus. Exemplum autem confutatur, illata maiori ratione ex doctrina Canarienſis,& Vaſquij,quos citaui, quæ optima eſt, & rem continet. In homicidio enim, ſcientia, eſt tantùm conditio requiſita ad actũ liberum, & humanum, nec mutat, aut ponit obiectum; tantùm ſe habet ex parte cognoſcentis plus, aut minus, idem obiectum. At verò ſcientia ad pertinaciam requiſita eſt circumſtantia ex parte obiecti, quod niſi ſit cognitum vti propoſitum, & præ-

ceptum

Vaſq. Lugo

Sot. Canuſ.

Bonauen. Canarien.

Nauarr. Torrenſ. Cordub. Suar. Lugo

D.Thom. Alexand.

Vaſq. Caſtro. Nauarr. Azor. Sayr. Per. Nau. Rodrig. Sanch. Layman.

ceptum credi ab Eccleſia non conſtituit obiectum pertinaciæ, non enim infert animum obſtinatum, ſed voluntatem non credendi veritatem reuelatam, citra neglectum correctionis. Itaque error erit contra obiectum Fideì, non contra obiectum docibilitatis, & correctionis. Quartus error eſt, cum quis præuiſa obſcurè veritate, & Eccleſiæ circa illam conſenſu, & præcepto credendi, tamen ex tædio, & negligentia, non vult vlterius pergere inquirendo obligationem, quam habet aſſentiendi, & conſentiendi Eccleſiæ. Hic diuerſus eſt error à priori, nam habet pro obiecto vltra veritatem, & authoritatem Diuinam, Eccleſiæ docentis, & iubentis imperium, & omnino circumſtantiam pertinaciæ. Vaſquez igitur citatus illa *diſput.* 126. *cap.* 2. *num.* 5. & 4. affirmat hunc errorem ex ignorantia affectata hæreſim eſſe, propter diſcrimen aſſignatum: nam hic datur obiectum pertinaciæ conſtitutum ex veritate, & propoſitione, & præcepto Eccleſiæ; circa quod verſatur actus nolentis credere, nec corrigi, quamuis ignorantia inuolutus, quæ cùm ſit affectata, praua eſt, & peccatum cõtra illud obiectum. Ergo inuoluit pertinaciam, & contrahit rationem hæreſeos. Idem ſentit Sanchez *l.* 2. *Moral. cap.* 7. *num.* 20. & Layman *tr.* 1. *cap.* 13. *num.* 2. propter eamdem rationem contemptus Eccleſiæ ſaltem virtualis. Mihi tamen cum Cardinal de Lugo *d.* 20. *ſ.* 6. *num.* 191. contrarium videtur probabile hoc argumento; quia etſi illud obiectum ſit cum circumſtãtia noua, & adiecta obiecto veritatis Fidei, & videatur inuoluere contemptum authoritatis Eccleſiæ, tamen interuentu ignorantię non eſt contumacia illa formata, nec infert animum obſtinatum, nec aufert docilitatem, nam illa negligentia, & tædiũ non aduerſatur authoritati Eccleſiæ, ſed ſtudioſitati, & inquiſitioni illius, atque adeò non ſupponit obiectum, ſed aufert; non vult enim, vt ſibi de illo perſpicuè conſtet. Quare non ſe committit errori indocilitatis, imò potiùs illum ſubterfugit. Quod melius adhuc explicatur; quia ſi omnino illo tædio depoſito, & torpore diſcuſſo, appareat prorſus obiectum, aut errans perſeuerabit nolendo credere, aut deſiſtet ab errore, & credet. Si primum, illud erit peccatum hæreſeos contra manifeſtam ſcientiam: ſi ſecundum, ſignum eſt adhuc illum hominem non fuiſſe hæreticum, cum non retinuerit animum perſeuerandi. Vnde ex hoc apertè colligitur, ſtante illa ignorantia poſſe durare animũ docilem, cùm ille demum re comperta mutatus fuerit; at certè cum hoc animo hæreſis non poteſt conſiſtere. Propter quas rationes, quas affert, & amplificat Lugo, probabile iudico etiã cum illo genere ignorantiæ affectatæ hominem ab hæreſi liberum eſſe poſſe. Itaque ille propriè erit Hæreticus, qui prudens, & ſciens contra Eccleſiæ ſenſum velit ſentire, qui quacumque ratione ex allatis ignoret, eũ propriè hæreticum non eſſe. Illud autem rectè Vaſquez, & Lugo obſeruãt, non opus eſſe tempore ad contrahendam hæreſim, ſed momento id fieri poſſe, ſi quis cum intentione contradicendi Eccleſiæ errare velit. Quare in ipſo actu malitia eſt, non in tempore. Probo item doctrinam Cardinalis de Lugo *d.* 20. *ſ.* 6. *n.* 194. & Laymanni *tr.* 1. *c.* 14. aſſerentium hæreticos eſſe illos datos, qui authoritati Papæ, & Eccleſiæ apertè contradicunt. Ex cæteris imperitis poſſe contingere, vt nonnulli hæreſi liberentur, cùm ab alijs ita inſtituantur à teneris, & vel inuincibiliter veritatem, & authoritatem Eccleſiæ ignorent, vel ſaltem ita ignorent, vt ab hæreſeos circumſtantia liberentur. Hinc iam apparet, cuiuſmodi error ſit pertinacia; is nimirum, qui ex certa ſcientiâ authoritatis Eccleſiæ contradicentis, negat veritatem Fidei ſibi propoſitam. Quæ hactenus diximus intelligenda ſunt in foro interno, in externo enim alia ratio eſt, vt patet, & tradit Lugo *d.* 20. *ſ.* 6. *n.* 193.

Cur autem requiratur contumacia,

Vaſq. Sanch. Lugo. Lugo. Layman. Lugo Cardin.

& pertinacia ad Hæreſim, hanc eſſe rationem puto; quia cùm ſit vitium directè ac formaliter contrarium Fidei, quæ omnino certum, & firmum aſſenſum cum ſumma Diuinæ authoritati adhæſione poſtulat, neceſſarium eſt vt Hæreſis eandem firmitatem, & adhæſionem erroris requirat. Quæ adhæſio firma eſſe nequit, niſi animus ſit obſtinatus, nec enim cum docili, & parato ad correctionem obſtinatio, & contumacia eſſe poteſt. Hoc addiderim Vaſquio de quo (magnus eſt enim Author) illud dixerim, cum non admodum noſtræ de requiſita ad pertinaciam ſcientia opinioni aduerſari, nam quamuis aliam c.2. n.5. tradat, certè obiter id tantum facit. Cæterùm in reliqua diſputatione nobiſcum videtur ſentire; quod accuratè illum, vti ego ſoleo, legenti, haud obſcurè apparebit.

Vaſquez

Ex dictis conſtat, Hæreſim vltra errorem contra veritatem Fidei Diuinæ, vti eſt à Deo reuelata, includere contemptum authoritatis Eccleſiæ docentis illam veritatem; in quo eſt pertinacia, quam veluti differentiam Hæreſis complectitur, & per quam in propria ſpecie conſtituitur, & ab alijs circa Fidem erroribus diſtinguitur.

ARTICVLVS II.

De ſubiecto Hæreſeos: & quis Hæreticus ſit habendus?

HOminem capacem rationis, & Fidelem requiri, vt ſit ſubiectũ Hæreſeos compertum eſt. Cùm autem Fidelis nomine venire non ſolum baptizatus, ſed etiam Catechumenus poſſit, de Catechumeno quæritur, vtrùm Hæreticus eſſe poſſit? Affirmãt graues Theologi cum Bañez 2.2. *q.* 11. *a.*2. & Suarez *de Cenſur. d.*21. *ſect.* 2. & Becan. 22. *c.*14. *q.*2. quia in Catechumeno non ſolùm eſt vera Fides, ſed etiam profeſſio Fidei, & Baptiſmus in voto, cuius ſunt candidati. Igitur poſſunt committere peccatum hæreſeos, negando veritatem Fidei, & authoritatem Eccleſiæ, in qua certè iam cenſentur, licèt non omnibus modis cenſeantur, neo enim opus eſt Baptiſmo, vt quis Eccleſiam ingrediatur, alioquin ſi moriantur ex neceſſitate ſine baptiſmo, Paradiſo excluderentur; quod prorſus falſum eſt, nam & votum Baptiſmi tunc ſufficiet, & poſſunt martyres eſſe, & per Baptiſmum ſanguinis Cœlum intrare. Igitur alijs etiam modis, & in Eccleſiam, & in Paradiſum aditus datur.

Verùm alij non minoris nominis authores negant Catechumenum Hæreſis ſubiectum eſſe. Aragon 2.2. *q.*11. *a.*2. *dub.*3. Tolet *lib.*4. *c.*3. Sanchez *l.*2. *c.*7. *n.*34. ducti contrarijs argumentis, quæ huiuſmodi ſunt. Catechumenus non eſt baptizatus, atque adeò non eſt receptus in Eccleſiam Dei, cùm ſit in atrio, non in domo. Caret item charactere, qui eſt ſignum, quo Chriſtiani, & Fideles cenſentur; non poteſt iudicari nec puniri ab Eccleſia, cuius non eſt adhuc membrum ſenſibile, nec erit Eccleſiæ deſertor, ſi abeat ad infideles cùm inter ſubditos non numeretur. Tandem contumaciæ non eſt capax, quæ propriè hæreſim conſtituit; non enim ille errando renuntiat Eccleſiæ, cùm intra eam non foret, nec eam deſerit, cùm in ea non eſſet; nemo autem deſerere poteſt cui non adhærebat. Igitur Hæreticus eſſe non poteſt. Hanc quæſtionem de nomine putat Layman *tr.*1. *c.* 15. *n.*1. & Lugo *d.*18. *ſect.*2. nec illam tanti eſſe exiſtimo, vt propter eam vadimonium deſeri poſſit; ſed non eſt tamen prætereunda, nec contemnenda ſine iudicio certo, & conſtanti, quo nunquam volo abſtinere, vt, quid ſentiam, ſemper conſtet legenti; nec Academicos hac in re imitabor, etſi ijs vehementer cupiam. Quare poſterioribus aſſentior ob rationes adductas, quę mihi magis probãtur. Addo me ita ſentientem Eccleſiæ ipſi conſentire, quæ ipſos Catechumenos immunes cenſet ab Hæreticorum pœnis

Arag. Tolet. Sanch.

Layman Lugo

qua

qua ratione oportet vt eos item liberos exiſtimet à culpis.

Maior controuerſia eſt de Dubio in Fide. Vtrùm ſit hæreticus, &, ſi de eo Eccleſiæ conſtet, pro hæretico. ſit habendus, & puniendus? Ratio dubitandi eſt; quia dubius in Fide non aſſentitur, nec diſſentitur, atque adeò medium ſe gerit inter Hæreticum, & Catholicum, ac neuter eſt, nec enim diſſentitur poſitiuè, vti Hæreticus: nec aſſentitur vti Catholicus, ſed ſuum iudicium ſuſpendit, iudicans rem eſſe dubiam, eamque in medio relinquēs. Ex alia parte, qui non aſſentitur veritati Fidei, & de illa deliberatè dubitat, iniuriam facit authoritati Diuinæ, & violat præceptum credendi; hæc enim iubet credere reuelaris à Deo tanquam certiſſimis; de his autem dubitare, an ſint certa, perinde eſt, ac negare. Hæ rationes diſtraxerunt Authores. In primam ſententiam abierunt Canus *l.* 12. *de locis c.* 9. Sanchez *l.* 2. *c.* 7. *n.* 12. Malderus *in* 2.2. *q.* 12. *a.* 1. *m.* 2. Tanner. & alij quos cit. & ſequitur Diana 1. *to.* 2. *p. tr.* 2. *miſcell. reſolut.* 53. qui negant dubitantem deliberatè de myſterio Fidei Hæreticum eſſe: ad id verò requiri omnino certū & firmum diſſenſum, in quo ſolo putant ineſſe contumaciam: quod pręcipuum eſt huiuſmodi ſententiæ fundamentum; qui enim dubitat, non habet actum firmum & ſtabilem, ac proinde pertinax eſſe non poteſt; peccabit quidem contra Fidem, ſed extra hæreſim peccabit. In ſecundam tamen deflexere Caiet. 2.2. *q.* 11. *a.* 2. Turrecrem. *l.* 4. *ſum. p.* 1. *c.* 12. Sa verb. Hæreſis *n.* 1. Azor *tom.* 1. *l.* 8. *c.* 9. *q.* 5. Tolet *l.* 4. *c.* 4. Suar. *de Fide d.* 19. *ſ.* 4. *n.* 10. Coninch. *d.* 18. *dub.* 7. *n.* 102. Hurt. *d.* 80. *ſ.* 4. §. 21. Lorca *d.* 42 Caſtro Palao *to.* 1. *tr.* 4. *d.* 3. *p.* 2. *n.* 9. Lugo *d.* 20. *ſ.* 1. Bonac. *d.* 2. *de Cenſur. q.* 5. *p.* 1. & Layman *tr.* 1. *cap.* 13. qui communi illo nituntur teſtimonio, vel Stephani Papæ vel Xiſti I. in epiſt 1. Decretali, vel Iulij I. relati *c.* 1. *de Hæreticis*, vbi dicitur, *Dubius in Fide infidelis eſt.* Quæ verba non intelliguntur de Infidelitate, prout ſolū eſt contraria fidelitati, ſeu veritati, ſed prout opponitur Fidei Catholicæ, nec ſolum ſecundum præſuntionem fori externi: ſed ſecundum veritatem, uti expendit Suarez, & Lugo citati. Fortius hìc tamen argumentum quærendum eſt, quod iam affero. Veritas Fidei propoſita, & Eccleſia proponēs illam exigunt omnino aſſenſum de illa veritate, at qui animaduerſo aſſenſu totius Eccleſiæ formaliter, & deliberatè dubitat, negat aſſenſum ſuum, quem debebat elicere, & negando, negat infallibilem eſſe veritatem, & rationabile Eccleſiæ iudicium, & præceptum: igitur & offendit veritatem, & Eccleſiæ authoritatem contemnit; nam dum deliberatè dubitat, iudicat vtrique poſſe ſubeſſe falſum: in quo eſt ratio, & malitia hæreſeos. Quare hanc ſecundam ſententiam ſequor, & hac vnica ratione argumentis ſecundæ reſpondeo. Et addo, dubitationem debere eſſe formalem, & deliberatam ex certa ſcientia, vti de aſſenſu proxime diximus. quo alias minutas, & faciles quæſtiones remouemus; quarum vnam obiter perſtringo, & expedio. An homo natus inter Hæreticos, & cum illis inſtitutus, dubitans de Reuelatis, cùm audit Prædicatorem Catholicum, ſit Hæreticus? Negandum quidem, cùm ille adhuc non habeat plenam, & perfectam ſcientiam, & propoſitionem obiecti, ſed de illo inquirat propter antecedentes errores, quibus erat imbutus, qui mentis lumen obtundunt, & dubitare cogunt de nouâ ſibi propoſita veritate. Quod tradit Valentia *tom.* 3. *d.* 1. *q.* 1. *p.* 2. & Sanch. *l.* 2. *c.* 1. *n.* 8. & Laiman *c.* 13.

Canus
Sanch.
Malder.
Tanner.
Diana

Caiet.
Turrecr.
Sa
Azor.
Tolet
Coninch.
Hurt.
Lorca
Caſt. Pal.
Lugo
Bonacina

Valentia
Sanchez.
Laym.

Vtrùm autem qui priuatam habuit reuelationē de aliqua veritate à Deo, & cognoſcens eam vti talem, & diſſentiens ſit Hæreticus? maior quæſtio eſt. Affirmant Vega ſuper Trident. *l.* 9. *c.* 3. & Sanchez l. 2. *c.* 7. Conſentiūt Azor *l.* 8. *c.* 9. *quæſt.* 4. & Layman dum aiunt illum errorem eſſentialiter ab hæreſi non diſtingui. Ego tamen cum Soto *lib.* 3. *de Nat. & Grat. c.* 11. *in* 3. *argum.* Caiet. *in* 1. 2. *q.* 5. *a.* 3. & Valent. 16. *d.* 1. *q.* 1. *p.* 1. Banez 16. *dub.* 3.

Vega
Sanch.
Azor.
Layman.

Caietan.
Valent.
Banez

ob

ob rationem à contumacia ductam, nego hæreticum fore, quia inea reuelatione priuata non interuenit propoſitio Eccleſiæ, neque contemptio illius; ſine qua hæreſis eſſe non poteſt. Si tamen illa reuelatio priuata publica fieret, & ab Eccleſia proponeretur, qui eam negaret hæreſis crimen admitteret: quæ ſanè puto conſequenter ad iacta ſuperius principia dici.

Quæri item hic ſolet, ſit ne hæreticus ille, qui falsò exiſtimans eſſe aliquid reuelatum, & ita propoſitum ad credendum ab Eccleſia contra deliberatè ſentit, & negat? Henriquez *l 13. c. 17. n. 3.* & Sanchez *l. 2. c. 7. n. 30.* & Layman *c. 13. n.* qui debuit eſſe 5. affirmant; quia ille formaliter errat circa fidem, & eſt animatus ad non credendum Eccleſiæ, perinde ac ſi diceret, ait Henriquez, ſi Eccleſia contra doceat, non credam. Ego ita ſentio, ſed video obijci poſſe à contratio. Hominem, qui falsò exiſtimet aliquã propoſitionem eſſe de Fide, ac illi aſſentiatur, non elicere actum Fidei, & conſequenter ex vi oppoſitorum, qui neget eam propoſitionem hæreſim nõ elicere, nam ſi actus credendi Fides non eſt, quomodo actus contrarius hæreſis erit? Reſpondeo tamen admiſſo antecedente, negando conſequentiam, & ratio eſt, quia vt actus Fidei ſit, debet verſari circa obiectum Fidei verũ, nõ circa exiſtimatũ; cùm ſit actus ſupernaturalis, & Theologicus, & immediatè attingere debeat veritatem Diuinam; ſitque actus bonus, & poſitiuus, qui ex omni parte debet eſſe bonus, & ex integra cauſa. At verò actus Hæreſis cùm ſit peccatum, & fiat per receſſum à bono, atque adeò malus, ex defectu poteſt exiſtere, proindeque erit hæreſis actus ille, etſi eius oppoſitum Fidei non ſit: quoniam amplius requiritur ad conſtitutionẽ actus boni, præſertim ſupernaturalis, & Theologici, quàm ad conſtitutionem actus mali, qui ex quocumque defectu poteſt contingere.

Henriq.
Sanch.
Layman.

Curioſius illud, ſed non ineptè inquiritur, vtrùm qui audito ſyllogiſmo Theologico conflato ex vna propoſitione de Fide, altera naturali euidenti, neget illatam ex ea concluſionem de Fide, ſit Hæreticus? Exempli cauſa: Omnis homo eſt riſibilis. Chriſtus eſt homo: ergo eſt riſibilis. Qui neget hanc, an ſit Hæreticus? affirmant Canus *lib. 12. de locis c. 9.* & Vaſquez *d. 1. p. d. 5. c. 3.* & Vega *lib. 9. in Trid. c. 39.* & Valent. *q. 3. p. 1. difficult. 3.* indirectè, & reductiuè hæreticum eſſe. Aliter ſentiunt Bañez 2. 2. *q. 11. a. 2.* et Cordub. *l. 1, q. 17 dub. 3. notab. 3.* et Sanchez *l. 2. c. 7.* et Suarez *d. 3. ſ. 10. n. 7.* Molin. *1. p. q. 1. a. 2. d. 1. & 2.* Petrus Hurt. *d. 12. ſ. 1 Cardin.* Lugo *d. 1. ſ. 13.* et Laiman *c. 13.* qui dicit primũ negari conſequentiam non poſſe, niſi ab homine habete admodum, et rudi. Deinde iſtum, ſi neget, Hæreticum non eſſe, quia non eſt pertinax, ſed deceptus, et corrigi paratus, ſi doceatur concluſionem ex principijs deduci. Equidem propriè reſpondeo huiuſmodi hæreticum non eſſe, quia nec illa concluſio deducta argumentando eſt de Fide, nec conſtituit veritatem ſupernatutalem, et Theologicam: nec vti deducta, venit ex authoritate Diuina, nec proponitur ab Eccleſia credenda more Catholico, ſed logico, nec in ſe immediatè negatur, ſed in collectione ex alijs, et in forma conſequentiæ; quæ omnia efficiunt, ne ille diſſenſus ſit hæreſis, atque adeò hæreticum hominem nõ conſtituat; cùm præſertim ille modus colligendi ſit alienus à Fide, quod ſit diſcurſiuus, et exemplum contineat rem, quæ primariò ac directè non eſt obiectum Fidei, quale eſt *Riſibile*, quod eſt hominis proprium, et ab eſſentia manans, et tantum implicitè, et conſequẽter credendum, quod priores authores reductiuè, et indirectè dixerunt. Scio contra me imprimis Vaſquez ſentire *1. p. d 5. c. 3. in fine*. docens huiuſmodi hæreticum eſſe; ſed minus moror eius argumenta, quæ leuiter attingit: nec alia argumenta præter à me dicta producit: nec rationes proximè adductas confutat.

Canus,
Vaſquez
Vega
Valent.

Bañez
Cordub.
Sanch.
Suarez
Moline
Hurtado
Lugo
Layman

Vaſq.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Quid ſit Schiſma, & quotuplex: & an ab Hæreſi diſtinguatur.

CONſtat apud omnes Schiſma ſciſſionem, et diſceſſionem à Societate aliqua bene inſtituta, et ſibi cohærente ſignificare. Vnde Eccleſiaſticum Schiſma eſt à Corpore Eccleſiæ ſciſſura, et ſeparatio. Sic docet

Pel. Papa
D. Aug.

Pelagius Pontifex 14. *q.*1. et Auguſt. multis locis aduerſus Donatiſtas præcipuè *lib.*2. *contra Creſconium & lib. de Fide & Symb.* c.10. & *lib.*20. contra

D. Th.
Iſidor.

Fauſt. *c.*3. quem citat D. Thom. 2.2. *q.*39. *a.* 1. *in corp.* idem tradit Iſidor. *lib. etymolog. c.*3. ab eodem D. Thoma allegatus, et probatus. Illud occultius et difficilius ſcitu eſt, An Schiſma et quomodo ab Hæreſi diſtinguatur? Recentiores Theologi communiter duas conſtituunt vnitates in Eccleſia, primam Fidei, ſecundam Charitatis, ac ſecundùm eas duas Schiſmatis ſpecies inducunt. Primam, quæ Fidei, ſecundam, quæ Charitati opponitur. Per illam dicunt ſeparationem fieri à ſenſu Fidei, et conſenſu in Fide; hanc fieri ab vnione Charitatis, et vtramque Schiſma eſſe. Afferunt autem exemplum Schiſmatis ab vnitate Fidei, quando quis Hæreſim admittit negando veritatem Fidei cum pertinacia, in qua eſt diſceſſio ad Eccleſia. Schiſmatis autem ab vnitate Charitatis, quando quis permanendo in eadem Fide cum Eccleſia, non vult tamen cum ea in Sacramentis ac Diuino cultu communicare. Ita Ægidius

Coninc.
Caſt. Pal.
Valentia

Coninch *d.*30. *dub.*5. *n.*37. & 38. et Caſtro Palao *tr.*6. *d.*4. *p.*45. ex Valentia, quem citanr; adduntque tum ij, tum alij dari aliam Schiſmatis diuiſionem, nempe in mixtum et purum. Mixtum eſt illud, quod Hæreſim Fidei repugnantem includit, et Fidei ſimul, et Charitati opponitur; vti ſi quis ſe à Romano Pontifice ſeparare velit, quòd non credat, nec fateatur eum Chriſti Vicarium eſſe. Purum autem eſſe illud, quo quis cognoſcens, & confitens Pontificem eſſe Vicarium Chriſti, & Caput Eccleſiæ, non tamen ei vult ex malitia ſubijci. Ita Suar. *d.* 12. *ſect.* 1. Sanch. *c.*36. Toletus *de Caſibus Can. Dom concl.*3. *excom.* 1. Valent. *d.*3. *q.*15. *p.*1. Bonacina *d.*3. *q* 4. *p. vlt.* § & Farinac. *q.*184. *n.*2. & Layman *t.*3. *c.*11. & duo proximè citati Palao, & Coninch.

Suar.
Sanch.
Tolet.
Valentia
Bonac.
Farinac.
Layman.

Hæc doctrina ſic propoſita, quamuis ſpeculatiuè vera, & idonea videatur; ad praxim, & vſum, haud facilè, me authore, reducitur; vix enim fieri videtur poſſe, vt fiat illa ſeparatio Schiſmatis puri à Pontifice, & Eccleſia ſine aliquo errore Fidei, cùm præſertim non ab eo ſolo, ſed à tota, quæ cum eo tanquam Capite vnita eſt Eccleſia conſequenter fieri debeat ſeparatio: quæ certè ſuſpecta eſt, præſertim ſi ſit cũ ſeparatione à Sacris coniuncta: quod addunt Palao & Coninch: in quo euentu Valentia, & Laiman ſignificant eandem hæreſim interuenire, cum fateantur, qui ſe à ſocijs ſeparat, eum virtualiter ſe à capite ſeparare; quod item Palao, & Coninch fatentur: quam difficultatem vidit D. Thomas cùm 2.2. *q* 39. *a.* 1. *ad* 3. dixit, *Schiſma quod eſt contra Charitatem ad Hæreſim eſſe viam.* Et iterum, *Nullum Schiſma eſſe, quod non ſibi aliquam hæreſim confingat.* Quam doctrinam ſumpſit ex D. Paulo 1. ad Timoth. 1. & Hieronymo, quos allegat, & poterat ex Cypriano *lib.*4 *epiſt.* 9. ad Florentium Puppianum relato in c. *Scire debes.* 7. *q.*1. in quam ſententiam rectè Auguſtinus appellauit Hæreſim *Schiſma inueteratum.* paulatim enim Schiſma Hæreſim pariet. quod obſeruat Antonin. *p.* 2 *tit.* 3. *c.* 11. Quare neceſſe eſt hanc rem lentiùs premere, & accuratiùs examinare.

D. Th.
1 Tim 1.
Hieron.
Cyprian.
Auguſt.
S. Anton.

Igitur probabile iudico, poſſe dari Hæreſim ſine Schiſmate. Suadeo; quia Hæreſis etſi includat contumaciam, & contemptum, ſaltem indirectum authoritatis Eccleſiæ, non tamen

men

men fertur contra vnitatem cum illa in genere vnionis, nec de illo hæreticus cogitat, vt ſit hæreticus, ſed tantum addit errori ſuo circa veritatem Fidei neglectum authoritatis Eccleſiæ, cui non vult aſſentiri docenti, quia putat malè docere: itaque illa voluntas praua habet pro obiecto deceptionem, & errorem Eccleſiæ, & intra obiectum veritatis, & falſitatis verſatur, nec tendit ad diſſecandam vnionem, dequà Hæreticus non meminit, cum negat pertinaciter veritatem Fidei; nil enim committit contra charitatem, quod omnino ad Schiſma requiritur. Ac ita exiſtimo docuiſſe Au- Auguſt. guſtinum *lib. de fide, & ſymbolo c. 10. vbi Hæretici*, inquit, *& Schiſmatici Congregationes ſuas vocant Eccleſias, ſed hæretici dudum falſa ſentiendo ipſam Fidem violant. Schiſmatici autem diſceſſionibus iniquis à fraterna caritate diſſiliunt, quamuis ea credant, quæ credimus*. Vbi diſtinguit Hæreticos, & Schiſmaticos, per id quod pertinet ad Fidem, & Charitatem, vt Hæretici violent Fidem, Schiſmatici euertant Charitatem.

Sit tamen prima Aſſertio. Omnis Hæreticus eſt, aut directè, aut indirectè Schiſmaticus. Ita expreſsè docet D. Thomas 2. 2. *q. 39. ar. 1. ad 5.* D. Tho. vbi ſic habet. *Sicut Fides, & charitas ſunt diuerſæ virtutes, quamuis quicunque caret Fide careat Charitate; ita etiam Schiſma, & Hæreſis ſunt diuerſa vitia, quamuis quicumque eſt Hæreticus ſit, etiam ſchiſmaticus*. & art. 2. in corp. ait: *Hæreſis habet ſe per additionem ad Schiſma, addit enim peruerſum dogma*. & probat ex D. Hie- D. Hier. ronymo *in cap. 3. epiſt. ad Titum*. Dixi, aut directè, aut indirectè, quia Hæretici aperti, & qui manifeſtè ab Eccleſiæ capite, & corpore ſeparantur, vti ſunt Lutherani, & Caluiniſtæ, & olim erant Donatiſtæ, quibus hi ſimiles ſunt, ſunt verè, ac propriè Schiſmatici; & omnes illos, qui habent ſuas Congregationes, & eas vocant Eccleſias, quemadmodum proximè dixit Auguſtinus, certò conſtat eſſe Schiſmaticos: quales ſunt Angli, & Sueci, & Bataui, & omnes ferme huius temporis, qui ſuas habent Cōgregationes, & ſua conciliabula, & illas Eccleſias, hæc concilia vocant; nihilque differunt ab illis Hæreticis Auguſtini, niſi, quòd illis ſunt audaciores, & impudentiores, & Catholicos vehementiùs, & oderunt, & inſectantur. Itaque hos directè, & propriè Schiſmaticos eſſe apparet. Alij, qui ſunt occulti Hæretici, & priuatim viuunt, nec turbas faciunt, ſed poſt Baptiſmum Hæreſim admittunt; indirectè Schiſmatici ſunt, nam cùm ſint pertinaces, idque non poſſit, niſi ratione neglectus, & diſſenſus à Pontifice, & Eccleſia euenire, vt ſuperius diximus; compertum eſt eos indirectè Schiſmaticos eſſe, non per id quod negant veritates, ſed per id quod ſcindunt vnitates; nam quatenus ab Eccleſia diſſentiendo ſeparantur, Schiſma conſtituunt, etſi non publicum, certè priuatum, cùm ita parati ſint, vt ſi aut poſſint, aut audeant, ab Eccleſia diſſiliant, & diſſentiant: certè in diſſentiendo aduerſantur.

Secunda Aſſertio. Poteſt contingere Schiſma ſine vllo peccato. Patet: nam tempore Schiſmatis vniuerſalis poteſt alicui non conſtare de vero, & germano Pontifice; vti non ſemel contigit, ac præſertim tempore Concilij Conſtantienſis; quando autem incertum eſt, & quamdiu, quiſnam ſit legitimus Pontifex, erit Schiſma tantum materiale, ſed non formale, ac citra peccatum. *Et ita docent* Valent. *propoſit. 5.* & Sanch. *num.* Valent. Sanch. 3. & Palao *par. 5.* & Coninch. *num. 4.* Palao. & Suar. *ſ. 1.* poſt Caietanum, & alios Coninch. Suarez. antiquiores. Vnde patet, & priuatum, Cai. & publicum Schiſma ſine peccato dari poſſe: ſed vtrumque materiale ſchiſma erit.

Tertia Aſſertio. Dari poteſt Schiſma verum, & proprium, quod ſit ſolum peccatum contra Charitatem ſine offenſione Fidei ſpeculatiuè loquendo. Hæc eſt difficilior, ſed tamen expreſſa D. Auguſtini loco ſupe- D. Augu. rius adducto de Fide, & ſymbolo c. 10. vbi

10. vbi ait, *Schiſmaticos eſſe, qui diſceſſionibus iniquis à fraterna Charitate diſſiliunt, quamuis ea credant, quæ credimus*. & traditur à D. Thoma *q. 39. ar. 1. ad 3.* vbi ait, *quemcumque Hæreticum eſſe Schiſmaticum, ſed non è conuerſo*. Prætetea comparandò Hæreſim cum Schiſmate, & deinde vtrumque ad Fidem, & Charitatem referens, docet, ſicut qui amittit Fidē amittit, & Charitatem: ita Hæreticum eſſe Schiſmaticum: vnde ſequitur Schiſmaticum non eſſe Hæreticū, cum Schiſma ſit contra Charitatem, & omiſſa Charitate non amittatur Fides. Idque manifeſtè tradit ar. 2. & arripiunt, ac ſequuntur Suarez *d. 12. ſect. 1.* & Valent. *d. 3. q. 15.* et Bonacina *d. 3. q. 4.* et Coninch *d. 30.* et Palao *d. 4. p. 5.* et Layman *tract. 3. cap. 11.* et Azor *l. 8. cap. 20.* In quem ſenſum dixit Toletus *in ſumm. l. 4. c. 11. edit. Lugdun. Qui credit poteſtatem Papæ, & ex paſſione aliqua motus ab illius obedientia ſe ſubtrahit, eum eſſe purè Schiſmaticum, quia Schiſma eſt contra vnitatem Charitatis, non contra Fidem*. Et ratio demonſtrat id poſſe contingere; nam ex odio in perſonam Papæ priuatam, aut miniſtrum eius, poterit quis ab illius ſe amicitia, & ſocietate politica ſeparare, nihil interim de authoritate, & dignitate detrahendo. Atque ita puto quoſdam Principes feciſſe, cùm bella Pontificibus indixerunt. Id tamen periculoſum eſſe, & ſuſpectum ipſa ratio, & experientia docet. Ideò dixi, ſpeculatiuè loquendo; nam certè practicè vix puto poſſe contingere, vt quiſquam Schiſma committat Fide inoffenſa. Vnde quod affirmat Valentia *p. 2.* & Bonac. *q. 4.* & Palao *p. 5.* peccatum Schiſmatis eſſe mortale peccatum grauiſſimū, & ſcindere vnitatem Eccleſiæ; quam Charitas conſtituit, nec eſſe materiā leuem in hac parte, quod ait Palao, *quia nunquam leue eſſe poteſt ſe quemquam ab Eccleſia vniuerſa ſeiungere*; vix capio, quomodo poſſit ſine aliqua hæreſi conſiſtere? Quare ſit.

D. Tho. — Suar. Valentia. Bonac. Coninch. Palao. Layman. Azor. Tolet. — Valen. Bonacin. — Cōtr. Pal.

Quarta Aſſertio, Practicè loquendo vix poteſt quis, ſine offenſa Fidei & periculo proximo Hæreſis, ſciens, & prudens ſe ab Eccleſia Catholica ſeparare, & Schiſma conficere. Probatur; quia illa ſeparatio iuxta D. Thomam, & citatos Authores, eſt peccatum mortale, & grauiſſimum contra Charitatem communem: ſed iſtud peccatum vix poteſt ſine læſione authoritatis Eccleſiæ conſiſtere. Ergo vix poteſt practicè ab offenſa Fidei, & periculo Hæreſis liberari. Maior traditur ab omnibus. Minor ſuadetur; quia illa ſeparatio à Capite includit rebellionem, & rebellio ſemper dicit inobedientiam, inobedientia autem inuoluit contemptum authoritatis, atque adeò hæreſim ſapit. Confirmatur; quia reliqua Eccleſia in eo euentu ſubijcitur, & obedit Pontifici; ab eo ergo diſſentire ferè ſemper inuoluit ſuſpicionem, cùm præſertim violet vnitatem. Certè ab ſcandalo non eximitur, quo Catholici offendentur, & ſuſpicabuntur in ea ſeparatione latere quiddam erroneum, & ab hæreſi non alienum. Sanè ex hiſtorijs accipimus, quicumque ſe à Pontifice, & Eccleſia ſeiunxerunt, quacunque id cauſa fecerint, in ſuſpicionem Hæreſeos veniſſe; imò vix ijs qui bella ex cauſa, vti, vt putabant, iuſta, Pontificibus intulerunt, licuit ab ea ſe ſuſpicione purgare, nec tamen in bello inferendo ſemper eos peccaſſe exiſtimarim. Quod ſi ex cauſa, quæ carere peccato potuit, & interdum, opinor, caruit, ſcandalum illud ortum inter Catholicos extitit, quid fore euenturum putamus, ſi quis illicitè, & cum graui peccato Eccleſiæ vnitatem violaret? Nec iſti Theologi, quos accuratè legi, idoneum huiuſce Schiſmatis exemplum afferunt; nec puto aptum afferri poſſe Schiſmatis, quòd ſit peccatum mortale grauiſſimum, quale ij eſſe affirmant, & ab hæreſi non alienum: nam ob iniuriæ acceptæ, vel damni à Pontifice illati rationem ab eo recedere, & illi bellum inferre, id certè licitum, & iuſtum eſſe poteſt: at ſi fuerit illicitum, & iniuſtum, non video quomodo ſine periculo hæreſis conſiſtat: nec

Digitized by Google

enim priuata vnquam offenſa debet in contemptum, & iniuriam capitis, Eccleſiæque prorumpere. Quod ſi prorumpat, ægrè in animo lædentis poterit ratio rebellionis à ratione erroris ſecerni: in opinione certè hominum vix rebellio ab errore liberabitur. Ecquis enim qui matrem percutiat, ſeparabit rationem peccati contra quartum præceptum ab ea, quæ conſtituit ſeptimi rationem? Itaque mater Eccleſia eſt, & mater ob Fidē, qui eam velit etiam præter Fidem violare, is ſanè dum matrem lædit, & Fidem pariter violabit.

Quinta Aſſertio. Schiſma mixtum nunquam eſt ſine hæreſi; & ex vtroque peccato, & contra Fidem, & Charitatem componitur. Eſt indubitata, ac nemo eam non author fatetur. D. Thom. *q.39.* Caietan. 16. Valent. *d. 3. q.15:* Farin. *q.184.* Lorca *d.48.* Tolet. l. *4. ſum. c.11:* Azor 1. *p. l.8. cap.2.* Suar. *d. 12. ſect.1.* Coninch *d.30. dub.5.* Bonacina *diſp.3. q.4. de Charit.* Caſtro Palao *d.4. p.5.* Sanchez *lib.2. Decal. c.36.* Layman *tr.3. c.11.* cum alijs quos referũt. Probationibus opus non eſt; cùm ea pateat.

D. Thom. Caiet. Valentia Farin. Lorca Tolet Azor. Suar. Coninch. Bonac. Palao. Sanch. Layman

Dubia hinc quędam exiſtunt. Primum. Verum qui ſolùm in externo foro ex metu, vel alia cauſa à Pontifice ſe, & Eccleſia Romana ſeparant retento animo vnitatis, & Fidei, Schiſmatici ſint? exempli gratia, Catholici Angli, qui coguntur à Principe iurare Papam non eſſe caput *Eccleſiæ*, ſed ſuum Principem à quo coguntur, vti & olim, & hodie, pro dolor! facere compelluntur contra omne ius faſque, nec enim id aut licet fieri, aut poteſt, aut debet iuberi, ab eo præſertim, cui Catholici in Politicis rectè obtemperant, nec vlla in re temporali repugnant, imò ſi ijs per eundem in ſua Fide antiqua, quæ maiorum fuit, liceret viuere, adhærerent ſanè ſtrictius, nam quid illi aliud volunt, niſi Catholicè viuere? quod mihi certè de Anglis Catholicis compertum eſt, quos ſcite Principibus morigeros eſſe, ac fore in politicis ſuis. De his ergo. An ſint Schiſmatici? Quæritur. Reſpondeo, hos quidem, etſi inuiti id faciant, peccare grauiter contra Fidem, & Charitatem, ſed propriè nec Hæreticos, nec Schiſmaticos eſſe, cùm non faciant ſponte, ſed coacti, ac per vim, et metum: eorumque non tam ſit culpanda miſeria, quàm vrgentium damnanda crudelitas. Verùm cùm præceptum Fidei, et vnionis cum Eccleſia obliget non ſolum ad internum aſſenſum, ſed etiam ad externam confeſſionem, liberari certè ab Hæreſis peccato nō poſſunt; quamuis Schiſmatici propriè nec ſint, nec dici poſſint; cùm Eccleſiam non oderint, ſed ament, et non niſi ab ea inuiti, imò ſæpè lugentes, et dolentes auellantur. At in externo foro, & Hæretici, et Schiſmatici habebuntur.

Secundum. An qui ſe à proprio Epiſcopo, & priuata ſua Eccleſia ſeparat, ſit Schiſmaticus? Sunt qui affirment; quia hic à ſuo ſe proximo capite, & corpore diuidit, quo mediante cum capite vniuerſali, & communi corpore, id eſt Pontifice, ac Eccleſia coniungitur, & vnitur. Ergo dum ſe ab illo ſeiungit, etiam ab iſto auellitur. Probatur exemplo digiti. Si quis digitum ſeparet à manu, cui immediatè coniunctus eſt, eundem à toto corpore ſeparabit. Affirmat ergo Bellarminus *l.3. de Eccleſ. c.5.* & Valent. *tit.2. poſt 3. propoſit.* Sed negant Layman *tr.3. c.11.* & Palao *d.5 p.5.* dũmodò ille, qui diſcedit a ſuo Epiſcopo, & Eccleſia nō habeat animũ diſcedēdi à Papa; & Eccleſia vniuerſali. Quo in euentu quæſtio proponitur. Ratio huius ſententiæ eſt idonea, quia iſte non ſcindit vnitatem Catholicam, & adhuc eſt coniunctus cum capite vniuerſali, nec auulſus à corpore communi. Exemplum autem facilè repellitur; longè enim diſpar ratio eſt; cum inter membra corporis Phyſici, ſit vnio realis, & phyſica; at verò in corpore Eccleſiaſtico tantùm ſit moralis. Ex quo oritur, vt vnio membri cum parte phyſica, ſit vna tantùm, & immediata ad membrum, cui vnitur, eaque ſublata, vnio cum ea non

Bellarm. Valent.

Laym. Palao.

poſſit

poſſit conſiſtere ; at verò moralis ; cum totum corpus peruadat, vniatque membrum Fidele Corpori toti vniuerſali,mediante capite,quod coniungitur cum particulari,non eſt mirum, quod poſſit diſiungi ab hoc, quin ab illo ſeparetur. Aduertendum tamen, ſi cauſa diſceſſionis ab Epiſcopo ſit omnino cum Papa ita coniuncta, vt qui ab Epiſcopo diſſentit, diſſentire conſequenter a Papa debeat, tunc non poteſt priuatam diſceſſionem à Schiſmate liberare ; non quod ſit à priuato Epiſcopo, ſed quod ad Papam quoque ſe extendat per Epiſcopum, atque adeò diſſidentem à Corpore Catholico auellat. Quod tandem fatetur Valentia,quem pro oppoſita opinione allegat Laymã & Lorca d.48.n.11. nec, opinor,alio ſenſu locutus eſt Bellarminus, cùm affirmauit Schiſmaticum fore, qui ſe ab Epiſcopo ſuo, & priuata Eccleſia ſeparauit.

Tertium. Sit ne Schiſma diſceſſio ab Eccleſia vacante poſt mortem Pontificis? In quo haud dubiè affirmandum; nam tunc eſt Eccleſia vera Catholica vnita intimè cum Capite ſuo Chriſto, qui eſt Caput viuum,& æternum, & Eccleſiam conſeruans, & fouens per ſpecialem influxum. Valent. Palao. Ita docet Valent. *d 5.quæſt.15.par.p. propoſ.*5. & Palao *d.* 4.*p.* 5. qui citat Coninch,qui ne verbum quidem hac de re loquitur.

Quartum. Vtrum ipſe Pontifex Summus, ſchiſmaticus eſſe poſſit? Hoc excitant Valent.*prop.*4. Coninch *dub.* 5. & alij. Negat Valentia moraliter id poſſe contingere. Coninch fortiùs negat. Ego prorſus negandum exiſtimo, qui cenſuerim olim in mea Teſſera Pontificia Pontificem nullum, Hæreticum eſſe poſſe, & nunc idem cenſeam; Schiſmaticum verò, ſi mixtus ſit, multò minus Schiſmaticum, quàm hæreticum fieri putem, cum Schiſma hæreſi addat diſciſſionem vnitatis per Charitatem atque adeò duo peccata includat, ambo contraria Catholicæ vnioni. Schiſma item purum nego in Papam cadere poſſe, quomodo enim totum Eccleſiæ corpus,cuius eſt Caput,odio habere poteſt, & ab eo ſe ſeparare?

Quintum, & vltimum. An, & quæ ignorantia liberet à Schiſmate? quæ eodem redit. An ad Schiſma præcisè vti Schiſma eſt, pertinacia requiratur? Cui reſpondeo, non requiri ad illud pertinaciam, ac proinde ex ignorantia craſſa, & ſupina, ne dum affectata committi. Ratio autem eſt, quia Schiſma eſt prauus affectus voluntatis, non includens præcisè actum erroris intellectus, ſed opere externo ſeparationis conſummatus; vnde tranſit in numerum peccatorum voluntatis, quæ actione externa conſummantur. In his autem ignorantia habet ſe vt conditio, non vti circumſtantia ex parte obiecti: atque adeò, quidquid ſufficit ad rationem voluntatis, etiam indirectè ſufficit ad rationem peccati, iuxta dicta ſuperius de Hæreſi, ex P. Vaſquio 1.2.*d.*126. Ac ita de Schiſmate nobiſcum ſentit Layman *tract.* 31 *cap.*11.*n.*5. Vaſquez Layman.

ARTICVLVS IV.

Quis author, & origo Hæreſis, & Schiſmatis?

APud ſuperos author, & fons. Ante hominem vix dum orta luce nox illa in Lucifero extitit, qui in veritate conditus non ſtetit. Princeps Aſtrorum è manibus Dei prodijt. Proditor factus Princeps tenebrarum euaſit. Natura Seraphim, culpa Draco. Schiſmaticus, Lucifer, imò, & Apoſtata fuit: defecit à Deo, & ſecum partem Angelorum traxit, & ſanctiſſimam illam ſpirituum ſocietatem nefaria rebellione diuiſit. An fuerit Hæreticorum Anteſignanus? propria quæſtio eſt: noua, & inſolens, atque adeo peccato, circa quod verſatur, ſimilis. Quodnam iſtud fuerit ſcire oportet, vt quæſtioni ſatisfieri poſſit. Tres hac in re ſunt ſententiæ. Prima Scoti *in 2.d 6.q.2.*& Scholæ cum qua ſentit Gabriel *ibid. q. 1. a. 1.* & alij, qui docent primum peccatum Angelorum fuiſſe nimium amorem ſui, quem ſpiritualem luxuriam Scotus vocat, ortum ex cognitione propriæ excellentiæ, qua immodicè delectati ſunt.

Scoti.
Gabr.

Secunda Alexandri Alenſis *3.p.q.2. memb.13.* Guilielmi Pariſienſis *lib. de Vniuerſo p.parte 2 partis principalis à cap.106.ad* 110. & Dionyſij Carthuſ. *in 2.d.5.q.1.* ſentientium cum Bernardo *ſerm.17.in Cantic.*& Ruperto *lib.8. in Ioan.* ad illum verſiculum, *Ille erat homicida ab initio*, peccaſſe Luciferum inuidia vnionis Hypoſtaticæ.

Alenſ.
Guil. Pariſienſ.
Dion.Carthuſ.
D.Bernar
Rupert.

Tertia, S.Thomæ *1.p.q.63.*& Thomiſtarum cum Magiſtro *in 2. diſt. 6.* imò & Ieſuitarum, Suarez, Vaſquez, Molinæ, Valentiæ, Granati, Arrubalis, Alarconis, & aliorum quos citat, & ſequitur Morandus *tract. 7. de Angelis q.37.* iſtud peccatum omnino ſuperbiam fuiſſe: ac ita ſentire communiter Patres docent huius ſententiæ Authores.

D. Thom.
Magiſt.
Morand.

Prima, & ſecunda opinio expeditè currunt, deſignata certa via ſimplicis peccati. Tertia, impedita eſt; nec enim conſtat, qua ratione ex ſuperbia Lucifer peccarit; potuit enim appetere æqualitatem cum Deo in natura, vel in dignitate, vel in vnione Hypoſtatica, vel in Beatitudine connaturali, quas formas recenſent Suarez, & Vaſquez, ac ex ijs Morandus q. 37. Sunt, qui negent, Luciferum potuiſſe appetere ſimilitudinem cum Deo in natura. Ego tamen non ambigo, qui videam Luciferum non vidiſſe Deum, ſed obſcurè tantùm, ac per fidem in eum credidiſſe: vnde fieri potuit, vt cum ſe ſpiritum præſtantem vidiſſet, ſimilem ſe Deo fore perſuaderet, præſertim obcæcato, vti mox dicam, ex nimia præſumptione iudicio, qua de re videndi ſunt citati Authores, præſertim Vaſquez diſt. 234.

Morand.

Hic ſiſtunt omnes fermè Theologi, nec vlterius pergunt inquirere, an iſtud peccatum rationem aliquem Hæreſis habuerit? quæ noſtra quæſtio eſt, in qua ſic iudico Luciferum ſimilem Hæretico fuiſſe, idque oſtendo, ita ratiocinando. Lucifer cùm primum ſe conditum vidit naturæ Angelum, & ſupremum Angelorum, qui communis ſenſus, & Patrum, & Scholaſticorum eſt, teſte Suarez *lib.3. de Anima ſeparata cap. 16.* ornatum donis gratiæ pro naturę præſtantia, vti ex D. Thoma *a.2.& 6.* tradit idem Suarez *cap.*10. & Vaſquez *diſp.* 228. plenus ſui, placere nimium ſibi, ſeque immoderatè amare cœpit, mox altius efferri, & Deum ſe putare, eoque errore imbutus diuinitatem ſibi arrogauit, atque adeò peccauit contra Fidem docentem, Deum, à quo erat conditus, vnum, & ſolum eſſe Deum, ſe verò Dei creaturam. Error autem ille, quædam quaſi hæreſis fuit, voluntarius, & conſtans, à quo ſemel ſuſcepto Lucifer non deſtitit; imò ex illo orta eſt inuidia in Chriſtum propter vnionem Hypoſtaticam; & inobedientia, & rebellio contra Deum iubentem faſtum depo-

Suar.
D.Thom.
Vaſq

nere,

acre, & Chriſtum adorare. Vnde hæc mea ſententia tres illas includit gradatim ad ſingula peccata accedens,& tres peccatorum formas comprehendens.

Ratione moueor illa; quia non appeteret Angelus æqualitatem cum Deo, niſi noſſet propriam excellentiam, nec illa cognitio degeneraret in errorem, niſi ex cæco, & immoderato amore ſui, qui mentem obtenebrauit, vt in lumine Fidei caligaret, Numenque ſe crederet, & Diuinitatem Deo, aut præterito, aut contempto ſibi arrogaret. Cui rationi tantùm tribuo, vt exiſtimem illā conciliari poſſe tam diuerſas diſcrepanteſque Theologorum de ſuperbia Luciferi ſententias; nec enim conſtare poſſe dicunt, quomodo Lucifero in mentem venerit Diuinum ſibi Numen arrogare, cùm illi impoſſibile omninò eſſet. In quo hærent Thomiſtæ, & Ieſuitæ citati teſte Vaſquez d. 234.& Morando *q.37.* id quippe hominis ſibi nimium placentis, ſeque immodicè amantis proprium eſt, excęcari obiecto ſplendore gloriæ, & illa ſe opinione ductum metiri, præſumere, & ſublimia anhelare, & ficta opinione maiorem ſe, quàm pro creaturæ habitu æſtimare. *Vaſq. Morand.*

Affectaſſe autem Diuinitatem Luciferum docet perſpicuè Nazianzenus *orat.17. & carm.6.* D. Gregorius Magnus *lib.4. Epiſtolar. epiſt.*38. D. Ambroſius in pſal.118. D. Auguſtinus *lib.14. de Ciuit. c.* 11. & in pſal.68. ad illa verba, *Quæ non rapui tunc exſoluebam*; & ibidem Gloſſa ex Auguſtino; præterea Magiſter *in 2. diſt.6. cap.* 1. & Gloſſa ſupradicta, cum quibus ſentiunt plurimi Scholaſtici relati à Vaſquez, Suarez, Præpoſito, & Arriaga quos vide apud Morandum *q.37.* Imò Scotus qui docet Angelum eo genere ſuperbię item peccaſſe,& in illud peccatum ex amore ſui nimio incidiſſe: quod acutè vidit hac ratione potuiſſe rem tam arduam imò & impoſſibilem concupiſcere; idque cum eo ſentiunt Gabriel *in 2. diſt.6. q.1. cap. 3. dub.2.* & Maior *q.1.* & Baſſolis *q.2.* Quod autem Lucifer ex errore obtenebratæ mētis peccauerit, docet idem Nazianzenus locis proximè citatis, & Aegidius *q 1.a.2.* tenet Angelum errare poſſe circa ſupernaturalia ſecundùm D. Thomam *a.2. ad 3. &* 5. Bonauent. *in 2. diſt.7.* conſentit Capreolus apud Vaſquez *d.234. c.2. n.10.* *D. Nazianzen. D: Greg: Mag. D: Ambr: D: Auguſ: Gloſſa. Magiſter: Morand. Scotus Gabr: Maior. Baſſolis Aegid: D: Thom: S: Bonau: Vaſq:*

Solum obijcitur: Sacram Scripturā, & Patres plerumque docere primum Angelorum peccatum fuiſſe ſuperbiam, nos autem dicere fuiſſe nimium amorem ſui cum Scoto, & Gabriele. Facilè tamen reſpondemus, primum illud peccatum nimij amoris, & complacentiæ ſui propriè ſuperbiam eſſe, cùm eſſet immoderata præſumptio, vti docet D. Thomas 2.2.*q.*162. *a.* 1. & docuerat anteà D. Gregorius *lib.23. Moral. cap.4.* & obſeruat diligenter Vaſquez *1.p. d.232. cap.2. n.11.* Quare ſemper initium Hæreſis Luciferinæ ſuperbiam fuiſſe oſtenditur, quæ initium peccati in Sacris Litteris dicitur. *D: Thom: D: Greg: Vaſq:*

Illud conſectarium huiuſce doctrinæ eſto. Angelos malos fuiſſe Schiſmaticos mixtos, atque adeo ſuo modo Hæreticos, ſecundùm Auguſtinum, qui eos vocat in Enchiridio *Deſertores, & Apoſtatas*, quia à Deo, & Societate bonorum ad Luciferum defecerunt.

ARTICVLVS V.

Vtrùm primorum Parentum peccatum fuerit Hæreſis, & Schiſma?

MVltipliciter peccaſſe Euam, &
Adam patet ex narratione Sa-
Genes — cri textus Genes 3. & Patrum, et In-
terpretum eo in loco ſententia. Octo
Euæ peccata, et totidem Adami enu-
Pereyra — merat Pereyra in Genes. *Commentar.*
lib 6. Primum, in vtroque parente fuiſ-
ſe ſuperbiam docet Scriptura duobus
in locis, Tobiæ 4. et Eccleſiaſt. 10. vbi
loquens de homine, ait, *Initium pec-*
cati ſuperbia. idque confirmãt Patres:
D. Aug. — Auguſtinus *lib 14. de Ciuit. c.13. &*
lib 11. de Geneſi ad litteram *c.30.* et
D. Chryſ. — Comment. in pſal. 68. 70. 82. Chry-
ſoſtomus *homil. 16. in Genes, & homil.*
11. *ad populum Antiochenum, & lib. 1.*
D. Greg. — *de Prouid.* Gregorius *l.4. moral. c.27.*
D. Dam. — Damaſcenus *l.2. c.10.* Bernardus *ſerm.*
D. Bern. — 1. *de aduentu* quos ſequuntur Schola-
Magiſter — ſtici cum Magiſtro *in 2. diſt.* 22. et S.
D. Th. — Thoma 2.2. *q.*136. Fundamentum ſu-
mitur ex ſacro textu; nam ſerpens in-
duxit Euam ad peccandum promiſſa
Genes 3. — ſimilitudine diuinitatis: *Eritis ſicut Dij,*
quod quanquam ſoli Euæ dictum fue-
rit, ad notitiam tamen Adami perue-
niſſe apparet ex verbis ipſius Dei pau-
lò poſt exprobrantis Adamo illum
appetitum Diuinitatis. *Ecce Adam ſi-*
cut vnus ex nobis factus eſt. perinde
ac Adamo dira illa cupido infecta eſ-
ſet conſequendi Numen aliquod Di-
uinum ſupra habitum naturæ huma-
næ. Vnde patet vtrumque parentem
ex ſuperbia peccaſſe.

Hinc noua quæſtio aperitur, Vtrùm
peccando hæreſim aliquam admiſe-
D. Paul. — rint? Et quidem Euam admiſiſſe iu-
dico; ea enim, vt inquit Paulus 1. ad
Timoth. 2. *seducta eſt à diabolo*, et in
errorem inducta, vt crederet, poſſe ſe
Diuinitatis aliquid adipiſci: vti cum
multis docet Pereyra *Commentar. in* — Pereyra
Genes l.6. q.1. De Adamo verò idem
communiter tradunt Patres, quippe
cui omnino narrauit Eua, quæ audie-
rat à ſerpente, eique perſuaſit quod
audierat & crediderat: de quo etſi
dubitet Pereyra, non dubitant Patres: — D. Aug.
Auguſtinus *l.14. de Ciuit. cap.11. &*
lib.10. de Genes. ad litt. c.31. & multò
ante eum Ignatius *epiſt. ad Trallianos,* — D. Ignat.
& Irenæus *l.3. aduerſus Hæreſes.* Igitur — D. Iren.
ambo eodem genere peccati ſuper-
biæ deliquerunt, quod ſi ſuperbi con-
tra Deum, appetentes participationem
Diuinitatis deliquerunt, ſanè aliquam
hæreſim admiſerunt. Ac ita de ijs
cenſent Epiphanius *hæreſ.38.* Proſper — Epiphan.
l.2. de Vita contempl. c.19. & præclarè — Proſper, Ambroſ.
Ambroſius *lib. de Paradiſo c.21.* & Cy- — Cyrill.
rillus *l.3. contra Iulian.* & Chryſoſt. *in* — Chryſoſt.
Comment. epiſt. 1. ad Timoth. c.2. ſanè,
quod genus peccati contraxerat dia-
bolus, eodem voluit primos Parentes
inuolui, ac vti ille peccarat more hæ-
retico, ita ad peccandum eodem ge-
nere peccati Euam induxit, & hæc
Adamum: quod docuit, & expreſſit
Auguſtinus in pſal. 68. ad illa verba, — Auguſt.
Quæ non rapui, tunc exſoluebam. Quis,
inquit, *rapuit? Adam. Quis rapuit pri-*
mum? Ille ipſe qui ſeduxit Adam. Quo-
modo rapuit diabolus? Ponam ſedem
meam ad Aquilonem, & ero ſimilis Al-
tiſſimo. Vſurpauit ſibi quod non accepe-
rat, & ipſo calice ſuperbiæ ſuæ, ei, quem
decipere volebat, propinauit. Guſtate,
inquit, & eritis ſicut Dij: rapere volue-
runt Diuinitatem, & perdiderunt fœlici-
tatem.

Duplici verò nomine huiuſmodi
Hæreſim incurrerunt. Primò, quia ſi-
mile Deo numen ſibi arrogarunt: ſe-
cundò, quia de veritate diuinæ ſenten-
tiæ dubitarunt, quæ dixerat; *morte*
moriemini: ij autem credere malue-
runt diabolo dicenti, *nequaquam mor-*
te moriemini; atque adeò pomum veti-
tum contra præceptum, & veritatem
eo contentam manducarunt. Vnde
Ambroſius ad illa verba Lucæ 10. — Proſper
Qui etiam deſpoliauerunt eum. & Pro-
ſper *lib. aduerſus Caſſian c. 19. & 21.*
affirmant Adam perdidiſſe Fidem,

quia

quia plus credidit diabolo neganti, quàm Deo affirmanti. Hinc eſt, quòd author quæſtionum noui, Teſtamenti q.83. ſcribit Adamum peccaſſe pec-
Ambroſ. cato idololatriæ, & Ambroſ. *lib. de Paradiſo* tradit diabolum voluiſſe Euam ad idolatriam inducere, eoque ſenſu vocat ſerpentem idololatriæ authorem. Vtrumque verò peccatum cum errore mentis coniunctum fuit, in quo errore hæreſis continetur, cùm vtérque Diuinæ fidei aduerſaretur: ac ita
Pereyra opinatur Pereyra *Comment. in Genes l. 6. q. 2.*

Graue tamen dubium exiſtit. Quomodo admitti poſſit error in intellectu
D. Paul. Adami, cùm Paulus 1. ad Timoth. 2. dicat, *Adam non eſt ſeductus, ſed Eua*, vbi negat deceptum fuiſſe Adamum, proindeque negat erraſſe. Primùm, ſciendum eſt, nos eum communi ſententia errorem in Adamo admittere, nempe cum Ignatio, Irenæo, Hilario, Epiphanio, Ambroſio, Cyrillo, & Proſpero, quos ſupra commemorauimus, & alijs qui citantur à Pereyra, & Cor-
Cornel. nelio à Lapide in eum locum Pauli. Deinde videndum quomodo textum Pauli exponant, qui illis contrarius eſſe videtur. Quinque interpretationes
Pereyra affert Pereyra multorum Patrum, & inter eos S. Thomæ *in Comment.* eiuſ-
D. Th. dem loci D. Pauli, quarum tertia, & quinta idoneæ ſunt: ſed nulla omnino
D. Aug. ſatisfacit. Ego vnam profero, quæ ſatisfaciat ſumptã ex Auguſtino *l. 11. de Genes ad litt. c. vlt.* quam ſic expono. Seductio & error eo diſtinguuntur, quòd ſeductio præciſè ad deceptionem mentis pertinet, & ab intellectu incipit falſum pro vero habente ex ſimplicitate potius, & ignorantia, quàm ex prauo affectu voluntatis. Error verò conſiſtit in falſa opinione intellectus, quæ tamen incipiat à voluntate, quæ ad illam ſuſcipiendam concurrit; ita vt initium erroris non ſit deceptio, & ignorantia, ſed prauè affecta voluntas. Hinc eſt, quod errare quis poterit, quin ſeductus ſit; & apparet diſcrimen inter deceptionem, & errorẽ Euæ & Adami. Nam Eua vti ſimplicior, & imperitior ſeducta eſt à diabolo: Adam verò vti prudentior, & ſolertior non eſt deceptus, ſed ex affectu prauę voluntatis errare voluit. Erraiut autem motus nimio amore vxoris ſuæ, quod tradit Auguſtinus, & Scotus
Scotus *art. 2. in 2. diſt. 21. q. 2.* cui vni eor, & mentem ſuam addixerat; qua D. Aug.
in re egregiè Auguſtinus *lib. 11. de Genes ad litt. c. vlt.* ſicut Salomonem, erraſſe Adamum dixit, non ex defectu ſcientiæ, & prudentiæ, ſed ex amoris abundantia: *ne ſuas*, inquit, *quibus deperibant delitias, contriſtarent*. Et concludit: *alio modo quàm Eua deceptus eſt Adam: ſed dolo illo ſerpentino quo mulier ſeducta eſt, nullo modo illum arbitror potuiſſe ſeduci*. Et quidem hac ratione noſtra, & communis Patrum de Adami errore ſententia cum loco D. Pauli conſiſtit.

Vtrùm fuerint Schiſmatici, ſupereſt videndum? ſed ex definitione Schiſmatis patet, eos propriè Schiſmaticos non fuiſſe; nam non erat tunc Corpus Eccleſiæ, nec Caput à quo diſcederent, ſeque ſepararent, cùm ab ipſis, & hominum generatio, & gentium ſocietas cæperit, & quamquàm à Deo defecerint, id fuit ſatis ad aliquam hæreſim contrahendam, ſed ſatis non fuit ad Schiſma inſtituendũ. Nec objicias Angelorum bonorum Hierarchiam iam tum fuiſſe; nec enim homines cũ Angelis vnum corpus conſtituebant; cùm præſertim Chriſti Incarnatio, quo in capite vniri poterant, non niſi poſt præuiſum Adæ peccatum, & ad remedium peccati fuerit decreta, & inſtituta; quæ eſt ſententia Auguſtini multis in locis à nobis in Cortina, & mente Innocentij X. citatis, & D. D. Th.
Thomæ *3. p. q. 1. a. 3.* & communis Vaſquez
Patrum quos adducit Vaſquez *in 3. p. d. 10. c. 4. & 5.*

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

De cauſis Hæreſum, & Schiſmatum.

IDcirco Authores Hæreſum afferre volui, vt in ijs apparerent Hæreſum cauſæ; quibus enim peſtis hæc initijs cæpit, ijſdem creuit, & propagata eſt. Igitur prima radix eſt præclara de ſe exiſtimatio, & immodicus amor ſui: nam & illà ingenia inflata turgent, & hoc ineſcati animi ſibi indulgẽt, vt quidquid excogitant, amẽt, et ſuſtineant, nec ſe ab alijs corrigi emendarique patiantur. His vitijs mentis, et voluntatis ductus, vti ſupra vidimus, Lucifer, Diuinitatem ſibi arrogare, et à Deo deficere voluit, iecitque fundamenta Ciuitatis diaboli contra Dei Ciuitatem erectæ: *cuius* inquit Auguſtinus *amor ſui initium exſtitit*: Id docuit D. Paulus, cùm agens de periculoſis nouiſſimæ ætatis temporibus, primò ponit homines ſeipſos amantes; quod D. Gregor. Magnus adnotauit in *6.* cap. Iobi, radicem pertinaciæ Hæreticorum inquirens. Hinc ſuperbia exiſtit, quà hęretici clari famam aucupantur, nec traditis acquieſcunt, ſed noua producunt, eaque venditant, et inculcant; quod adeò verum putauit Auguſtinus vt *in lib. de vtilit.* credendi dixerit: *Hæreticus eſt is, qui pro alicuius temporalis commodi, & maximè gloria principatus ſui gratia falſas ac nouas opiniones gignit.* Vnde eſt illa arrogantia, et temeritas, qua ſibi Sacrarum Scripturarum ſciẽtiam, et interpretationem attribuunt, nec authoritate Eccleſiæ, Conciliorũ, Pontificum, Patrumque commouentur. Vnde item illa pertinacia exiſtit qua ſemel ſuſceptis opinionibus adhærent, à quibus abſtrahi, auertique minimè patiuntur.

August.

D Greg. Magn.

D. Aug:

Has duas cauſas ſequitur tertia, inuidia ſuperbiæ pediſſequa; qua ſtimulati Hæretici aliorum ſcientiam, & gloriam ferre non poſſunt, & ſi qui ſunt excellentes, eos deiicere conantur; ſi qui ſibi præferũtur, indignantur, & furunt, donec eos de gradu deijciant, & exturbent. Hac ratione proceſſit errando diabolus, donec in præceps actus, & ad inferos detruſus eſt. Vno verbo: ambitio, quæ ex hiſce tribus vitijs conflatur, vna omnium hæreſum radix fuit. Et quidem veteres Hæreſiarchas à primis vſque Eccleſiæ temporibus memoria repetentes, comperimus eos pene omnes ambitione ductos, hæreſes excitaſſe. Proſeramus aliquot illuſtriora exempla:

Simon Magus teſte Euſebio *l.* 2. *Hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 13. appetitu intemperanti laudis, & gloriæ Spiritum Sanctum emere voluit; vt illum inſpirans, & largiens, Deum ſe mentiretur. Idem Magiæ operam dedit, vt fictis ex veteratoria illa arte miraculis homines ad cultum, & adorationem ſui alliceret; quod Iuſtinus Martyr in Apologetico obſeruauit. Huic pene ſuppar Thegutes de quo Hegeſyppus apud Nicephorum l. 4. cap. 7. ob latam repulſam Epiſcopatus, hæreſim inuexit. Eadem cauſa Valentino deficiendi ab Eccleſia fuit. Marci Marcitarum authoris dira occupandæ gloriæ cupido in Marcitarum authoris, ſeu Marcutiorum hæreſim erupit: authore Epiphani *hæreſ.* 34. Florinus cum Romæ Sacerdotio motus eſſet, tanto eſt furore correptus, vt Matri Eccleſiæ bellum indixerit, authore Euſebio *l.* 5. *cap.* 19. & Baronio 180. Montani ſtulta ſuperbia eò deuenit, vt Spiritus Sancti nomen ſibi, & numen arrogarit teſte Auguſtino *hæreſ.* 27. & Baronio anno 163. Symmacho Samaritano auram popularem anhelanti Spiritus Sancti flatus ſatis non fuit, extra Eccleſiam igitur ventoſas buccas inflauit, & lucernam Fidei extinxit, vti narrat Epiphanius *lib. de menſur. & pondet.* & Baro-

Euſeb.

Iuſtin. Mart.

Epiphan:

Euſeb:
Baron:

D:Aug:
Baron:

Epiph:
Baron:

Baron. Anno 203. Manetem effrenis arrogantia in maniam actum in hæreſes, & turpes, & inſolentes præcipitauit, referente Cyrillo Catecheſi
Cyrill. Baron. 6. & Baronio anno 277. Arium impium hæreſiarcham inſolentia, & ambitio inuidiæ facibus aduerſus Alexandrum, quem Epiſcopum Alexandrinum ferre non poterant agitata in nefariam hæreſim præcipitauit, authore Theodoreto *lib. 3. cap. 3.* Euſtachio impotens dolor ademptæ ſibi iuſtas ob cauſas dignitatis condendæ hæreſis occaſio fuit, authore Socrate l. 2.
Socrat. Baron. cap. 3. & Baronio an. 359. Aerij prehenſantis Epiſcopatum, & repulſam patientis ſimilis inſania hæreſim inuexit, vti Auguſtinus *hæreſ.* 53. & Baronius eodem quo ſupra anno tradiderunt. Seueri Monachi ambientis Epiſcopatum cupiditas, Acephalorum hæreſim funeſto partu edidit.
Baron. Prateol. Narrat Baronius an. 511. & Prateolus *verb. Seuerus*. Althimius Trapezuntinus Epiſcopus, cum infulam Conſtantinopolitanam affectaret, Eutychis errores renouauit, ſcriptore
Baron. Baronio ann. 535. Quid Macharium Patriarcham Antiochenum, & Theodorum Conſtantinopolitanum aduerſus Romanum Pontificem, Romanamque Eccleſiam criſtas tollere coegit, niſi ſuperbia, & inſolentia, qua ſe, ſuaſque ſedes Patriarchales, in Eccleſia eſſe voluerunt? Ita obſer-
Baron. uat Baronius ann. 677. Iam vero Vvicleffus, Lutherus, & Caluinus ſuperioris ætatis nefariarum hæreſum authores, ambitione, & ſuperbia, & inuidia concitati, omnes veterum hæreticorum errores recuderunt; inter quos fax, & turbo ſæculi ſui Lutherus cùm ſe ab Alberto Moguntino Epiſcopo in promulgatione Cruciatæ præteritum, & Fratri Tetzelio Dominicano poſtpoſitum vidiſſet, adeò excanduit, vt exitiale illud, quo Europæ pars magna flagrat, incendium excitauerit, quemadmodum memorat in ſua Chronologia Genebrardus. Itaque nouos inter mortales Luciferos eadem Luciferi vitia deriuata in terras progenuerunt, & à terris ad inferos detruſerunt.

Hæ quidem ſunt cauſæ hæreſeon communes: aliæ priuatæ exiſtunt, quæ locorum ingenijs, genijſque hominum ducuntur; vti ſunt, quæ ex auaritia, luxuria, gula, acediaque proueniunt, quibus indulgentes homines ſępe à Fide Catholica defecerunt, & prauitate morum in peruerſam doctrinam conuerterunt, quamquam omnes fermè Hæretici noſtri temporis, in quod errorum, & vitiorum cohors, ceu Pandoræ pyxis incubuit, ijs etiam vitijs abundarint. Hinc Monachi excucullati cum Luthero, hinc Moniales proſtitutæ cum Bora, hinc innuptæ nuptiæ contractæ, vt Boleniana, hinc terga liliata in Caluino: hinc Hebes, & Ganimedes à Caſtellione, & Beza ſubacti: hinc tot fornices inter Sacra hæreticorum, ganeæque extructi, vt non alia ab ipſis bona Dea, quàm Venus coli videretur. Omnes tamen hæ cauſæ hinc inde collectæ, in duo tandem capita coierunt, quæ ſunt libertas docendi, & licentia viuendi, vt cuique hæretico ſentire, quod libet, & facere quod lubet impunè liceat. Quod cùm perditiſſimi homines facere non poſſent ſub Eccleſiæ diſciplina, & Papæ poteſtate, qui illos in officio continebat, ab eo ſe, & ab Eccleſia ſepararunt, vt genio ſuo liberius indulgentes, cupiditatibus fræna laxarent, & omni ſe vitiorum generi manciparent; atque in hoc vnum omnes auidè conuenerunt, vt quorum vna erat vitioſa propenſio, ijs & vna foret rebellionis conſenſio. Et quoniam hæc ars hæreticorum eſt, huic nos fortiter artem noſtram opponemus: Papæ, quem maximè formidant, & cane peius, & angue oderunt, dignitate aſſerta, & poteſtate ſtabilita, eoſque quibus ab Eccleſia receſſerunt veſtigijs, iiſdem inſectabimur, vt ſi velint redire, reducamus; ſi fugere malint, pœnis vltricibus perſequamur; omnibus,

nibus quippe Papa, quem vmbram eſſe, & laruam dicunt, inſtabit, vt pœnas exigat; verumque illud erit Latini Poetæ: *Omnibus vmbra locis aderit*, vt ſciant vmbram Petri vim

Virgil.

habuiſſe, & ſanandi Catholicos, & torquendi Hæreticos. Et quoniam dignitas, poteſtaſque Pontificia Clauibus continetur, de illis erit inſtituenda tractatio.

DE

Digitized by Google

DE CLAVIBVS PETRI.

Quàm ſit vera Inſcriptio: Teſtimonia Patrum ſubiecta probanto.

S. CYPRIANVS.
Epiſt. ad Iubaian.

1 Eccleſia, quæ vna eſt, ſuper vnum fundatur, qui Claues accepit.

S. DAMASVS.
Epiſt. 2.

3 Solus Petrus præ omnibus Apoſtolis Claues accepit.

S. HIERONYMVS.
Lib. 1. de aduerſ. Iouinian.

4 Licet cuncti Apoſtoli Claues Regni Cœlorum accipiant, tamen inter duodecim vnus Petrus eligitur, vt Capite conſtituto Schiſmatis tollatur occaſio.

S. AVGVSTINVS.
Serm. 29. de Sanctis.

5 Solus Petrus inter omnes Apoſtolos meruit audire: Tibi dabo Claues Regni Cœlorum.

IVLIVS I.
Epiſt. 2. ad Euſebium.

2 Quoniam ipſe Dominus, ait Petro: Tu es Petrus, & Tibi dabo Claues Regni Cælorum: Romana Eccleſia habet poteſtatem ſingulari priuilegio ſibi conceſſam aperiendi, & claudendi ianuas Regni Cælorum.

FELIX II.
Epiſt. 1. cap. 18.

Authoritate noſtri Clauigeri Petri abſoluimus, & reſtituimus illos; Ipſi enim ait Dominus: Quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cælis.

BEDA.
Serm. 5. de Petro, & Paulo. tom. 7. in varijs.

Soli Petro Chriſtus dedit Claues.

S. ANSELMVS. *in cap. 16. Matth.*

Poteſtatem ſoluendi vni Petro ſpecialiter conceſsit Chriſtus, vt ad vnitatem nos inuitaret: vt eum Eccleſia vnum principalem Chriſti Vicarium haberet, ad quem vniuerſa Eccleſia conflueret: ſi fortè inter ſe diſſentirent.

INNOCENTIVS IV.

Cap. 2. de re iudicata.

Nobis Beati Petri perſona dictum eſt: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.

CAVDAT AGMEN

LEO MAGNVS.

Sermone 3. in die Anniuerſario Aſſumptionis ſuæ.

Propter quod dicitur Petro: Tibi dabo Claues Regni Cælorum. Tranſiuit quidem etiam in alios Apoſtolos vis poteſtatis iſtius, & ad omnes Eccleſiæ Principes decreti huius conſtitutio commeauit: ſed non fruſtra vni commendatur, quod omnibus intimatur. Petro enim ideo hoc ſingulariter creditur, quia cunctis Eccleſiæ rectoribus Petri forma præponitur. Manet ergo Petri priuilegium vbicunque ex ipſius fertur æquitate iudicium. Nec nimia eſt vel ſeueritas, vel remiſsio, vbi nihil erit ligatum, nihil ſolutum, niſi quod Beatus Petrus, aut ſoluerit, aut ligarit.

Digitized by Google

LIBER PRIMVS
AD CLAVES PETRI

Præludium Primum.

NON eſt meum de ijs Hæreticis agere, qui Petrum, & Romanũ Pontificem Eccleſiæ caput, & Principem eſſe generatim negant; ſed eos tantum numero, qui Claues Petro, & Romano Pontifici datas à Chriſto, aut omnino auferre volunt, aut certè infringere: quæ etſi eòdem redeat, altera tamen, & propria quæſtio eſt.

Damaſc.
Cornel.

Igitur Nouatianus Romanus, & Nouatus Africanus Presbyteri (duos enim fuiſſe, contra quam Græci Authores putant, conſtat ex Damaſceno in Vita Cornelij; & ex eodem Cornelio *epiſt.* 1. *Decretali.*) poteſtatem remittendi peccata lapſis poſt baptiſmum in Eccleſia eſſe negarunt: & ſublato pœnitentiæ Sacramento Claues ſuſtulerunt. Authore Cypriano *lib. de lapſis; & epiſt.* 52. Ambroſ. *lib.* 1. *de Pœnit. c.* 2. Hieronym. *de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.* Auguſt. *lib. de Hæreſib. hæreſ.* 38. & Patiano *epiſt.* 3. *ad Sympronianum*; patetque ex Conc. Trid. *Seſſ.* 14. *c.* 5. vbi Nouatiani huiuſce erroris ſectatores appellantur quamuis enim fortaſſe primus illius Author Montanus fuerit, vel illum obſcurius docuit, vel minus eo Doctore inualuit; certè Nouatiani à ſectæ Principe huius Hæreſeos ſectarij, vulgo appellati, In Concil. Nic. *can.* 8. Cathari huiuſmodi hæretici Nouati ſectatores vocantur. Hanc hæreſim retinuit tempore Niceni Concilij Aceſius Epiſcopus, vt author eſt *Socrates lib.* 1. *c.* 7. & Nicephor. *lib.* 7. *c.* 20. Ex quibus ſumpſit Baronius *t.* 10. *Annal. ad an.* 325. & Binſus *not. ad Can.* 8. Inſtauraſſe poſtea Maſſilianos, & Iacobitas narrat Epiphanius *hær.* 84 & Damaſcenus *lib. de hæreſibus*; & Guido Carmelita, & Gualterius in Caluino. Excitaſſe VValdenſes, VViclephum, & Ioannem Huſium, paulo ante ſuperius ſeculum tradit Vvaldenſis *lib.* 2. *doctrinalis fidei cap.* 144. & *t.* 2. *de Sacramentis c.* 135. quẽ errorem in ſuam ſentinam induxit Caluinus *lib.* 4. *Inſtitut. c.* 19. & *item c.* 6. & 11. Illum etiam admiſere in Lutheranam cloacam, Philippus Melancthon in Confeſſione Auguſtana, & in Apologia Confeſſionis *art. de Confeſſ.* & Martinus Kemnitius *in ſecunda parte examinis Trid. cap.* 5. *de pœnit.* qui irrati Petri, & ſucceſſorum hoſtes clauium Poteſtatem, vſumque funditus tollunt. Quemadmodum ſcribunt eorum antagoniſtæ Catholici; Ioann. Roffenſ. *lib. aduerſ. captiu. Babylon. Lutheri a.* 3. *ad* 15. Ruard. *a.* 3. & *ſeq.* Lindanus in Panoplia *lib.* 4. Iacobus Latomus contra Lutherum; Alphonſus Caſtrius, Cardinal. Petronius. & Bellarm. Grauina, & Iacobus Gualterius *in ſua Chronologia*; & Prateolus *Ver. Lutherani*.

Cyprian.
Ambroſ.
Hieron.
Auguſt.
Patian.
Patian.
Conc. Tr.
Concil. Nicen.
Socrates
Niceph.
Baron.
Epip. Damaſc.
Guido Carm.
Gualt.
VValden
VVicleff.
Ioa. Huſ.
Caluin.
Melancth
Kemnit.
Roffenſ.
Ruard.
Lindan.
Latomus.
Caſtrius.
Bellarm.
Grauina.
Gualter.
Prateol.

Cum vero ad hanc hæreſim adſtruendam opus ſit veritatem in Euangelio contentam infirmare, Textum ſa-

erum, vti ſolent, iuſta claui immiſſa adulterant, & vel fures, & latrones ſcripturarum ſenſum germanum auferunt, & falſum, vti inſidiatores, & impoſtores intrudunt; qui cuiuſmodi ſit, videre oportet.

Præludium Secundum.

Textus Euangelici Matth. 16. num. 19.

Tibi dabo Claues Regni Cœlorum Caluini, & Nouatorum interpretatio.

ACumen Hæreticis Caluinianis imprimis ineſſe non dubitamus; vtinam eo ad veritates indagandas vterentur. Arte, & fraudibus agunt, & dolo malo ſcripturas corrumpunt; nolle ſe, aiunt, Claues ab Eccleſia tollere, nec ſe inficiari, aut accepiſſe à Chriſto, aut habere acceptas; ſed velle, vt nulla ſit per eas poteſtas remittendi, & retinendi peccata Eccleſiæ data. Id tantum ſe admittere, vt cum illis ſit tranſmiſſa doctrina, quæ annunciet nomine Chriſti fidelibus acceptum ab eo beneficium remiſſionis, cum peccata remitti dicuntur; aut pœnam retentionis, cum retineri ea dicuntur. Itaque Claues non ſignificare poteſtatem remittendi, aut retinendi; ſed doctrinam, quæ docet remiſſa eſſe, aut retenta peccata.

Hic eſt ſenſus adulterinus hæreticorum traditus à Caluino *lib. 4. Inſtitut. c. 4. §. 18. & 21. & eodem lib. 4. c. 9. S. 3. & c. 11. S. 1.* cui geminus eſt ille Philippi Melancthonis *in Apol. Confeſſ. Auguſtana art. de confeſſione*; & Kemnitij *ſecunda parte Examinis c. 5. de pœnit.* qui duo ex fæcibus Lutheri id hauſerunt, à quo & Sacramentum confeſſionis, & poteſtas remittendi peccata eſt prorſus ſublata. Hoc interpretamentum, vel commentum Nouatorum referunt, & confutant præter Doctores ſuperius adductos Maldon. Matth. 16. & Suar. *tom. 4. de pœnit. d. 19. per totam.*

(Caluin. — Melanct. — Kemnit.)

Igitur quid Claues ſignificent apud Lutheranos, & Caluiniſtas patet: nimirum poteſtatem annuntiandi Euangelium, & ſecundum illud docendi remiſſionem peccatorum eſſe Dei beneficium, retentionem pœnam. Vnde huiuſmodi conſectaria exiſtunt. Primum. Claues omnibus communes eſſe, qui fideles ſunt; cum nemini non liceat docere Euangelium, & contentas in eo veritates tradere. Secundum omnes fideles peccata remittere, & retinere, ſoluere, & ligare, atque adeo omnes Sacerdotes eſſe. Tertium nihil à Chriſto proprium, & ſingulare inſtitutum, traditumue fuiſſe in Euangelio, cum ea veritas: peccata remittendi, & retinendi authorem eſſe Deum & in lege, & ante legem, ratione ipſa duce deprehenſa ſit. Quis enim vnquam rectè rationis compos dubitare potuit, quin peccatorum remiſſio à Deo ſit: certè Iudæi homines non admodum ſubtiles id ſunt facile aſſecuti, vti apparet ex eo, quod Chriſto obiecere Matth. 9. & Marc. 2. & Luc. 5. *Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus?* Quod ſcirent illud Dei proprium eſſe; quamquam malignè Chriſto eam poteſtatem detraherent, qui homo cum eſſet, ac Deus dimittere peccata poterat; quod ipſe met Chriſtus eos docuit, cum addidit, *Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata &c.* quod item Ioannes affirmauit cum dixit; *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Sed egregij iſti interpretes negabunt, & reſpondebunt ne Chriſtum quidem peccata remiſiſſe; ſed remiſſa ea eſſe docuiſſe. Bellum interpretamentum! Cæterum vt ad propoſitum redeamus, duo prima conſectaria Lutherus libenter, Caluinuſq; admittunt, & toti nouatorũ greges, apud quos feminæ docent, & annuntiant Euangelium, atque adeo

(Matth. 9. Marc. 2. Luc 5. — Ioann. 1.)

Sa-

Sacerdotium exercent. Tertium cogũtur admittere, etſi fortè non viderint ſequi, quod ſanè vidiſſent, ſi ſanos oculos habuiſſent.

Præludium Tertium.

Caluini, & aliorum cum eo ſentientium nouatorum Interpretamenti refutatio.

ETſi opinationem Hæreticorum Caluini, Melancthonis, & Kemnitij ſatis per ſe futilem eſſe conſtet;
Bellarm. eamque abunde Bellarminus *lib. 3. c. 12. & 3. controuerſiar.* & Suar. *tom. 4. de pænit. d. 16.* Theologico more confutarint;
Suarez.
Maldon. & Maldonatus Commentarijs in eum Matthæi locum acutè, doctè, & validè eliſerit; operæ tamen pretium me facturum putaui, ſi cum eam hic propoſuerim, meo quoque etſi impari marte refellerem. Primum. Si Clauium traditione nihil reapſe collatũ, verbum illud, *dabo*, rem non continet; nec illæ *Claues*, quicquam, aut ſoluunt, aut ligant. Reſpondent. Nihil dare, ſed monſtrare datum à Deo, quod ſignificant; ideſt, ipſam ſolutionem, & nexum. Repono. Igitur cum
Matth. 10 Chriſtus Matth. 10. dixit Apoſtolis *Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, lepro ſos mundate, Dæmones eijcite*, poteſtatem nullam dedit, ſed tantùm dedit ſcire, & prædicare illa miracula à Deo patrari. Fatentur. Tunc illud infero. Qui ergo dixit Euangelium, *dedit illis poteſtatem* eijciendi Dœmones, & curandi morbos? quomodo iubet gratis dare, quod gratis acceperunt, *quod gratis accepiſtis, gratis date*; Redeunt eòdem, ideſt doctrinam Euangelicam, qua iſta credantur, quam acceperant, dabant. Bellè. Igitur in hac doctrina ſunt omnia? Annuunt. Ergo & illa! *Nolite poſſidere, interrogate, ſalutate, excutite puluerem, fugite, prædicate*, facta non ſunt, ſed ſigna factorum; qua ratione neceſſe eſt, vt illa omnia non præcipiantur fieri, ſed facta prædicari. Itaque dum *ſalutare*, dum *fugere*, dum *prædicare* iubentur, nil aliud facere iubentur, quam nunciare ea ſe iam feciſſe, quæ niſi antea facta fuerint, vera eſſe non poſſunt. Itaque iſti cum prædicant Euangelium ſuum, non prædicant, ſed aiunt ſe prædicare; cum dicunt docere, aiunt ſe docuiſſe, cum dicunt viuere, aiunt ſe vixiſſe, atque adeo mortuos eſſe. Id ſanè verum eſt. Cadauera eos, & truncos, cum ſic interpretantur eos eſſe. Sed alia via euadunt. Affirmant Claues, & ſoluendi, & ligandi eſſe poteſtatem Euangelizandi, ac declarandi remitti, & retineri peccata. Audio: auſcultent. Hoc docere poterant Phariſæi, qui clauem tulerant ſcientiæ, in lege enim, opinor, remittebantur, & retinebantur peccata. Egregiam vero laudem, atque ornamenta reportant Apoſtoli, cum Phariſæis æquiparantur. Quid? quod nè fœminis quidem anteponentur. His namque docere licet in Euangelio remiſſionem culparum contineri. Fortè quia claues domeſticas, puta penùs, mulieres habere ſolent, in eas quoque Claues Euangelicæ quadrant; nempe verbum Dei *Panis* in ſacris litteris dicitur, quem feminæ ſubigunt, & coquunt. Mirum hæreticorum acumen. Viderunt his clauibus ſignificari vim *ſoluendi*, & *ligandi*, quæ ad nexus, & nodos pertinent, ſiue texendos, ſiue retexendos, ſiue inuoluendos, ſiue exſoluendos. Intellexerunt ad muliebres artes, vſumque pertinere, quarum eſt, nere linum, & filamina, vnde nexus, & ligamina fiunt, conficere. Apte, & ingenioſè. Sed quid viris faciemus? Facile ijs erit nere, & texere, imo & neceſſarium; nam apud quos feminæ docent, & prædicant, viros oportet lanificio operam dare; Vtrumque Mineruæ opus eſt. Papæ? Sed agamus cum ijs, tanquam cum peritis ſcripturarum. Abſurdum eſt hic *ſoluere*, & *ligare* poni pro docere, & prædicare. Equidem ligare nunquam eo ſenſu in ſacris lit-

teris vſurpari video. Certus dico. Soluere, etſi videatur quater in libris Iudicum ad quæſtiones trahi,& ſemel in Apocal.ad ſigilla libri clauſi accommodari, res ipſa verbum vocabat; hic vero nihil eſt, quod innitet, eſt quod refutet; illud enim ligare, cui omnino reſpondet ſoluere, non patitur illum ſenſum; cum ſi ſoluere ſit docere, oporteat vt ligare ſit,aut dedocere, aut non docere, & otiari; quod ſi dedocere oportet quæ quis doctus fuit in Regno Cœlorum, in hæreſes diſſolui neceſſe eſt. Iam non docere, & otiari neſcio qui liceat doctori? At dicent ligare ſumi pro cognitione Fidei, quæ ligat ſenſus, & captiuat intellectum in obſequium Fidei. Capio; ſed obijcio; ſoluere eo ſenſu accipiendum eſſe, vt euertat fidem;ſi enim ligari eſt credere; ſolui erit non credere. Itaque ſi ligari prædicatoribus præcipitur,ſoluere à fide,non modo non præcipi, ſed ne licere quidem poteſt. Rurſus effugiunt. *Soluere* recte dicitur Prædicator homines in erroribus detentos. Annuo. Sed qui dicitur idem prædicator homines ligare, cum neceſſe ſit, vt *ligare* homines perinde ſit, atque erroribus implicare, ſi *ſoluere* eſt ab illis eximere? Præterea quomodo Prædicatorum documenta, & præcepta in terris tradita ſoluuntur, & ligantur in Cœlis? Nimirum, ibi probantur. Imo contra video fore, nam documenta illa, & præcepta à Cœlo ſunt,& à Deo dictantur; igitur primum dici debuit, *quæ ſoluuntur, & ligantur in Cœlis, erunt ſoluta, & ligata in terris*, Accedit, quòd ſi bene docere ſatis eſt,vt quis remiſſionem peccatorum conſequatur, vti ijdem confirmant. qui ſolam fidem inſtrumentum ſalutis faciunt; Phariſæi, qui rectè docebant, in ſanctorum Catalogum apud ſuperos relati erant. Vehementius adhuc vrgeo; *ſoluere*, & *ligare* minimè ad doctrinam hoc loco pertinere, ſed rem conſcientiæ continere. Idque collato Ioannis loco demonſtro. Suſcitatur à Chriſto Lazarus. Prodit ligatus, iubetur ſolui, *ſoluite eum*, Ecce *ligandi*, & *ſoluendi* verba, & officia! An eſt quiſquam veterum,cui in mentem venerit doctrinæ? nempe; non erat Lazarus, niſi peccatoris imago? vidit in ea acutè, & recognouit ideam Auguſtinus; quo nemo certior, & ſubtilior eſt interpres, & ſuo nos commentario, quaſi filo ad textum Matthæi reduxit; *Quid eſt*, inquit, *ſoluite, & ſinite abire? quæ ſoluuntur in terra erunt ſoluta, & in Cœlo*: Peccatoris perſonam authore Auguſtino ibi agit Lazarus, *quando confiteris*, inquit de peccatore, *procedis ligatus adhuc peccatis. Confitens, & adhuc reus, vt ſoluerentur peccata eius. Miniſtris dicit, ſoluite*. Quid? quæris? Abſoluitur, *ſoluite*, & libertate gratiæ donatur; Quod Chriſtus apud Matthæum promiſerat paradigmate, apud Ioannem re exhibetur. Sic Auguſtinus, à quo author libri de vera, & falſa pœnit. vetus, & grauis accepit c. 10. Idque Greg: Magn. *lib.* 22. *Moral: c. 9. & hom. 26. in Euangel.* & Bedæ, & Ruperto(quibus viris?)in commentarijs placuit. Hi vigilant. Hæretici, qui irrident, ſomniant. At Caluinus, ait Auguſtinum, & Gregorium hic mentiri, dum aiunt Apoſtolis dictum *ſoluite*: affirmat enim ſolis Iudæis dictum; quibus præceptum fuerat, *tollite lapidem*. Impudens Caluinus eſt, ac impudens temerè. An quia Iudæis dixerat Chriſtus, *Tollite lapidem* excluſit diſcipulos? An non potuerunt vnà cum Iudæis tollere? Certè cum Chriſtus dixit *ſoluite*, non expreſſit Iudęos Euangeliſta. Hinc ergo intulit Auguſtinus præcepiſſe Apoſtolis; quod vidit ſoluendi munus ad eos pertinere. Allegorias tamen Caluinus venditari non vult. Cur ille fumos vendit? An non allegorias intrudit cum doctrinam, & prædicationem verbis *ligandi*, & *ſoluendi* ſignificari ait? Eat ergo,& calumnietur Ambroſium *l. 2. de pœnit. c.* 7. & Irenæum *l. 5. c. 13.* locum iſtum Lazari de pœnitente, & confeſſo, & abſoluto cum Auguſtino, & Gregorio interpretantes. Verum Caluinus, ſi ſuperis placet *l. 3. inſt. c. 3. §. 7.* Nos Catholicos auricularem confeſſionem profitentes, *Aſi-*

nos

Liber, Iudic. Apocalypſ.

Ioann. 11

Auguſtin

Auth. lib. de ver. & falſ. Pœnit.

Beda.
Gregor. Magn.
Rupert.

Ambr.
Iren.

Caluin.

nos vocat. *Hic hic*, inquit, *aures aſini iſti arrigant*; Aſininam vocem aures noſtræ cũ hinc audiunt, audiunt. Noſne cum Auguſtino ſentientes Aſini ſumus? Aquilam in Eccleſia ſectamur. Aſinus ille eſt, qui rudit. Caluinum ergo rudere palam faciam. Si *ſoluere*, & *ligare* ad doctrinam ſpectat, Aſina illa, & pullus, quos ad ſe Chriſtus

Matth.21. Luc.19. Mar.11. Matth. 21. & Luc. 19. & Mar. 11. iubet ſolui, & ad ſe adduci, *doceri* omnino iubentur, erant quippe alligati *Aſinam ligatam*; *Pullum ligatum*, & ſunt ab Apoſtolis ſoluti. *Soluite*, *ſoluunt*. Quod ſi *ſoluere* Caluino eſt *docere*, & *ligare* eſt *ignorare*; qui Aſinam ligatam ſoluunt, planè docent. En quo Caluinum cogimus. *Demittat* hic *ille auriculas*, *vt iniqua mentis Aſellus*. Et rudat. Eum nos hac argumentatione ridendum lectoribus proponamus. Neque ſolus *Auriculas Aſini Midas habet*; Eat nunc, inter & *Arcadiæ pecuaria rudere diſcat*. Scio eum harmoniam Euangelicam meditatum, nempe *Aſinus ad Lyram*. Quid refert nos Catholicos ab eo appellari Aſinos, qui Aſinus ſit? Aliter intelligeret verba Chriſti, ſi Aquila eſſet. Sin dicat, Quid ſibi vult illa Chriſti ſententia? Ioann. 20. *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt*; niſi præſtare, quod illa Verba Matt. 16. & 18. promiſerant? *Quæcunque ligaueritis, erunt ligata, Quæcunque ſolueritis erunt ſoluta*? Id certe quiuis, dummodo audire velit, intelligit; ſed hæretici non habent *audiendi aures*; habent audendi frontem cum ſint effrontes. Audire nihil: audere omnia poſſunt. *Audax Iapeti genus &c.*

Digitized by Google

LIBER PRIMVS

DE CLAVIBVS PETRI.

DISSERTATIO PRIMA.

CAP. PRIMVM.

Quid clauium nomine intelligatur.

CLAVES quid propriè, latinèque ſignificent omninò conſtat; de tranſlato agimus, & qui à proprio cum virtute deducitur ſenſu, quem qui allegoricum dicat ſapiet, cum tranſlatio ad allegoriam gradus ſit. Claues igitur per tranſlationem ius, & poteſtatem, & poſſeſſionem ſignificant, vt cui claues dantur, is Dominus, & poſſeſſor inſtituatur. Huc ſpectat ſolemnis illa, quæ fieri ſolet Principibus, & Magiſtratibus Vrbes, quibus præſunt, ineuntibus clauium traditio, perinde enim eſt claues tradere, ac ius concedere, conceſſumque monſtrare, quod animaduertit Bellarminus *lib. 3. de pœnit. c. 2.* Stapletonus *Cont: 2. l. 6* & Cornel. in Matth. *6. verſ. 6.* & Maldonatus *ibidem.* Interdum ſolus vſus, & cuſtodia rerum clauibus ſignificatur, vti cum veteres Romani claues vxoribus ſuis dabant, vt quæ domi eſſent adminiſtrarent, & cuſtodirent, itaque apud quem ſunt claues, is vel ſuo iure poſſidet, vel alieno, quod claues, aut proprium dominium, aut vſum alieni ſecum afferunt. Hoc item ſenſu in ſacris litteris claues accipi, multis, ac illuſtribus locis probatur. In primis illo Iſaiæ 22. *num* 22. ad Eliachim figuram, & typum Chriſti. *Dabo clauem Dauid ſuper humerum eius*, id eſt *Principatum*, quemadmodum vertit Paraphraſtes Chaldaicus *Dominium domus Dauid*; de quo c. 9. n. 6. idem Propheta perſpicuè dixerat; *Factus eſt Principatus ſuper humerum eius.* deinde altero Apocalypſis 3. *Hæc dicit Sanctus, & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.* hoc certè niſi cui vni ſumma poteſtas ſit, nemo vindicare ſibi poteſt, vt non modo quem velit admittat, quem nolit excludat, ſed nemini, vel aperiendi, vel claudendi contra quàm ipſe velit, alteri locum relinquat. Eſt tertius, qui rem contineat in eadem Apocalypſi c. 2. *Habeo claues mortis, & inferni*, Vbi Chriſtus ait, Andrea Cretenſi authore, *abſolutam in animæ, & corporis mortem poteſtatem habeo*; quæ iuſta, & idonea interpretatio eſt. Adijcio quartum Lucæ 11. *n.* 52. *Væ Vobis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ*, Vbi Chriſtus Phariſæis obiectat ſuperbiã, qua ſibi legis ſcientiã ita arrogabant, vt cum Sacras Scripturas ſuo ſenſui ſeruire cogerent, nemini interpretandi copiam facerent; Vnde Ambroſius ſermone 8. vertit, *Abſconditis clauem ſcientiæ obruendo claues, auferendo vſum, claudendo Cælum.* quod alio Matth. *loco 23. n. 13.* continetur, in quo Chriſtus, *Væ Vobis*, inquit, *Scribæ, & Phariſæi, quia clauditis regnum Cælorum.* Animaduertere quippe oportet vſum iſtius datæ poteſtatis, verbis *aperiendi*, & *claudendi* ſignificari; nam in loco Iſaiæ citato ſubijcitur; *aperiet, & non erit, qui claudat, & claudet, & non erit, qui aperiat*; quod totidem verbis ab Euangeliſta in proxima Apocalypſis ſententia reperitur, & in textu Matthæi eodem ſenſu vſurpatur, *Tibi dabo claues Regni Cælorum, quod-*

cun-

Bellarm. Staplet. Cornel. Maldon.

Iſaias.

Apocal.

Apoc. And. Cretenſ.

Lucæ 11.

Ambroſ.

Matth. 23.

Digitized by Google

cunque ſoluerit; quibus verbis, non aut reſtringitur poteſtas, aut minuitur, ſed ſolemniter explicatur, & in vſum, actumque reducitur.

Ex his locis apparet quiſnam huius apud Matthæum loci, *Tibi dabo claues Regni Cælorum*, ſenſus ſit, ſignificant enim claues ius, & poteſtatem exercendam circa Regnum Cœlorū, quemadmodum tradit Chryſoſtomus hom. 55. & hoc Matth. loco Hilarius, & Auguſtinus *ſer.*28.*de ſanctis*, quem illius eſſe non dubitem, & S. Leo *ſer.* 2. in anniuerſario die ſolemni Aſſumptionis ſuæ, D. Gregorius Magnus, *lib.*4 *epiſt.ep.*32. cuius ſententiam quod rem contineat, afferre volo; *liquet quod voce Dominica Sancto, & omnium Apoſtolorum Principi Petro totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt*. Ecce poteſtatem, accipe inſtrumentum, & pignus, & ſymbolum; *Ipſi quippe dicitur. Tibi dabo claues Regni Cælorum*. Cum igitur hoc ſit germanum vbique clauium ſignificatum, ſiue ſacræ, ſiue profanæ litteræ ſpectentur, idque omnes ad eum locum Catholici interpretes obſeruent, poſt D.Thomam, Strabum, & Lyram, vti videre eſt in Maldonato, & Barradio, Guilliaudo, & Cornelio, nullus vnquam de hac re. Catholicus author dubitauit, Cuiuſmodi tamen ſit hæc poteſtas de eo quæritur, noſque propriè quæſtionem inſtituimus.

Chryſoſt. Hilarius. Auguſt. S.Leo. Gregor. Magn.

CAPVT II.

De poteſtate Clauium variæ Catholicorum authorum ſententiæ.

Opinationem hæreticorum commemorauimus, & ſeorſim, quòd hæreſis eſt indubitata, poſuimus; nec enim qui Catholico Senatu ſunt moti, eos dicere ſententiam patimur inter eos, qui Catholici ſumus. Antequam reſpondeamus ſupponimus potuiſſe Chriſtum, ſi vellet, communicare Petro vtramque poteſtatem, tùm Regiam, tùm Pontificiam, cùm ipſe, & rex natura, & ſacerdos eſſet, atq; adeo ius quoddam excellentiæ in vniuerſum orbem, & omnes creaturas haberet; de quo latè nos, & accuratè in libro, quem adornamus contra calumnias Anglicanas, & qui prope diem lucem videbit, diſputamus; nunc calamum ab ea quæſtione abſtinemus, & quid Chriſtus, & quatenus Petro cum clauibus conceſſerit inquirimus.

Prima igitur ſententia Catholicorum eſt: nomine clauium intelligi vniuerſalem quandam, & plenariam poteſtatem in Eccleſiam Dei; & hanc ipſam poteſtatem ex Politica, Eccleſiaſticaque compoſitam, eaſque ambas Petro, & ſucceſſoribus eſſe collatam, ita vt traditione clauium Petrus tum Politicus Princeps, tum Pontifex Summus inſtitutus ſit, atque adeo Dominus Orbis terrarum; Ita multi Canoniſtæ cum Hoſtienſi in cap. *Quod ſupra his*. de voto, & voti redemptione; & Panormitan *in c.nouit. de iudicijs*; & nonnulli Theologi cum Aluaro Pelagio *lib.*1. *de planctu Eccleſiæ c.* 13. & Auguſtinus Triumphus *in ſum. de poteſtate Eccleſiæ q.*1.*a.*1. & Syluester *in ſumm.V. Papa* §. 2. ac imprimis Azor. *inſt.p.*2.*lib.*4.*c.*19 *& lib.* 10.*c.*2. & Franciſcus Bozzius Eugubinus toto libro integro de temporali Eccleſiaſtica Monarchia; quibus accedit Angelus Petricca Sonninus in ſua Turre Dauidica *lib.*2.*d.* 1. Qui limite vtuntur nullo, adeo vt exponant claues eſſe Regiam poteſtatem, ſeu Principatum, conferantque cum claui Dauid facta ſuper humerum Chriſti ab Iſaia Propheta prædicta, vt ſicut ille habet clauem Domus Dauid, ita Petrus dominium vniuerſalis Eccleſiæ à Chriſto acceperit, & ſucceſſoribus per manus cum clauibus tradiderit; quam ſententiam acutè, & eleganter in vtramque partem, & quà ſupremam: & qua perpetuam in Eccleſia poteſtatem ſignificant commentarijs in locum Matthæi ſuis Maldonatus confirmat,

Hoſtienſ. Panormit. Aluar. Auguſtin. Triumphus. Syluest. Azor. Franciſ. Bozz. Angel.Petric.

firmat, quo ſenſu latiſſimè funditur clauium ſignificatio.

Secunda ſententia: Claues aliquantum reſtringit ad poteſtatem Eccleſiaſticam; cæterum quanta illa eſt totam clauibus comprehendi docet, eamque plenitudinem (ſic appellat) poteſtatis datam in Clauibus Petro à Chriſto affirmat. Eius authores ſunt
Poggius Poggius lib. de poteſtate Papæ, & Concilij in reſponſione ad argumenta contraria, & in argumenta pro po-
Staplet. teſtate Papę; & Stapletonus *lib 6. Crou.*
Bellarm. *Fidei c.* 1. & Bellarminus *lib.* 1. *de Ro-*
Suarez *mano Pontifice c.* 13. & Suarez *de pæ-*
Bzouius *nit. d.* 16 *ſ.* 4. Bzouius *lib. de Romano*
Bouerius *Pontifice c.* 6. & Bouerius *in Conſultat. Orthodoxa p.* 2. *conſultat.* 5. & Lay-
Layman man *in Theologia morali tract. de legib.* §. 1. *de Summo Pontifice*, qui ad omnes protſus formas, & rationes iuris, & poteſtatis Eccleſiaſticæ, nulla excepta, clauium notionē, extendunt, atque adeo vniuerſalem poteſtatem ijs contentā, ac per eas tranſmiſſam ad Petrum, & ſucceſſores eſſe affirmant;
Bellarm. quarum Summam facit Bellarminus, cum eam Summam in omnem Eccleſiam poteſtatem appellat, quo illam
Suarez modo Suarez vniuerſalē dicit. De hac
Ioan. 22. ſententia meminit Ioan. XXII. c. *quia quorundam* de Verborum ſignifica-
Nauarrus tionibus *n.* 14. & ibi Gloſſa, & Na-
Petricca uarrus. Hoc opinor ſentit Petricca, quamquam limitem illum Eccleſiaſticum non adhibuit.

Tertia non minus eſt falſa, ſed magis diſtincta ſententia, cùm tradit clauibus Scientiam, & poteſtatem ſignificari, vt clauis vna ſit doctrinæ, altera potentiæ, ſicuti interpretatur Gloſſa moralis claues Dauid. Iſai. 22. *Scientia, ait, & potentia.* Quæ duo capita omnem Eccleſiaſticam poteſtatem continent docendi, & regendi; hæc tribuitur quibuſdam Theologis dicto cap. *quorundam*, & improbatur ibi a
Ioann. 22. Ioanne Papa, & Gloſſa, & à Nauar-
Nauar. ro *de panit. diſt.* 1 *cap. voluiſſent* §. *ex ijs.* Tradidit tamen eam perſpicuè
Chry ſoſt. Chryſoſtomus hom. 55. in Matth. affirmans *Claues Petro promiſſas ſignificare magnam poteſtatem, & dominium ineffabile*, & adhuc manifeſtius hom. 33. *Claues Regni Cælorum ei conceſſit, totamque ei poteſtatem commiſit.* Iiſdem penè verbis reddit S. Maximus S. Maxim.
homil. 5. de SS. Petro, & Paulo. Cū eo ſentit Caietanus *tom.* 1. *trac.* 3. *de Ro-* Caietan.
mano Pontifice c. 5. vbi ait plus ſignificare Claues Matt. 16. quæ committuntur ſoli Petro, quàm Ioann. 20. datam poteſtatem remittendi, & retinendi, quia Papa ſupra cæteros Epiſcopos habet illuminare &c. quæ ſententia placet Suario *de panit. d.* 16. *ſ.* 4. Suarez. Maldon.
n. 8. & Maldonato *comment. in Matth.* etſi minimè Bellarmino probetur Bellar.
lib. 1. *cap.* 12. §. *verum.*

Quarta communis eſt, per claues poteſtatem ordinis & Iuriſdictionis intelligi; ita idem Panuinius *c* 4. *&* Panuin. Henriquez
5. & Henriquez *lib.* 6. *de Sacram. ſeu de panit.* 3. *c.* 1. *n.* 4. *& c.* 4. in commen. & Cornelius commentarijs in locum Cornelius
Matthæi 16. Sed quoniam poteſtas ordinis partim circa corpus Chriſti verum, partim circa myſticum verſatur; vti obſeruant Theologi in 4. diſt. 18. cum Diuo Thom. ibique quæſt. 1. art. D. Thom.
1. quæſtion. 2. & Canoniſtę in *c. voluiſſent.* § *& ijs de panit. diſt.* 1. cum Nauarro ibidem, bipartita eſt horum Nauarr.
authorum ſententia; quidā enim nulla protſus diſtinctione vſi ad vtramq; poteſtatem trahunt; vti ſunt authores citati, alij remota poteſtate ordinis circa Corpus Chriſti verum, quam huius loci eſſe inficiantur, Claues ad illam tantùm poteſtatem reſtringunt, quę in corpore myſtico continetur. Sed neque hi prorſus conueniunt; itaque in duas diuerſi abiere ſententias.

Quintam efficiunt, qui interpretantur Claues de tota poteſtate in corpus Chriſti myſticum, quæ in Sacramento ordinis confertur; ſiue ea ſit iudiciaria, ſiue non; dummodo ad curam, & ſalutem fidelium ordinetur: qua ratione extendunt illā ad Sacramentorū omnium ordinariā adminiſtrationē; ita cenſent multi Theologi cum Patribus apud Suarez *t.* 5. *de* Suarez. Henriq.
panit. diſp. 16. *ſeſ.* 6. & ſignificat Henriquez *l.* 3. *de panit. c.* 2. *n.* 1. *&* 5. & Bel- Bellar.
larmi-

larminus *lib. 1. de Romano Pontifice c.*
S. Aug. 12. & fauet D. Auguſtinus *lib 2. contra Parmenianum c. 11. & lib. 50. homil.*
Cirill. Chrys. *hom. 23.* & Cyrillus *l. 12. in Ioan. cap.* 56. & Chryſoſtomus *hom. 86. in Ioan.*
Ciprian. *& lib. 3. de Sacerdot.* et Cyprianus *epiſtol. 73. idem de epiſtol. 76. aliàs*
Pacia. Iſidor. *lib. 1. epiſt. epiſtola 6.* Pacianus *epiſt. 3. ad Sympronian. t. 1. Biblioth.* & Iſidorus *lib. 2. de Diuinis officijs c. de baptiſmo.*

Sexta, & vltima, & celeberrima eſt: per Claues propriè, & ſolùm ſignificari poteſtatem iudiciariam, quæ in pænitentiæ Sacramento, eiuſque partibus exercetur; hæc eſt ſtrictiſſima; & exactiſſima, quæ cæterarum amplitudinem coercet, & ad Tribunal Confeſſionis ſiſtit. Hanc perſpicue tradit
Ioann. 22. IoannesXXII. extrauagante, *quia quorundam c. 5. tit. 24. & ibi gloſſa*, quæ
Magiſter citat gloſſam *ad inſtar.* & Magiſter Sententiarum *in 4. d. 8.* & ibi Schola-
D Thom. Scotus Nauarrus ſtici cum D. Thoma *q. 1. art. 3. & Scoto q. 4.* Sequitur Nauarrus *de pænit. diſt. 1. c. voluiſſent §. ex ijs, & diſt 6.*
Bellarm. Henriq. *c. placuit n. 47.* & Bellarminus *lib. de pænit. c. 2.* & amplificat Henriquez *lib.*
Suarez *3. de pænit Sacram. c 2. 3. & 4.* & Suarez *de pænit. d. 16. ſ. 1. 2.* Hinc illa clauium definitio concinnata a Ioanne 22. & recepta à Nauarro vbi ſupra; *Clauis eſt facultas ligandi, & ſoluendi, qua Iudex Eccleſiaſticus dignos recipere, & indignos excludere debet à Regno.* In hac ſententia perinde eſt Clauis, ac poteſtas iudiciaria remittendi, & retinendi peccata, & illa verba, *Tibi dabo Claues Regni Cælorum*, cum illis alijs reciprocantur, *& quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in Cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in Cælis*, vt nihil inter vtramque ſententiam interſit, ſed iſta ſecunda ſit interpretatio primæ. Huic ſententiæ videtur fauere
Conc. Trid. Concil. Trid. *Seſſ. 14. c. 1. & 2. & 5. & Can. 3. ac præcipuè* 15. vbi ſic loquitur de Clauibus, vt nihil eas à poteſtate ſoluendi, ligandique diſtinguat, quod apparet collatis inter ſe. 1. 2. & 5. capitibus; quam enim c. 1. & 2. poteſtatem remittendi, & retinendi peccata dixerat, c. 5. eam virtute Clauium in iudicio Confeſſionis exerceri pronuntiat; & can. 3. ita definit. *Si quis dixerit verba illa Domini Saluatoris, Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento pænitentiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit; detorſerit autem contra inſtitutionem huius Sacramenti ad authoritatem prædicandi Euangeliũ anathema ſit.* Ex quibus locis patet perinde eſſe ſoluendi, & ligandi munus in confeſſionis iudicio, atque clauium poteſtatem. Et verò cap. 6. ſic vetat, ne quis illam ſignificationem clauium pro poteſtate ſoluendi, & ligandi Epiſcoporum, & Sacerdotum propriam ad omnes Chriſti fideles indifferenter, & promiſcuè extendat, vt videatur eam ſoli huic Sacramentali iuriſdictioni addixiſſe.

CAPVT III.

Fertur iudicium de prædictis ſententijs.

VIdebitur fortaſſe cuipiam Ioannem 22. authorẽ huius ſextæ, & vltimæ ſententiæ, reliquas, & imprimis tertiam de Claue ſcientiæ dãnaſſe, & inducta illa definitione clauiũ, alio ſenſu Claues accipi poſſe omnino vetuiſſe. Præterea Concilium Tridentinum nuſquam Claues à poteſtate ſoluendi, & ligandi ſeparaſſe; imo eas illi tantummodo addixiſſe, vt apparet cap. 6. & Can. 3. atq; adeo alias ſignificationes improbaſſe. Verum omnes illæ ſententiæ ſunt Catholicæ, & erroris expertes; nec earum eſt ulla, vel à Ioanne, vel à Cõcilio damnata; quemadmodum examinando ſingulas apparebit. Illud primum animaduertendum: nullam ex Superioribus ſententijs iudiciariam huiuſmodi poteſtatem excluſiſſe, ſed omnes, eam tanquam partem illius vniuerſalis poteſtatis admiſiſſe.

Secundum obſeruandum, authorũ illarum ſententiarum quoſdam in definiendis Clauibus ſolius Petri, eiuſq; Pontificum ſucceſſorum, atque adeo capitis, & ſupremæ in eo poteſtatis rationem habuiſſe: alios vero ad fideles, & membra Eccleſiæ reſpexiſſe, quibus clauium vſus communicari potuit; proindeque rationem quandam communem clauium ſpectaſſe, & defininijſſe; quare qui Petro proprie claues attribuerunt, poteſtatem Clauium extenderunt: qui communiter Eccleſiæ, contraxerunt. Igitur poſteriores tres ſententiæ, quod de corpore Eccleſiæ cogitabant, de poteſtate communi Epiſcopis, & Presbyteris Claues intellexerunt, tres autem priores pro ſuprema, & vniuerſali poteſtate Claues vſurparunt.

Itaque incipiendo ab vltima, & ſexta ſententia. Hęc ſumit claues, quoad ſenſum arctiſſimè, quoad perſonas latiſſimè, vti ſignificant poteſtatem iudiciariam, quæ in Sacramento pænitentiæ exercetur, conuenitque omnibus Sacerdotibus, quorum eſt peccata ſoluere, & ligare, quæ poteſtas promiſſa eſt à Chriſto Petro in hoc cap. 16. & Apoſtolis paulo poſt cap. 18. illis verbis, *quęcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in Cælo, & quęcunque ſolueritis ſuper terram erũt* Ioann.20. *ſoluta, & in Cælo*. Et data Ioan. 20. n. 22. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt*. Ita vt hæc omnia loca eandem ſententiam contineant, & ad omnes prorſus Eccleſię Sacerdotes pertineãt; quæ doctrina habetur *c. quia quorundam*, vbi dicitur in collatione ordinis Sacerdotalis Claues conferri, per quas Sacerdotes conſcientiarum Iudices inſtituantur; *& de pænitentia diſt. 1. c. multiplex. & diſt. 6. c. 1. & c. quem pænitet. 21. diſt. in nouo. & c. Paſtoralis & c. noua de pænitentia & remiſſione*; Conc. Tr. & ſumitur ex Concilio Tridentino Conc Floren. *ſeß. 14. c. 6. & ſeſſ. 23. c. 1. in* & Floren- Conc. Conſtan. tino *in §. quartum* & ſub Eugenio; & Conc. Baſilee. Conſtantienſi in Bulla Martini V. cõtra Errores Ioannes Huſſij & Baſileenſi in oratione Henrici aduerſus articulum tertium Bohemorũ; & late Gloſſa *c. quorundam*; & Nauarrus *de Pænit. diſt. 6. c. placuit à n. 45.* & Bellarmi- Nauarrus nus *lib. 3. de Confeß. c. 2.* Poſt Patres Hieronymum *Epiſt. 1. & 50.* Chryſo- D. Hier. D. Chriſ. ſtomum *l. 3. de Sacerdotio cap. 4.* Am- D. Ambr. broſium *lib. 1. de pænitentia c. 7.* Augu- D. Aug. ſtinum *lib. 20. de Ciu. Dei. c. 9.* & Gre- D. Greg. gorium *hom. 26. in Euangelia*.

Quinta addit de ſenſu, detrahit de perſonis Addit enim eam partem poteſtatis ordinis, quæ verſatur circa corpus Chriſti myſticum, & continet confeſſionem, & adminiſtrationem aliorũ Sacramentorum, quæ iudicialis non eſt; detrahit enim de perſonis, quia cum ſint Sacramenta quę non poſſunt niſi ab Epiſcopis confici, & adminiſtrari, vti patet ex doctrina Sacramẽtorum. Non omnium Sacerdotum eſt ea poteſtas; atque adeo extendente ſe clauium vſu, numerus perſonarum reſtringitur, etſi aliunde rurſum quodammodo extendatur, nam baptiſmus poteſt à quolibet fidelium in caſu neceſſitatis adminiſtrari; atque adeo latiſſime funditur hæc poteſtas nullo excepto genere perſonarum; quamuis hæc non ſit propriè Clauium poteſtas, ſed abuſiuè, cum in neceſſitate potius permittatur ille vſus, quam conferatur poteſtas. Quare minus placet hæc ſententia, & quod impropriè loquitur, & fauet hæreticis conantibus clauium poteſtatem vulgare, & vſum earum accipere, & promiſcum reddere.

Quarta rurſum auget ſenſum, perſonas item auget; nam cum eam partem poteſtatis Ordinis, quæ verſatur circa corpus Chriſti verum admittat, eaque ſit par in omnibus Sacerdotibus, neminem eorum excludit. Equidem duas iſtas poteſtates Ordinis, & Iuriſdictionis Clauium nomine vocari, & numerus innuit, & ſenſus ſuadet, qui vterque iuſtus eſt, ac vti ſunt claues diſtinctæ, ita ſunt diuerſæ poteſtates; quemadmodum deducitur ex Tridentino *ſeſſ. 23. c. 1. & can. 1.* Conc. Trid.

Hæc ſunt tres poſteriores Sententiæ, quæ cum & poteſtatem Clauium, non

non ſolius Petri, & ſucceſſorum propriam, ſed communem in cæteris Eccleſiæ membris efficiunt, de quibus ego ſic iudico; Requidem veras eſſe, ſed à loco Matthæi, quem exponimus, alienas. Itaque bonas exiſtimo, aptas non puto, nam certè Chriſtus hoc loco proprium quiddam Petro promiſit, quod cum alijs commune eſſe noluit: quare alios eſſe locos Euangelij, in
Matth. 16 quos ille quadrent ſententiæ, at de quo hic Matth. 16. agimus, in eum certè accomodari non poſſe iudicamus, vti opportunè monſtrabimus.

Reſtant priores tres ſententiæ, quarum prima latius, quam par eſt funditur, ſi nomine Clauium Regiam quoque, & temporalem velit poteſtatem complecti; nam hæc aliena prorſus eſt ab inſtituto Chriſti, vnde oppugnanda eſt omnino illa Vox Regia, quæ etſi claui Dauid conueniat, in clauem Petri minimè quadrat.

Tertia eodem vitio laborat, ſi ſcientia de omni doctrinarum genere intelligatur, perinde ac Petrus ſapientiſſimus fuerit, & ſucceſſores futuri ſint, cum id neque requiratur, neque verum ſit Petrum, & ſucceſſores hoc ſcientiarum genere excelluiſſe, vti obſeruat cap. *Quorundam* citatum,
S. Maxim. nam S. Maximus ſerm. vlt. de Sanctis Petro, & Paulo ait: *Clauem Potentiæ Petro, Clauem* autem *Sapientiæ Paulo* donatam fuiſſe. Quod ſi velit nomine ſcientiæ facultatem diſcernendi verum à falſo, & authoritatem definiendi res fidei accipere, id ſanè admitti debet, cum hæc pars ſcientiæ in moderatore Eccleſiæ deeſſe non poſſit,
Henriq. de quo nobis ſuo loco dicendum.

Verum quidem eſt Henriquez clauem ſcientiæ ſolam authoritatem iudicialem cognoſcendi de cauſis animę idest peccatis, & illorum circumſtantijs interpretari *l. 3. de pænit. Sacram. c. 1.* qui ſenſus minus mihi certè pro-
Auguſt. batur, cum videam Auguſtinum *lib. 2. contra Parmen.* doctrinam per Claues ſignificatam latius, & fuſius ſumere, quod etiam ait *lib. 50. hom. homilia 23.* idque placere Suario *t. 4. de Pænit. d. 16. ſ. 1. aſſert. 2. n. 4.* vbi allegat Hieronymum, & Originem: ſed animaduerto eundem Henriquez *lib. 3. cap. 3. in commentarijs* probare contrariam ſententiam aſſerentem Clauium poteſtatem datam Petro multo plus continere, quam illam, quæ data eſt Apoſtolis in Cænaculo Ioan. 20. remittendi, & retinendi peccata. Vnde colligo Henriquez non negaſſe claues latius patere, quam ſit confeſſionis tribunal, ſed voluiſſe dicere huiuſmodi iudicium confeſſionis partem illius eſſe Clauium poteſtatis; quod item video ſummo, & Theologo, & interpreti Maldonato *in Commentar. ad Matth. locum n. 19.* placuiſſe. Maldon.

Secunda ſententia omninò probãda, quæ per claues totam rationem poteſtatis Eccleſiaſticæ, quæ ad gubernandam Eccleſiam neceſſaria eſt propriè intelligit, eique nos ſubſcribimus; hæc enim iuſta, & germana interpretatio eſt, & loco, & cauſæ hærere agnoſcitur, quemadmodum proximè monſtrare incipiemus.

Hac enumeratione ſententiarum peracta, patet eum ſolum ſenſum damnari, qui hæreticus eſt, Claues nihil aliud ſignificare, quam poteſtatem annuntiandi Euangelium, & docendi remiſſionem peccatorum à Deo eſſe, qui hæreticus ſenſus eſt, quem damnat Concilium Tridentinum *ſeſſ. 14. can. 3.* vbi ait eum, qui detorſerit ſententiam Chriſti contra inſtitutum Sacramenti Pænitentiæ, anathema eſſe; vnde cum ſolum huiuſmodi ſenſum condemnet, reliquos catholicos eſſe demonſtrat. Itaque non vetat Concilium aliter interpretari Claues, ſed tantum vetat, ne quis hæretico illo ſenſu interpretetur, quod ſignificat Suarez *de pænit. diſp. 16. ſeſſ. 1.* Conc. Tr. Suarez

Quod autẽ attinet cenſuram Ioan. XXII. latam aduerſus dicentes ſciẽtiam Clauibus contineri: Reſpondetur Pontificem non damnaſſe interpretationem Clauium pro potentia, & ſcientia cum multi Sancti, et interpretes eam tradiderint, ac imprimis S. Maximus quem ſupra citauimus ſermone vlt. de Sancto Petro, et Paulo, ſed ſolum damnaſſe errorem

illa interpretatione abutentium. qui dicebant non poſſe Pontifices mutare decreta, & ſententias ab alijs prædeceſſoribus latas, & quod ab vno ſemel decretum eſſet, ac definitum, id ratum ſemper & cōſtans fore, quod ad vſum clauium pertineret: ad idque ſubtiliter diſtinguebant inter clauem ſcientiæ, & potentiæ, & affirmabant in ijs quæ ad clauem potentiæ ſpectabant, liberum eſſe Pontifici facta reuocare, negabant vero licere in ijs quæ ad clauem ſcientiæ pertinebant, proindeque quod ſemel à Pontifice traditum eſſet, impoſterum reuocari non poſſe confirmabant. Quod etſi de definitionibus in materia Fidei verum ſit, in alijs certè decretis verum eſſe non poteſt. Ac ne quis in eum errorem incideret, Clauem ſcientiæ minus probauit, & ad authoritatem diſcernendi, & dijudicandi inter cauſam, & cauſam illam reſtrinxit.

Quod autem alij de vi, & poteſtate clauium ſenſus tuti, ac idonei ſint, liquet ex eo quod Ioannes ipſe illos in textu nomine aliorum proferens non improbat, ſed prauum eorum vſum reprehendit, vti in textu apparet. Imo producto ſenſu vniuerſalis illius poteſtatis per Claues ſignificatæ, & Petro conceſſæ indicat, illum idoneum eſſe dum ait, *Videtur euidenter omnia conceſſiſſe ſine quibus Paſtoris vniuerſalis conuenienter cura nequit, ſeu officium expediri.* Quem tamē vetat ſiniſtrè accipi, & ad errorem detorqueri.

Io. XXII

CAPVT IV.

Noſtra ſententia proponitur, & aperitur.

Etſi nobis ſecunda ſententia probetur, oportet tamen eam exponere, & perſpicuè docere: Primum: non poteſt vis hæc & poteſtas Clauium deprehendi, niſi prius conſtet cui perſonæ ſit facta huiuſmodi Clauium traditio. Nam certè aliter tradi ſolent Claues Regibus, & Dominis, aliter Cuſtodibus, & Clientibus: ac ex perſonarum quibus traduntur conditione, & ſtatu apparet, quid per claues communicetur. Dominis quippe ius, & poteſtas, cæteris cuſtodia vſuſque committitur. Quare niſi, antequam de clauium vi, & poteſtate agamus, conſtet cui vel quibus perſonis illæ ſint à Chriſto tributæ, in earum ſignificatione inueſtiganda oleum planè operamque perdemus. Duobus autem modis perſonæ venire in quæſtionem poſſunt. Altero propriè, altero figuratè. Rem latinè explico. Quilibet homo, & perſona eſt, & perſonam gerit, aliud eſt, & aliud interdum repræſentat. Expono ciuiliter: Eſt in homine vera, & ficta perſona: Vera naturam continet: ficta munus, & dignitatem. Vnde vna, & eadem perſona per naturam conſtituta, poteſt multas ſuſtinere perſonas, hoc eſt, multa obire munia, & gerere Magiſtratus. Hinc eſt quod bene latinè dicitur; Hæc perſona agit hanc perſonam. Quod tractum eſt ex ſcena in qua exhibentur aguntur que perſonæ. Pro perſonarum autem varietate varia, & diuerſa ornamenta exiſtunt reciproca viciſſitudine, vt quid cuique conueniat, ex dignitate, & quæ cuique conueniat dignitas, ex perſona ſpectetur.

Igitur in hac traditione Clauium duo genera hominum, Perſonarum plura conſiderari poſſunt: duo illa ſunt; vnum Petrus ſolus, alterum Petrus cum Apoſtolis; hæc duo à natura humana ſumuntur, eamque ſectantur. Ad perſonas tranſeamus. Erant in Petro, quædam ſingularia, vti Primatus Eccleſiæ. Erant quædam cum alijs communia, vti Apoſtolatus, & Presbyteratus. Rurſus in Apoſtolis erant alia propria ob munus Apoſtolatus: Alia cum cæteris fidelibus communia. Hæc pertinent ad perſonas. Neceſſe igitur eſt diſtinguere, quid in Petro Chriſtus attenderit, cum Claues dedit; nam ſi in eo rationem Capitis, & Principis Eccleſiæ reſpexit,

cum

cùm ei claues tradidit, ſummam & plenam poteſtatem conceſſit, atque adeo illam claues ſignificant. Sin voluit in Petro Apoſtoli perſonam attendere, quas ei Claues dedit in earum partem Apoſtoli venerunt, nec niſi communem omnibus poteſtatem claues deſignant. Rurſum ſi Apoſtolis, quæ Apoſtolatus propria erant conceſſit, ea extra Apoſtolatus officium extendi nequeunt. Sin aliquid vltra Apoſtolatus dignitatem contulit, id ad quem gradum eſt deductũ, ad illum nos omnino perducet.

Illud inſuper ſumimus: Petrum, vti Caput & Princeps erat Claues accepiſſe, non vti ſingularis, & mortalis homo, quo cum claues eſſent perituræ, ſed vti Principis repræſentabat Eccleſiæ perſonam, itaut pro ſe, & ſucceſſoribus illam acceperit clauiũ poteſtatem. Quod in primis obſer-
D. Augu. uat Auguſtinus, ſæpè affirmans Petrum Eccleſiæ tum geſſiſſe perſonam. Quod etſi bifariam poſſit intelligi, vtroque ille ſanè ſenſu dixit, vti apparet *ex Comment. in Ioan. tract. 50. & in pſal. 108. & lib. de Agone Chriſtiano cap. 30. & ſerm. de Apoſtolis.* Idem probatur *24. q. 2. cap. legatur, & d. 19. cap. ita Dominus*, quod ſuo infra loco
Gelaſ. accuratè monſtrabimus. Et confir-
Leo. matur à Gelaſio ad Fauſtum, & Leo-
Innoc. ne ad Epiſcopos Viennenſis Prouin-
Beda. ciæ, *& ſerm 3.* in die Anniuerſario Aſſumptionis ſuæ, & Innocentio IV. *in cap. 1. de homic. in 6.* & Beda *Homil. de Feſto Apoſtolorum.* Ac illud itcm vindicamus; ſi Apoſtolis datæ ſunt claues, ab illis ad eorum quoque ſucceſſores. Claues tranſmiſſas eſſe. Aedificabat enim Chriſtus, & ornabat Eccleham ſuam, non cuertebat, & deformabat, atque adeo conſtantem, æternamque reddebat.

Author igitur ſum: Claues datas eſſe à Chriſto vni Petro, vti capitis, & Principis Eccleſiæ perſonam gerenti, vt ei ampliſſima poteſtas in clauibus conceſſa ſit, quæ ad omnes rationes & formas iuris dominij, & poteſtatis Eccleſiaſticæ omnino extenditur. Conſultò Eccleſiaſticæ dixi; non quod putem Petrum, & ſucceſſores non poſſe eius, & dominium ſeculare habere, cum & poſſint & habeant, ſed quod ijs per claues directè à Chriſto collatum ſpirituale, & Eccleſiaſticum dominium fuit, ad regendam, & adminiſtrandam Eccleſiam accommodatum. Vtrum autem Chriſtus ſeculare illud genus dominij Petro negauerit, vti Hæretici contendunt, & vtrum poteſtas illa ſpiritualis ad temporalia ſe obliquè, & vt aiunt indirectè extendat; aliæ quæſtiones ſunt ſuis locis agitandæ. Itaque ſecundam inter connumeratas ſententiam ſequimur, eamque hic exponimus, & aperimus, quæ accuratius, & expendenda eſt, & confirmanda.

DIS-

DISSERTATIO SECVNDA.

De Perſona cui Claues traditæ ſunt á Chriſto.

CAP. PRIMVM.

Vtrum verba Chriſti Tibi dabo Claues Regni Cœlorum ſoli Petro, an reliquis item Apoſtolis conueniant?

NEGANT Hæretici Petrum Caput, & Principem Apoſtolorum fuiſſe, & pernegant Claues vni, ac ſingulari datas, vt nihil ille inter cæteros excellat, vbi caput exerit deprimunt, ne omnino caput ſit; quin, & quod Roma Terrarum Orbis caput eſt, negant Romæ vnquam fuiſſe. Sed bene eſt, quod dum iſta effutiunt cerebrum amittunt. Aiunt illud, *Tibi*, nihilo magis ad Petrum, quam ad Iacobum Ioannemque & cæteros attinere. Petrum hic omniũ perſonam ſuſtinere, ſuam deponere: Vertumnum Protheaue imitari; imo & vltra Geriones, & Herylos, ire cum hi tricorpores, & triformes fuerint, Petrus cõrporum animarumque congeries, cumque illum caput Chriſtũ conſtituerit, Hæretici, ſi ſuperis placet, multa illi capita attribuunt, Lernæa bellua truculentius Monſtrum fingunt, & quod in Briarei brachijs poetica fecit licentia, in Petri capitibus hæretica præſtat audacia. Ferrem id moderatius, ſi illi ſentirent cõgruentius. Nam quidquid præclarum, & illuſtre de Petro Euangelium prædicat, id ei omne adimunt, & in alios transferunt. Si quid autem aut inhoneſtum aut ignominioſum (nam homo erat) idem Euangelium de Petro commemorat, id continuò illi attribuunt, & commune cum cæteris eſſe nolunt. In quo certè non modo ab Euangelio, verum etiam à ſe ipſis diſſentiunt. Cum dicitur Petro, *Tu es Petrus, Tibi dabo Claues, Paſce Oues meas*, Petro non dicitur; ſed omnibus, perinde ac ad omnes illa pertineant. Cum dicitur. *Vade Satana, ter me negabis*, Petro haud dubiè dicitur, & nemini alij dicitur. Sic ſapiunt Hæretici, quòd deſipiunt. Nos cum audimus, *Tu es Petrus*, de Petro cogitamus, illi de ſaxo cogitant. Cum accipimus, *Tibi dabo Claues*. Petrum intelligimus, illi rupem intelligunt; & cum latiniſſimi ſint, ne ſint, Romani, Latini eſſe nolunt, imo & homines eſſe deſinunt, quòd voces non percipiunt. Rurſum vbi audimus, *Vade Satana: ter me negabis*: non dubitamus, quin Petro ſit dictum, à quo nihil humanum, quòd homo is eſſet, alienum putamus. Candido ingenio ſumus, verba non adulteramus. Id tantum agimus, vt quod in Petro ſanctum, & præclarum eſt, Deo Gratiæque tribuamus, quod eſt vitioſum, & turpe, Petro aſſignemus.

Eſt tamen Hæreticis ſuus fucus ad textum eludendum. Aiunt illius ſententiæ: *Tibi dabo Claues* eum ſenſum eſſe, qui alia proxima continetur, *& quidcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in Cælis*, &c. hunc vero communẽ eſſe cum illo alterius ſententiæ Matt. 18. quæ ad omnes Apoſtolos pertinet. *Quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in Cælo &c.* Quod ſi hi tres ſenſus inter ſe nexi ſunt, & cohærent, perinde eſt dicere Petro *Tibi dabo Claues, ac omnibus vobìs dabo Claues*: cum per *Claues* eadem poteſtas ſignificetur. Hæc ratiocinatio haud eſt abſurda, dum-

modo

modo nil erroris colligat, negando quidquam Petro ſingulare fuiſſe conceſſum. Quod quia Hæretici negant, perperam interpretantur, quia non negant Catholici, aptè intelligunt; etſi quidam ſic ratiocinentur, vt poteſtatem Clauium de poteſtate tantum iudiciaria Sacramenti Pœnitentiæ, vti proximè diximus, accipi velint. Itaque inter Catholicos, & hæreticos, illud intereſt, quòd Catholici in hac poteſtate communi iudiciaria Petrum excellere, ac præſtare cæteris dicunt, Hæretici inficiantur.

Noſtra ſententia eſt Chriſtum in hac ſententia, *Tibi dabo Claues Regni Cœlorum*, ad ſolum Petrum, vti erat futurus Princeps, & caput Eccleſiæ ſermonem direxiſſe. nec traditionem Clauium alijs præter eum promiſſam fuiſſe; atque adeo partem illam textus, *Et quodcunque ſolueris ſuper terram*, ad eundem Petrum pertinentem aliud diſtinctum ſignificatam habere: nec eſſe iuſtam paraphraſim ſuperioris de promiſſione clauium ſententiæ: & multo minus tertium illum locum cap. 18. relatum, *Quæcunque alligaueritis ſuper terram*, promiſſionem Clauium continere, eiuſue interpretationem eſſe; imo & ab altera ſimili poteſtate ligandi, & ſoluendi facta Petro longè diſtare, quod multo ſit minus, quàm Petro Apoſtolis conceſſum. Erit itaque iſta ſententia explicatio illius primæ vocis, *Tibi*, & intra terminos ſignificationis verſabitur.

Aſſero igitur ſoli Petro Chriſti ſententiam conuenire. Primò, quia hic eſt ſenſus naturalis, & proprius: qui enim dicit, *Tibi*, deſignat perſonam ſingularem, cum qua loquitur: nec aliam admittit numerus ſingularis, in quo eſt vox, *Tibi*. Secundo, quia hoc, *Tibi*, verſatur circa propriam perſonam Petri, cui munus clauium promittitur. Tertio, quando Chriſtus ſecundum phraſim, & ſtylum Euangelij vtitur particula illa, *Tibi ſemper* coercet, & ſtringit ſignificatum à pluribus ad vnum, vt non; poſſet ad alios extendi; Quemadmodum obſeruant interpretes ad locum illum Matthæi *Puella Tibi dico ſurge*. Et ad alterum locum Lucæ *Adoleſcens Tibi dico ſurge*: Igitur eundem ſtylum Chriſtus ſeruauit erga Petrum cum dixit *Tibi dico* num. 18. & iterum *Tu es Petrus*, & nunc, *Tibi dabo Claues*. Ineptum quippe eſſet terminum reſtrictiuum ad vnum, ad alios velle extendere. Sindicamus eum Chriſtus Lucæ 7. dixit Magdalenæ *Remittuntur tibi peccata tua*, omnibus mulieribus peccata remiſiſſe, & cum Latroni in Cruce dixit, *Amen dico Tibi hodie mecum eris in Paradiſo*, cunctis latronibus Paradiſum aperuiſſe.

Quartò, quia quando Chriſtus multis promittit, & donat, ſolet vti termino plurali ſignificante multos: vti cum dicit *Sedebitis, & vos*, *Ecce dedi vobis poteſtatem*, *Dabo vobis os, & ſapientiam*, *Pacem meam do vobis. Fiet vobis*, *Paraclytum dabit vobis*. *Mittam vobis à Patre*. Ergo cum dicit, *Tibi*, non vult promittere, vel donare multis, niſi vni tantùm.

Quintò, quia nulla certa ratione poſſet Chriſtus manifeſtius, & expreſſius dicere velle, ſe vni Petro donare clauem, quam iſta omnino plena, & naturali. Sin dicant illud Hæretici alio modo clarius, & manifeſtius. Sanè non poterunt. Nam ſi vni velint ſignificare ſe dare aliquid, non alijs verbis vtentur quam ijs, *Tibi volo dare*. Si igitur Chriſtus voluit Petro promittere, quibus alijs verbis promitteret, quam quæ hic expreſſit, *Tibi dabo claues*?

Addo nouum pondus rationis huic ſententiæ; *Tibi dabo*. maiorem adhuc habet vim vox iſta, *Tibi*, ad exprimendam ſingularem Petri perſonam quam habeat in priori ſententia, *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram*. Nam ibi nomen Petrus vltra proprium, & naturalem Petri ſenſum extenditur ad translatum petræ, vnde quod proximè ſequitur poteſt etiam petræ conuenire, atque adeo translatæ ſignificationi accommodari, etſi ſemper adhereat perſonæ ſingulari Petri; at ve-

vero poſito, *Tibi*, nil intereſt inter *dabo Claues*, quod poſſit ad translatum ſenſum pertinere. Quare non defuerunt, qui myſticam ſignificationem Petræ ſecuti, dixerunt Petram eſſe Chriſtum, vti Gloſſa interlinealis, & Lyra cum Auguſtino; vel fidem, & confeſſionem ipſam Petri, vti Hilarius Nyſſenus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Ambroſiaſter, apud Maldonatum. vel longius poſito ſenſu quemcumq; fidelem; & iuſtum, vti Origenes in eum locum. Quas interpretationes non patitur vox hæc: *Tibi*, cum ſit intra naturalem ſignificationem, & proprio ſumatur ſenſu. Quod ſi quis dicat iſtud, *Tibi*, referri ad illud *Tu es Petrus*. Et quo ſenſu dictum fuit, *ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, eo accipiendum, *Tibi dabo Claues*, hoc eſt ſenſu myſtico: reſpondeo idcirco Chriſtum de nouo poſuiſſe terminum, *Tibi*, vt omnino perſonæ ſingulari illum addiceret; præterea hunc ſenſum *Dabo Claues*, minus aptè quadrare in Petrum vti petram figurat, cum petra ſpectet ad fundamentum, Clauis ad imperium: petra ad ſuſtinendum, Clauis ad regendum. Petrus vti petra, paſſiuo ſenſu accipiatur, ſuper quem ædificetur Eccleſia, vti Miniſter Clauium, actiuo ſumatur, qui præficiatur Regno Cœlorum; atque adeo vti petra patiatur, vti Clauiger agat. Ex quo apparet multomagis conuenire Petro, vti ſingulari habere Claues, quam munus Petræ gerere. Quare ſi communis Patrum, & interpretum, quæ iam publicam fecit fidem ſententia. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram &c.* intellexit de perſona ſingulari Petri, nō de communi cœtu Apoſtolorum, certe nemo non fateatur his verbis, *Tibi dabo Claues* proprium vnius munus eſſe, & ſingulari prorſus addici, quod nos alijs argumentis probare aggredimur.

Gloſſa interlin. Lyra. D. Auguſ. Maldonat. Origenes.

CAPVT II.

Soli Petro vti Principi, & Capiti Apoſtolorum datas Claues, idoneis argumentis probatur.

HViuſmodi ſunt, quæ ad vocis ſignificationem pertinet argumenta. Proponam quæ è re ducuntur. Primum eſto, Claues quibus, vel ius, vel poteſtas, vel cuſtodia continetur non ſolent pluribus impertiri, ſed vni committi, & tradi, cum illa munia, fiduciam dantis, & fidem accipientis præſeferant: & qui tradit rem ſubiectam clauibus, ſeruate integram, & cuſtodire intactam velit. Igitur cum Petro Chriſtus claues promittebat, vni agitabat committere, non alijs communicare. Atque id obſeruandum diligenter eſt Chriſtum nunquā Apoſtolis cum varias poteſtatis formas dediſſet, Clauium nomine dediſſe, ſed ſoli Petro hac ratione conceſſiſſe; quòd voluit conſtare quid inter eum ac cæteros intereſſet. Quare cum ijs multa & ſæpe donauerit, Clauium ſemper nomine vſuque abſtinuit. Nempe communia omnibus conceſſit, ſingularia Petro reſeruauit. Itaque tam procul eſt à vero Chriſtum cum promiſit Claues voluiſſe donum illud commune facere, & Petrum cum cæteris confundere, quàm prope eſt à Fide, hac traditione clauium prærogatiuam Petro concedere, illumque à reliquis ſecernere voluiſſe.

Secundum ſit. Chriſtus hic dominium, & poteſtatem tradidit Petro, vti verbum, *Dabo*, ſignificat; non congruebat autem, vt Chriſtus illud dominium pluribus traderet: id quippe eſſet non ædificare, ſed euertere, non inſtituere, ſed deſtruere. Ecquis enim cum Dominum aut Principem creat, multos creare vult aut Principes, aut Dominos? Igitur dominium Chri-

ſtus

ſtus diſcerptum, & dilaceratum per multos minime diuidebat. Sed integrum, & ſtipatum, collectumque vni tradebat. Quod autem verbum, *Dabo*, translationem, & traditionem dominij ſignificet, patet ex Lege. *Traditio.* ff. de re donata, & L. *Duo* ff. de precario. & L. *Tertia* ff. de acquirenda poſſeſſione: vti docent Authores ibi.

L. traditio ff. de donata. L. Duo ff. de precario. L. tertia ff. de acquirenda poſſeſſione.

Tertium ſumitur ex re in qua verſantur Claues. Ea Regni Cœlorum nomine ſignificatur. Ac primum, Regnum qui tradit vni tradit, quòd Regnum ab vno Rege non à pluribus adminiſtratur, nam quæ adminiſtratur à pluribus, Reſpublica, non Regnũ dicitur. Quare claues iſtæ Regnum hoc loco aperiunt pluribus ingredientibus, claudunt regentibus. Monarchia quippe in Regnum quadrat, non autem Democratia, aut Ariſtocratia, quę Principatus plurium ferunt. Iam verò vox *Cælorum*, omnino ſibi vindicat ſenſum ſingularem, & vetat communem fieri. Siue enim (de quo aliàs commodius agemus) Eccleſiam, ſiue Cælum ſignificet, non poteſt erga Eccleſiam, & Cęlum, aut in vtroque par omnium eſſe poteſtas. Cum Eccleſia vna ſit, & ſponſa, & Columba, quæ vni tantum deſponderi, & deſtinari ſolet; & Corpus Chriſti myſticum cum ſit purum, & integrum vno conſtet capite, & plura excludat. Verum autem ſit adhuc multo purius, & integrius natum ex vnica Virgine, nec conſortium alterius Parentis admiſerit. Cælum verò vnam, & perfectam ſocietatem perfectiſſimam contineat ſupra, & extra fidẽ, & charitate, & Beatitate formatam. Igitur erga quamcunque Petri iuriſdictio exerceatur, ea non patitur diſtrahi, & ſecari, ne vtraque pariter ſecta in partes diſtrahatur.

Ioan. 10. Quartum huiuſmodi eſt. Chriſtus cum ſe Ioan. 10. *Paſtorem* ter, & bis, *oſtium* vocaret, de oſtiario meminit. quem ſanè Petrum eſſe iure confirmo, cui ad aperiendum, & claudendum ouile claues datæ. Non temere dico, cum Hilarius Petrum *Ianitorem* *cæleſtis Regni* vocet, & Doctores cum Eccleſia eodem nomine Petrum, & *Clauigeri*, & *Clauicularij* ſoleant vocare. Quam prærogatiuam inter cæteros tuliſſe author eſt Bernardus *lib. 2. de Conſideratione cap. 8.* Vnde deduco claues vni Petro attributas, nam Chriſtus qui vnus erat Oſtij loco, non debuit multos oſtio præficere, cuius ſi multi Ianitores eſſent, illud vulgare, & profanum fieret. Igitur vnũ tantum inſtituit oſtiarium, vnicum cũ fore deſignans, quemadmodum & vnum oſtium erat futurum. Itaque dixit: *Huic Oſtiarius aperit*, qua ratione dicendi vnum eum eſſe ſignificauit.

Hilarius

Bernard.

Quintum ſic habet. Ex collatione duorum Euangelij Textuum apertè colligitur Chriſtum per claues Petro tanquam Capiti vniuerſalem poteſtatem dediſſe. Hoc loco Matth. 16. promittit ſe daturum claues, *Tibi dabo Claues*. Promiſſa præſtat Ioan. cap. vltimo dicens Petro: *Paſce Oues meas*. Atqui hoc ſoli Petro dixit. Ergo & ſoli Petro dixit, *Tibi dabo Claues*. Quo argumento nihil eſſe poteſt, vel aptius, vel ſolidius. Et quòd in eo totius rei ſumma eſt, volo illud ex omni parte munire. Promiſſionem hic fieri (præterquã quod verbum, *Dabo*, de futuro monſtrat) tradunt communiter Interpretes: impletam autem promiſſionem fuiſſe cap. illo Ioannis eorundem ſententia eſt. Ita D. Gregorius *lib. 4. epiſtolarum epiſtola* 32. Cyprianus *lib. de Vnit. Eccleſia* Bernardus *lib. 2. de conſider. & habetur* 22. *diſt. c. 2. & 21. c. in nouo*, & ibi Gloſſa & Nauarrus *de Pænit. diſt. 5. cap. Ex ijs n. 5.* & Poggius *argumento* 30. & Suarez *diſt. 16. de Pænit. ſect. 2.* & Grauina *tom. 4. Controu. 7.* & alij apud Maldonatum. Matth. 16. Quibus addimus Bedam in c. 22. Lucæ. Longiora omitto, breuem Bernardi ſententiam affero; *Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt*, Perinde ac prefectura clauiũ idem eſſet ac ac Paſtura Ouium. Cui prorſus conſentit Bonifacius VIII. extrauag. *vnam Sanctam de maj. & obed.* qui ex ore Bernardi videtur accepiſſe. His argumentis conſtat vni Petro pro-

Matth. 16.

Ioa. c. vlt.

D. Greg. Cyprian. Bernard.

Gloſſa Nauarrus

Poggius Suarez Grauina Maldon.

Beda.

priè Claues à Chriſto traditas fuiſſe. Cuiuſmodi autem hæc poteſtas fuerit, & quomodo in Petro fuerit, et ad ſucceſſores translata, et in alios deriuata, quæſtiones ſunt ſuis locis agitandæ.

CAPVT III.

Obiecta contra doctrinam poſitam adducuntur, & ſoluuntur.

TRifariam oppugnari ſolet ab Aduerſarijs doctrina propoſita, quæ Petro Claues penitus addicit. Primo ſic, Claues datæ ſunt Petro ad remunerandum quod Chriſti Diuinitati teſtimonium reddidit; cum dixit, *Tu es Chriſtus filius Dei viui*, atqui illud omnium ore ac ſenſu, non ſolitario ac proprio ſuo reddidit, igitur, et quod præmium confeſſionis accepit id eſt claues, commune omnibus eſſe debuit. Maior eſt indubitata. Minor apparet ex textu, nam reſponſio interrogationi congruit. Chriſtus vero omnes interrogauit, *Vos autem quem me eſſe dicitis*. Cum igitur Petrus reſpondit, pro omnibus reſpondit, atque adeo quod accepit præmium, illud omnibus correſpondit. Ac ita textum explicant Interpretes, et Gloſſæ qui & omnes interrogatos, et Petrum omnium nomine confeſſum dicunt,
Chryſoſt. Hieron. Auguſt. vti Chryſoſtomus *homil.* 55. *in Matth.* Hieronymus hic, et Auguſtinus *ſerm.* 13. *de verbis Domini ſecundum Matthæum*, qui Petrum idcirco *Os Apoſtolorum* appellarunt; quibus conſentit
Lyra. Gl. Ord. Gl. Interl. Guilliau. Lyra, et Gloſſa ordinaria, et Interlinealis, & probant non nulli recentiores in quibus eſt Guilliaudus hoc loco.

Secundo ita. Petrus cum confeſſus, & remuneratus eſt, perſonam Eccleſiæ gerebat: nec priuatum agebat hominem, ſed communem Fidelium cætum repræſentabat. Igitur quidquid dixit, & accepit, non eſt priuati hominis, ſed Eccleſiæ. Aſſumptum eſt Ambroſij in principio ſui Paſtoralis. Auguſtini multis in locis *Tract.* 50. *&* 118. *&* 124. *in Ioannem, & ſerm.* 13. *de verbis Domini in Matth. & lib. de Agone Chriſtiano cap.* 30. *& in pſalmum* 118. & Leonis *ſerm. de Apoſtolis* quos ſequitur Ioannes Andreas *de ſumma Trinitate c.* 1. & Archidiaconus 24. *quæſt.* 1. *& alij*. Ergo ad Eccleſiæ membra eadem quæ in Petro eſt poteſtas tranſijt, atque adeo non eſt vnius tantum propria, ſed communis. Ambros. Auguſt. Leo. Io. Andr.

Tertium huiuſmodi. Illa vis & poteſtas clauium non eſt alia, quam quæ à Chriſto expoſita eſt illis verbis ſequentibus, *Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in Cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in Cælis*. ita vt hæc ſententia ſit paraphraſis alterius, *Tibi dabo Claues Regni Cælorum*, vt idem vtriuſque ſit ſenſus, & ſi primus figuratus, ſecundus proprius, & ſimplex, quod Patrum, & interpretum commune placitum eſt, noſque proximè animaduertimus. Cum autem poteſtas hæc ligandi, atque ſoluendi *cap.* 18. Matth. & Ioann. 21. omnibus ſit Apoſtolis à Chriſto collata cum dixit, *Quæcunque alligaueritis*, &c. & *Quorum remiſeritis peccata* &c. quemadmodum ijdem obſeruant Authores, ſequitur item Claues ad omnes pertinere.

Hæc ſunt, quæ contra opponi ſolent, & poſſunt argumenta; eaque ſic ſoluuntur. Primo damus Petrum pro omnibus reſpondiſſe, & os quodammodò omnium fuiſſe: negamus tamen eo quidquam Petro, aut de merito, aut de præmio detractum. Imo & aſſumimus, eum vti Principem & prærogatiuam aliorum omnium in ſe cauſam recepiſſe, quod ipſum argumento eſt maiore illum, quam ſi pro ſe ſolus reſponderet, præmio dignum fuiſſe. Vnde aliud eſt pro ſe ſolum, aliud ſolum pro omnibus reſpondiſſe. Itaque dixiſſe pro omnibus non tollit, quòd ſolus dixerit: quo ſanè multum Petrus meruit, nulla enim

la enim facta dicendi mora, ne cui cũctari videretur teſtimonium Chriſto Diuinitatis dedit. Vnde cum dixerit ſolus, conſtat præmium, cum pro omnibus dixerit, augetur meritum. Niſi fortè qui vnus cauſam agit communem, publica in ſe ſuſcepta perſona, is minus meretur, quod de Republica bene meretur. Qua ratione neceſſe eſt affirment, Horatios aut Decios, aut Curtium, aut Mutium cum ſe pro patria deuouerunt, multum de merito erga patriam remiſiſſe.

Stemus Euangelio. Ecce audito Petro Chriſtus ad eum ſermonem conuertit, ijs verbis vſus quæ illum à cæteris ſecernerent. Iam illum nomine appellat ſuo, *Simon*. Iam Patrem deſignat, *Bariona*. Iam beatum prædicat, *Beatus es*, non vti alibi, *Beati eſtis*. Seuocat, ſeiungitque à Congregatione mortali, *Caro, & Sanguis non reuelauit tibi*, ne quis à ſanguinibus ductam confeſſionem crederet. Vni reuelationem Patris addicit, *Pater reuelauit tibi*. In eo verò ſumma vis eſt, quod vti Petrus Chriſto dixerat, *Tu es Chriſtus Filius Dei viui*, vt eum à cæteris Prophetis quorum vnum homines Chriſtum eſſe dicebant, ſecerneret, & vnigenitum Dei eſſe affirmaret, ita Chriſtus Petro dixit, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram*, ne illum cum cæteris miſceret, imò à cæteris maximè diſtingueret, & par pari redderet. Nihil enim hic poſuit Chriſtus, quod non ad ſecretionem Petri à cæteris ſpectaret. Cum vocauit *Simonem*, quòd alius erat adiecit *Bariona*. Deinde *Petrum* vocauit, quod nomen ipſe Petro indiderat, cum in eum intuitus dixit, *Tu vocaberis Cephas* vt quod promiſerat, redderet. Toties *Tu*, & *Tibi*, ſingulariter dixit, quòd eum à cæteris ſegregabat. Ac neſcio quid vltra deſideretur, vbi ne voto quidem plus optare quiſquam poſſit. Quod ſi quòd omnium Apoſtolorum ille ſenſus erat, omnium illa fuit Confeſſio, cur non dixit Euangeliſta: *ſimiliter & omnes Diſcipuli dixerunt*, vti eſt in Matthæo *cap.26.* &
Matth, 16. Marci 14. Marco *cap.14.* Sin autem, quod Petro à Chriſto tributum commune item cæteris erat, neceſſe eſt cum Chriſtus paulò poſt dixit Petro, *Vade Satana*, vt omnes Diſcipuli Satanæ appellentur. Sane Petrus ſuam hic ſententiam expreſſit, nam aliter hic ſe geſſit quam alibi Matth.19. cum dixit *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*. Matth. 19.
Vnde hic non tam quid cæteri ſentirent, quam quod ſentire deberent, ſignificauit, & docuit.

Verum dato: Confeſſionem hanc Petri omnium communẽ fuiſſe, quòd Chriſtus omnes interrogauit, vos autem *quem me eſſe dicitis*? negari certè non poteſt præmium fuiſſe proprium Petri, quod author Confeſſionis fuerit, *Tu es Chriſtus*. Si enim quod omnes Chriſtus rogauit ad omnes pertinet Confeſſio, quare cum ſoli Petro dicatur, *Tu es Petrus, & tibi dabo Claues*, non vnius Petri præmium erit? cum eius vnius Confeſſio audita fuerit? quodſi adhuc nolint aquieſcere, reponam quod conuincat. Nempe locum Ioan.21. vbi impleta eſt promiſſio. Hic enim Chriſtus ſolum Petrum interrogat: *Petre amas me?* & penitus à cæteris Diſcipulis diſcernitur, *Diligis me plus his?* nihil hic commune cũ reliquis, omnia ſunt ſingularia, nomen, *Simon Ioannis*, iterum *Petre*, amor, *amas me*. præmium, *Paſce oues*. Vt ſi Fides fuerit communis, certè amor fuerit ſingularis; imo & non potuit eſſe communis: nam Chriſtus præſtantiam, & exceſſum amoris quæſiuit, quo ſolus Petrus cæteris præſtaret, *Diligis me plus his?* perinde ac non communem amandi rationem, ſed ſingularem quendam modum exigeret quem remuneraret. Quod omnino ſingulari Dei prouidentia factum fuit; ne quis vti prætextu communis interrogationis fidem omnium eſſe dixerat, & præmium commune, ita & anſam errandi in amore captaret. Itaque voluit inducta interrogatione priuata confeſſionem ſingularem exprimere. Quo primum penitus ſoluitur argumentum.

Ad ſecundum reſpondetur. Auguſtinus duplici modo hunc locum ex-

ponit, nam is è re ſacra ducit, plures vni loco ſenſus adhibere, quòd ſciret Spiritũ Diuinum eſſe ſenſibus fœcundum. Itaq. er de perſona Petri accipit, vti caput eſt, & Princeps Apoſtolorum, & de Petro Eccleſiæ perſonam gerente intelligit. Qui certè ſenſus non opponuntur, cum *hic* ſecundus inuoluat primum. Eo enim accepto dicimus Petro item Eccleſiæ perſonã gerenti, ſiue Eccleſiæ in Petro datas eſſe Claues: quod eſt prorſus verum, cum in Eccleſia Chriſti Claues ſint. Non ſequi autem ex eo, quod ſint Claues in Eccleſia Petrum ijs carere; nec Petro adimi, cum dantur Eccleſiæ. Petrus quippe in Eccleſia erat, etſi non eſſet tota Eccleſia. Igitur cũ Eccleſiæ datæ ſunt, Petro ademptæ non ſunt. Imo quod Petro dentur, & ille repræſentet Eccleſiam, argumẽto eſt illum caput eſſe Eccleſię, à quo tota poteſtas in Eccleſiã emanaret. Nec enim Petrus *Eccleſiæ* perſonam ſuſtineret, niſi Princeps, & Moderator illius eſſet. Nam certè non quiuis priuatus totius Reipublicæ gerit perſonam, ſed Rex, aut Princeps Reipublicę. Præterea Chriſtus non dedit Claues *Eccleſiæ*, vt in eo corpore eſſent confusè ſine ordine, ſine diſcrimine, qua ratione inepta, & inutilis adminiſtratio eſſet, ſed vt iuxta corporis, & membrorum proportionem illarum vis, & poteſtas diſpenſaretur in totum corpus, quo ſanè modo apta & vtilis adminiſtratio fieret. Vnde cum Petrus eſſet caput, cæteri membra, illi Claues, vti capiti tradendæ, alijs pro conditione, vſuque membrorum communicandæ.

Quod ſi nolint Hæretici nomine Eccleſiæ, niſi corpus tantum intelligi, vt confusè dentur, facilè refutaro exemplis. Etenim cum dicimus: Romæ Conſulatus fuit, non negamus Conſules fuiſſe homines priuatos. Rurſum cum dicimus Imperium penes Germanos eſt, non inficiamur in vno Imperatore eſſe: igitur cum fatemur Claues eſſe in Eccleſia, non idcirco in Papa eſſe negare poſſumus. Quod ſi velint, vt in Eccleſia ſit poteſtas eligendi perſonam, cui Claues dentur, quemadmodum in Romana Republica, & in corpore electorum Germaniæ eſt facultas eligendi Conſules, & Imperatores, non abnuimus ab Eccleſia eligi Pontificem cui Claues dentur, cum eo diſcrimine, quod poteſtas, & electio Regum, & Imperatorum datur, & fit à Republica, quòd ſit humana, at vero poteſtas Clauium non datur ab Eccleſia, ſed à Chriſto, quòd ſit Diuina.

Eſt autem hæc reſponſio ad mentem Auguſtini, qui vbicunque Petrum Eccleſiæ figuram dicit, vocat eum *primum, & Principem Apoſtolorum*, vt doceat ideo Eccleſiæ perſonam gerere, quia Caput erat, & idcirco Clauium poteſtatem habiturum, quia Princeps futurus erat. Illud ſufficiat dixiſſe tractatu 124. in Ioan. *Cuius Eccleſiæ Petrus Apoſtolus propter Apoſtolatus ſui primatum, gerebat figurata generalitate perſonam*. Altius item aliud cogitauit Auguſtinus, ex quo nos id olim in Teſſera Pontificia Londini edita obſeruauimus, à Chriſto Domino Claues in Petro Eccleſiæ datas, ne quis putaret vni homini morituro eas committi, ſed Eccleſiæ æternum victuræ, in quâ futuri ſemper eſſent Petri ſucceſſores, quibus Claues per manus traderentur, & à quibus illæ perpetuo adminiſtrarentur.

Tertium dupliciter diluitur. Primò negando, nihil aliud contineri Clauibus, niſi poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, perinde ac ligare, & ſoluere idem ſit, quod claudere, & aperire; nam ſi perinde eſſet, periſſologia eſſet, & otioſa locutio omnino à Chriſto aliena. Deinde ipſe modus loquendi indicat diuerſam eſſe ſententiam. Hic enim ſunt tres ſententiæ. Prima, *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*. Secunda, *Et tibi dabo Claues Regni Cælorum*. Tertia, *Et quodcunque ligaueris ſuper terram*. Singulæ ſuis coniunctionibus nexæ, & vinctæ puncto, præterea aliud eſt *aperire*, & *claudere*, aliud *ligare*, & *ſoluere*. Nam *aperire*, & *clau-*

claudere Clauium eſt, & in portis Cœli exercetur. At *ligare*, & *ſoluere* non eſt Clauium, ſed funium, qui non circa Cœli portas, ſed circa homines verſantur. Ecquis enim dicat *ligari* portas, & *ſolui*? certè non magis, quam homines *claudi*, & *aperiri*. Quēadmodum igitur homines non clauduntur, nec aperiuntur, ita nec portæ *ligantur*, nec *ſoluuntur*.

Quod ſi negamus hoc loco idē eſſe munus clauium, & funium, certè multomagis negamus idem eſſe, quādo Apoſtolis data eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi; nam ſi in Petro duæ ſunt formę poteſtatis, quomodo non erunt in Petro, & Apoſtolis diſtinctæ?

D. Augu. Fulgent. Beda. Gloſſa. Lyra. Sed quoniam video Auguſtinum, & Diſcipulos inter quos eſt Fulgentius de Fide ad Petrum, & Beda in caput 21. Ioan. cum Gloſſa, & Lyra, alijſque pluribus has duas ſentētias eiuſdem ſenſus eſſe affirmare, ac perinde valere, claues, & funes, aliter ſoluendum eſt argumentum. Nempe alio modo claues Petro, alio Apoſtolis datas. Petro, & Succeſſoribus cum ampliori facultate, quam Apoſtolis, & Epiſcopis futuris; quemadmodum Maldonatus in Matth. *cap.* 16. & Suarez *diſp.* 16. de Pœnitentia cum Caietano, quem ſupra adduximus *tom.* 1. *tract.* 3. *de Rom. Pontiſ. cap.* 5. interpretantur. Maldonat. Suarez. Caietan. Proinde etſi vtrobiq; tradita ſit à Chriſto poteſtas ligandi, & ſoluendi, non tamen eadem ratione, ac æquali poteſtate, cum Petro vti capiti, ſuprema; cæteris vti membris, etſi ampla; tamen ſubordinata conceſſa ſit. Huius rei argumentum eſt, quòd Chriſtus hanc poteſtatem nomine Clauium Petro dedit, Apoſtolis non dedit. Quo, inquit Maldonatus, *Significatum eſt Petrum inſtar Domini, Claues apud ſe habuiſſe*. Id nemo melius vidit Origene, etſi nimio acumine ſententiam corruperit. Obſeruat quippe alijs Apoſtolis dictum, *Erunt ſoluta, & in Cœlo*, numero ſingulari, Petro autem dictum, *Erit ſolutum, & in Cœlis*, numero plurali, quaſi Petrus in omnibus prorſus Cœlis ampliſſimam, Apoſtoli in vno tantum Cœlo anguſtam poteſtatem habuerint. Quod certè acutè, ſed ineptè dictum; ſupremam tamen Petri poteſtatem confirmat.

DIS-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DISSERTATIO TERTIA.

De Conſtitutione, Amplitudine, & Diſtinctione poteſtatis Clauium.

CAP. PRIMVM.

An poteſtas Clauium ſit Spiritualis, & Eccleſiaſtica, an temporalis, & politica?

CVM Claues ſignificent ius, & dominium: iſtud autem duplex ſit, ſpirituale, & temporale, & Claues communi ſenſu duæ ſint, quæſtio eſſe poteſt, vtrum Claues Petri, vtrumque ius, & dominium comprehendant; qua in re ſunt tres ſententiæ.

Prima eſt, Claues vtrumque dominium comprehendere, atque adeo Chriſtum datis Clauibus Petro, & ſucceſſoribus, ſummam in ſpiritualibus, & politicis poteſtatem dediſſe. Ita Panormitanus *cap. nouit. de Iudicijs*. Hoſtienſis *cap. quod ſuper his de Voto*. Aluarus Pelagius *lib. 1. de planctu Eccleſiæ cap* 13. Auguſtinus Triumphus *in ſumma de poteſtate Eccleſiæ. quæſt. 1. art. 1.* & Sylueſter *in Summa V. Papa cum alijs, quos Diſſert. 1. cap. 2.* citauimus. Fundantur in eo, quod Chriſtus Vicarium inſtituit Petrum, Chriſto autem data eſt *Clauis Dauid*, ideſt Principatus omnis generis. Iſai. 22. cui nimirum *data eſt omnis poteſtas in Cœlo, & in Terra*. Marc. vlt. Qui eſt *Rex Regum, & Dominus Dominantium*, Apocalyp. 19. Igitur, & Vicarius Chriſti vtramq; habet, exercetque poteſtatem.

Panormit. Hoſtienſ. Aluarus Pelagius. Auguſtin. Triumph. Syluester.

Iſai. 22.

Marc. vlt. Apocalyp. 19.

Secunda ſententia eſt Hæreticorum, qui non ſolum negant Pontificem eſſe Dominum temporalem, imo & capacem huius Dominij eſſe negant: itaque pugnare eum Clauibus dominium quodvis politicum affirmant. Ita Caluinus *lib. 4 Inſtit. c. 11.* Petrus Martyr. *in cap. 3. ad Rom.* Brentius *in prologomeno contra Petrum*. Magdeburgenſes *Centuria 1. lib. 2. & Centuria* 8. Ratio eſt, quia Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, non regnare: ac ipſe dixit, *Regnum meum non eſt de hoc Mundo*, Ioan. 18. Deinde natus eſt ſubditus Auguſto, eique vectigalis. Lucæ 2. Pauper vixit, & obijt. Igitur docuit nullum fore dominium temporale ijs quos Vicarios relinquebat.

Caluinus. Pet Mar. Brentius. Magdeb.

Ioann. 18.

Luc. 2.

Tertia ſententia docet. Claues quidem directè nullum temporale dominium importare, ſed indirectè tamen admittere, nullatenus verò illud excludere. Ita Turrecremata *lib. 2. ſummæ cap.* 113. Caietanus *in Apologia cap.* 13. Victoria *q. 2. de poteſtate Eccleſiæ*, Soto *in 4. diſt. 25. q. 2.* Sanderus *lib. 2. cap. 4.* Bellarminus *de Romano Pontifice lib. 5. cap. 1. & ſequentibus*. Bzouius *de Romano Pontifice à cap. 41. per multa capita*. Quam quia rectè expoſitam veram iudicamus, per concluſiones hic exponemus, & confirmabimus.

Turrecr. Caietan. Victoria. Soto. Bellarm. Bzouius.

Prima concluſio, poteſtas Clauium ſpiritualis eſt, & Eccleſiaſtica, nec temporalem, & politicam ex ratione ſua comprehendit. Probatur primò, ex ipſomet textu Euangelij, quod ait, *Tibi dabo Claues Regni Cœlorum*, non Regni Terrarum. Secundò, quia Claues datæ ſunt ob titulum merè ſpiritualem, ideſt Confeſſionem Fidei, ergo præmium ſpirituale ſignificate debent. Tertiò, quia Chriſtus con-

conſtituit Petrum Paſtorem Ouium ſuarum, *Paſce Oues meas*, poſtquam dixerat: *Regnum meum non eſt de hoc Mundo*. ergo ſpirituale tantum dominium conceſſit. Quartò, quia Chriſtus dicitur Paſtor, & Epiſcopus animarum, igitur earum tantum dominium tradidit. Quintò, Chriſtus venit in mundum, non tanquam Rex politicus ad gubernandum, ſed vti Saluator ad ſaluandum; ergo Petrũ inſtituit ſimilem ſibi. Sextò; quia Matth.22 Chriſtus Reges in ſuo ſtatu reliquit, & nihil ijs detraxit dicens, *Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari*, Matth.22. vbi notandum eſt verbum, *Reddite*, quod ſignificat debita, non donata. Septimò, quia turbato Herode ob Chriſti Natiuitatem, inquit Eccleſia, *Non eripit mortalia, qui Regna dat Cæleſtia*. Octauò, quia Chriſtus ſoluere tributum ſolitus erat, vt apparet Matth. 17. vbi Petrus id innuit, & notat in Maldon. Paulus ad Rom.13. eum locum Maldonatus. Nonò, quia Paulus dixit ad Rom.13: *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal*, idemque appellauit Cæſarem, *Cæſarem appello*; Tandem quia in Actibus Apoſtolorum, nulla temporalis iuriſdictio à Petro, & Apoſtolis exercetur, ſed ea omnis ad animarum ſalutem confertur. Alia quæſtio eſt, vtrum Chriſtus vti homo Maldon. Rex fuerit temporalis, de qua Maldonatus Matth.27. num.11. vbi id negat, citatque pro ſe Auguſtinum *tr. in Ioan.*115. & *bonos*, vt ait *Theologos*. Certe vt ille Rex fuerit, perſonam Regis in hoc mundo non egit, nec Vicarios ſuos agere ex ratione ſua voluit. Omnes autem locos de Regno Chriſti, de ſpirituali Eccleſiæ Regno intelligit Auguſtinus.

Secunda concluſio. Claues non excludunt temporalem poteſtatem, vt per eas non liceat Pontificibus habere dominium temporale, quodcunque ſit, modo iuſtum ſit. Probatur primò, quia iſta dominia non pugnant inter ſe, nec poſito vno excluditur alterum. Patet tum ratione, tum ſcripturis, tum vſu ipſo. Ratione, quia ſicuti homo conſtat animo, & corpore, ita & Princeps poteſt ſpiritualia, & ciuilia adminiſtrare; quod ſi natura vtrumque admiſit in corpus phyſicum, non eſt cur non admittat in morale. Deinde Deus, & per ſe gubernat omnia, & per Angelos cuſtodit animos hominum, & agit cœleſtia Corpora, & terreſtria item conſeruat. Scripturis confirmatur, quia Melchiſedech Sacerdos, & Rex fuit: Moyſes, Heli, & Samuel Sacerdotes, & Principes; Machabæos vtroque munere functos conſtat. Imo authore Hieronymo in quæſtionibus Hebraicis ad illud Geneſeos 49. *Ruben primogenitus meus* docet, heroicis illis temporibus primogenituram Sacerdotio cõiunctam fuiſſe. Geneſ.49. Vſu quia ſummi Pontifices ante annos 1300. vtrumque Principatum in Eccleſia Catholica gerere cœperunt. Quod ſi Hæretici cõtra ius faſque id eſſe contendant, cur Regibus, & Principibus ſuis permittunt vtramque *Eccleſiaſticam*, & Ciuilem poteſtatem? Itaque abſoluunt Reges ſpiritualia vſurpantes, damnãt Papas temporalia adminiſtrantes. Certè pudeat eos, dum ferire nos volunt, ſuo a nobis gladio iugulari. Nec Iacobi Angliæ Regis Apologiam pro clypeo obtendant, cum illa eos ictibus magis exponat.

Suadetur ſecundò, quia non pugnat cum paupertate Euangelica habere dominium pecuniarum, & bonorum, igitur nec cum poteſtate Clauium habere poteſtatem & patrimonium temporale. Antecedens admittunt auidè Hæretici, qui affirmant Matt.19. Petrum etiam poſtquam dixit, Matt. 19. *Ecce nos reliquimus omnia*, domum propriam habuiſſe, ac eò vertunt illud Matth.8. cum veniſſet in domum Matth.8. Petri, imo & duas aiunt habuiſſe domos, vnam Bethſaidæ, alteram Capharnai, vt qui duas tunicas habere non poterant duas domos poſſiderent; quin & abundaſſe pecunijs Apoſtolos tradunt eo argumento, quod Philippus dixerit. *Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt*, perinde, ac tot eſſent in Apoſtolorum crumena nummi, cum ex eo potius

pro-

probare debuiſſent pauciſſimos eſſe iis, qui ducentos denarios exaggeratè dicerent, quod Maldonatus ibi acutè obſeruat. Ita retorto argumentò Heretici refelluntur. *Maldon.*

Sed rectè ſoluamus. Chriſtus Dominus tolerauit, vt in Apoſtolatu ſuo eſſent loculi, & in iis nummi ad ſumptus faciendos, quod apparet ex cap. 13. Ioannis; vbi de Iuda, inquit, *loculos habens ea quæ mittebantur portabat*, nimirum ad emendum neceſſaria, & egenos ſubleuandos, quod ſtatim adſcribit Euangeliſta. Ita Patres intelligunt, vti videre eſt in Gloſſa ordinaria eo loco, & extranaganti Ioannis 22. *cap. quorundam*, de Verborum ſignificatione, vbi docet cum Auguſtino, quem laudat, & citat, Chriſtum eas geſtaſſe pecunias non omnino abdicata proprietate, ad infirmorum ſolatium, quibus graue eſt ea prorſus priuari, & ad nudum vſum reduci, quemadmodum tradit Gloſſa multis aliis capitibus Iuris citatis. *Ioann. 13.* *Auguſt. lib. de opere Monach.*

Præterea conſtat Chriſtum permiſiſſe, vt Mulieres piæ, ac opulentæ ſe comitarentur, ſeque & ſuos de facultatibus ſuis ſuſtentarent, quod narrat Lucas *cap.* 8. & obſeruant Interpretes. In actis vero Apoſtolorum habetur, deferri ad eos ſolere nummos redactos ex venditione bonorum, quibus primi ſe fideles priuabant, & in communes vſus conferebant: imo & illud pretium ab Apoſtolis exigi mos erat quemadmodum liquet ex Ananiæ & Sapphiræ hiſtoria metuenda Actorum 5. Compertum item eſt in eodem libro ab Apoſtolis imperatas, & collectas ſymbolas à Fidelibus copioſis ad alendos inopes, idque Paulum ſæpè curaſſe. Ex quo illud etiã colligimus, Apoſtolos Mulieres ſecum religioſas circumducere ſolitos, quarum copiis ſuſtentarentur; quod etſi Paulus noluit admittere, non id tamen in aliis damnauit: quemadmodum ne mercede quidem Euangelii prædicandi vti voluit, quam alii accipiebant, quòd nimirum Gentium quibus id nouum, & graue fortè acciderer, Apoſtolus erat; itaque aliis qui Hebræorum more agebant, vſum illum condonauit, ſibi vero eripuit: Quo de loco, & argumento egregiè Auguſtinus *lib. de opere Monachorum*. *Luc. 8.* *Actor. 5.* *Auguſtin.*

Tertium conſtat exemplis, nam Sanctiſſimi Epiſcopi bona & prædia Eccleſiis à piis ac religioſis Viris legata acceperunt; & patrimonium Eccleſiaſticum auxerunt: vti conſtat ex Actis Auguſtini, aliorumque complurium; imo & pro iis ſuſtinendis ſtrenuè pugnarunt, & quaſi pro Eccleſiaſtica immunitate ſanguinem profuderunt; vti fuit Thomas Cantuarienſis. Cui addi poteſt Stanislaus Cracouienſis pagi Eccleſiæ ſuæ venditi inſtus aſſertor. Nec ſoli Pontifices Romani Principatum temporalem, & olim obtinuerunt, & hodie tenent, ſed à multis iam annis Archiepiſcopi in Germania, qui Electores ſunt, Domini ac Principes ſeculares exiſtunt. Iam vero in Eccleſia ex quo pacem habere cæpit, & Chriſtianos nacta eſt Imperatores, hoc eſt annos ab hinc 1300. Syluestro Papa, & Conſtantino Imperatore, quos pios, & religioſos nemo neget, vtraque poteſtas coaluit: Roma Romanaque ditione à Conſtantino Byzantium concedente Syluestro conceſſa. Cuius donationis (de qua nihil impræſentiarum volo ſtatuere ſuo tempore dicturus) plurima & idonea argumenta profert Bzouius *de Romano Pontifice cap.* 41. ex Authorum etiam Hebræorum, & Græcorum ſcriptis deprompta, & partem exempli Conſtantinianæ donationis producit. Non eſt autem dicendum, aut impiam fuiſſe donationem, aut iniuſtam retentionem: cum Conſtantinus ſacris iam Myſteriis initiatus pietatis ſtudio fecerit, & multi poſt eum Imperatores illud idem dominium Papis confirmauerint, & alia de nouo adiecerint, quibus amplificata eſt ditio, & aucta poteſtas Eccleſiaſtica: qui certè ii ſunt vt magnam pietatis, & iuſtitiæ exiſtimationem collegerint. Cuiuſmodi ſunt Pipinus, Carolus Magnus, Ludouicus Pius, Lotharius, Otho Magnus, Carolus IV. Sigiſmundus, Ma- *Bzouius.*

Digitized by Google

Maximilianus, vt omittam Reges Italiæ, qui eadem, vel conſeruanerunt, vel dimiſſa, ablataué reddiderunt.

Accepiſſe autem hæc, & retinuiſſe iniuſtè Pontifices Sanctiſſimos, Syluestros, Damaſos, Innocentios, Leones, Gregorios Paulos Pios, & qui eos poſtea ad noſtra vſque ſunt tempora conſecuti, niſi ſumma iniuria affirmare nemo poſſit, vti, & Beneficiarios, ac obnoxios Principes, qui adminiſtratione vſuque accepto ſolidum Eccleſiæ Patrimonium vſurpare voluerunt, iniuſtè feciſſe, negare nemini licet: nam dum hi ſpoliare iure Eccleſiam voluerunt, certè niſi contra ius agerent, non excommunicarentur; cum anteà ſinguli vſurpatores iure priuato ſæpius, tum deinceps etiam omnes communi, & non minus eo quod Cenſuræ fulmen ex Arce Vaticana quotannis intorquetur, quæ Bulla Cænæ dicitur, ritè ferirentur. Velle autem huius poteſtatis tam vetuſtæ radicem auellere, & vſum eius tot annis inueteratum, tot argumentis corroboratum tollere, & iniuſtitiæ inſimulare, eſt contra totam Eccleſiam Orbemque pugnare. Quare dicendum eſt, poſſe quidem has duas poteſtates inter ſe coire, imò & iam diu coijſſe, nec per claues excludi quo minus coaleſcant. Cum præſertim nec Pontifices ſecularem ſibi poteſtatem vindicarint, ſed donatam acceperint, & iure quodam aliunde parato retinuerint, quod etſi intra claues non ſit, non eſt tamen contra claues. Vtrum autem clauium iſta poteſtas ad aliorum Regum dominia ſe, & quomodo indirectè diſtendat, aliàs dabitur latius, & expeditius definire; id modo facere, nec eſt otij noſtri, nec facultatis.

CAPVT II.

Proponitur iſta poteſtas Eccleſiaſtica Clauium, & in ſuas, quibus conſtat, partes reſoluitur.

Compertum eſt ex Analytica doctrina conſtitutionem rerum non alia melius ratione poſſe, quam ex vltima reſolutione in partes cognoſci. Ea nos vtemur ad percipiẽdam conſtitutionem huiuſce, quam affirmamus Petri, & ſucceſſorum Pontificum poteſtatis. Sumamus integrũ illud Corpus, & ante oculos proponamus. Igitur poteſtas Clauium eſt poteſtas regendi, & adminiſtrandi Eccleſiam ordinando eam ad ſalutem æternam. Hoc penitus intelligitur illis verbis Ioan. 21. *Paſce Oues meas*, vti communis eſt omnium Patrum, Interpretum, & Scholaſticorum ſententia. Id autem ne actum agam, & alienis me plumis veſtiam, præſtat nonnullos Authores, qui hac de re ex inſtituto agunt, citare. Caietanum, Turrecrematam, Poggium, Azorium Bellarminum, Suarium, Bzouium, Grauinam, Becanum, Perronium, & Euangeliorum Commentatores, Ianſenium, Salmeronem, Barradas, Maldonatum, Cornelium, & alios apud eoſdem, quorum plures in proximis Diſſertationibus produximus. Ex quo deducitur ampliſſimam eſſe huius fabricam poteſtatis. Eius quinque formas comperio. Poteſtatem Ordinis, quæ in conficiendis Sacramentis verſatur. Poteſtatem iuriſdictionis interioris ad ſoluendas, ligendaſque conſcientias. Poteſtatem iuriſdictionis exterioris, ad Eccleſiæ ſtatum, inſtituta, ſcita, leges condendas. Poteſtatem authoritatis definitiuæ circa quæſtiones, & controuerſias Fidei, & morum Eccleſiæ. Poteſtatem authoritatis, tum fauorabilis, ſicubi rectè fa-

Ioan. 21.

Caietan. Turrecr. Poggius Bellarm. Becanus. Perron. Ianſenius Barradas Maldon. Cornel.

ctum, tum punitiuæ ſicubi ſecus à Fidelibus. Singulę autem ſuas partes habent, quas operæ pretium erit diſtinctè proponere.

Et quidem prima pars complectitur poteſtatem conficiendi Corpus Chriſti Myſticum, & cætera omnia Sacramenta. Secunda continet authoritatem concedendi, & negandi abſolutionem in Sacramento Pænitentiæ pro diſpoſitione perſonarum, & conditione peccatorum, ad quam item ſpectat relaxatio, & retentio Cēſurarum in foro animæ, & pars ſatisfactoria quæ in Pænitentia iniungenda verſatur, cum Indulgentiarum conceſſione. Tertia comprehendit ſtatuta, decreta, præcepta, leges, cæremonias, quæ neceſſaria ſunt ad ſtatum Eccleſiaſticum, & conformandum, & conſeruandum, & ornandum. Quarta colligit ius definiendi Controuerſias Eccleſiaſticas, tū in dubijs ad fidē, tum ad mores Eccleſiæ pertinentibus, quò ſpectat Canonizatio Sanctorum, & confirmatio Religionū. Quinta amplectitur facultatem conferēdi Eccleſiaſtica beneficia, eximēdi ab oneribus Eccleſiaſticis, præceptiſque publicis, tollēdi impedimēta, quæ vetant, aut Sacramenta conficere, aut miniſtrare, aut Sacras functiones obire, & ius puniendi palàm per Cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & remittendi ad ſeculares, quæ ab Eccleſiaſtica manu inferri non poſſunt: quæ ſanè iura neceſſaria ſunt ad paſcendū gregem, & Oues curandas, & regendas. Quòd exemplo poteſtatis temporalis declaratur, quæ tamen natura & conditione rerum ab iſta ſpirituali diſtinguitur poteſtate, cum tamen Iuriſdictione ſimilis ſit. Nam ſicut Rex non poteſt adminiſtrare Rempublicā, niſi omni ad regendos, docendos, & continendos in officio ſuos poteſtate accepta, ita nec Paſtor, & Princeps Spiritualis poteſt Gregem ſuum paſcere, & conſeruare, niſi omnem habeat neceſſariam poteſtatem ad eum dirigendum, & corrigendum: quamquam multò ſit amplior Eccleſiaſticum ius temporali poteſtate; vnde Innocentius III. cap. *Solitæ.* de maioritate, & obedientia. has duas poteſtates confert duobus luminaribus Cæli maiori, & minori, ſcilicet *Eccleſiaſticam Soli, temporalem Lunæ*, non ſolum propter nobilitatem, ſed etiam propter amplitudinem. Et ſanè debuit latius patere, quæ ad animos, & æternā ſalutem pertinet, quæ eſt ſpiritualis, quàm quæ ad corpora, & caduca bona ſpectat, quæ eſt temporalis. Quod autem illa omnia quæ numerauimus intra Claues ſint, iiſque ſignificentur, tum Theologi, tum Canonici affirmant Authores.

Innocen. III. cap. ſolitæ.

Poſſunt quidem hæ omnes formæ poteſtatis ad duas tantum, ſcientiæ ad docendum, & potentiæ ad regendum reduci: quemadmodum nos Diſſertatione prima diximus. Non quod Pontifici ſumma ſcientia opus ſit, ſed ſumma cura, & prudentia, qua debet iudicare quid optimū ſit, & diiudicare, quid tenendum ſit in Controuerſijs quæ oriuntur; quod interdum fit adhibito Conſilio Doctorum atque prudentium, Cardinalium, Epiſcoporum, vel aliorum, & interdum Conciliorum tum Prouincialium, tum Generalium; quæ poteſtas conuocandi Concilium eſt in Pontifice; & partim in ſecunda, & partim in tertia, partim in quarta parte membroque continetur. De qua ſcientia Ioannes XXII. in Extrauagante illa, *quia quorundam* cap. 5. titulo 24. accuratè agit. Qui per ſciētiam nec ſcholaſticam, quam dicimus, nec exactam penitus poſitiuam vult intelligi, ſed moralem, & prudentem rerum exiſtimationem, qua ſapienter ſe in adminiſtranda Eccleſia gerere poſſit. Et quidem aliud eſt habere maiorem ſcientiam, aliud maiorem iuriſdictionem; nam non dubito quin Paulus ſcientior fuerit Petro; nec tamen ambigo, quin inferior illo poteſtate fuerit. Qua ratione dixit S. Maximus ſerm. vlt. de Sanctis Petro, & Paulo *Clauem potentiæ Petro, Clauem Sapientiæ Paulo datam eſſe.* idque Bellarminus *lib. 1. de Romano Pontifice c.* 27. & Cornelius *in Proœm. ad Epiſt. Pauli c. 3. & fatentur, & probant.* Hæc

Io. 22. in Extrau.

eſt

eſt clauium poteſtas in ſuas partes re-
ſoluta, per quas apparet iiſdem con-
ſtituis quæ ampla ſanè eſt, & plena;
Bellarm. Maldonat. itaque illam Bellarminus *lib.* 1. *de
Pontifice cap.* 13. *ſummam.* Maldonatus
commentar. in Matth. *Supremam*
iure optimo appellant. Poſt quos
idoneus eiuſdem inſtituti author Lay-
man vniuerſalem ſpiritualis poteſtatis
plenitudinem appellauit lib. 1. tract.
4. cap. 1.

CPVT III.

An & quomodo hæc poteſtas in Petro, & Apoſtolis fuerit diſtincta.

NOn tam hæc eſt amplè ac expli-
catè ab Authoribus noſtris
agitata, quàm vellem quæſtio: cum ea
tamen magni ſit momenti, vt hæc in
qua omnes conueniunt Hæretici de
æqualitate Apoſtolorum & Petri opi-
natio confutetur; id nos ergo diligen-
ter curabimus. Primum illud apud
omnes conſtat Apoſtolos in multis
pares omnino Petro fuiſſe. In quibus
fuerint demonſtro.

Primum propoſitum. Apoſtoli in
iis, quæ Apoſtolici numeris, & officij
erant, pares erant. Probatur ex eo
quod Apoſtoli primo & immediatè
ſint electi à Chriſto antequam Petrus
Caput eſſet conſtitutum. Deinde ea
prærogatiua miſſi ſunt à Chriſto in
mundum, ſicut Chriſtus miſſus fuit à
Ioan. 20. Patre: *Sicut miſit me Pater, & ego mit-
Marci 16. to vos*: Ioan. 20. hinc illa Marci 16.
Matth. 28. Matth. 28. *Euntes in mundum vniuer-
ſum prædicate*: *Euntes docete omnes
gentes.* Ioan. 15. *Ego poſui vos vt eatis.*
Ioano. 15 Ioan. 15. *Ego vos elegi de mundo*; cum
autem Apoſtoli miſſi, ſeu Legati & Vi-
Chryſoſt. carij Chriſti fuerint, quemadmodum
Theophil. Chryſoſtomus, & Theophylactus cum
Paulus 2. Corint. 5. Paulo 2. Corinth. 5. dicente *Legatione
fruimur* obſeruant, non erant in eo
munere inæquales. Id vero fatentur
Pauinius. noſtri Pauinius parte 2. reſponſione 2.
Bellarm. Becanus. Bellarminus *lib.* 4. *cap.* 23. Becanus
tomo 5. *lib.* 2. Ratio eſt autem quia
illa dignitas, & poteſtas *non ab homi-
nibus neque per hominem, ſed à Deo* in-
quit Paulus, *& à Ieſu Chriſto* erat.
Igitur non debuit vlli homini ſubdi.
Idque apparet exemplo Matthiæ, quẽ
Deus elegit ex omnibus reliquis vnũ
Apoſtolum. Et quidem hac in re ma-
nifeſta eſt doctrina Pauli, qui in Apo-
ſtolatus officio nihil voluit reliquis
concedere. Adeo vt ſemel dixerit 2. Paulus 2.
Corinth. 11. habere ſe *ſolicitudinem* Corinth.
omnium Eccleſiarum, & iterum 1. Co- 11 & 1.
rinth. 15. *Abundantius omnibus labo-* Corint. 15.
raſſe. Pares igitur fuiſſe conſtat. Sed
in quibus fuerint, exactius quæra-
mus, iuxta partium diſtribntionem.

Sit ſecundum propoſitum. Pote-
ſtas ordinis, quæ in conficiendis Sa-
cramentis verſatur, par in omnibus
Apoſtolis fuit. Certum id omninò:
Quòd hæc in charactere Ordinis fun-
datur: in quo non ſolum omnes Apo-
ſtolis, ſed Epiſcopi quoque cum Pa-
pa æquales ſunt. Hæc eſt communis
omnium ſententia, cui nemo contra-
dicit; & nos ſuprà oſtendimus.

Tertium propoſitum. In poteſta-
te iuriſdictionis Sacramentalis non
fuit inæquaiitas in Apoſtolis: Proba-
tur, quia tota eſt in foro animæ, &
immediatè oritur à poteſtate Ordinis,
& omnibus item Sacerdotibus con-
uenit, etſi quoad vſum ſtringi poſſit,
& ſoleat. Secundum doctrinam D.
Thomæ 2.2. *q.* 39. *a.* 3. *&* 4. *contra* D Thom.
Gentes cap. 72. *& in* 4. *diſt.* 17. *q.* 3. *a.* 3.
Quàm latè exponit Couarruuias *lib.* 1 Couarr.
variarum. cap. 13. & Bellarminus *lib.* Bellarm.
4. *de Summo Pontifice cap.* 22. & Suarez Suarez
de Pænit. diſp. 16. *ſect.* 3. Itaque omnes
Apoſtoli hac in re habebant Claues
æquales, quòd omnes Fideles pote-
rant authoritate ſua ſoluere, & liga-
re. Limitandum tamen eſt pronun-
tiatum, quoad modum, quia in Pe-
tro illa iuriſdictio erat ordinaria, & in
Apoſtolis delegata, vti obſeruat Sua-
rez citatus, & Azor *Inſtit. parte* 2. *lib.* Suarez. Azor.
4. *cap.* 14.

Quartum propoſitum circa tertiã
poteſtatem. Poterant Apoſtoli ſta-
tuta, & leges condere, cæremonias,

& titus tradere, præcepta ponere, quibus tota Eccleſia teneretur. Probatur ratione, & ſcripturis. Ratione, quia Apoſtoli erant Legati, & Vicarij Chriſti in Eccleſia ab eo immediatè accepta poteſtate, & à Sancto Spiritu agebantur. Scripturis, quia Epiſtolæ Pauli plenæ ſunt his præceptis, ſtatutis, legibus, cæremonijs, quibus tota olim tenebatur Eccleſia hodieq; tenetur, imo ſi quid ab Apoſtolis ſcriptum, & verbo traditum eſt, id omnino ſeruatur. Sic docet Azor *p.2.lib.4.cap.11.* & Barboſa *de Inſtit. Epiſcopi tit.1.cap.1.* & inſinuat Bellarminus *lib.4.cap.23.* Azor. Barboſa. Bellarm.

Quintum, ſuper quarta poteſtate. Erat in ſingulis Apoſtolis poteſtas definitiua in Controuerſijs Fidei, & morum, vt quidquid à ſingulis iudicatum, & decretum, id in tota Eccleſiā ratum foret. Probatur ex ſymbolo Apoſtolorum, quod ex partibus à ſingulis dictaris conſtat, quæ eſt Eccleſiæ traditio, de qua Bellarminus *lib.4. de Verbo Dei non ſcripto cap.4.* & Becanus *in Apologia pro Iudice Controuerſiarum contr 9.* & Azor *vbi ſupra*. Deinde patet ex Doctrina epiſtolarum Canonicarum, in quibus ſi quid definitum eſt ad doctrinam, & mores Eccleſiæ pertinens, id Catholicam, & publicam Fidem facit. Bellarm. Becanus. Azor.

Sextum circa vltimam poteſtatem. Poterant Apoſtoli, vti iure inſtituendi, & conferendi gradus, & dignitates Eccleſiaſticas, diſpenſandi, relaxandi; leuandi onera, & vincula ſpiritualia, ligandi cenſuris, infligendi pœnas, dirigendo, & puniendo pro neceſſitate, & meritis Fidelium. Et quidem quoad partes, quæ ſpectant ad directionem animarum, patet, quia Apoſtolis licuit fundare vbilibet, & regere Eccleſias, & quæ ad illarum curam, & conſeruationem pertinent, adminiſtrare. Quibus exemplis Acta Apoſtolorum, Apocalypſis, & Epiſtolæ Pauli abundant: quæ vero ſpectant ad punitionem conſtant ex iiſdem, & Paulus multa ſuppeditat argumenta. Iraque vt compendium faciamus. Quidquid extra rationem capitis Petrus in Eccleſia poterat, id omne Apoſtolis licuit. Cuius rei Authores ſunt Sotus *in 4.diſp.20.* Couarruuias *Regula peccatum par.2.* Bellarminus *lib.4.cap.22.* Azor *lib.4.cap.11.* Barboſa *titulo 1.cap.1.* & habetur *cap. in nouo*, & *cap. loquitur*. ab eo adductis. Sotus. Couarruu. Bellarm. Barboſa. Azor.

Hinc propria exiſtit quæſtio. Cum par eſſet in Apoſtolis Petro poteſtas, in quo Petrus excelleret? Cui propriè reſpondetur, Petrum tribus modis excelluiſſe. Primò dignitate, & gradu, nam erat Princeps, & caput cui cæteri erant ſubordinari; etſi enim quoad latitudinem poteſtatis æqualiter poſſent, non tamen quoad altitudinem dignitatis æquè eminebant. Vnde Apoſtolus alter alteri non præerat, præerat autem Petrus ſingulis, ac omnibus præſidebat. Secundò, eminentia poteſtatis, nam poteſtas Apoſtolorum erat delegata, non ordinaria, vti Petri, atque adeo in hoc firma, & æterna, in illis caduca, & temporaria. Tertiò, amplitudine, quia Apoſtolorum non erat omninò plena, nec perfecta, quemadmodum doctè, & accuratè probat Thomas Stapleton. *controu.2.lib.6.cap.7.* Erant enim quæ Apoſtolis non conuenirent ſingulis, quemadmodum Petro, quæ ille ibi generatim ponit. Ego quiddam ſingulare propono, nam, opinor, non poſſe quemuis ex Apoſtolis conuocare Concilium generale, hoc enim aut Petro, aut omni Apoſtolorum cœtui cum Petro licebat. Sed hac in re minus accuratè locutos Authores Comperio: præſertim Barboſam; qui ait poteſtatem ſubordinatā Apoſtolis à Chriſto Domino conceſſam *in nihil ſecundum ſe eſſe eiuſdem poteſtati Petri inæqualem. Sed abſque dubio ſine vlla limitatione in totum Orbem æqualem, & ad omnes actus quos Petrus agere poterat tum ordinis, tum iuriſdictionis*: quòd certā verum eſſe non poteſt, nec cum poteſtate capitis, & ordinaria Petri cohærere. Idque rectè animaduertit Bellarminus *lib.1.cap.23.* Thomas Staplet. Barboſa. Bellarm.

Vtrum autem Apoſtoli potuerint canoni-

nonizate Sanctos, & confirmare Religiones dubium eſt. *Et* quidem confirmare Religiones non dubito quin potuerint: cum integras conſtituere, ac regere Eccleſias licuerit. De Canonizatione ſanctorum maior eſt am-
Hoſtienſis bigendi ratio, cum authore Hoſtienſi *cap. Audiuimus* de Reliquijs, & Cano-
Gloſſa. Philippus nizatione Sanctorum, & Gloſſa *cap.* 1.
Decius *eodem tit. in* 6. & Philippo Decio *in Rubrica de Conſtit. lect.* 2. hæc ſit vna de cauſis maioribus, quæ inter Chriſtianos proponi queat, atque adeo propria Pontificis, & Eccleſiæ. Itaq; ſentio id ſoli Petro Apoſtolorum Cõcilio licuiſſe. Ratio eſt, quia Canonizatio Sanctorum eſt actio pertinens directè ad caput & corpus *E*ccleſiæ, qua cultus Religioſus omnibus proponitur, & præcipitur. Vnde non poteſt fieri ab alio, quàm ab eo qui totius *E*ccleſiæ gerat perſonam. Ratio
D. Thom ſumitur ex D. Thoma *Quodlibeto* 9. *q.7.a.16.* vbi ait, honorem quem ſanctis exhibemus, quandam profeſſionem Fidei eſſe, qua Sanctorum gloriam credimus, proponere autem rē credendam toti Eccleſiæ proprium capitis eſſe videtur. Hinc eſt, vt cap.
Alex. III. 1. de Reliquijs, & Veneratione Sanctorum Alexander III. dicat, non licere aliquem pro Sancto, abſque authoritate *Romanæ E*ccleſiæ venerari. *E*t quamquam videatur oppoſitum tradi *in cap. pronunciandum.* de Conſecratione *diſt.* 3. nihil ibi eſt, quod
Hoſtienſ. turbet, cum authore Hoſtienſi, &
Gloſſa. Gloſſa ibi ſermo ſit, non de Apotheoſi inſtituenda, ſed de die feſta poſt Apotheoſin Sancto aſſignanda, quodquidem Epiſcopo, & priuatæ *E*ccleſiæ licitum eſt. Quod autem ante nongentos circiter annos Pontifices Sanctos conſecrare cœperint, id non obſtat, quominus Pontificium id munus fuerit, cùm Eccleſia vniuerſalis Pontifice ferente, & probante id effecerit, atque adeo nunquam priuata Eccleſia, vel Epiſcopus ſatis fuerit ad Apotheoſin inſtituendam, niſi totius Eccleſiæ vniuerſalis cum ſuo capite conſenſus acceſſiſſet. Et vt id certius & ſolémnius fieret ab Anno 796. in-
Leo III. dictione 4. Leone III. Papa, à Romanis Pontificibus illa ſolemnis conſecratio ſciſci, & iuberi cœpit: vti habetur in vita S. Suithberti Epiſcopi Vverdenſis apud Surium die 7. Martij tomo 2. Illud ad calcem animaduerto, potuiſſe Apoſtolos indirectè Sanctum canonizare, nam quem quiuis illorum Sanctum eſſe, & Deo frui affirmaſſet, ille certè Sanctus erat habendus: quemadmodum, de quibus
Philipp. 4. dicit Paulus ad Philipp. 4. *Quorum nomina ſunt in libro Vitæ*, & illis poſt mortem religioſi honores haberi poſſunt, ac debent. non erit illa tamen propria Canonizatio, quia non eſt publica, & ſolemnis directaque ad *E*cleſiam propoſitio, quæ addita à Pontifice, in Eccleſia ſolemnem, & iuſtam canonizationem efficiet.

DIS-

DISSERTATIO QVARTA.

De Tranſmiſſione Clauium ad Pontificem Romanum, & Comparatione Pontificiæ, & Epiſcopalis poteſtatis.

CAP. PRIMVM.

Vtrum poteſtas Clauium, quæ in Petro fuit ad Pontifices Romanos tranſierit, & quomodo in ijs inſit?

Lutherus, Caluinus.

NEGANT proterue Hæretici Luthero, & Caluino Ducibus, ijs argumentis. Primo, quòd nulla in Scripturis Sacris eius ſucceſſionis mētio fiat. Secundò, quòd non eſt opus illo capite, vbi Chriſtus aſſiſtit, vt caput inuiſibile. Tertiò, quòd ſufficiunt ad id Paſtores, & Epiſcopi, quos *Spiritus Sanctus* iuxta Paulum Actor. 5. *Poſuit regere Eccleſiam Dei*. Iam verò admiſſo vno, quòd hic Romanus futurus ſit Pontifex, ex eo negant, quia nec Petrus Romę fuit, nec vt fuerit, ſequitur ibi ſedem poſuiſſe, ac vt poſuerit, conſtat non primam eam conſtituiſſe, cùm Antiochenamq primùm fundarit, eamque aut ſolam aut primam inſtituerit.

Paulus Act. 5.

Nos breuiter reſpondemus: Primum, ineptum eſſe. Nam quis credat Chriſtum, cum ſuam condebat Eccleſiam nihil de perpetuitate illius cogitaſſe? Quo dato & illud largiendum, quem inſtituebat caput, & Principem, illum ſolitarium non fore, nec cum perſona periturum. Cum qui ſemel Regnum, aut Rempublicam inſtituerunt, eo ipſo de perpetuitate cogitarint, ſiue ratione ſucceſſionis, ſiue electionis impoſterum habendæ. Imo ipſi ſcholarum (quod alias obſeruauimus) Authores, Plato, Ariſtoteles, Zeno, Epicurus, ijs apertis, locum ſucceſſoribus fecerunt, eaſque non caducas, ſed manſuras eſſe voluerūt. Quin & Lutherum, & Caluinum, ſi ſuperis placet, cura inceſſit ſectas enormes ſuas æternandi, atque adeo diſcipulos ſibi pararunt, qui errores ſuos ſuſtinerent, & propagarent. Si ergo Spiritus Sanctus, vt ij falſo putant, aut Diabolus, vti nos credimus, eos impulit ad ſtabilitatem ſectarum ſuarum procurandam, cur Spiritus Chriſti debuit committere, vt cùm in Petro fundaret Eccleſiam, nihil de illius conſtantia, & perpetuitate cogitaret?

In Teſſera Pontificia Londini excuſa.

Iam verò quòd negant in Scripturis nihil eſſe, quo hæc ſtabilitas Eccleſiæ, & ſeries ſucceſſorum Petri probetur, omninò impudenter agunt. Ad primum: Qua fronte Doctores, & Miniſtros Euangelij ſe eſſe dicunt, cum id ex Euangelio probare non poſſint, nec enim aut Lutherus, aut Caluinus in Euangelio nominantur, aut continentur, niſi fortè cum de Antichriſto, & falſis Prophetis, aut furibus, & latronibus fit mentio. Sed abigamus has peſtes, & aptè ad argumenta reſpondeamus. In veteri Synagoga, quæ Eccleſiam figurabat, Pontificum poſt Aaronem ſucceſſio fuit. An non id ex Scriptura? Præterea, Rege Saule inſtituto, continuo Regni conſtitutio impoſterum facta eſt, & petito Gens illa intellexit, & Deus dato Rege ſignificauit perpetuum Regnum fore, nec cum ſingulis perſonis extinctum iri: et hoc in Scripturis habetur. Quare igitur, & quomodo *Petra* Eccleſiæ æternum duraturæ, *Petrus* fracta concideret, & arenæ inſtar efflueret? Ego vero credo,

ideo

ideo in Petro fundatam fuiſſe Eccleſiam, vt hæc non in mobili arena, vti caduca, ſed in ſolida petra fundata, vti æterna, conſiſteret.

Præterea ſi Ouile Chriſtus habet, & hoc quidem perpetuo futurum, opus eſt Paſtore, qui curam eius ſemper gerat: quòd ſi Petro traditum eſt, qui ei ſuccedunt veri, & iuſti Paſtores erunt. Quod autem obijciunt: Chriſtum Caput eſſe, nil officit quo minus alij item Capita ſint, dummodo ſint eius Vicarij. Nam, etiam Deus olim populi Iſrael Dominator erat, nec ideo tamẽ non Iudices admiſit, per quos ita gubernabat Hebræos, vt verum eſſet dicere per ſe gubernaſſe: vti conſtat ex illo 1. Regum 8. ad Samuelem, *non te abiecerunt, ſed me.* Igitur qui, cum gubernaret, alios Gubernatores admiſit, cur non, cũ regat & paſcat, alios Rectores, & Paſtores admittet? aut quomodo iniuria fit Chriſto, ſi Deo facta non fuit? iam quòd à multis volunt regi Eccleſiam, non ab vno, id & à Monarchia alienum, & propè crudelitatem eſt, volunt quippe Eccleſiã quam oderunt, diſtrahere in partes, & diſcerpere. Certè Deus in Synagoga vnum ſemper Caput, ſiue Pontificem in ſacris, ſiue Iudicem Regemue in Secularibus, ſiue Ducem, & Pontificem in vtriſque tempore Machabæorum eſſe voluit. Illi ſub vno Imperatore Auguſto naſci, & ſub altero Tiberio viuere, & mori, & ſalutem noſtram operari placuit.

lib. Iudic.

1. Reg. 8.

Tandem, quod aiunt Petrum non erexiſſe Romæ Eccleſiam, tam alienũ eſt à veritate, vt oppoſitum tam ſit certum, quàm notum eſt eſſe Romã. Nec alijs teſtimonijs opus eſt, quàm ipſis lignis, & ſaxis, rutiſq; cæſis, quæ hæreticis obſtrepunt, in eoſque inſiliunt. Antiochenæ autem Eccleſiæ Romanam præferri decuit, vt vbi Arx, & apex Orbis erat, ibi Chriſti Vicarius ſedem haberet, clauibuſque ſuis non Iani templum, ſed Capitolium aperiret, Iouemque Capitolinum de Altari deijceret, & Crucem, vti hodie cernimus, in Mundi vertice deſigeret; plaudente Proſpero eleganti verſu libro de ingratis.

Proſper.

Sedes Roma Petri quæ Paſtoralis honoris
Facta Caput Mundo, quidquid non poſſidet armis,
Religione tenet.

Imò accuratè obſeruandum Antiochenam ipſam Eccleſiam cùm aliæ Patriarchales extinctæ ſint, hodieque perſeuerare; quòd in Romana Fide, vt pote à Petro fundata, firmiter perſeueret, Patriarcha Antiocheno cum Maronitis ſuis Romanum Pontificem colente, & venerante. Pudeat Hæreticos impudentiæ ſuæ, quam Auguſtini teſtimonijs contra Donatiſtas alias in noſtra Teſſera redarguimus, qui ſolet euoluta Pontificum Romanorum ſerie Catholicæ Eccleſiæ veritatem probare. Vnum ex ijs, vt eorum oculos configam, proferre volo ex libro contra Epiſtolam fundamenti cap. 1. *Tenet me*, inquit, *in Eccleſiæ gremio ab ipſa Sede Apoſtoli Petri, cui paſcendas Oues ſuas poſt Reſurrectionem Dominus commendauit ad præſentem vſque Epiſcopum Sacerdotum ſucceſſio.* Quòd ſi triginta octo Pontificum ſeries per annos quadringẽtos Auguſtinum tenuit, verecundia certè eſt numerum ducentorum, & eo amplius Pontificum Lutherum, & Caluinum, & ſequaces per mille ducentos annos in Catholica Eccleſia non tenere.

D. Augu.

Iuuat nunc aliam partem expedire: quæ & quanta poteſtas in Romani Pontificis Clauibus inſit? Vno verbo tota quæ data eſt Petro extra præciſam rationem Apoſtolatus, tum Ordinis, tum iuriſdictionis poteſtas, & eodem modo collata ideſt ordinaria, non delegata in Pontifice Romano inest: vt quidquid Petrus in nomine Chriſti in Eccleſia Dei poterat, poſſit & Pontifex Romanus. Quid autem ea poteſtas collegerit, ſatis accuratè Diſſertatione proxima diximus. Id autem Nouatores inficiari nequeunt, qui volunt maiorum ſuorum authoritatem per ſeriem ſucceſſorum ductam ad ſe pertinere, cum tamen ij pleni rimarum ſint, & lutulenta illius quem laudant fontis aqua, cum accipitur, hac

hàc illàc perfluat. Noſtri omnes, quæ in Petro erat poteſtas, eiuſdem integræ, & illibatę diuino iure hæredes eſſe ſucceſſores Petri, conſtanter affirmant. Teſtes ſunto vltra Patres, qui hoc ex ijs authores probant, Poggius *de poteſtate Papæ*, Caietanus, Turrecremata, Panuinius, Bellarminus, & Azor, Coccius, Suarius, Grauina, Bouerius, & Barboſa toties citati, & præcipuè Bzoulus *de Romano Pontifice*, & Becanus *tomo 5. Opuſculorum lib. 2.*

Poggius
Panuin.
Bellarm.
Azor
Coccius
Suarius
Grauina
Bonerius
Barboſa
Bzouius
Becanus

Illud autem eſt obſeruandum. Petrum ratione propria ac priuata virtutis, & meriti, multò Pontificibus qui ei ſuccedunt præſtare potuiſſe: cæterū in poteſtate ordinaria communi Paſtoris nihil ei concedere Pontifices. Imò ſingulari Dei prouidentia factum eſſe; vt cum Petrus pares Apoſtolos habuerit, Pontifex Romanus Epiſcopos pares non habeat. Vt ſit hodie Monarchia Eccleſiæ in vno, vti erat cum Chriſtus viueret, perfecta, & ab vno profecta. Quod ideo à Deo prouiſum eſſe exiſtimo, vt conſtaret Papam ſucceſſorem eſſe Petri, ſed Vicarium proprie, non Petri, ſed Chriſti, & ab hoc immediatè Claues accipere, cap. *de tranſlatione Prælatorum*. cap. *inter*. & cap. *quando* de re iudicata. cap. *ad Apoſtolica*. §. *nos igitur* lib. 6. quod obſeruat Poggius *ad 19. argumentum*. Nam ſi Epiſcopi, vti Apoſtoli, Pontifici pares deinceps eſſent, quomodo Petro fuerunt, ac eadem ratione poteſtas illa conſtaret, poſſet quis ſuſpicari Papam Petri Vicarium eſſe, cui omnino erat ſimilis poteſtate: at cum videamus mortuis Apoſtolis, Epiſcopos, qui in eorum locum ſucceſſerunt, Papæ omnino ſubiectos fuiſſe, & eſſe: vnde illa poteſtas venerit, & à quo ſit fonte ducta comperimus. Vt quēadmodū Chriſtus Dominus omniū caput, & Paſtor erat, cui nemo par eſſe poterat, ita ſummus Pontifex Romanus gratia, & beneficio Chriſti omnibus ſuperior exiſteret, & neminem parem haberet; vt qui videret Pontificem dignitate, ac poteſtate ſimilem Chriſto, hunc fuiſſe vtriuſque authorem poteſtatis, & fontem intelligeret.

C. de Tr.
C. inter
C. quando
C. ad Ap.
Poggius

Vnde quam propriè Vicarij Chriſti, & ſunt, & dicantur apparet: nam cum Vicarius ille ſit, qui Vicariam eius, cuius vices gerit poteſtatem habet; vt nihil inter vtrumque interſit, præter perſonam, & radicem poteſtatis, certè Pontifices cum munus ſuum agunt, eam rationem poteſtatis, & authoritatis quæ in Chriſto ſunt, exprimunt; atque adeo cùm Petro ſuccedunt, ita poteſtatem accipiunt, vt Vicarij Chriſti, non Petri eſſe videantur. Quare Papa legitimus in terris *Chriſti Vicarius vniuerſalis* verè, aptè, & grauiter ab Henriquez *l. 10. c. 25. n. 1. & lib. 3. de Pænit. c. 5. appellatur*. Ratio autem idonea ea eſt, quod cum Petrus Vicarius Chriſti ſit, & Vicarij propriè nō ſit Vicarius, qui Petro ſuccedit, non eius, ſed Chriſti Vicarius eſſe debet. Petri autē Vicarium Chriſti vocat Ambroſius *cum in cap. vlt.* Lucæ expendens illa verba Ioan. vlt. *Paſce Oues meas. Quem ait eleuandus in Cælum amoris ſui Vicarium relinquebat*. Quo eum titulo adhuc in rem noſtram aptius affecit Bernardus *lib. 2. de Conſider. Inſtar domini* inquit, *gradiens ſuper aquas vnicum ſe Chriſti Vicarium deſignauit, qui non vni populo ſed cunctis præeſſe debere: ſiquidem aquæ multæ populi multi*. Hinc apparet, à quo Henriquez loquendi modum illum acceperit. Scio alijs aliud videri, ſed hoc mihi ratum, ſanctumque eſto.

CAPVT II.

Vtrum Epiſcopi ſint Apoſtolorum ſucceſſores, & quid inter vtroſque interſit?

QVo ad primam partem conſtat, Epiſcopos Apoſtolis ſucceſſiſſe; nec Hæreticus de eo quiſpiā, dummodo admiſerit Epiſcopos, dubitabit. Author huius ſententiæ luculentus eſt Auguſtinus in pſalm. 44. ad illud *Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij. Patres* D. Auguſ.

inquit

inquit, *miſſi ſunt Apoſtoli, Apoſtolis filij nati ſunt, conſtituti ſunt Epiſcopi*. Ita docuerant antea Clemens *lib. epiſtolarum epiſt.* 1. Anacletus *epiſt.* 2. & 3. Cyprianus *epiſt.* 69. Traduntque Concilium Florentinum in Armenorum inſtructione, & Tridentinum Seſſ. 23. cap. 4. & habetur cap. *in nouo*, citato: Itaque communis Patrum conſenſus eſt, Epiſcopos Apoſtolis à Chriſto, Preſbyteros ſeptuaginta Diſcipulis ſuffectos fuiſſe. Vnde differentia inter vtroſque ſumitur. Id tradunt Beda *lib.* 3. *in Lucam cap.* 15. & Iſidorus *ſerm. habito in Synodo*. & D. Thomas 2. 2. *q.* 184. *a.* 6. *ad* 1. quod acceperunt à Damaſo *in epiſt. de Chor Epiſcopis*, & Vrbano *epiſt. de communi vita, & oblatione Fidelium*.

[Clemens. Anaclet. Cyprian. Conc. Fl. Conc. Tr. C. in nouo. Beda. Iſidorus. D. Th. Damaſus. Vrbanus.]

Hinc eſt quod Epiſcopi ſummi Sacerdotes dicuntur cap. *vltimo* 3. *q.* 1. cap. *videntes* 12. *q.* 1. cap. *Legum* 4. *q.* 2. & *Papæ* olim appellabantur vti cõſtat ex epiſtolis Hieronymi ad Auguſtinum, & Chromatium Aquileienſem Epiſcopum, vbi eos Papas appellat. Quare Epiſcopi omnino Sacerdotes antecellunt gradu, authoritate, & poteſtate, (etſi ordo authore D. Thoma, Bonauentura, & Scoto *in* 4. *diſt.* 24. non ſit omnino diſtinctus, ſed tantum extenſus, & ampliatus, vti in Sacram. Ordinis exponemus) vti definit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *Can.* 6. & 7. cuius oppoſitum eſſe hæreticum patet ex Auguſtino *lib. de hæreſibus cap.* 53. & Epiphanio *hæreſi* 27. qui Aerij negantis Epiſcopos Presbyteris ſuperiores eſſe ſententiam, hæreſis accuſant. Itaque Epiſcopatum à Chriſto Domino eſſe inſtitutum, & eſſe Ordinem Sacerdotij Sactum cum ſolemniori conſecratione, & perfectiori charactere, altiori gradu, & ampliori authoritate, & poteſtate, quàm ſimplex Sacerdotium compertum eſt, & inter alios probat Henriquez l. 10 de Ordin. Sacram, cap. 20. et 21. et Vaſquez *tom.* 3. *in* 3. *d.* 40. *c.* 1. et Layman *tr.* 9. *c* 3.

[Cap. vlt. Cap. vid. Cap. Leg. Hierón. D. Th. Bonauent. Scotus. Conc. Tr. D. Aug. Epiphan. Henriq.]

Magna hic queſtio excitatur: vtrum Apoſtoli immediatè à Chriſto, et inſtituti ſint Epiſcopi, et conſecrati? quam minus diſtinctè ac vellem ab Authoribus tractatam inuenio.

Igitur quæ ſunt certa ſtatuenda: Primum, inſtitutionem Epiſcoporum eſſe à Chriſto. Secundum, Apoſtolos Epiſcopos fuiſſe. Hæc duo probantur cap. *in nouo*. et cap. *videntes* 22. q. 1. ita Couarruias regula *poſſeſſor*, Bellarminus *de ſacram. Confirm. lib.* 2. *c.* 12. & Caſtrius V. Epiſcopatus, ex Damaſo & Vrbano Papa, et Iſidoro, et Vaſquez *d.* 240. *c.* 2. Suarez *lib.* 4. *de Pænit. parte* 2. *diſput.* 25. Henriquez in Summa *lib.* 6 *cap.* & *lib.* 10. *cap.* 21. Camillus Borellus in ſumma à numero primo. Barboſa *tract.* 1. *c.* 1. Illa dubia: quando ſint inſtituti et quomodo? et an fuerint conſecrati, et à quo fuerint, et quid inter inſtitutionem, et Conſecrationem differat?

[C. in nouo. C. viden. Couaru. Bellarm. Caſtrius. Suarez. Henriq. Cam. Bel. Barboſa.]

Quod attinet ad primum ſtatuo, Apoſtolatum et Epiſcopatum non ſimul incæpiſſe: nam Apoſtoli multò ante Cænam Domini, vbi ſunt Sacerdotes ordinati, inſtituti ſunt: authore Turriano *in Clement. lib. ſex. Conſtit. Apoſtol. c.* 12. *ex conſenſu*, ait Vaſquez, *d.* 239. *c.* 4. Patrum, & Vega *l.* 13. *in Tridentin. c.* 14. et Caſtrio V. Sacerdotium *hæreſ.* 1. et Soto *in* 4. *d.* 10. *q.* 1. *a.* 2. *concl.* 3. Quare Apoſtolatus dupliciter ſumi debet, vti inchoatus, et vti perfectus; paulatim quippe, et per gradus creuit Apoſtolorum dignitas donec ad culmen peruenit, cum primo Apoſtoli Sacerdotes non fuerint; atque adeo nec Epiſcopi. Igitur in Cæna Domini ſunt Apoſtoli Sacerdotes initiati; accepta cum charactere poteſtate Ordinis ad Corpus Chriſti in Euchariſtia conficiendũ, quæ communis et conſtans ſententia eſt. Tunc autem factos eſſe Epiſcopos non puto, cum ne tum quidem iuriſdictionem, et poteſtatem ſuper Corpus Myſticum acceperint, ſed poſtea Ioan 20. cum Chriſtus inſufflauit et dixit, *Accipite Spiritum Sanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis*. ita Caſtrius V. Sacerdotium, et Bellarminus *de Ord. c.* 9. et Henriquez *l.* 10. *de Ord. c.* 6. ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 6. *c.* 14. & *ſeſſ.* 23. *c.* 1. *can.* 4. et Layman *lib.* 5.

[Turrianus. Vega. Sotus. Ioan. 20. Caſtrius. Bellarm. Henriq. Layman.]

ues promiſſæ fuerant, & queadmodũ ex Epiſcopis Pontifex eligitur, ita Petrus de Epiſcoporũ numero Pontifex crearetur, qui Epiſcopis quoq; præſideret. Hæc quamquam à nemine Authore acceperim, nõ dubito, quin vera ſint, & ab omnibus æquis rerum æſtimatoribus probentur. Ita fermè poſtea comperi ratiocinatum Hẽriquez *l.10. de Ordine cap.3.* Ego autem nitor authoritate Auguſtini *lib. contr. Epiſt. Fundamenti. cap.1.* quam proximo *cap. adduxi.*

Heuriqu:

An vero Conſecratio conſecuta fuerit inſtitutionem? alia quæſtio eſt, in qua communiter Authores docent ſolum Petrum à Chriſto fuiſſe conſecratum, à Petro autem Iacobum, & Ioannem Fratres, ab his autem, & Petro cæteros conſecratos fuiſſe; atque hinc legem, & morem extitiſſe, vt Epiſcopus non minus, quam à tribus Epiſcopis conſecretur: vti habetur *cap. porro 66. diſtinctione, & cap. Archiepiſcopus.* de tempore Ordinatio-n. *cap. 1. 64. diſtinctione;* & tradunt Anacletus *epiſt. 2.* & Clemens Alexandrinus, apud Euſebium, & Hieronymus de viris illuſtribus, & plerique veterum Pontificum, & Scriptorum, quos magno numero citant, & ſequuntur Bellarminus *lib. 1. cap. 23.* & Auguſtinus Triumphus *de poteſtate Eccleſiaſtica q. 88.* Antonius Auguſtinus *in Epitome Iuris Pontificij lib. 4. tit 17.* Barboſa *tit. 1. cap. 5.* Verum alij tradunt omnes Apoſtolos à Chriſto fuiſſe conſecratos, nec vllam in eo Petri à reliquis differentiam admittunt, huiuſmodi ſunt Caietanus *to. 1. Opuſ. tract. 1. cap. 2.* Sotus in *4. diſt. 20. q. 1. a. 2.* Corduba *lib. 4. tract. de poteſtate Papæ q. 14* Bannes *2. 2. q. 1. ar. 10.* Azor *p. 2. lib. 4. cap. 11. & lib. 3. cap. 30.* Neutra harum ſententiarum exacte procedit. Itaque author ſum: diſtinguẽdum eſſe inter inſtitutionem, & conſecrationem, vt poſſit vtraque conciliari ſententia. Nec enim audeo Anacleti, Clementis, & Hieronymi authoritati contradicere diſertè affirmantibus primam. Quare media incedendum eſt via, dicendumque inſtitutionem Apoſtolorum, quoad ordinem, & iuriſdictionem Epiſcopalem ſactam eſſe à Chriſto, & Apoſtolos omnes ab illo Epiſcopos inſtitutos. At vero Conſecrationem, quoad Cærimonias, & ritus à Petro incœpiſſe, cumque à Chriſto ſolemniter conſecratum, deinde cæteros Apoſtolos ab ipſo Petro, eo quo diximus modo conſecratos, iuxta Bellarminum *l. 1. de Rom. Pontiſ c. 23.* ex Anaclet. *epiſt. 1.* Cap. in nouo 21. *d. cap. porro 66. d. contr.* Gloſſam ibidem, & Henriquez *l. 10. de Ord. cap. 3. & 24.* Indeque inualuiſſe morem initiandi Epiſcopum à tribus Epiſcopis. Vnde colligitur cum Palud. *tract. de poteſt. Pap.* & D. Antonino *3 p tit. 14 c. 16. §. 9.* & Armilla *v. Conſecratio num. 2.* non pertinere ad eſſentiam Conſecrationis trium Epiſcoporum numerum, quod id non pertineat ad naturam inſtitutionis, ſed ad ſolemnitatem conſecrationis. Id quod colligitur ex Clement. *lib: 8. conſtit. cap. 27.* Quare vnus Epiſcopus ſatis erit ad conſecrationem validam faciendam, etiã nunc cum Epiſcopus ſimul inſtituiur, & conſecratur vti tenent nonnulli Recentiores, apud Vaſquez *diſt. 43. cap. 6. num. 60.* ac inter eos Azor *parte 2. lib. 3. cap. 30.* Qui ait id ex inſtitutione Apoſtolorum manaſſe, imo etſi tres Epiſcopi conſecrent, vnus tantum facit conſecrationem, cæteri adiutores ſunt iuxta Syluestrum *V. Conſecratio num. 1.* & Hoſtienſem, & Goffredum ab eodem Azor ibidem citatos; & Bellarminum, & Henriquez, ſupra. Quibus addo Aegyd. Coninch *diſt. 20. dub. 9.* & Layman *tract 11. c. 6.* Et quamquam Vaſquez *diſt. 43. cap. 6.* de inſtitutione diuina eſſe numerum illum ternarium ſentiat, & doctiſſimè probet; non negat tamen ſi vnus tantùm conſecret, valere conſecrationẽ.

cap: porro cap: Arch ca: primo: Anaclet: Clem: Al: Hieron: Bellarm: Auguſtin. Triumph: Ant: Aug. Barboſa: Caietan: Sotus: Corduba: Bannes Azor: Bellarm. Cap: in nouo: Gloſſa: Henriq: Vaſq: Azor. Syluester. Hoſtien: Goffredus Bellarm: Henriq. Aegid. Coninch. Layman: Vaſq:

Nunc locus eſt capitali quæſtioni. Quid nimirum interſit inter Apoſtolos, & Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores? Id autem intereſt, quod Apoſtoli immediatè ſunt à Chriſto electi; & ab illo immediatè poteſtatem acceperunt, quam nec tollere,

nec minuere, nec mutare poterat Petrus, quemadmodum multi, & idonei Authores docent, Duce D. Thoma *in cap. 12. epiſt. 1. ad Corinth.* & Bonauentura, Alberto, Durando, & alijs Scholaſticis *in 4 diſt.* 8. 20. & 24. Caietanus *tract. de authoritate Papæ, & Concilij cap. 3.* Sotus *in 4. diſt. 2.* Vargas libello de hac quæſtione, Bellarminus *de Pontifice lib. 4. cap. 22. 23. 24.* & Henriquez *lib. 3. de Pænit. c. 5.* Azor *p. 2. l. 4. cap. 1. & lib. 3. cap. 30.* & Barboſa cum multis *1. parte tit. 1. c. 1.* Epiſcopi autem nec ſunt immediatè electi à Chriſto, nec donati poteſtate, ideoque eorum iuriſdictio alterius eſt conditionis, quàm Apoſtolorum, atque adeo ſtringi, & coerceri poteſt à Summo Pontifice, qui eſt Succeſſor Petri, quemadmodum diſtinctius ſequenti capite tradem us.

D: Thom: S: Bonau: Albertus. Durand: Caietan: Sotus Vargas Bellarm. Henriq. Azor Barboſa.

CAPVT III.

Poteſtas Papæ, & Epiſcoporum inter ſe comparatur, & quid vtrique conueniat, differatque, exponitur.

PErſpicuè, accuratè, & ſuccinctè, vtrumque agemus. Primum ſtatuimus Papam Petri, & Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores eſſe, quod proximè oſtendimus ex Patribus, & Scholaſticis, & ex Anacleto, probat Vaſquez *d. 39. c. 3. num. 29.* Deinde quærimus, cur Papæ omnem prorſus, quæ in Petro fuit ſuccedendo iuriſdictionem accipiant, Epiſcopi autem ſuccedendo Apoſtolis, non omnem, quæ in Apoſtolis fuit poteſtatem ſumant? Ratio dubitandi eſt, quia ſi Papæ, quòd Petro ſuccedunt pares Petro cui ſuccedunt exiſtunt, Epiſcopi item, quòd ſuccedunt Apoſtolis, pares illis eſſe debent. Cùm ratio ſucceſſionis id videatur poſtulare, vt ſucceſſor in totum ſuccedat. Quod ſi id verum non eſt, cur non vel Papa in partem ſuccedit, vt Epiſcopi, aut Epiſcopi in totum non ſuccedunt, vti Papæ? Ratio itaque huius diuerſitatis inueſtiganda eſt, & proferenda.

Anaclet. Vaſq:

Eſt autem huiuſmodi. Quia Papa ſuccedit Petro, vti Principi, & Paſtori ordinario, cum quo non expirat iuriſdictio: at vero Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis, Paſtoribus, & Principibus delegatis, cum quibus exſpirat iuriſdictio. Vnde Papa ſuccedit in eandẽ prorſus, ac integrã iuriſdictionẽ, vt ſit ordinarius Paſtor. At vero Epiſcopi non ſuccedunt in eandem iuriſdictionem Apoſtolorum, nec eam vel integram, vel independentem habent. Ita docet Couarruias regula peccatum *parte 2. §. 9.* & Sotus *diſput. 20. q. 1. ar. 2.* & Bellarminus *cap. 25.* & Suarez *de Pænit. p. 2. diſput. 25. ſect. 1.* & Barboſa *tit. 1. cap. 1.* Quod autem iuriſdictio Apoſtolorum fuerit delegata, perſonalis, ac ex priuilegio patet, quia erat iuriſdictio annexa muneri Apoſtolico, quod erat perſonale, vnde extincta perſona exſpirabat, nec enim alij Apoſtoli præter illos duodecim fuerunt. At vero iuriſdictio Petri fuit ordinaria, & conſtans, & ad regimen Monarchiæ Eccleſiaſticæ inſtituta, proindeque vltra vitam ſtatumque perſonæ duratura. Apparent autem quædam huius diuerſitatis ſigna in Euangelio: nam Chriſtus ſæpè, ac perſpicuè Petro huiuſmodi poteſtatem dedit, iam illum Petram appellans, iam Claues tradens, iam Fratres ſuos confirmare iubens, iam Paſtorem conſtituens: quæ omnia continent quiddam ſublimius, & excellentius: at vero Apoſtolos generaliter ſemper Chriſtus, & minus expreſsè inſtituit Epiſcopos, & Paſtores, quo ſignificauit eam, quæ inter ipſos, & Petrum erat differentiam, circa futuram poſt ſe in Eccleſia poteſtatem.

Couarruu Sotus Bellarm. Suarez: Barboſa.

Eſt tamen contra huiuſmodi doctrinam validum argumentum. Apoſtoli habebant poteſtatem eligendi, & creandi Epiſcopos, illoſque propria authoritate à Chriſto accepta creabant, vti fatentur Suarez, & Bellarminus, Azor, & Barboſa proximè addu-

Suarez. Bellarm. Azor Barboſa.

Digitized by Google

adducti, & conſtat ex Actibus Apoſtolorum, Apocalypſi, et hiſtorijs Eccleſiaſticis. Igitur habebant Apoſtoli iuriſdictionem ordinariam, eamque Epiſcopis à ſe electis communicarũt. Reſpondetur; verum quidem eſſe Apoſtolos Epiſcopos creaſſe, & Eccleſias ijs gubernandas tradidiſſe, ſed non cum eadem, quæ ijſdem Apoſtolis inerat iuriſdictione; hæc enim cum eſſet ex priuilegio, & perſonalis non poterat ad alios tranſire. Ordinabant, quidem illi Epiſcopos, & iuriſdictionem idoneam, & aptam dignitati dabant, ſed quæ ipſam dignitatem ex natura ſua ſequebatur, non autem eam, quam ipſi acceperant à Chriſto. Quod apparet ex eo, quod iſta tum electio, tum iuriſdictio deinceps in Eccleſia variè ſe habuit, & ad Eccleſiæ arbitrium accommodata eſt Cum Epiſcopos interdum Clero, interdum Populo, interdum Principibus licuerit pro temporum varietate inſtituere, & creare, vti latè, & accuratè demõſtrat Barboſa *tit.* 1. *cap.* 3. & Bobadilla *in Polit. l.* 2. *cap.* 18. & Alzedus *de elect. cap.* 3. Siue id ex permiſſu Pontificum fuerit, ſiue non, nihil enim hoc intereſt ad ſtatum præſentis quæſtionis. Ac ita reſpõdẽt authores paulo ante hos citati, & imprimis Suarez *d.* 25. *sect.* 1.

Barboſa. Bobadilla Alzedus

Suarez.

Confirmatur reſponſio ex eo, quòd cùm Apoſtoli habuiſſent iuriſdictionem à Chriſto immediatam, vbiuis in toto Orbe vellent, ac vbique fundare, & regere Eccleſias poterant, nemo tamen Epiſcoporum ijs ſuccedentium habuit eam prærogatiuam, ſed ſinguli priuatis Eccleſijs præfuerunt, nec extra eas, quidquam ſibi arrogarunt, vnde alij alijs plus minuſuè ex Apoſtolorum inſtituto latè vti Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi imperitabant. Quare omnes, quidem certis, & ſtatis ſe terminis continebant.

Soluta obiectione ad quæſtionem propriam accedamus, quam per concluſiones tranſigimus: Prima eſto, Epiſcopi poteſtatem Ordinis Epiſcopalis immediatè à Chriſto accipiunt, & in eo quidem pares Apoſtolis ſunt, & Summo Pontifici. Patet ex D. Thoma 2. 2. *q.* 39. & Azor *lib.* 3. *cap* 30. & Bellarmino *lib.* 4. *cap.* 25. & Henriquez *lib.* 10. *cap.* 25. & Suarez *diſ.* 25. *sect.* 1. & Alzedo *de Epiſcopatus origine cap.* 1. & Barboſa citato. Quia poteſtas Ordinis eſt ad conficienda Sacramenta, hæc autem eſt omnino diuini iuris; ergo dari nequit, niſi immediatè à Chriſto.

D. Thom: Azor. Bellarm: Henriq: Suar. Alzedus: Barboſa.

Secunda concluſio. Conſecratio Epiſcopi, etſi fiat interuentu Epiſcoporum, tamen immediatè procedit à Chriſto. Liquet, quia Conſecratio eſt iuris diuini, & per eam confertur ordo, & eſt via ad habendam poteſtatem, & Iuriſdictionem annexam iuxta D. Thomam 2. 2. *q.* 134. *a.* 6. & *q.* 39. *ar.* 3. Ordini Epiſcopali, ergo non poteſt non eſſe à Chriſto, etſi inſtrumenta humana ſint; id enim non tollit, quominus conſecratio à Deo ſit. Ex quo ſequitur ſimiles eſſe in Conſecratione, & Ordine Papæ Epiſcopos, quemadmodum etiam in poteſtate ordinis circa Corpus Chriſti; verùm Presbyteri Epiſcopis, & Papæ æquales ſunt. Cum conſecratio, & ordinatio ſint Sacramenta, atque adeo de iure diuino. Quemadmodum obſeruat Suarez *diſ.* 25. *sect.* 1. & tradit D. Thomas *opuſc.* 19. *cap.* 4. & ex eo Victoria *in relect. de poteſt. Eccleſ. relect.* 2. & Soto *de iuſt. l.* 10. *q.* 1. *art.* 3. & tenent omnes Canoniſtæ; quos adducit Alzedus *cap.* 8. Itaque tota controuerſia vertitur ad poteſtatem iuriſdictionis de qua ſit.

Suarez: D: Thom: Victoria: Soto: Alzedus:

Tertia concluſio, Poteſtas iuriſdictionis, quæ datur Papæ, immediatè à Chriſto ſumitur, quæ autem Epiſcopis conceditur à Papa immediatè accipitur. Ita Authores proximè citati, duce D. Thoma 2. 2. *q.* 39. *a.* 3. & *in* 4. *d.* 19. *q.* 1. *a.* 3 & *d.* 20. *q.* 1. *a.* 4. *q.* 3. vbi Soto *q.* 1. *a.* 2. *in fin.* Caietanus 1. *opuſc. tr.* 1. *c.* 2. Turrecremata *in Sum. de Eccleſ. l.* 2. *c.* 54. Iacobatius *l* 10. *de Concil. a.* 7. Medina *C. de Confeſſ. q.* 39. & Couarruuias Regula *peccatum*, Suarez *diſput.* 25. *sect.* 1. Valentia *tomo* 4. *diſput.* 7. *q.* 10. *puncto* 2. Barboſa *tit.* 1. *cap.* 1. & Henriquez *lib.* 10. *cap.* 25.

D: Thom Soto Caietan. Turrecr. Iacobat Medina. Couarruu Suarez: Valentia. Barboſa. Henriq:

Quoad

Digitized by Google

Quoad primam partem probatur primò, quia Summus Pontifex ſuccedit Petro tanquam Paſtori, & Prælato totius Eccleſiæ ordinario: igitur à quo Petrus accepit, ab eo Pontifex habet iuriſdictionem, ſed Petrus accepit à Chriſto: ergo & ab eodem Pontifex accipit. Secundò, Pontifex eſt Caput Eccleſiæ, quæ inſtar Monarchiæ gubernatur, igitur debet habere iuriſdictionem ordinariam in ſe tanquam in capite, & fonte. Tertio, Pontifici, neque homines dant, neque adimunt poteſtatem, quod ſignũ eſt poteſtatis à Deo acceptæ, igitur hæc immediatè à Deo confertur. Innoc. I: Hanc doctrinam tradit Innocentius I. *Epiſt. ad Concilium Carthaginienſe 91.* inter epiſtolas Auguſtini; & ad Concilium Mileuitanum Auguſtini 93. & Leo *ſerm. 3. de Aſſumptione ſua*, quos Leo: citat, & ſequitur Bellarminus *cap. 24. & 25.* Addo Innocent. III. *in cap. nouit. de iudic. Poteſtas*, inquit, *noſtra non eſt ex homine, ſed ex Deo.*

Secunda pars concluſionis ſuadetur, Epiſcopi non ſunt Pontifici pares, ſed inferiores: Ergo debent ab eo iuriſdictionem accipere. Secundo, quia ſi ã Chriſto acciperent, ideo eſſet, quia ſuccedunt Apoſtolis, ſed hæc ratio non vrget, ergo non accipiunt immediatè à Chriſto. Minor probatur, nam Epiſcopi non ſuccedunt Apoſtolis in munere Apoſtolatus, ſed in officio Paſtorum: at officium Paſtorum eſt ſubditum Pontifici Maximo, qui eſt Summus, & Ordinarius Paſtor repræſentans Petrum, cui dictum eſt *Paſce Oues meas*; quod ille quidem officium non accepit præciſè vti Apoſtolus, ſed vti Caput, & Princeps Eccleſiæ: qua ratione ad ſucceſſores tranſijt, ad quos tamen Apoſtolatus non tranſiuit. Tertio, quia Epiſcopi, & confirmantur à Pontifice, & certis ſedibus deſtinantur, & mutantur, & promouentur, & eorundem poteſtas ab eodem interdum reſtringitur, & coercetur, interdum augetur, & amplificatur. Hoc verò patet ex vſu antiquiſſimo Eccleſiæ, & ex Doctrina Bernard. D. Thom. Bernardi *epiſt. 131.* & D. Thomæ 2. 2. *q. 1. art. 10.* & diſtinctè tradit Suarez *diſp. 25. ſect. 1.* & Azor *lib. 3. cap. 30.* & Suarez. Azor. Barboſa. Barboſa *tit. 1. cap. 1.* & ferè alij ſuperius adducti.

Sed contra obijcitur, quemadmodum Epiſcopi à Pontifice eliguntur, & confirmantur, ita & Pontifex eligitur ab hominibus, & creatur, igitur ſi is cum ab hominibus eligatur, & creetur, accipit iuriſdictionem immediatè à Chriſto, etiam Epiſcopi, quamuis à Pontifice eligantur, & confirmentur, à Chriſto non ab illo iuriſdictionem habebunt.

Reſpondetur illud inter Pontificem, & Epiſcopos intereſſe, quod in Pontifice Romano electio, & creatio non eſt ratio conferendi iuriſdictionem, ſed eſt conditio, ſine qua non daretur à Chriſto, cum autem ponitur, immediatè à Chriſto confertur. Nec enim homines, qui eligunt habent illam Papalem ad quam Papam eligunt poteſtatem: *Nemo* quippe *poteſt plus iuris transferre in aliũ, quam ſibi cõpetere dignoſcatur, Regul. 79. in 1.* At vero in Epiſcopis ipſa electio, & confirmatio eſt ipſamet ratio conferendi iuriſdictionem. Sed adhuc quæritur huiuſce diſcriminis ratio. Reſpondeo eã eſſe, quod Pontifex accipit iuriſdictionem in totam Eccleſiam ſuperioris ordinis, & ſpiritualem, quæ non poteſt dari ab hominibus, cum non ſit facultatis humanæ, ſed potentiæ diuinæ: At iuriſdictio Epiſcoporum cum ſit priuatæ Eccleſiæ, & ſupponat in Pontifice diuinam à Chriſto acceptam poteſtatem, poteſt ab eo conferri, cui iam communicata eſt, quamquam homini, diuina illa dignitas, & poteſtas. Quare cum dare nemo queat, quod non habet, homines Pontifici electo non dant ſupremam illam qua carent poteſtatem. At verò Pontifex cum habeat à Deo, & diuinam agat perſonam, poteſt illam Epiſcopis conferre.

Hinc apparet in cauſa vtriuſque huius poteſtatis Epiſcopalis, & Pontificalis diſtinctio, quòd altera ſit immediatè à Deo; altera à Deo, interuentu Pontificis; vnde ſequuntur effectus

ctus omnino diuerſi: nam poteſtas Papalis nulla ratione adimi, minui, mutariue à quoquam poteſt; eſtque omnino certa, conſtans, generalis. At verò Epiſcopalis poteſt, eſtque omnino certa, conſtans, generalis; At vero Epiſcopalis poteſt à Pontifice augeri, minui, tolli, ac interdum ipſe Epiſcopus gradu moueri. Hinc eſt, vt ab Epiſcopis ad Pontificem prouocari poſſit, à Papa non poſſit, quod is in ſupremo eſt dignitatis faſtigio conſtitutus, hi in gradu collocati, atque adeo ille ſupra homines, proximus Deo, hi infra hominem proximum Deo: Qua de re optimè Paludanus *tract. de Eccleſiaſt. poteſt. art. 5.* & Heruæus *opuſculo de poteſt. Papæ.* & Authores *in cap. nouo. diſt. 21. & in cap. tranſlato* de Conſtitutionibus, & Bellarminus, Azor, Suarez, & Barboſa citati: & optimè Henriquez *l. 1. de Pœnit. cap. 5.* & Molina *tract. 5. d. 4.* & Bañes *3. 2. q. 1. a. 20. dub. 5.* & Layman *l. 1 tract. 4. c. 7.*

Paludan: Heruæus.

In cap. nouo: In citranſlato: Bellarm. Azor; Suarez: Barboſa. Henriq.

Illud minimè prætoreundum: Epiſcopos, etſi iuriſdictionem à Pontifice accipiant, eſſe tamen ordinarios Paſtores, & habere ordinariam in ſuis Eccleſiis iuriſdictionem, quam ſubditis aliis delegare poſſunt, vti animaduertit Suarez, & Azor, quod cum certum ſit, eius tamen ratio minus apparet. Aliquam hi duo Authores afferunt; ego iuſtam profero, Poteſtas Epiſcopalis in radice diuina eſt, cum nitatur Ordine diuino Sacramento à Deo inſtituto, ſitque ſpiritualis, & ſacra, non humani iuris, ſed diuini. Quare etſi immediatè à Pontifice cōferatur, non confertur ab eo tanquam à Perſona humana, ſed tanquam à Chriſti Vicario, & Dei perſonam gerente, igitur cum datur, nomine diuino datur, non humano; atque adeo non eſt delegata, ſed ordinaria, quod etſi ab homine datur, ea tamen non eſt humana, ſed ſacra, & ordinis altioris, cuius Pontifex non eſt Dominus, ſed Adminiſtrator. Quam ratiocinationem aliorum authorum nomine amplificat, & commendat Henriquez *l. 3. de Pœnit. c. 5.* Ego antequā & alios, et illum viderem, apud me formaui, eamque illorum authoritate denuo confirmaui.

Suarez. Azor

Et quoniam his iam dictatis, cum aliis ſtudiis operam darem incidi in litteras Sanctiſſimi Patris Ignatij de Loyola, ab eodem ad Aethiopiæ Regem, Claudium, quem Abaſſinorum Imperatorem, & Præteiannem vulgò dicimus, captata occaſione miſſi ad eum cum duodecim ſociis, Primi Societatis Patriarchæ Ioannis Nonni Barreti Luſitani ſcriptas, quarum argumētum eſt Dignitas, & Authoritas, & Poteſtas ſuprema Romani Pōtificis, cum illas attente legiſſem, comperi diuinæ plenas eſſe doctrinæ, ac miratus ſum tam paucis lineis omnia, quæ à me hic fusè, aliiſque ſunt dicta, ita comprehenſa, ac expoſita, vt nihil quod ad cauſam faceret prætermiſſum, imo cuncta, quæ diu poterant occupata ſint: atque adeo ingentem in iis, ac pretioſum theſaurum contineri, quem Lectoribus monſtrari volo, vt eo fruantur, & lecto eo compendium cum magno ſacræ eruditionis quæſtu faciant. Habetur autem hæc Epiſtola lib. 15. Hiſtoriæ Societatis I E S V ſcriptæ à P. Nicolao Orlandino ornatiſſimo Scriptore. Cuius ad illam verba præmitto. *Et ſanè*, inquit Orlandinus, *earum hic ego litterarum exemplum, quoniam non vulgarem prudentiam continent, atque doctrinam non grauatè ſubijciam.*

Domi-

Domine mi in Domino noſtro IESV CHRISTO:

Gratia tuæ Celſitudini, & ſalus, & affluentia donorum ſpiritualium à D. N. IESV CHRISTO.

105. B. Ignatij litteræ ad Preteiannem. SERENISSIMVS Portugalliæ Rex pro ea ſolicitudine, ac zelo, quem illi Creator noſter, ac Dominus dedit gloriæ ſancti ſui nominis, & ſalutis animarũ, quæ vnigeniti eius filij pretioſo ſanguine, & vita redemptæ ſunt, non ſemel oſtendit mihi per litteras pergratum ſibi fore, ſi è Religioſis noſtræ minimæ Societatis, quã vocant IESV, duodecim viros deſignarem, è quibus ille Patriarcham vnum, duos Coadiutores pariter, & ſucceſſores eligeret, iiſdemque à Summo Chriſti Domini noſtri Vicario ſuppliciter peteret autoritatem & ius, quo iure ad ſuas quiſque partes rite obeundas, ipſi cum ſacerdotibus alijs in tuæ Celſitudinis regna tranſmitti poſſent. Ego, pro eximijs inter cæteros Chriſtianos Principes, eiuſdem Sereniſſimi Regis Portugalliæ meritis erga Societatem noſtram vniuerſam, noſtraque viciſſim omnium in illum obſeruantia, & pietate, feci quod iuſſerat: conſultoque ſequutus numerum, qui Chriſti Domini noſtri, Apoſtolorumque eius Collegium referret, præter ipſum Patriarcham, ſacerdotes duodecim ſupplementi, ac velut ſeminarij cauſa è corpore noſtro cunctos excerpſi: qui ad ſubleuandas, iuuandaſque animas tuæ Celſitudinis imperio, ac ditioni ſubiectas ſeſe, vitamque ſuam in omnem laborem, atque diſcrimen offerrent. Atque hoc libentius parui, quod præcipua quadam alacritate ſentio me, ſocioſque meos omnes ferri ad obſequium, & cultum Celſitudinis tuæ, haud immerito: quippe quæ inter tot circumfuſas vndique nationes infidelium, & hoſtium nominis Chriſtiani, veſtigijs maiorum ſuorum inſiſtens ad conſeruandam, ac promouendã Chriſti Domini, ac Dei noſtri religionem, & gloriam diligenter incumbit. Quam ipſam ob cauſã optandum fuerat vti adhæc tam recta tuæ Celſitudinis ſtudia, conatuſque, ſubſidium accederet ſpiritualium Patrum, quibus & legitima poteſtas ab hoc ſanctæ Sedis Apoſtolicæ faſtigio deriuata, & fidei Chriſtianæ puta, & ſyncera doctrina ſuppeteret, quæ nimirum duæ ſunt claues illæ regni cælorum, quas Chriſtus Dominus noſter S. Petro, & omnibus, qui deinceps in eius erant ſolio ſeſſuri promiſit prius, dein ipſa re tradidit. Promiſit tantummodo cum ad eum dixit (vt legimus apud Diuum Matthæum Euangeliſtam) Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam; & tibi dabo claues regni cælorum; & quicquid ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Tradidit, ac promiſſa patrauit, cum poſt reſurrectionem, antequã in cælum aſcenderet, ſciſcitatus ex eo ter (quemadmodum affirmat Diuus Ioannes Euangeliſta) Simon Bariona diligis me plus his? ſubiunxit in ſingula reſponſa, Paſce oues meas: committens illi non partem aliquam ouiũ ſuarum, ſed totum prorſus gregem vniuerſa cum plenitudine poteſtatis, ad alendos vitali Chriſtianæ religionis pabulo cunctos vbique fideles, eoſdemque ad cæleſtia ſempiternæ beatitudinis paſcua perducendi. Ac cæteris quidem Apoſtolis authoritatem Chriſtus Dominus noſter impertijt delegatam, ac veluti extra ordinẽ: at S. Petro eiuſque ſucceſſoribus ordinariam dedit, ac plenam: vti ab hoc ſummo Paſtore, tanquam a fonte reliqui animarum Paſtores peterent, eidemque acceptum ferrent, quicquid omnino iuris ad ſuum quiſque munus, ac

106. Petrus caput Eccleſiæ: itemque ſucceſſores.

ac regimen obtinerent: quod olim adumbraſſe per Iſaiam videtur Dominus, cum de Eliachim loquēs Pontifice maximo, & dabo, inquit, clauem domus David ſuper humerum eius, & aperiet, & non erit, qui claudat: & claudet, & non erit, qui aperiat: quo videlicet typo figuratus eſt Petrus eiuſque ſucceſſores, quibus datam integram poteſtatem declarant claues, conſuetum vtique ſymbolum & inſigne pleni, atque abſoluti dominij. Quæ cum ita ſint, Celſitudo tua gratias debet ingentes Domino Deo noſtro, quod ipſa regnante, potiſſimum dignatus fuerit iſtis nationibus mittere veros animarum Paſtores, qui à ſummo pendeant Paſtore, ac Vicario, quem reliquit in terris Ieſus Chriſtus Dominus noſter; & quantamcunque habent poteſtatem, quæ ſane perampla eſt, hanc ab eodem illo Vicario totam acceperint. Nec ſine cauſa Patri, Auoque tuæ Celſitudinis diſplicebat ſumi ab vrbe Alexandria Patriarcham: quippe ſicuti diuulſum à corpore membrum neque motum, neque ſenſum, neque omnino vitam à corpore accipit ſuo: ita Aegyptius Patriarcha ſiue ille Alexandriæ, ſeu Memphi degat, cum ſchiſmaticus ſit, ac diſiunctus ab hac ſacroſancta Sede Apoſtolica, & ab Eccleſiæ totius capite Pontifice ſummo, videlicet vitam gratiæ, & paſtoralem autoritatem, nec ſibi recipit ipſe, nec alteri cuipiam valet legitimam impertire.

107. Eccleſia Catholica vna.

Eccleſia namque catholica, vna tantum eſt in orbe terrarum, neque fieri poteſt, vt alia Romano Pontifici, alia pareat Alexandrino. Vti ſponſus eius Chriſtus vnus eſt, ſic ſponſa illius vnica, de qua Salomon ait in Canticis ex perſona Chriſti Domini noſtri, Vna eſt columba mea. Et Oſeas Propheta, Congregabuntur filij Iſrael, & filij Iuda pariter, & ponent ſibi caput vnum: & in eandem ſententiam multo deinde poſt S. Ioannes, Fiet, inquit, vnum ouile, & vnus Paſtor. Vna erat quemadmodum in Geneſi legimus Arca Noe, extra quam nulla omnium ſalus. Vnum tabernaculum quod fabricatus eſt Moyſes. Vnum Hieroſolymæ templum à Salomone conditum: quo in templo ſacrificare, & adorare oportebat. Vna cuius ſtaretur iudicio Synagoga. Hæc nimirum omnia Eccleſia denotabant, quæ vna eſt itē: extra quam nihil boni. Etenim qui cum eius corpore coniunctus non fuerit, nempe nullum à Chriſto capite recipiet influxum gratiæ viuificantis anima ſe præparans ad felicitatem æternam. Huiuſce vnitatis declarandæ cauſa, contra quoſdam hæreticos in ſymbolo canitur, Credo vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam: damnatuſque à ſacris cōcilijs error eſt, priuatas Eccleſias, ceu Alexandrinam, Conſtantinopolitanam, aut ſimiles dari, quæ communi omnium capiti ſubiectæ non ſint Pontifici Romano, ex quo perpetua ſerie ab ſancto vſque Petro (qui Chriſti Domini iuſſu, vti à Diuo Marcello Martyre traditum eſt, Romanam elegit ſedem, eamque ſuo cruore ſanciuit) perducti Romani Pontifices Vicarij Chriſti citra controuerſiam à tot, ac tanta ſanctitate Doctoribus latinis, græcis, omniumque nationū habiti, ab ſanctis Anachoretis, Epiſcopis, & alijs confeſſoribus adoratis tot ſignis, atque miraculis, tot denique martyrum, qui in hac fide, & vnione S. R. Eccleſiæ vitam profudere, teſtimonio comprobati ſunt. Merito igitur conſentienti Epiſcoporum omnium voce, qui ad Chalcedonenſem conuenerant Synodum, Papæ Leoni pariter acclamatum, ſanctiſſimus, Apoſtolicus, Vniuerſalis. Et in Conſtantienſi damnata eſt hæreſis negantium ſuper omnes, & ſingulas omnium terrarum Eccleſias Primatum Romani Pontificis eminere. Ad quas tam diſertas, firmaſque Patrum ſanctiones, atque decreta, Concilij quoque Florentini, quod ſub Eugenio Quarto, præter alias nationes à Græcis, etiam Armenis, & Iacobitis tanto ſtudio celebratum eſt, in hæc verba acceſſit autoritas. Definimus ſanctam Apoſtolicam Sedem, & Ponti-

108. Eccleſiæ Catholicę caput Romanus Pōtifex.

tificem Romanum in vniuerſum orbem tenere primatum, ac ſucceſſorem eſſe Petri, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, & doctorem exiſtere, Et ipſi in Beato Petro, paſcendi, regendi,, gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino Ieſu Chriſto poteſtatem plenã eſſe traditam. Iure igitur Sereniſſimus Rex Dauid tuæ Celſitudinis genitor, miſſo ad obſequium Romano Pontifici deferendum legato, ſanctam hanc Sedem omnium matrem, ac principem agnouit. Cumque alia multa, & præclara ipſius pariter, & tuæ Celſitudinis acta numerentur; tum duo hæc eiuſmodi ſunt, vt eorũ præſtantiam nulla vnquam obſcuratura videatur obliuio: ac proinde ab omnibus, qui ſub iſto viuunt imperio immortales autori bonorum omnium Deo debentur gratiæ pro tam ſingulari in eos beneficio, veſtra duorum opera, induſtria, virtute collato: cum alter omnium primus ſe in illius poteſtate, qui Chriſti vices gerit in terris perpetuo fore profeſſus ſit: alter item primus datum ab eodem Chriſto Vicario Patriarcham verum, ac legitimum ſacroſanctæ Sedis huiuſce filium in ſua regna perduxerit. Etenim ſi in magni cuiuſdam beneficii loco habendum eſt, inſitos eſſe corpori myſtico Eccleſię catholicæ, quod à Spiritu ſancto viuificatur, ac regitur, quam teſte Euangeliſta idem ſpiritus docet omnem veritatem: ſi eximiũ eſt munus, lucem ſanæ doctrinæ intueri, & Eccleſiæ fundamentis inſiſtere, quam Apoſtolus Paulus ad Timotheum ſcribens Domum Dei, columnam, & firmamentum veritatis appellat, cui ſe promiſit in æternum affore Chriſtus Dominus, inquiens, Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad cõſummationem ſeculi, vt legimus apud

Teſtimonium B. Ignatij de virtute Patrum, qui mittebantur in Aethiopiam

Matthæum Euangeliſtam; eſt ſanę cur ſine fine gratulentur iſtæ Nationes Deo Domino & Conditori noſtro, cuius prouidentia per tuam, parentiſque tui celſitudinem, tanto illos bono dignata eſt: præſertim cum iure ſperandum ſit, ex hac ipſa conciliatione, conſenſuque fore, Chriſto Domino moderante, vt cum ſpiritualibus temporaria quoque incrementa non ſine amplificatione Imperii tui, & hoſtium abiectione proueniant.

Sacerdotes, qui mittuntur iſtuc omnes quidem, ſed præcipue Patriarcha, Coadiutoreſque, & ſucceſſores eius duo, ſpectata admodum virtute ſunt, & noſtra in Societate probati per omnia; ac propter illuſtrem caritatem, & exquiſitam, rectamque doctrinam ad hoc tanti momenti opus adſciti. Neq; vero illis animus in id ipſum, aut alacritas deeſt, haud leui concepta fiducia, labores ſuos ad Chriſti Domini gloriam, tuæ Celſitudinis rem, animarum auxilium pari cum operæ pretio collocandi. Humanæ quippe ſalutis amor illos, & Chriſti Domini aliqua ſaltem ex parte imitandi extimulat ſtudium; qui cruciatus, ac necem ſubijt volens, ac libens, vti mortales ab æterna calamitate redimeret: aitque per Euangeliſtam, Ego ſum Paſtor bonus; bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Hoc exemplo incitati Patriarcha, & ceteri parati veniunt, non verbo duntaxat, conſilioque & ſpiritualibus adiumentis; ſed ipſa morte, ſi res ferat, periclitantibus animis opitulari. Tua Celſitudo Eccleſiæ authoritas.
quo interiorem illos ad conſuetudinem, ac familiaritatem admiſerit; eo maiorem, vt ſpero, capiet in Domino voluptatem. Iam vero quod pertinet ad fidem, ac pondus eorum, quæ ab ipſis vel publice, vel priuatim exponentur, non ignorat Celſitudo tua, omnium, quatenus rite legati ſunt; ſed Patriarchæ præcipue dictis, Apoſtolicæ fidei pondus, & autoritatem ineſſe: ac perinde illis, & Eccleſiæ credi oporteret, quos ab ipſis interpretanda ſunt verba, & ſententiæ. Et quoniam Chriſti fideles cunctos Eccleſiæ firmiter aſſentiri, eiuſque decretis obtemperare, & ſi quid exiſtat ambiguum, aut obſcurum eandem conſulere neceſſe eſt, non dubito quin tua excellens pietas, probitaſque publico edicto curatura ſit in ſuis regnis, vt

omnes

Digitized by Google

omnes omnium ordinum homines, tum Patriarchæ ipſius, tum eorum, quos ille ſibi ſubſtituet, dicta, præcepta, reſponſa citra vllam dubitationē ſequantur. Conſtat ex Deuteronomio de controuerſijs omnibus, ac nodis ad ſynagogam Eccleſiæ prænunciam referri ſolitum. Hinc illa quoque Chriſti Domini verba, ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: id ipſum in prouerbijs docet ſapientia Salomonis cum ait: ne dimittas præcepta matris tuæ (ea eſt Eccleſia) & alibi, ne traſgrediaris terminos, quos poſuerunt Patres tui; ij ſunt eiuſdem Antiſtites. Denique tantum Eccleſiæ ſuæ tribui, ac deferri vult Chriſtus Dominus, vt per ſanctū Euangeliſtam Lucam, aperte denunciet: Qui vos audit, me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit, & per ſanctum Matthæum, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus. Ex quo apparet, ne aures quidem prębendas ijs, qui alienum quippiam à ſenſu, & interpretatione Catholicæ Eccleſiæ attulerint, ſancto quoque Paulo in Epiſtola ad Galatas id ipſum præmonente, cum ait: ſed licet nos, aut Angelus de Cælo euangelizet vobis præterquam quod Euangelizauimus vobis, anathema ſit. Ad ſummam hoc idem ſancti Doctores, Conciliorum Canones, fidelium omnium conſenſus, & cōſuetudo plane demonſtrant. Ac viciſſim Patriarchæ, ac ſocijs pariter omnibus certum eſt, fixumque, tuam Celſitudinem aſſiduo cultu, ſubmiſſione, atque etiam quoad fas, piumque ferat, indulgentia proſequi. Nos vero quotquot in hiſce terris, è minima noſtra Societate retinemur, tua Celſitudo ad omne obſequium in Domino paratiſſimos habeat. Noſtris quidem certe precibus, & ſacrificijs, vt iam inſtituimus, Deo ſupplicare pergemus, vt regiam Celſitudinem tuam, regnumque iſtud ampliſſimum in ſancto Chriſti famulatu conſeruet: detque illi ita tranſire per bona temporalia, vt non amittat æterna. Idem ipſe Deus ac Dominus noſter omnibus nobis ad ſanctiſſimam ipſius voluntatem, & clare cernendā, & rite exſequendam perpetuum lumen, ac vires pro ſua infinita bonitate ſuppeditet. Romæ ſeptimo Kalendas Martias milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto.

Hæc epiſtola non ſine numine Ignatio dictata, & ſcripto abundè cùm Catholici confirmantur, tum Hæretici refelluntur, & à nobis tradita doctrina pondus, & robur authoritatis accipit: nullum enim in noſtris diſſertationibus verſatur argumentum, quod in eo deſideretur: vt ea nobis è Cœlo lapſa eſſe videatur.

DE

Digitized by Google

DE PAVLI CVM PETRO

Quoad Epiſcopatum Romanum, & Clauium Ordinariam, & Pontificiam Poteſtatem noua æqualitate recens inducta.

Diatriba:

ANTILOQVIVM.

AFRICA Monſtrorum ſemper: Gallia opinionum ferax. Has cum genius gentis felix, & facilis, tum doctrina exquiſita, & multiplex pariunt, & ferunt. Inter alias Innocentio Pontifice, dum ego Lutetiæ Pariſiorum verſarer, prodiit hæc de Duplici Romanæ Eccleſiæ capite Petro, & Paulo, imo Paulo, & Petro noua, & inſolens opinatio. Author illius Anonymus. Siuè quod non eſt auſus ſe prodere: ſiue ne ſuo nomine doctrinæ officeret. Mens, quantum ego tum conijcere potui (nec enim inquiſitione abſtinui) non tam quid ſentiret ipſe proferre, cùm aliud planè ſentiret, quàm illa obiecta Romanis ſententia, ijs negotium faceſſere, ac eorum ſtudia in Galliam certis de cauſis intenta, alio auertere: vt quaſi intentato ſibi vulnere ſe colligerent, ſecum habitarent, ſibique conſulerent. Niſi fortè fuit Romanorum ingenia experiri, an multum, & quatenus eo doctrinæ genere valerent: quo Galli ſanè excellunt. Hæ meæ tum coniecturæ fuerunt; nec inanes, nec temerariæ. Illas anni conſequentes probarunt. Accendit quippè Anonymus reſpondendi in Romanis ſtudia; nec ipſe ſe mouit acceptis reſponſis, perinde ac ad ſe nihil attineret confutatio, cùm iam certi ſui compos tentando ingenia, & auertendo mentes factus fuiſſet, ſuique Laboris, quem ſibi propoſuerat, fructum percepiſſet.

Verùm quoniam illa, quanquam noua videretur, opinio, præiudicata iam olim fuerat quorundam heterodoxorum ſententia, & anſam dederat Nouatoribus hanc viam arripiendi ad Romani Pontificis dignitatem, & poteſtatem impugnandam, vti ego poſtea in Anglia ſum Londini expertus, operæ mepretium facturum putaui, ſi quoniam dabatur occaſio ſcribendi de Clauibus Petri, huiuſmodi quæſtionem ſuſciperem, quæ cum ijs ita nexa eſt, vt eam ad ſe vendicent, & pondere ipſo trahant. Equidem fateor, me cum de Clauibus agerem, illarum fuiſſe ad hanc quoque controuerſiam agitandam tinnitu excitatum. Nec potuiſſe non reſpondere monenti. Et quanquam ſcio viros doctiſſimos hic Romæ iuſtos hac de re commentarios edidiſſe, quibus ego vix addere quicquam poſſum, non inutilem tamen meam fore operam exiſtimo, quod ita ſim ſcripturus, vt hæreticis obuiam eam, & quæ inde accipere in vſum ſuum volunt, quaſi ex manibus extorqueam: & nonnulla ſim de meo, vti ſoleo penu allaturus: & vt neutrum horum eſſet, alio ſtyli genere denſo, breui pugnari vſurum me profiteor, quod ad culpam ſi qua mihi imponi poſſet, vtcunque purgandam ſatis opinor fuerit.

Statum primum quæſtionis proponam. Diuidam in partes ſuas. Singulas diſtinctè tractabo. Examinabo multa. Secernam quædam. Reponam alia. Multa quæ noſtri aduerſarii liberalius dant, negem. Alia contra quæ parcius concedunt, largius donem. Nonnulla, quæ minus excuſſa, & explicata inuenio, vti illa de Chorepiſcopis, ventilabo, & explanabo. Vt certè meam operam perdam, breuitate conſequar, vt haud magnam lectores iacturam temporis faciant.

CAPVT PRIMVM.

Solum Petrum eſſe Caput, & Principem Catholicæ Eccleſiæ.

STATVS Quæſtionis eſt, vtrum Petrus ſolus fuerit Romanus Epiſcopus, & caput, ac Princeps Eccleſiæ Vniuerſę, & Paſtor totius gregis Chriſti, ac ita in Romana Cathedra ſederit, vt eam ſolus occuparit? An contra Paulus ſimul cum Petro fuerit Romanus Epiſcopus, & eandem Cathedram obtinuerit,& parem Capitis, & Principis Eccleſiæ, & Paſtoris authoritatem, & dignitatem habuerit, ita ut ex ambobus vnum Caput iuſtum, ac integrum coaluerit? Hoc ſecundum affirmat, & probare contendit Anonymus Gallus, & quidem quæſtio fermè tota de facto eſt, & potius teſtimonijs Scripturę Patrũ, & Conciliorum,quam rationibus terminanda. Si Euangelia expendantur nullum teſtimonium Paulo fauet. Si acta Apoſtolorum, & Epiſtolæ, loci quidam ſunt,qui videntur fauere Paulo. Hos Anonymus diligenter collegit. His nunc ego abſtineo, quia ad obiectiones referuo. Pro Petro autem ſcripturæ loca non affero, quia id aliàs accuratè egi in Teſſera Pontificia Londini excuſa aduerſus Thomam Anglum.

Quòd attinet traditionem conſtans ea eſt Romanam Cathedram ſolius Petri ſedem eſſe; nemo eſt quin ita, & ſemper audierit, & ſenſerit, vt vix ſit doctus, qui ante hoc commentum Anonymi ea de re quidquam contrarium acceperit. Id vero ex feſtis Cathedræ Petri tum Antiochenę,tum Romanæ,quæ inſtituta ſunt ab Eccleſia, patet. Hæc vero ſoli Petro addicta ſunt. Huius autem feſti meminit Concilium Turonicum ſecundum celebratum anno Domini 570. ſub Papa Ioanne III. quod habetur tom. 2. Concil.p.2. collectionis Binij pag. 230.num.23. imo, & ipſamet Cathedra clamat vnam ſe eſſe,& vnius tantum ſedem fuiſſe, nimirum Petri.Roget Gallicanos ſuos Ciues Anonymus, qui Romam venerunt, quot Romanæ Cathedrę ſint? Vnam ſedem, &vnum ſeſſorem Petrum,ab omnibus fuiſſe accipiet. Verum ne dicat nos ex trunco, & vulgo argumentari afferamus viua, & erudita teſtimonia, initium ſumentes à Pontificibus Romanis, qui in eadem Cathedra ſederunt, qui ſine dubio norunt vbi ſederint, & cui ſucceſſerint. Pontifices Romanos appello.

Spalatrenſis

Cõc. Tur.

Clemens igitur Epiſt. 1. ad Iacobum Fratrem Domini, (ſiue inſcriptio vera ſit,ſiue non,epiſtola vera eſt) teſtatur ſe à Petro Romanam Cathedram cum documentis illuſtribus accepiſſe; ſic enim ibi apud eundem Petrus coram cœtu fidelium *Clementem hunc*, inquit, *Epiſcopum vobis ordino, cui ſoli meæ prædicationis, & doctrinæ cathedram trado.* Et paulo poſt id muneris Clementi detrectanti, *libenter,*

Clem. I.

benter, ait, *ſuſcipe Epiſcopatus officium, maximè quod Eccleſiaſticas diſpoſitiones nec à me probabiliter didiciſti*. Eundē Petrum Apoſtolum in eadem epiſtola Idem Clemens *fundamentum Eccleſiæ, primitias electorum Domini*, *&* *primum Apoſtolorum* vocat, & in principio Epiſtolæ ſecundæ, ſic ait; *ſicut à Beato Petro Apoſtolo accepimus omnium Apoſtolorum Patre, qui claues Regni cæleſtis accepit*. Nulla prorſus de Paulo mentio hic eſt, cuius adiutor Clemens fuerat.

Anaclet. Anacleti Epiſtola prima illud egregium teſtimonium præbet. *Apoſtoli hoc ſtatuerunt iuſſione Saluatoris, vt maiores, & difficiliores quæſtiones ad ſedem ſemper deferrentur Apoſtolicam, ſuper quam Chriſtus vniuerſam conſtruxit Eccleſiam, dicente ipſo ad Beatum Principem Apoſtolorum Petrum. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*.

Alia item ſunt illuſtriora Epiſtola Idem ſecunda, & tertia. Vnum offerò ex ſecunda. *In nouo teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro Sacerdotalis cæpit ordo, quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, dicente Domino ad eum, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam &c. hic ergo ligandi, atque ſoluendi poteſtatem primus accepit à Domino. Cæteri vero Apoſtoli, cum eodem pari conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt, ipſumque Principem eorum eſſe voluerunt*. Ac nequis ob hoc quidquam de Iure Diuino primatus ambigeret, Idem ſic Epiſtola tertia. *Inter Beatos*, inquit, *Apoſtolos, quædam fuit diſcretio, & licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe id ipſum voluerunt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, id eſt Caput, & principium teneret Apoſtolatus*.

Alexan. I Quare Alexander primus, in prima Decretali ad omnes Orthodoxos, *Beatus Petrus*, inquit, *Princeps Apoſtolorum in ordinatione ſancti prædeceſſoris noſtri Clementis inſtruens Clerum, & populum, ait &c*. Cumque poſtea Paulum nominet, *Gentium Doctorem* vocat; *principem* non appellat.

Pius Pius I. Epiſt. 1. Decret. *Chriſtus, qui & hanc ſanctam Sedem Apoſtolicā omnium Eccleſiarum Caput eſſe præcepit ipſo, dicente Principi Apoſtolorum: Tu es Petrus &c*. Eundem Anicetus Anicet Epiſt ad Epiſc. Galliæ *Principem Apoſtolorum* vocat: Paulum cùm citet, non vocat.

Zepherin Zepherinus Epiſt. 1. *Beato*, inquit, *Petro dictum eſt. Quæcunque ligaueris &c. & reliqua priuilegia, quæ ſoli huic ſanctæ Sedi conceſſa ſunt*.

Pontian Pontianus Epiſt. 1 ſic concludit. *Chriſtus IESVS, & B. Apoſtolus Petrus Apoſtolorum Princeps*.

Anter. Anterus vn. Decretal. *Petrus ſanctus Magiſter noſter, & princeps Apoſtolorum de Antiochia vtilitatis cauſa translatus eſt Romam*. Silet de Paulo.

Fabian Fabianus Epiſt. 1. *B. Apoſtolorum princeps Petrus in ordinatione Clementis &c*.

Cornel Cornelius Epiſt. 1. de translatione Corporum Petri, & Pauli. Solum *Petrum principem Apoſtolorum* appellat.

Lucius Lucius Epiſt. vnı. ad Epiſcopos Galliæ, & Hiſpaniæ. *Litteras*, inquit, *dilectionis veſtræ, quas ad B. Petri Apoſtoli ſedem miſiſtis*. & prope finem. *Dominus fidem B. Petri non defecturam promiſit, & confirmare eum Fratres ſuos admonuit, quod Apoſtolicos Pontifices prædeceſſores feciſſe ſemper, cunctis eſt cognitum*. Pauli nulla mentio.

Felix Felix Papa eadem prorſus verba vſurpat. Epiſt. 3. ad Benignum Epiſcopum.

Eutych. Euthychianus Epiſt. 1. ad Ioann. & cæteros Epiſcopos Bæticæ Prouincię. *Vnum ait hoc immobile fundamentum vna hæc felix Fidei Petra, Petri ore confeſſa: Tu es Chriſtus*.

Marcell Marcellus Epiſt. 1. ad Epiſcopos Antiochenæ Prouinciæ: *Ipſe caput eſt totius Eccleſiæ, cui ait Dominus: Tu es Petrus &c. Eius enim ſedes primatus apud vos fuit, quæ poſtea iubente Domino Romam translata eſt, cui, adminiculante gratia diuina hodierna præſidemus die*. De Paulo ſilentium.

Euſebius. Euſebius Papa Epiſt. 3. ad Epiſcopos Tuſciæ, & Campaniæ. *Benedictus*

Deus

Digitized by Google

Deus, qui per miſericordiam ſuam Romanam Eccleſiam B. Petri Apoſtolorum Principis ſacerdotio ditauit.

Melchiad Melchiades Epiſt. vn. ad omnes Hiſpaniæ Epiſcopos. *Hoc priuilegium* (Appellationis) *huic ſanctæ ſedi à temporibus Apoſtolorum ſtatutum eſt ſeruare. Epiſcopos ergo quos ſibi Dominus tanquam oculos elegit, & columnas eſſe voluit ſuo iudicio reſeruauit, hocque priuilegium Beato Clauigero ſua vice ſolummodo commiſit. Quod eius iuſtè prærogatiuum ſuccreſcit ſedi, quoniam & inter Beatos Apoſtolos fuit quædam diſcretio poteſtatis. Et licet cunctorum par electio foret, Beato tamen Petro conceſſum eſt, vt alijs præemineret: quod Dei ordinatione ordinatum credimus, vt ſemper maiores cauſæ ad vnam B. Principis Apoſtolorum Petri ſedem confluerent.* Hic locus Achilles eſt.

Hi ante Syluestrũ Põtifices etiã apud Hæreticos ſunt venerabiles: vtpote qui pene omnes ſanguinẽ pro Chriſto fuderũt. Alios adijcio, quòd cum Catholico agimus, ac ijs etiam ob antiquitatem Hæretici fidem habent.

Marcus Marcus Papa. Epiſt. ad Athanaſ. & Epiſcopos Aegypti, quæ citatur à Concilio Florentino ſeſſ. 20. *Sancta Romana Eccleſia, quæ ſemper immaculata manſit, & Domino prouidente, & B. Petro opem ferente in futurum manebit.* Et paulo poſt. *Illibata ſine tenus manet ſecundum Domini diuinam pollicitationem, qui diſcipulorum ſuorũ Principi; Petre inquit, Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos:* & mox *Fidem Petri non defecturam promiſit, & confirmare eum fratres ſuos admonuit:* & pergit adducere eandem ſententiam *Lucij Papæ, & Felicis Papæ.*

Iulius Iulius Papa Epiſt. Increpatoria ad Orientales Epiſcopos. *Semper maiores cauſæ ad Sedem Apoſtolicam referri præcepta ſunt. Ipſa namque omnibus maior eſt, & prælata eſt Eccleſijs, quæ non ſolummodo Canonum, & ſanctorum Patrum decretis, ſed Domini Saluatoris noſtri voce ſingularem obtinuit principatum: Tu es, inquit, Petrus &c.* et infra. *Sicut B. Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum, ita & hæc Eccleſia.* Hæc poſtea ab eodem dicitur *B. Petri Apoſtoli ſedes*, & affert illa verba Melchiadis. *Inter Beatos Apoſtolos fuit, quædam diſcretio poteſtatis: & cum omnium par eſſet electio vni tamen datum eſt, vt cæteris præemineret.* Idem Epiſt. 2. confirmat n. 30. & 36. &c. Et Epiſt. 4. ad finem.

Liberius Liberius Epiſt. 13. ad Athanaſ. & Aegyptios Epiſc. *Olim & ab initio tantam accepimus à B. Petro Apoſtolorum Principe fiduciam, vt habeamus authoritatem pro Eccleſia vniuerſali.*

Felix Felix 2. epiſt. 1. ad Patres Synodi Alexandr. *Incipiamus ergo adiuuante Deo, & Sancto Petro Apoſtolo per quem Apoſtolatus, & Epiſcopatus in Chriſto capit exordium:* & poſtea num. 19. *Manifeſtum eſt nullum damnari debere Epiſcopum, qui hanc ſanctam Sedem interpellauerit, donec iudicium de eo noſtræ authoritatis hoc eſt Principis Apoſtolorum agnoſcat: quia ſolummodo Chriſtus IESVS huic ſanctæ Sedi, id eſt Apoſtolicæ, hoc facere commiſit, vtpote quoniam ſolus, atque præ omnibus præfatus Princeps Apoſtolorum creditus eſt, atque percipere meruit à Rege Regum IESV Chriſto Claues Regni Cælorum, &c.* Hic eſt alter Achilles.

Damaſus Damaſus Epiſt. 4. *Manifeſtum eſt non debere Epiſcopum damnari, donec iudicium de eo noſtræ Apoſtolicæ authoritatis, hoc eſt Principis Apoſtolorum Petri, cognoſcatur, vtpotè quoniam SOLVS, & præ omnibus creditus eſt, atque percipere meruit ab Rege Regum Chriſto Claues Regni Cælorum.* Tertium Achillem dixeris. Alia ſimilia ſuppeditat Epiſt. eiuſdem Damaſi 5.

Siricius Siricius Epiſt. ad Hieronym. 1. *Portamus*, inquit, *onera omnium, qui grauantur, imo hæc portat in nobis B. Apoſtolus Petrus, qui nos in omnibus, vt confidimus, adminiſtrationis ſuæ protegit, & tuetur hæredes.*

Innocent Innocentius Victricio ſic Epiſt. 2. *Incipiamus ergo adiuuante Deo, & Sancto Dei Apoſtolo Petro, per quem & Apoſtolatus, & Epiſcopatus in Chriſto cæpit exordium.* Paucas poſt lineas adducit Pauli ſententiam, nulla de illo pari commemoratione. Plura in hoc

Pontifici omitto. Excerpo tantum illud ex epiſt. 18. de Sede Antiochena. *Prima Primi Apoſtoli Sedes eſſe monſtratur, vbi et nomen accepit Religio Chriſtiana, quaq; vrbis Romæ Sedi non cederet, niſi quod illa in tranſitu meruit, illa ſuſceptum apud ſe, conſummatumque gaudet.* Tam erat affixus primatus Petro.

Zoſimus Zozimus idem confirmat Epiſt. 10. ad Concil. Carthag. *Currit ſuis legibus Eccleſiaſtica diſciplina Petri nomine.* Mox: *Habet enim ipſe cùm omnium Eccleſiarum, tum huius maximè vbi ſederat curam.* Concludit: *Cum ergo tantæ authoritatis Petrus caput ſit.*

Boniface Bonifacius breuiter, ſed ſolidè Epiſtol. ad Honorium Auguſtum. *Teſte apud quem, & de cuius Sede agitur, Sancto Petro.*

Celeſtin Syn. Eph. Celeſtinus Epiſt. ad S. Synod. Epheſin. in eiuſdē actis p. 3. pag. 414. Collect. Binij. *Longius quidem ſumus poſiti: ſed per ſolicitudinem totum propiùs intuemur. Omnes habet Beati Petri curæ præſentes.* Vbi Paulus, qui maximè erat vocandus, cui fuit ſolicitudo omnium Eccleſiarum? Nullus tamen occurrit, nec in altera ad Theodoſium eadem pag. Nec in tertia ad Clerum Cōſtantinopolitanum niſi de Petro cum hac capitis prærogatiua meminit, cum multas Pauli ad doctrinam ſententias attuliſſet. Sixtus Syn. Eph. Sixtus in Epiſt. ad Cyrillum inſerta Concilio in eadem 3. p. *Ad B. Petrum fraternitas vniuerſa conuenit. Habuerunt Coepiſcopi noſtri illum congratulationis teſtem, quem habemus honoris exordium.*

LeoMagn Leonis Magni teſtimonijs (tot ſunt) obruor. Seligo illud Epiſt. ad Leo- Cōc. Chal nem poſita in Concil. Chalcedon. p. 3. nu. 25. pag. 377. *Cum ergo vniuerſalis Eccleſia per illius principalis Petræ ædificationem facta ſit Petra, et primus Apoſtolorum Beatiſſimus Petrus voce Domini dicentis audiuerit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, quis eſt niſi Antichriſtus aut diabolus, qui pulſare audeat inexpugnabilem firmitatem.*

Vigilius 5 Synod In V. Synodo ita Vigilius Ruſtico, & Sebaſtiano Collat. 7. fol. 108. *Oportet,* ait, *nos iam poſt tantas admonitiones in vobis Ruſtice, & Sebaſtiane per authoritatem B. Petri, cuius nos Dominus ſibi voluit vice ſeruire &c.* ac ſæpe authoritatem Petri vſurpat in eadem Epiſtola.

Multa, & præclara huiuſce veritatis documenta ſuis in Epiſtolis probat Agatho in ſexta Synodo inſertis. Agatho P. 6 synod. Decerpo illa verba ex Epiſt. ad Auguſtos Act. 4. *A Domino omnium beatus eſſe pronūtiatus eſt Petrus, qui & ſpirituales oues Eccleſiæ ab ipſo Redemptore omnium terrena commendatione paſcendas ſuſcepit: cuius authoritatem vt poté Apoſtolorum omnium Principis ſemper omnis Eccleſia &c.*

In 7. Synodo habetur Epiſt. Adriani I. ad Conſtantinum, & Iren. in qua Adrian 7. synod ſic Act. 2. *Ipſe Princeps Apoſtolorum B. Petrus, qui Apoſtolicæ ſedis primitus præſedit ſui Apoſtolatus principatum, ac paſtoralis curæ ſucceſſoribus ſuis, qui in eius ſacratiſſima ſede perenniter ſeſſuri ſunt, dereliquit: quibus & authoritatis poteſtatem quemadmodum à Saluatore noſtro conceſſa eſt, & ipſe quoque ſuis contulit, ac tradidit diuino iuſſu ſucceſſoribus Pontificibus.*

Octaua Synodus duorum Pontificum teſtimonia exhibet. Nicolai I. Nicolaus 8. synod & Adriani II. Illud eſt Nicolai Epiſt. ad Michaelem Imperatorem. Act. 4. *Principatum diuinæ poteſtatis, quem omnium conditor electis ſuis Apoſtolis largitus eſt ſuper ſolidam fidem Apoſtolorum Principis Petri videlicet ſoliditatem confeſſionis eius egregiam, imo primam ſedem deliberauit. Nam voce Domini ipſi dictum fuerat. Tu es Petrus &c.*

Adrian. 8. synod Illud Adriani Act. 7. in Allocutione I. ad Concilium quæ lecta fuit per Ioannem Archidiaconum contra Photium. *Poſuit in Cœlum os ſuum, dum contra diuinam ordinationem cælitus in B. Petri Principis Apoſtolorum primatus diſpoſitione gutur apertum, & aduerſus eiuſdem Cæleſtis Clauigeri Apoſtolicam Sedem, & præcipuam, & ſummam dignitatem, & poteſtatem linguam ſuam more ſerpentis exacuit.*

De Pontificibus quidem ſatis, omnes eodem ore loquuntur. Idque Heterodoxi non negant. Exhibeamus

mus

Digitized by Google

mus Conciliorum teſtimonia. His illa ſunt plena. Pauca ex multis afferamus.

Syn:Al. Synodus Alexandrina Epiſt. ad Felicem 2. Præclarum hoc de Petri dignitate præconium edidit. *Sicut in Chriſto Chriſtiani, & in Petra, ideſt Petro renouantur Eccleſiæ. Tu es enim ſicut Diuinum veraciter teſtatur eloquiũ, Petrus, & ſuper fundamentum tuum Eccleſiæ Columnæ, ideſt Epiſcopi qui Eccleſiam ſuſtinere, & propriis humeris portare debent tibi ſunt confirmatæ. Tibique Claues Regni Cælorum commiſit, atque ligare, & ſoluere poteſtatiuè, quæ in terris, atque in cælis ſunt, promulgauit*. Et addit multa in hanc rem illuſtria. Illud libo. *Certum eſt enim eidem Sanctæ Sedi veſtræ in honorem Beatiſſimi Petri Patrum decreta peculiarem decreuiſſe reuerentiam*. Sunt qui hanc Synodum ſuſpectam putẽt; vtcũque ſit antiqua eſt, & authoritate non caret. Sed affero recepta, & fide digna.

Con. Rom ſub Dam: In Concilio Romano 4. ſub Damaſo ſic habetur. *Eſt ergo prima Petri Apoſtoli Sedes Romana Eccleſia*. Quò redit tota moles ratiocinationis, quæ item Paulum inuoluebat. De quo nos ſuo loco dicemus. Satis nunc fuerit prærogatiuam Petri eſſe probare; idque adducto loco ſuperiori perſpicuè apparebit.

Cõ. Carth ſub Innoc. Concilium Carthaginienſe ſub Innocentio I. aduerſus Pelagium coactum in Epiſt. Synod. ad eundem. *Beatiſſimo Petro primo Apoſtolorum*.

Con. Afr: Zoſimo. Concilium Africanum ſub Zoſimo anno 418. celebratum authore Proſpero aduerſus Collator. ſic. *Conſtituimus in Pelagium atque Celeſtium per venerabilem Epiſcopum Innocentium de Beatiſſimi Petri Sede prolatam manere ſententiam*. Certè ſi ea Pauli eſſet, nõ omitterent de eo mentionem facere, quem vindicem gratiæ de qua agebatur noſſent: cum præſertim author (August) opinor, Epiſtolæ Auguſtinus fuerit inſignis, & gratiæ Amator, & Pauli.

Con. Eph: In Concilio Epheſino p. 3. in homil. Pauli Emiſeni Epiſcopi coram Cyrillo habita affertur Confeſſio illa celebris Petri his verbis. *Mox Petrus Apoſtolorum vertex, & os diſcipulorum reſpondit. Tu es Chriſtus*. Deque hac Confeſſione *ſuper hanc Fidem*, inquit, *ſuper hanc ſpem, ſuper hanc petram à Domino Deo poſita ſunt Eccleſiæ fundamenta*.

ConChal In Concilio Chalcedonenſi part. 3. ipſamet Synodus in Allocutione ad Marcianum defendens Epiſtolas Leonis Papę, & doctrinam earum, comparat eius Fidem Fidei Petri: & ad finem ante citationes: *Concilij*, aiunt, *huius à vobis congregati prædicationem Petri ſedis authoritate roborantes*. In eadem part. Concilij Iuuenalis Epiſcopi Reſcriptum Synodicũ ſic incipit. *Cum ſummus & primus Apoſtolorum Petrus dixiſſet, Tu es Chriſtus: Dominus intulit: Beatus es. Super hanc confeſſionem roborata eſt Eccleſia Dei &c.*

Idem In eodem loco Armeni Epiſcopi in Epiſt. ad Leonem Imperatorem ita: *Celeſtinus Petri ſedis ſententiaque ſucceſſor*.

Idem Ille inſignus eſt locus ad finem Act. 2. vbi lecta Epiſtola Papæ Leonis clamarunt a Ptres: *Omnes ita credimus. Anathema ei qui ita non credit. Petrus per Leonem ita locutus eſt*.

CenBrac Concilium Bracharenſe primum celebratum anno 563. Ioanne Papa III. loquens de Leone Magno *Beatiſſimus Papa vrbis Romæ Leo, qui quadrageſimus Petri Apoſtoli ſucceſſor extitit*. Et paulo inferius: *Abominata iam olim à ſede Beatiſſimi Petri Apoſtoli, & damnata Priſcillianæ hæreſis figmenta*.

Syn. Tur: Synodus Turonica 2. habita Ann. 570. quem locum ſupra indicaui n. 23. *Sunt*, inquit, *qui in feſtiuitate Cathedræ domini Petri Apoſtoli cibos mortuis offerunt*. Pauli ea Cathedra, nec dicitur, nec Feſtiuitas pro eius Cathedra.

Cõc. Rom ſub Eug. In Concilio Romano S. Gregorius Ann. 601. ſic. *Ex authoritate B. Petri Apoſtolorum Principis, cuius vice huic Romanæ Eccleſiæ præſidemus*.

Cõc Later ſub Mart: Lateranenſe ſub Martino I. Concilium illuſtre teſtimonium perhibet, nomine Sergij Cyprienſis Archiepiſcopi in litteris ad Theodorum Papam quem *Vniuerſalem Papam Dominum* appellat: *Firmamentum à Deo* inquit

fixum

ſixum, & immobile, atque tituli formam lucidiſſimam Fidei veſtram Apoſtolicam Sedem o ſacer vertex Chriſtus Deus noſter. Tu es enim ſicut diuinum veraciter pronuntiat verbum, Petrus: ſuper fundamentum tuum Eccleſiæ columnæ confirmatæ ſunt, & Claues Regni Cælorum commiſit, atque ligare, & ſoluere poteſtatiuè quæ in terra, & in Cælis, ſunt promulgauit. Tu præſanarum hæreſum depoſitor extitiſti, vt princeps, & doctor orthodoxæ, & immaculatæ Fidei. Mirum, nullam de Paulo mentionem fieri, cum de doctrina ſermo erat. Accedit pondus huic teſtimonio illis verbis Martini in eodem Concilio poſt Epiſtolam Victoris Carthaginienſis ſynodicam. Ait enim Papa: *donec iudicium de eo noſtra Apoſtolica authoritatis, hoc eſt Principis Apoſtolorum Petri cognoſcat, vt pote quoniam ſolus, atque præ omnibus creditus eſt, atque accipere meruit à Rege Regum IESV Chriſto Claues Regni Cælorum.* En Claues ſoli Petro addictæ.

Octauæ Synodi Patres ſic Actor. 7. *nemo Fidelium in iniuriam B. Petri Principatus impune prorupit, in cuius videlicet contumeliam vt S. Bonifacius Papa ſcribit, quiſquis inſurgit habitator non poterit eſſe regionum. Tibi inquit dabo claues Regni Cælorum. Nemo vnquam Apoſtolico culmini, de cuius inquit iudicio non licet retractari manus obuias audacter intulit.* Ita ſentiunt, & loquuntur Concilia. Infinitum eſſet omnia per cenſere.

Duo tamen teſtimonia omittere Col Angl non poſſum. Vnum ex collatione Anglicana de Paſchate celebrando habita Vitaliano Papa An. 664. Extat Beda tomo 2. Concil. p. 2. ſumpta ex Beda lib. 3. Hiſtor. Eccleſiaſt. Anglor. ad Nouatorum in eo Regno tormentum. *Num præferri potuit* (Columba quidam Schiſmaticus) *Beatiſſimo Apoſtolorum Principi? Cui Dominus ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* De hoc ait, fuiſſe, & prædicaſſe Romæ; & Paſchatis celebrandi Latinum morem tradidiſſe. Hæc Rege præſenti Vuilfridus. Quo orante dixit Rex *verè ne Colmane, hæc illi Petro dicta ſunt à Domino? Qui ait verè Rex.* Hic autem poſtea. *Huius* inquit *in omnibus cupio obedire ſtatutis, ne fortè me aduenīente ad fores Regni Cælorum, non ſit qui reſerat auerſo illo, qui Claues tenere probatur.* Diſcant ab hoc Rege Angli Petrum & colere, & timere.

Alterum eſto ex Niceno Concilio in Canonibus Arabicis. Octauus ergo Can Arab Canon ita: *Conſtitutum eſt vt Epiſcopus AEgypti, id eſt Patriarcha Alexandrinus prouideat &c. quia ſimiliter Epiſcopus Romæ, id eſt ſucceſſor Petri Apoſtoli poteſtatem habet &c.* Magnam vim in hoc teſtimonio eſſe video, quod Arabes inter quos verſatus eſt Paulus nihil Paulo de illa Cathedra impartiuntur.

Patrum magna eſt hac de re conſenſio. Paucos, ac ex primarijs adduco. Cyprianus Epiſt. ad Iubaianum. Cyprian *Eccleſia quæ vna eſt ſuper vnum fundatur qui Claues accepit.* Et Epiſtola ad Quint. *Petrus* inquit *cum Paulus ſecum diſceptabat, non vindicauit aliquid inſolenter, vt diceret ſe primatum tenere.* Quem locum Auguſtinus referens Auguſtin lib. 1. de Bapt. c. 5. & Cypriani ſententiam exponit, & ſuam profert. *Ecce vbi commemorat Cyprianus Petri primatum Apoſtolorum in quo tam excellenti gratia præminet.* Concinit Cy- Cyprian priano, & ſibi Auguſtinus Epiſtol. 19: *Ipſe Petrus quod à Paulo fiebat ſanctè, ac benigna pietate accepit, atque ita rarius, & ſanctius exemplum poſteris præbuit, quo non dedignarentur a poſterioribus corrigi, quo confidenter etiam auderent minores maioribus pro defendenda veritate reſiſtere.*

D. Hieronym. contra Iouin. lib. 5. Hieron *Inter duodecim vnus Petrus eligitur, vt capite conſtituto, ſchiſmatis tolleretur occaſio.*

D. Ambros. lib. 10. in Lucam c. 24. Ambros *Petrum Chriſtus omnibus Apoſtolis antetulit.*

S. Baſil. in Proœm. de iudicijs Dei. Baſilius *B. Petro, qui & cæteris Apoſtolis antelatus fuit: cui Claues Regni Cælorum commiſſa.*

Hos tamen locos dabunt alij. Affero

ro

ro minus obuios: ex tomis Conciliorum. Philippus Presbyter, & Apoſtolicæ Sedis legatus in Epheſino Conc. p. 2. Act. 3. ſic *Nulli dubium, imo ſeculis omnibus notum eſt, quod ſanctus, & Beatiſſimus Petrus Apoſtolorum Princeps, & Caput Fideique columna, & Eccleſiæ fundamentũ à Domino noſtro IESV Chriſto Claues Regni Cæleſtis accepit, ſoluendi, ac ligandi poteſtas ipſi data eſt, qui ad hoc vſque tempus, & ſemper in ſuis ſucceſſoribus viuit, & exercet.*

Philipp. presbyt: in Epheſ. com.

Tarraconenſes Epiſcopi in Epiſtola ad Hilarum Papam tom. 2. Concil. p. 2. poſt Concil. Chalced. *Priuilegium Sedis veſtræ quo ſuſceptis Regni Clauibus per totum orbem beatiſſimi Petri ſingularis prædicatio vniuerſorum illuminationi proſpexit: Cuius Vicarij principatus ſicut eminet, ita metuendus eſt ab omnibus, & amandus.*

Tarracon Epiſcopi ad Hilar. Papam

Poſſeſſoris Epiſcopi ad Hormiſdam inter Hormiſdæ epiſtolas ea ſunt verba. *Quis maiorem circa ſubiectos ſolicitudinem gerit aut à quo magis eſt nutantis Fidei ſtabilitas expetenda quã ab eius ſedis præſide, cuius primus à Chriſto rector audiuit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram.*

Poſſeſſor ad Hormi:

Amator Epiſcopus Auguſtudunenſis Syluerio Papæ exultanti ſic ſcribit. *Audiuimus vos a ſede Petri iniuſtè pulſum exilio deſtinatum. Quid putas de nobis fieri Pater ſumme, cum de ſummo Paſtore, & Vicario S. Petri talia fiunt?*

Amator Epiſc.

Illuſtris illa eſt. S. Bonifacij profeſſio Fidei cum iuramento obedientiæ præſtandæ, Sedi Apoſtolicæ, inter Epiſt. Gregorij 11. to. 3. Concil. Hic accepta prædicandi, & docendi ab eo Pontifice poteſtate. *per inconcuſſam authoritatem Beati Petri Apoſtolorum principis.* Sic reſpondet. *Promitto ego Bonifacius Dei gratia Epiſcopus Tibi B. Petre Apoſtolorum princeps Vicarioque tuo B. Gregorio Papæ, & ſucceſſoribus eius &c.* Ecce quod poterat munus docendi à Doctore Gentium Paulo accipere, eique referre, non ab eo, ſed à Petro accipit, eique acceptum refert, quòd intra Sedem Apoſtolicam, quę ſolus eſt Petri res gerebatur.

S Bonifac to. 3 Concil

Nouit hoc Colonia Agrippina clariſſima Germaniæ vrbs, quæ acceptũ à Materno Petri diſcipulo Fidem ſigillo ſuo teſtatur. In quo eſt *Imago Petri ſedentis, altera manu duas Claues, altera librum tenentis.* vt poteſtatem principis, & doctrinam magiſtri, ſignificet.

Mitto alia ſexcenta. Finio adductis nonnullis Auguſtorum, quę ſplendorem cauſę addant, teſtimonijs.

Primus ſit Conſtantinus in Edicto, ſuæ donationis, quod omnino recipio cum Leone IX. Papa: quem oppono dubitantibus, & ſuo loco monſtrabo. Hic ergo. *Quantam poteſtatem Saluator noſter ſuo Apoſtolo B. Petro contulerit in Cælo, ac terra lucidiſſimè nobis edixit, dum ait. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram.* Et poſtea *Sicut in terris S. Petrus Vicarius Filij Dei eſſe videtur conſtitutus, etiam & Pontifices, qui ſucceſſores ſunt ipſius Principis Apoſtolorum &c.* Præterea *Saluator noſter B. Petrum Apoſtolatus obtinere præcepit Cathedram.* Hæc diſertè de ſolo Petro: cum Paulo infra adſcribat martyrium pro Chriſto. *De Cathedra nihil cõmunicat:* cum eam in eodem edicto Petro ſæpe attribuat. Quæ verba ex edicto, quod Leo Papa IX. ſuæ ad Michaelem Epiſtolæ primæ inſeruit, ſunt tranſlata. Quæ ſane Epiſtola huiuſce Primatus ſolius Petri iuſtum eſt cum teſtimonium, tum elogium.

Edict: Cõſtant Leo Papa IX

Valentinianus in ſacris ad Theodoſium Litteris miſſis initio Chalcedonenſis Concilij præfixis: *Debemus tum omni deuotione defendere, & dignitatem propriæ venerationis Beato Petro Apoſtolo intemeratam, & in noſtris temporibus conſeruare, quatenus beatiſſimus Romanæ Ciuitatis Epiſcopus, cui principatum Sacerdotij, ſuper omnes antiquitas contulit &c.*

Chalced. Concil

Iuſtinianus Imperator in vtraque Fidei Confeſſione eandem prærogatiuam teſtatur inter epiſtolas Agapeti Papæ: Eadem eſt vtrobique formula. *Prima ſalus eſt rectæ Fidei regulam cuſtodire, & à Patrum traditione nullatenus deuiare, quia non poteſt Domini*

Agap: P.

mini

mini noſtri IESV Chriſti prætermitti ſententia dicentis. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, & hec quæ dicta ſunt probantur effectibus, quia in Sede Apoſtolica inuiolabilis ſemper Catholica cuſtoditur religio.

Galla Placidia Theodoſii maioris filia Arcadij, & Honorii ſoror, Valentiniani Imperatoris mater ſic ad Theodoſium Arcadii fratris filium. *Ad Concilium*, inquit, *Apoſtolicæ Sedis iudicium traſmittatur, quam & nos tanquam præcedentem veneramur, in qua primus ille, qui cæleſtis claues dignus fuit accipere principatum Epiſcopus ordinauit.* Similia habet in aliis litteris ad Pulcheriam Auguſtam Arcadii fratris filiam. Nõnihil in Epiſtola huiuſce Pulcheriæ ad Theodoſium fratrem reperitur.

Sexta Synod. Conſtantinus Poganatus in Sacro Reſcripto ad Leonem Papam II. laudans Epiſtolam Agathonis Papæ miſſam ad ſextam Synodum, ſic ait. *Ac veluti ipſum Principem Apoſtolici chori primæque Cathedræ Antiſtitem Petrum contitui ſumus mentium noſtrarum oculis totius diſpenſationem myſterij diuinitus eloquentem verbaque hæc per eas litteras Chriſto facientem. Tu es Chriſtus filius Dei viui, nam ipſum tum Chriſtum nobis ſacra eius littera, differendo exprimebant, quas omnes libentibus animis ſincerèque accepimus, & veluti Petrum ipſum vlnis animi ſuſcepimus.* Et paulo poſt Macario refragante litteris, & Fides Agathonis ita: *veluti in ipſum Coryphæum, ac Principem Petrum inſaniens.*

Septima Syuod. Conſtantinus, & Irene mater in ſua Diuali ad Adrianum Papam. *Et tanquam verus primus Sacerdos, & is qui in loco, & ſede Sancti; & ſuperlaudabilis Apoſtoli Petri præſidet.* Loquitur de Papa Romano. Habetur initio 7. Synodi.

Ibid. Et in ſacra ad eandem Synodum Actioni primæ inſerta: *Petrus*, inquit, *primus Princeps Collegij Apoſtolici.* Recentiora obuia ſunt Lectori.

Itaque ſolus Petrus Princeps Apoſtolorum. Solus Pontifex Romanus. Solus Caput Eccleſiæ. Solus Paſtor vniuerſalis. Solus in Romana Cathedra ſedit.

CAPVT II.

Cur non decuerit Paulum in Cathedra Romana ſedere rationes nonnullæ probabiles afferuntur.

Qvanquam in re facti verſemur, nihilominus cum hoc factum ſit, ac rectè factum, rationes cur rectè ſit factum, aliquæ eſſe debent. Has ergo inquitimus.

Prima ſit. Ratio Capitis in eo differt à corpore, quòd vna eſt, cum hoc ex multis membris conſtet. Si autem caput multiplex eſſet, tranſiret in corpus, & alio capite indigeret.

Secunda eſt. Forma regiminis Eccleſię debet eſſe perfectiſſima ſaltem non minus perfecta, quam adminiſtrationis ſecularis. Ac ſi Eccleſiaſtica inſtituta à Chriſto haberet duo capita, quamuis vna eorum moralis eſſet poteſtas, non eſſet Monarchica, quæ eſt forma perfectiſſima. atque adeo minus eſſet perfecta, quam ea quam in Regnis videmus expreſſam.

Tertia. Si illa poteſtas Pontificia eſſet par in Petro, & in Paulo, vel eſſet vna, & eadem in duobus, vel diſtincta, & diuiſa. Illud primum fieri non poteſt, quia in creatis nequit dari proprietas vna ſingularis in duobus, & indiuiſa, quia hoc eſt propriũ Dei. Secundum igitur erit. Sed ex eo ſequitur Petrum dimidium tantum eſſe caput, & non habere plenariam poteſtatem, nec omnia in Eccleſia poſſe ad regimen illius. Quod eſt contra Euangelij, & Patrum doctrinam.

Quarta. Si illa poteſtas eſſet diuerſa, & par in vtroque, ex natura

ſua

ſua poſſet opponi vna alteri, cum eſſet par & diuerſa; ergo obnoxia diuiſioni, & diſſenſioni. Quod fas non eſt, cum illa poteſtas ſit Spiritualis, & diuina. Spiritus autem Dei non ſit diſſenſionis, ſed pacis. Nec valet dicere, quod Deus prouideret, ne opponerentur, nam hic non agimus de actu, & effectu, ſed de natura, & conditione illius poteſtatis, quæ obnoxia ex ſe diſcordiæ eſſet. Imò id auget vim argumenti, quia neceſſe eſſet peculiari prouidentia, & quaſi miraculum, ne effectus diſcordiæ ſequeretur.

Quinta. Ex æqualitate, & ſimilitudine prædicationis, & doctrinæ extitit in primitiua Eccleſia magna diſſenſio, & tumultus inter diſcipulos Petri, & Pauli, & Apollo: quanta igitur eſſet in Eccleſia diſcordia ex æqualitate Petri, & Pauli in dignitate, & iuriſdictione? Igitur, vt hæc eſſet, vnius tantum, non duorum debuit eſſe dignitas, & poteſtas.

Sexta. Perfectior eſt Eccleſia, quã Synagoga. At in Synagoga, vel nunquam, vel nonniſi cum expirabat duo Pontifices Summi fuerunt: igitur nõ decuit, vt Eccleſia tantò Synagoga dignior duos haberet Summos Pontifices: præſertim quando naſcebatur; niſi velimus expirantem Synagogam naſcenti Eccleſiæ æquare. Maius aſſumptum patet: Minus probatur à Maldonato Matth. 26. & Luc. 3. vbi negat ante Chriſti paſſionem duos Summos Sacerdotes in Synagoga fuiſſe. Annam verò, & Caipham illo extremo Synagogę tempore Summum Pontificatum geſſiſſe affirmat.

Maldonat

Septima. Admiſſa illa poteſtate Pauli, non ſequitur quod intendit Anonymus ad gloriam Paparum ſpectare vt illi Paulo item ſuccedant, atque adeo virtutem illam duplicis capitis in ſe continere. Quia poteſtas illa Pauli non eſſet ordinaria, ſed delegata: & hæc non tranſit ad alios: ergo Pauli non peruenit ad Pontifices. Maior aſſumpta patet, quia illa Pauli poteſtas fundata erat in Apoſtolatu Pauli, & ei erat annexa, & Apoſtolatus erat delegatus, ergo & illa poteſtas Pauli; atque adeo non emanauit ad alios; nam Apoſtolatus Pauli cum eo expirauit, & à fortiori annexa, & appendices illius. Explicatur vis huius rationis hoc modo. Nõ erat fortius illud vinculum Pauli cum Romana Eccleſia, quam aliorum Apoſtolorum cum aliis, ſed mortuis Apoſtolis Epiſcopi ſucceſſores dependent à Pontifice Romano, & ab eo eliguntur, & iuriſdictionem accipiunt, non ab Apoſtolis, quorum tamen ſucceſſores ſunt, quia ſolus Papa eſt ordinarius Paſtor. Igitur dato, & non conceſſo, quod Paulus fuerit Epiſcopus Romanus nõ ſequitur intentum, quod eius dignitas, & poteſtas ad Pontifices Romanos deſcendat, & tranſeat, ſed ea ſola quę erat in Petro cum eſſet ordinaria.

Atque hinc fortiſſimum aduerſus Anonymum, & ſequaces ſumitur argumentum: quod maximè obſeruandum eſt. Hac ratione. Animaduerti oportet in tot teſtimonijs, quot nos ſuperius adduximus, & adducent alii, & adduci poſſunt nullam de Paulo mentionem fieri; nec Pontifices voluiſſe poteſtatem Pauli ſibi vendicare, ſola Petri contentos. Quod ſanè mirum eſt. Nam ſi Pauli etiam ſucceſſores eſſent, & illius conſortes, & illam optare, & vindicare debuiſſent: quod tamen videmus eos minimè facere. Hinc ergo deduco. Illam dignitatem, & poteſtatem Pauli non fuiſſe capitis, nec ſummam, atque adeo à Summo Pontificatu alienam, & minimè congruentem Pontificibus. Ea propter noluerunt eam ſibi vendicare; quod idonea, & apta ſuo muneri ſupremo non erat. Itaque tantum abeſt, vt illa quæcunque tandem eſſet Pauli poteſtas, Petri ſimilis par uè foret, vt potius eſſet diſſimilis; & inferior, & longe à Papali, & ſuprema diuerſa. Itaque Summi Pontifices, quibus notum erat Petro ſuccedere, qui erat Princeps, & Caput, eius tantum dignitatem, & poteſtatẽ vindicare voluerunt: aliam Pauli omiſerunt, quod ſupremo muneri mini-

mè congruebat. Quod & alii docti, & eruditi viri; quos citauimus, acutè viderunt. Et quidem Pauli poteſtas, & dignitas intra Apoſtolatum, & doctrinam continebatur. Ad illum ſummi Pontificatus apicem non aſcẽdebat. Vnus erat ègrege ouium quan quam *vir gregis*:comparatus cum Petro:cum alijs Paſtor item ouium erat ſed non Paſtor Paſtorum, & ouium, vti Petrus. Quomòdo ergo potuit, quem non habuit titulum, nec officium ſucceſſoribus Petri relinquere? Quare maleuolè agit Anonymus, cum noſtris vult perſuadere ſe candidè, & liberaliter cum Papis Romanis agere, faciendo eos Pauli ſucceſſores, cum hoc ſit ijs detrahere, non addere: minuere dignitatem, non augere. De quo illud vſurpem. *Timeo Danaos & dona ferentes.* Nec enim donando Pontifici, quod eſt Pauli beneficium confert, ſed iniuriam infert. Quod nos latius in argumentorum ſolutione explanabimus; vbi notabimus, quoties Papæ authoritate Petri, & Pauli vtuntur, quod ſcimus interdum facere, potius eos cum Paulo authoritatem Petri ſupremam communicare, quàm ab eo ſuam mutuari: vti cum Paulus dicitur *Princeps* Apoſtolorum, non tam ratione ſui, quam *Petri*, eum quo ſimul nominatur, dici, & nuncupati.

Octaua huius aſſerti ratio ſit: Patres cum maximè volunt ſuam, & noſtram aduerſus Schiſmaticos, & Hęreticos doctrinam ſtatuere, & confirmare, vti ſolent argumento Sedis Apoſtolicæ Romanæ numerando ſucceſſores in ea Petri, ab initio Eccleſię ad ſua vſque tempora. Inducunt in ea ſerie Petrum duntaxat vti Caput, & Principem: & ab eo eam inchoantes filum Pontificum deducũt. Quod argumento eſt Romanam Sedem eſſe vnius Petri, & Papas eius eſſe vnius ſucceſſores. Quod ſi Romana Sedes Pauli etiam ex æquo foret, iniuriam ei, ac Fidei Patres illi facerent, ſi eum prætermitterent, & negligerent.

Igitur Patrum Africanorum hæc propria prouincia fuit. Tertullianus lib. 3. contra Marcion. in Poeticis. Sic Tertull.

Ex quibus electum magnum, plebique probatum
Hac cathedra Petrus, qua ſederat ipſe locatum
Maxima Roma Linum primum conſidere iuſſit.
Poſt quem Cletus, & ipſe gregem ſuſcepit ouilis
Huius Anacleti ſucceſſor ſorte locatus:
Quem ſequitur Clemens. Is Apoſtolicis bene notus.
Euariſtus ab hoc rexit ſine crimine legem.
Sextus Alexander Sixto commendat ouile.
Poſt expleta ſui qui luſtri tempora tradit
Theleſphoro. Excellens hic erat, martyrque fidelis,
Poſt illum ſocius legis, certuſque magiſter.

Et hic interiectis nonnullis verſibus de Cerdone, qui eo Pontifice vixit, Idem
& ſuum venenum euomuit, addit.

Conſtabat pietate vigens Eccleſia Roma
Compoſita à Petro, cuius ſucceſſor & ipſe,
Iamque loco nono Cathedram ſuſcepit Hyginus,
Poſt hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater
Angelicus Paſtor, quia tradita verba locutus
Vtque Pio ſuſcepit Anicetus in ordine ſortem.
Sub quo Marcion huc veniens &c.

Optatus Mileuitanus lib. 2. contr. Optat. Milleus
Parmenianum Donatiſtam Epiſcopum: *Negre non poteſt ſcire te in Vrbe Roma Petro primum Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederet omnium Apoſtolorum Caput Petrus, in qua vna Cathedra vnitas ſeruaretur.* Et adiungit. *Sedit prior Petrus: cui ſucceſſit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, &c.*

Hic locus rem continet, quod vni-
tatem

Digitized by Google

tatem Cathedræ ex vno ſedente deducit, ideſt Petro.

Sæpius, & efficacius hoc argumentum verſat Auguſtinus. Indico locos; Lib. 2. contr. litteras Petiliani. & lib. 1. contr. Epiſt. Parmenian. & lib. 8. contra Fauſtum. & in Pſal. contra partem Donati. & lib. de vtilitate credendi. & lib. contr. Epiſtol. Fundamenti. & Epiſtola 163.

August

Ex his produco tres. Vnum ex lib. contra Epiſtolam Fundamenti cap. 4. *Ab ipſa, inquit ſede Petri cui paſcendas oues ſuas poſt Reſurrectionem Dominus commendauit vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum.* Alterum ex Pſalmo contra partem Donati.

Numerate ſacerdotes, vel ab ipſa
Petri ſede.
Ipſa eſt Petra, quam non vincunt
ſuperba
Inferorum portæ.

Idem

Tertium, & illuſtriſſimum epiſt. 165. ad Generoſum. Qui longior eſt, ac eo melior, quod eſt Auguſtini. Ergo perſuadens ei veram Fidem eſſe in Eccleſia vna Catholica, & vniuerſali: non in parte Donati ſic. *Si enim, inquit, ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quanto certius, & verè ſalubriter numeramus ab ipſo Petro: cui totius Eccleſiæ figuram gerenti Dominus ait: ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam &c. Petro enim ſucceſſit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus Anacleto Euariſtus, Euariſto Alexander, Alexandro Sixtus, Sixto Theleſphorus, Theleſphoro Higinus, Higino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Sother, Sotheri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zephirinus, Zephirino Calliſtus, Calliſto Vrbanus, Vrbano Pontianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionyſius, Dionyſio Felix, Felici Eutychianus, Eutychiano Caius, Caio Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcello Euſebius, Euſebio Damaſus, Damaſo Siricius, Siricio Anaſtaſius.* Quo Pontifice hanc Epiſtolam Auguſtinus ſcribebat. An hoc ille argumento vteretur, ſi Paulus ſimul cum Petro in Cathedra Romana ſediſſet? Series ſingularium erat, ab vno fuit inchoanda. Cur enim tam religioſè ſeruaretur vnitas in ſucceſſoribus, ſi in primo ea non fuiſſet? Male quippe fili deductio cum capite cohæreret. Quare optimè Cyprianus & ipſe Africanus Epiſt. 40. *Primatus Petro datur, vt vna Eccleſia, & Cathedra vna eſſe monſtretur.* Et epiſtol. 55. *Ad Petri Cathedram, & Eccleſiam principalem, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt.* Ecce Petrum vnitatis emanantis ad reliquos fontem conſtituit. Hoc antem argumento ſucceſſionis ad probandam, tum vnitatem, tum firmitatem, tum authoritatem Eccleſiæ Romanæ vtuntur Agatho Papa: In epiſtolis ad 6. Synodum, & Leo IX. in illa epiſtola ad Michaelem Conſtantinopolitanum Patriarcham. Et Concil. Epheſinum tom. 2. Concil. p. 1. c. 16.

Cyprian

Agatho
Leo PP.

Nona Ratio. *Petrus*, cum fuit *Princeps* Apoſtolorum, & caput Eccleſiæ à Chriſto inſtitutus *Perſonam Eccleſiæ* geſſit, illamque repræſentauit, & illam prærogatiuam ob confeſſionem Fidei tulit. Ex quibus deducitur ratio vnitatis in capite *Petri*. Nam Eccleſia vna eſt, & Fides item vna: atque adeo Petrus his quaſi veſtitus rationibus non niſi vnus eſſe poteſt, ac debet. Aſſumptũ probatur nimirũ eſſe Eccleſiæ figuram, qnam gerebat, ex multis *Pontificibus* Pio I. epiſt. 1. & Lucio 1. epiſtol. vn. ad *Epiſcopos* Galliæ, & Eutychianus epiſt. 1. ad Ioannem, & cæteros Epiſcopos Bæticæ Prouinciæ. Ac Diuus Auguſtinus multis in locis: enarrat. in *Pſalm.* 108. & tract. 124. in Ioannem, & libro de Agone Chriſtiano c. 30. & ſerm. 13. de verb. Domini, & ſerm. 33. de verb. Apoſtoli. Do locum in Ioann. tract. 124. *Hoc agit Eccleſia ſpe beata in hac vita ærumnoſa; cuius Eccleſiæ Petrus Apoſtolus propter Apoſtolatus ſui Primatum gerebat figurata generalitate perſonam. Quod enim ad ipſum propriè pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Chriſtianus, abundantiore gratia vnus, idemque Apoſtolus. Sed quã-*

Pius

D. August

do ei dictum eſt: Tibi dabo Claues Regni Cœlorum, vniuerſalem repræſentabat *Eccleſiam*. Do alterum ex libro de
Idem
AgoneChriſtiano. *Non ſine cauſa inter omnes Apoſtolos huius Eccleſiæ Catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus.* Si ergo Petrus figurabat Eccleſiam, vti Princeps, & Caput, & Paſtor erat, vnum eſſe Caput, non duplex debuit. Hinc illud
Siricius
Papæ Siricij ad Himerium. *Portamus onera omnium Eccleſiarum, imo in nobis portat Apoſtolus Petrus.*

Cyprian
Hoc argumentum ſæpe, & aptè verſat, & premit Cyprianus. Imprimis lib. de vnitate Eccleſiæ, *Primatus*, inquit, *Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur*: & ſupra ibidem, *vt vnitatem manifeſtaret, vnam Cathedram conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit*. Tota moles huius, & veritatis, & ratiocinationis bene fundata corrueret, ſi Paulus cum Petro Romanam ſedem, & Cathedram occuparet. *E*adem ratio eſt probandi, à Fidei confeſſione edita ab vno Petro: quæ illa item erat *Petra* ſuper quam Eccleſiā Chriſtus ſuá ædificabat: quo ſenſu locum illum multi Patres intelligunt; perinde ac dicat Chriſtus: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram*, ideſt *ſuper hanc fidem tuam, confitentis tui*, quæ vna, & vnius eſt, *ædificabo Eccleſiam meam*. Enumerare authores huiuſce ſententiæ operæ pretium erit. Hieronym. in caput
Matth. 16. Hieron. Hilarius Nyſſenus Chryſoſt. Cyrill. Ambroſ. Auguſt.
Matth. 16. Hilar. lib. 6. de Trinit. Gregor. Nyſſen. lib. contra Iudæos. Chryſoſtom. homil. 55. in locum Matth. & orat. 2. aduerſ. Iudæos, & homil. 2. in Pſalm. 50. & Cyrill. Alexandr. dialogo 4. de Trinit. Ambroſiaſt. in caput 4. ad Galat. Auguſt. ſerm. 13. de verb. Domini ſecund. Matth. & in Ioan tr. 27. & 50. & 124. & ſerm. 24. de Sanct. & lib. 3. de *Bapt.* c. 17. & lib. 1. contra epiſt. Parmen. c. 5. & epiſt. 152. & lib. contra epiſt. fundamenti c. 4. & lib. de
Nicolaus
Paſtoribus c. 13. & Nicolaum I. in epiſtola ad Michaelem Imperatorem. Cuius hæc ſunt verba. *Principatum diuinæ poteſtatis, quem omnium conditor electis ſuis Apoſtolis largitus eſt, ſuper ſolidam fidem Apoſtolorum Principis Petri, videlicet ſoliditatem, conſtituens, eius egregiam, imo primam ſedem deliberauit.* Qui ſenſus facit maxime ad cauſam (quamuis minus ſit proprius loci qui omnino de Petro, vti erat perſona confitens intelligendus) quod vna erat Fides, vna confeſſio, ab vno Petro edita. *E*ſt autem vnitas propria Fidei: ergo & electionem perſonæ fidem profitentis, & repræſentantis vnā & vnius eſſe oportuit.

Vltimum argumentum eſto huiuſmodi. Paulus in ſacris literis, nullum veſtigium eius principatus primatuſue reliquit: ergo illum certè non habuit. Perſequamur quæſo Pauli à ſua conuerſione in Actis Apoſtolorum impreſſa veſtigia. Nulla reperiemus. *E*ritque hæc veluti experientia: atque illa facta hoc caput abſoluemus. Et vt veritas manifeſtius appareat, cum Petro conferamus.

Primus ſit locus *Actor.* 9. vbi ele- Act: 19.
ctio Pauli ponitur à Deo facta his verbis. *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum, coram gentibus, & regibus, & Filijs Iſrael.* Nihil hic inuenitur quod ferat ad principatum, ſed ad miniſterium. *A*t in electione Petri alia ratio eſt, ſiue in ea prima
Ioan. 1. *Tu vocaberis Cephas*, ideſt *Pe-* Ioan 1:
trus quo prædicebat fore illam petram ſuper quam Matth. 16, ædifica-
turus erat *E*ccleſiam ſuam, ſiue in hac Matth. 16.
ſecunda cum dixit *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram*: ſiue in tertia Ioan. 21. Ioan. 21.
paſce oues meas, quæ omnes principatum continent. Quod ſi placeat aliā illam electionem Pauli à ſpiritu ſan-
cto factam *Actor.* 13: illi primæ adiun- Act. 13:
gere, nihil item dignitatis, & primatus in ea apparebit, ſic enim ait ſpiritus ſanctus. *Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos.* Duo eliguntur, & opera hominum ſegregantur, & ab ijs dimiſſi *dimiſerunt illos* mittuntur à ſpiritu ſancto, vti miniſtri ad euangelizandum. Itaque ne ſolus quidem Paulus euangelizare incipit, ſed ſimul cum Barnaba: Petrus multò aliter. Nam primus, & ſolus c.
2. *E*uangelium annuntiat Iudæis, & Act: 2.

tria

tria eorum millia conuertit. Idem agit cap. 3. comite Ioanne. Solus enim & miraculum patrat, & patrato prædicat. Iam vero gentilium conuerſionem ita ſuſcipit, vt ea commiſſa illi à Deo cum quadam dignitate, & poteſtate fuiſſe videatur. Legamus caput 10. Ioppe aperitur ei Cœlum tanquam illius Clauigero: demittitur linteum quatuor initijs explicatis expanſum, patens, & liberum: iubetur ille *occidere, & manducare, occide, & manduca*, poteſtate facta occidendi, & manducandi, ideſt auertendi ab Idolis, & ad Deum conuertendi. Quam in eodem met capite exercitu, & myſterium illud primus aperuit, & ſpiritus ſanctus cadens ſuper eos, qui verbum Dei ex gentibus audierant, confirmauit. Ecquis non videat, vel in eo quod maxime Paulus excelluit, conuerſione gentium, multò illi Petrum dignitate, & authoritate præſtitiſſe? Non nego plus laboraſſe in ijs conuertendis Paulum: ſed affirmo minus ei & iuris, & poteſtatis ad gubernandum, quã Petro fuiſſe. Equidem obſeruo Paulum in ſolo miniſterio euangelizandi exercẽdo priores partes laboris habuiſſe: dignitatis, & authoritatis alijs reliquiſſe, nec enim Paulus factus erat ad regimen, ſed ad laborem. Id autem non temere, nec ineptè videor mihi colligere ex illo euentu, quem refert Lucas in Actis c. 14. Lyſtris quippe cum Paulus, & Barnabas prædicarent, & Paulus ſanaſſet claudum; & clamores ob id in populo feciſſent; amboque pro Dijs habiti eſſent: minor fuit de Paulo cum maior eſſe deberet, quam de Barnaba dignitatis, & authoritatis exiſtimatio. *Vocarunt enim Barnabam, Iouem, & Paulum Mercurium*. Itaque ſupremi numinis, ideſt Iouis, partes, quem *Patrem Deûm, atque hominum Regem* dicebant, Barnabæ attribuerunt: inferioris, ideſt Mercurij, quẽ caduceatorem, & miniſtrum Iouis eſſe credebant, cuique ipſe mandata dabat, Paulo aſſignarunt. At barbari, inquis, erant homines: igitur, aio, eò manifeſtius erat id quod iudicarunt; atque adeo Paulum inferiorem

Act. 10

Act. 14.

Barnaba poteſtate, & authoritate gubernandi, quod totus ad prędicandum ſe fingeret, eſſe prorſus conſtabat. Quid ſi cum Petro ſimul prędicaret? An primas illi non concederet, quas Barnabæ conceſſiſſet? Certe in naui Eccleſiæ Paulus ſtrenuè remigauit, Petrus clauum tenuit. Ille plus omnibus laborauit; hic omnibus præfuit. Sit ſecundus locus Act. 15 in Concilio ſuper obſernatione Legalium, ob quã cõſultationis ergò, Paulus aſcendit cũ Barnaba Hieroſolymam *ad Apoſtolos, & presbiteros*. Quibus Paulus tanquã auditor proponit quæſtionem, & reſponſum expectat in eo autem Concilio *ſurgens Petrus dicit* ſententiam, illius Princeps Senatus, & quæſtionem decidit. Ei Iacobus aſſentitur, & omnes ſubſcribunt. Decretum traditur Paulo, & Barnabæ, cum mandatis ad Chriſtianos; & ſeruatur. In eodem capite Paulus *iubetur cuſtodire præcepta Apoſtolorum, & ſeniorum*: quod ad miniſterium pertinet. Quare optimè Hieronimus ad Auguſtinum Epiſt. 11. ſiue 89. *Petrum huius decreti principem fuiſſe* affirmat. Et quidem iure: nam in eo Concilio cæteri *Diſcipuli concedunt*, ait Chryſoſtomus, *ſolium Petro. Ad Petrum*, ergo inquit Theodor. in Epiſtola ad Leonem *accurrit Paulus, vt quæſtionem de Circumciſione ſolutam ab eo afferret*. Et quanquam ad omnes Apoſtolos conſultor accederet, tamen quia Petrus Caput erat, & Princeps, ad eũ dicit Theodoretus acceſſiſſe. *Ibi enim* ait Metaphraſtes in vita Iacobi *Petrus primus Apoſtolorum adfuit, vt præeſſet Fidei*. Et ſanè inquit Tertullianus lib. de Pudicitia c. 21. *Petrus primus omnium ſpiritu inſtinctus de nationum vocatione præfatus*. Nec ſolum coram Petro ſiluit, & paruit Apoſtolis Paulus, ſed etiam eo abſente, ante Iacobum inſtar ſubditi ſtetit; eiuſque ſecutus eſt conſilium, vti conſtat ex narratione cap. 21. Actor. vbi Paulus introiuit ad Iacobum, & Seniores, quibus iubentibus purificari, & radi, & cæremonias legales obſeruare, obediuit. *Tum Paulus aſſumptis viris poſtera die purificatus*

Act. 15.

Hieron.

Chryſoſt.

Theodoret.

Metaphra.

Tertull.

Actor. 21

Digitized by Google

ficatus cum illis intrauit in templum. ita ſacer hiſtoricus. De qua re ſic Chryſoſtomus. *Detulit dignitati Epiſcopali, quam Iacobus Domini frater ibi gerebat, & eximiæ ſanctitati, & authoritati, qua pollebat*. Quod ſi Paulus Iacobo par non fuit Hieroſolymis, ac Epiſcopo particulari ceſſit, qua ratione Petro Romæ, vbi erat Epiſcopus, & caput, & Paſtor vniuerſalis æquaretur?

Chryſoſt.

Paul: Gal. Tertius eſto Epiſt. ad Galat. 1. vbi Paulus: *veni*, ait, *Hieroſolymam videre Petrum*. Verbum Græcum ſignificat ſuſpicere more venerantis. Quaſi uiſurus hominem clariſſimum Chriſtianum Heroa, quem admiraretur, & coleret: quod notant Chryſoſtomus, & Hieronymus, & Theodoretus. Ex quibus Hieronymus hoc loco: *Iuit non diſcendi ſtudio* (nam in hoc Euangelizandi par erat) *ſed honoris priori Apoſtolo deferendi*. Chryſoſtomus homil. 87. in Ioannem. *Os erat Apoſtolorum, & Princeps: propterea Paulus eum præter alios viſurus aſcendit*. Eadem Oecumenij, Theophylactique ſententia. Tertullianum citat etiam Auguſtinus de Bellis lib. de abſoluta Petri Monarchia. Aſſumpto 2. lib. de Præſcriptionibus ad finem. Sed alia eſt mens Tertulliani, eo loco, qui non eſt ad finem, ſed paulo poſt initium, non enim accipit de Paulo honorante Petrum inſtar ſubiecti, quod Auguſtinus de Bellis vult authoritate truncata, *ex officio*, inquit, *ex iure*, quaſi diceret, *quia ſic tenebatur, tanquam ſubditus*: Sed *ex officio*, inquit, *Tertullianus, & iure ſcilicet eiuſdem fidei, & prædicationis*. Nec opus erat hic Tertulliano, cum tot alij Patres conſentiant. Quibus adiicio Ambroſiaſtrum grauem authorem in eundẽ locum. Cuius certè tanta uis eſt, vt ea probet Bellarminus Petrum maiorem eſſe Iacobo, quando ipſo Hieroſolymis præſente, & Epiſcopum agente, non eius, ſed Petri viſendi cauſa peregrinationem illam Paulus ſuſcepit. Ita Bellarminus lib. 1. de Romano Pontif. c. 18.

Hieron

Chryſoſt

Oecumen

Auguſt. de Bellis

Tertull.

Ambr.

Bellarm

Paul. Gal Quartus, & vltimus ſit ille Galat. 2. vbi ſic Paulus: *Aſcendi, & contuli cum illis Euangelium, quod prædico in gentibus, ſeorſum autem iis, qui videbantur aliquid eſſe*. Hi erant quos infra nominat. *Iacobus, Petrus, & Ioannes*. Qui locus monſtrat Paulum minus authoritatis, quam ſtudij habuiſſe; & in miniſterio, quidem excelluiſſe, dignitate minus valuiſſe. Cur enim contulit Euangelium? Cur de eo rationem reddidit? Niſi quia opus habuit ad perſuadendum aliis ſe rectè euangelizare, approbatione Apoſtolorum, quæ ſi deeſſet illi minimè crederetur. Quod ipſemet hic ingenuè fatetur, cum ait: *Ne forte in vacuum currerem, aut cucurriſſem*. Quo Patres modo interpretantur. Tertullian. lib. 4. contra Marc. Hieron. epiſt. 11. ad Auguſt. & Auguſt. lib. 28. cont. Fauſt. c. 4. & Anſelmus, & alii ad hunc locum. Ex quibus Tertullianus. *Propterea*, inquit, *aſcendit Hieroſolymam ad cognoſcendos Apoſtolos, & conſultandos, ne forte in vacuum cucurriſſet: ne non ſecundum illos credidiſſet, & non ſecundum illos euangelizaret*. Et adiungit ad argumentum, quod tractabat de Lucæ Euangelio. *Igitur ſi ipſe illuminator Lucæ authoritatem anteceſſorum, & Fidei, & prædicationi ſuæ optauit, quanto magis &c.* & poſtea. *Quod erit germanum illud Apoſtolorum inſtrumentum, quod Paulum illuminauit, & ab eo Lucam?* Perinde ac diceret, ſi non eſt illud acceptum à Chriſto, & approbatum ab Apoſtolis nullum aliud eſſe poteſt. Nam vt idemmet ait Tertullianus lib. de præſcript. *Latuit aliquid Petrũ? ædificandæ Eccleſiæ Petram dictum claues Regni Cœlorum conſecutum, & ſoluendi, & alligandi in Cœlis, & in terris poteſtatem?* Quare debuit eum illo, & cæteris Apoſtolis Paulus conferre Euangelium, vt ſuæ doctrinæ iuſtam fidem faceret. Rectè quippe Auguſtinus lib. 28. contra Fauſt. cap. 4. *Ipſe Paulus poſt Aſcenſionem Domini de cælo vocatus, ſi non inueniret in carne Apoſtolos, quibus communicando Euangelium eiuſdem ſocietatis eſſe appareret, Eccleſia illi omnino non crederet*. Magna eſt in hoc loco vis ad per-

Tertull. Hieron. Auguſt Anſelm

Tertull

Idem

Auguſt

Digitized by Google

perſuadendum Paulum non modo non fuiſſe æqualem Petro poteſtate, & authoritate iuriſdictionis adhuc in Euangelizando, ſed nec etiam alijs Apoſtolis: cum nemo eorum ad Paulum ſe contulerit, eique ſui Euangelij rationem reddiderit.

Quam diuerſa fuerit Petri authoritas, patet ex teſtimonijs ſupracitatis, ac ex eo quod cum primus omnium ad Gentes aditum aperuiſſet, illudque maximè inſolens eſſet, nihil cum cæteris communicauit, ſed à Spiritu Sancto impulſus illud munus ſuſcepit. *Dixit ſpiritus ei*. Act. 10. *Surge, & vade, nihil dubitans*, & veritatis illius, & aſſertor, & teſtis fuit. *In veritate comperi*. Quin & ipſummet Spiritum Sanctum, à quo excitus fuerat, è cœlo exciuit, & quodammodo in terras deduxit. *Adhuc loquente Petro, cecidit Spiritus Sanctus ſuper omnes, qui audiebant*. Ceu Spiritus Sanctus verba loquentis Petri ſequeretur, quibus ille Chriſtum confeſſus fuerat. *Tu es Chriſtus*. Fidelibus Iudæis admirantibus euentum rei, eoque miraculo attonitis. *Et obſtupuerunt ex Circumciſione fideles*. Et quamquam alij eum ob inuidiam accuſarent cap. 11. indignantes, quod Gentiles ad gratiam vocati eſſent, audito Petro. *Tacuerunt omnes, & glorificauerunt Deum*. Credideruntque, & aſſenſi ſunt Petro dicenti. *Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam*. Itaque ex authoritate Petri ſcientiam fecerunt euidentia conſequentiæ Logicæ. *Ergo*: formali illatione.

Apparet ex his: non parem authoritate, non æqualem poteſtate Paulum Petro fuiſſe: in eodem eos ſtadio cucurriſſe: ſed Petrum omnino priorem abiiſſe, Paulum ſecutum, ita vt Petro proximus fuerit.

Longo, ſed proximus interuallo.

CAPVT III.

Obiecta pro æquali Pauli cum Petro poteſtate afferuntur, & ſoluuntur.

EX Sacris Litteris duo tantum video noſtris objici. Primum ex cap. 2. ad Galat. vbi Paulus narrat, *ſe reſtitiſſe in faciem Petro*, eumque reprehendiſſe. Hoc autem ſuperioris eſt erga inferiorem. Hoc argumento vtuntur Caluinus lib. 4. inſtit. cap. 9. §. 7. & Rex Angliæ, cum primum ab Eccleſia defecit vti ſolitus. Cui facilè reſpondetur. Illam reprehenſionem natam ex zelo, & ſtudio veritatis, non ex titulo dignitatis. Qua ratione multi priuati, principes ſuos reprehendunt, quemadmodum Sarai Abraham Geneſ. 16. Iacob Labanum Geneſ. 29. Iethro Moyſen Exod. 18. Ionathas Saulem 1. Reg. 19. Ioab Dauidem 2. Reg. 19. & in Euangelio Frater maior natu Prodigi Lucæ 15. Si autẽ verum eſt. Reprehenſores eſſe ſuperiores reprehẽſis, ita argumẽtor. Superior erat Luthero Zuinglius, & Caluino Beza, à quibus duo illi Hæreſiarchæ, & magiſtri fuerunt reprehenſi. Quam hoc ſit ineptum argumentum, ex hoc ipſo quo nituntur aduerſarij loco diſcimus: ac illum in eoſdem retorquemus. Omnes fermè Patres, & Interpretes contrarium ex hoc loco ſenſum eruerunt, ac omnino faſſi ſunt Petrum, vti ſuperiorem, non vti inferiorem fuiſſe à Paulo reprehenſum. Ac exemplum modeſtiæ Petri, in documentum cæteris humilitatis verterunt: vt quemadmodum Petrus Paulo præſtantior caſtigari ſe ab eo patienter permiſit, ita & dignitate maiores, reprehendi ſe interdum à minoribus patiantur. Ita Cyprianus epiſt. ad Quintum. & Auguſtin. lib. 1. de Baptiſmo cap. 1. & Epiſt. 19. & Gregor. Magnus Homil. 18. in Ezechiel.

Act. 10. | Gal. 2. Caluinus | Cyprian. Auguſt. Gregor. Mag.

Beda Anſelm: Pet Dam S:Thom: D:Anton Abul: Gabr: chiel. & Beda in 2.Petri cap.3.& Anſelm.in cap.2. ad Galat. & Petr. Damian. lib.6. Epiſtol.epiſt.18.& tom.3. opuſcul. opuſc. 16. & S. Thomas in hunc locum Pauli lect.3.& 2.2. q.33. art.4.ad 2.& D. Antoninus in Chron. p.1.tit.6.cap.4. & Abulenſis in c. 18. Matth.q.86. & Gabriel Biel. in Can. Miſſæ lect.74. Quos ſequuntur minores Interpretes. Affero vnum locum
Gregor. Gregorij. homil.18.in Ezechiel.*Ecce à Paulo Minori ſuo Petrus redarguitur, & reprehendi non dedignatur, non reuocat ad memoriam, quod Regni Claues acceperat. Quis noſtrum à minore fratre increpatus patienter audiret?* Quare optimè hinc deduxit Cardina-
Card.Pol lis Polus lib.2.ad Regem Angliç *Non ergo obſcurat Petri authoritatem Pauli reprehenſio*. vti neque Iuliani Apoſta-
Cyrill: Tertull. tæ, apud Cyrillum Conſtit. Iuliani in fine lib. 9. qui Petrum vexabat, & Marcion apud Tertullian.lib.de præſcript.cap.23. à quo idem Petrus ſugillatus quaſi non rectè in Euangelica prædicatione ambulaſſet. Sed fortaſsè hoc auidè arripient aduerſarii, vt confirment, hos item duos Iulianum,& Marcionem Petro ſuperiores hoc nomine fuiſſe. Verum refutó illos obiecto Porphyrio famoſo impietatis magiſtro, qui hæc in Pauli epiſtola legens in Paulum acriter inuehitur, quòd Petrum Apoſtolorum Principem auſus ſit reprehendere. Si Patres, & Authores noſtros Hetoro-
Porphyr. doxi ſequi nolunt, habent ſui furfuris hominem Porphyrium,quem imitentur. Eo Iuliano minus malum, quod Petri ſupra Paulum præſtãtiam agnouit. Itaque argumento negandum, ſequi ex reprehenſione Petrum Paulo eſſe minorem. Imo affirmandum eo in loco ſuppoſuiſſe Patres Petrum Paulo eſſe maiorem, & cum iis Porphyrium ſenſiſſe.

Galat.2. Secundum eſto illud epiſt.ad Galat. cap.2. vbi Paulus ait: *Creditum mihi Euangelium præputij, ſicut & Petro Circumciſionis (qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum Circumciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes)* Ex quo apparet æqualiter diuiſum illud munus inter ambos fuiſſe, & vtrunque pari dignitate, & poteſtate præditum illud geſſiſſe; nec enim quas faciebant oues iis non præerant.
In quam ſententiam D. Hieronymus Hieron
in hanc epiſt. lib.7. *vt duo*, inquit, *populi tam diſſiti moribus,legibus, ſtudijs, ac loco veluti duo parietes in vnum lapidem angularem Chriſtum conglutinarentur, vnuſquiſque per ſuum ducem & Architectum, quem diligebat:* Nam *Paulus erat Iudæis, Petrus gentilibus inuiſus.* Huic teſtimonio reſpondetur ex tradita ſuperiori capite doctrina. Ita diuiſas inter hos duos Apoſtolos haſce prædicandi prouincias, vt neutra alterutri denegaretur. Quare de præcipuis partibus locus intelligendus, vt melius, ac expeditius inter ſe agerent. Quod ſi non idcirco de iure, ac miniſtero prędicandi quicquam detractum eſt Petro, multò de dignitate, ac poteſtate minus diminutum. Itaque potuit Paulus Euangelizare gentibus,eaſque credẽtes oues Chriſti efficere, & Paſtori Petro aſſignare, qui iis tanquam Paſtor ordinatius præeſſet. Illud autem conſtat primas Euangelizandi Gentibus partes fuiſſe Petri, quemadmodum ſuperius oſtendimus, cum graue illius myſterium Lintei exponeremus. Nunc
addimus Tertullianum, qui lib. de Tertull.
Pudicitia c.21. dixit Petrum in Con- Act. 17
cilio Apoſtolorum Actor. 15. *Spiritu inſtinctum de nationum vocatione præfatum*. vbi nihil de ea te Paulus, qui præſens erat, commemorauit. Et quidem compertum eſt ex Eccleſiaſticis Annalibus, quo anno Paulus ſegregatus eſt cum Barnaba ad Euangelizandum Gentibus, qui fuit Annus Domini 44. Claudii Annus 2: eo Petrũ poſt multas in Aſia fundatas Ec-
cleſias in Italiam veniſſe, vti narrat Euſeb.
Euſeb. in Chron. Hieronym.de ſcrip- Hieron
tor. Eccleſ. in Petro: vbi ſic. *Petrus ſecundo Claudij anno ad expugnandum Simonem Magum Romam venit.*

Quod autem multas iã in Oriente Eccleſias erexiſſet, ac fundaſſet, affir-
mat ibi Hieronymus: & diſerte Leo Leo Mag
Magnus ſerm.1. in natali Apoſtolorũ.

Iam

Iam Antiochenam Eccleſiam, vbi primum Chriſtiani nominis dignitas eſt orta, fundaueras. Iam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, atque Bithyniam legibus Euangelicæ prædicationis impleueras. Quod item Petrus primus author fuerit coniunctionis duorum, & Iudæorum, & gentium in Fide Catholica populorum ante Pauli ædificationem, expreſſit
Leo P. IX his verbis grauiſſimis Leo IX. in epiſt. ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum tomo Concil. 3. p. vlt. inter Epiſtolas Leonis. *Nonne luce clarius conſtat Petrum primitus ad Eccleſiæ Chriſti ædificationem Iudæos, ac Gentiles attraxiſſe, & quaſi duos parietes ex diuerſis venientes per angularem lapidem Chriſtum indiſſolubili Charitatis glutine coniunxiſſe? Qui poſtea videns meſſem multam, & operarios paucos, Paulum, & Barnabam ab Antiochia omnibus nationibus prædicatores deſtinauit.* Aduerto hic à plerisq; citari hanc Epiſtolam cum inſcriptione ad Michaelem Imperatorem, qui ſanè error eſt, ac obrepſit Dianæ in Apologet. de Primatu Petri pag. 73. & Auguſtino de Bellis, Oppoſit. 21. ſolut. 2. viris alioquin eruditis; at ne obrepat aliis, non importunè, opinor moneo.

Cœterum, & Paulo licuit prædicare Iudæis, & Petro Gentilibus. De Petro patet: nec de Paulo minus; cum conſtet eum prius Hebræis Euangelizaſſe, nec ad gentiles tranſiſſe, niſi prius proteſtando ſe ideo ab ijs ad hos conuerti, quod Euangelio ſpreto *indignos*
Act: 13 *ſe iudicabant æternæ vitæ.* Act. 13. nec poſtea ceſſauit. Nam initio capitis
Act: 14. ſequentis 14. In ſynagoga Iconij Iu-
Act. 17 dæis prædicauit, & cap. 17. Theſſa-
Act. 18 lonicæ Euangelizauit. *In Synagoga*
Act. 19 *Iudæorum.* & c. 18. *in Synagoga per omne ſabbathum ſuadebat Iudæis, & Græcis*, & c. 19. ex ore Pauli *audiebant verbum Domini Iudæi, atque Gentiles.* & ſæpè alias. Et quod caput eſt Romæ c. 28. *poſt tertium diem conuoca-*
Act. 28. *uit primos Iudæorum. Quorum plurimi venerunt ad eum, quibus exponebat teſtificans Regnum Dei, ſuadenſque eis de IESV ex lege Moyſi, & Prophetis à mane vſque ad veſperam.* Vnde apparet eam partitionem inter duos, nō excluſiſſe poteſtatem: nec àlio ſpectaſſe, niſi vt commodius, & facilius Euangelij prædicatio curreret. Summa eſt. Paulo demandatam præcipuè conuertendę Gentilitatis prouinciam: ſed non idcirco ſummotum ſuo loco Petrum, qui vti paſtor erat ouium, quaſcunque, vel Paulus, vel Barnabas, vel alij Apoſtoli, & vndecunque adducerent, ille in Gregem accipiebat, ſibique tanquam Chriſti Vicario ſubijciebat.

Extra Scripturam plura adduci poſſunt argumenta. Primum Paulus Romæ fuit, & docuit: ſed Epiſcopus erat cum Romæ erat, & docebat: ergo Romanus Epiſcopus fuit, & vti talis docuit, ac præfuit. Cum autem fuerit, & docuerit ſimul cum Petro, ſequitur ſimul cum eo præfuiſſe. Hoc argumentum torquet noſtros, & in diuerſas reſponſiones diſtrahit. Vt perſpicuè, ac conſtanter reſpondeam; Obſeruo ſolutionem pendere ex tribus quæſtionibus.

Prima eſt, vtrum Paulus fuerit Epiſcopus? Secunda, an alicuius Eccleſiæ fuerit? Tertia, an hæc Eccleſia Romana fuerit? Quod primum attinet. Paulus fuit Epiſcopus. Patet ex cap. Actor. 14. initio in quo habetur: *Paulum, & Barnabam conſtituiſſe per ſingulas Eccleſias presbyteros.* Quod ſanè proprium eſt Epiſcoporum. Ac nequis neget *Ordinaſſe*, quod verbum ſit *Conſtituiſſe* non *Ordinaſſe*, in Græco textu eſt *Chirotonizantes Ordinantes* autem presbyteros, quod verbum ſolemne ordinationum eſt: quæ per impoſitionem manuum, ideſt *Chirotoniam* fieri ſolitæ. Et quanquam nonnulli ex Authoribus noſtris de tempore quo Paulus ſit ordinatus dubitent, nemo tamē ambigit de re. Ordinatum autem eum cum Barnaba fuiſſe, cum fuit à diſcipulis iuſſu Spiritus Sancti cum eodem ſegregatus Arias
Actor. 13. etſi neget Arias Montanus hic, & Suarez *tom. 3. in 3. p. d. 34. ſect. 1.* & Aloyſius de Leon *in c. 1. ep.* Montan Suar: Aloyſ: de Leon.

Caietan *ad Galat.* & ante Caietan. hic & cap. Act. 6. communis tamen ſententia tenet illam manuum impoſitionem, quæ in eo capite 13. refertur *Chirotoniam* ſolemnem, & ordinationem fuiſſe: authore Chryſoſtomo ad hunc locum, & Oecumenio, & Leone in Epiſt. ad Dioſcorum 81. in eius oper. & Magiſt. hiſtoriæ Scholaſt. & Hugone. Id *ex* multis alijs probant Henriq. *lib.* 10. *de ordinis Sacram. cap.* 10. & Salm. *tom.* 12. *tract.* 36. & Bellarm. *lib.* 1. *de Rom. Pontif. cap.* 23. & Iuſtin. Prologom. in Paulum *d.* 1. *c.* 3. & Lorin. & Cornel. in acta. & Gaſp. Sanch. ibi. & Chriſtophor. Marcellus *de authoritat. Pontific.* contra Luther. *lib.* 2. *cap.* 14. ac diſertè fatetur Lyran. in locum Act. cap. 14. etſi tamen diſſentiant inter ſe de authoribus ordinationis; quidam enim volunt Apoſtolos, alij malunt diſcipulos Apoſtolorum fuiſſe. Hoc Leo, Magiſter, & Hugo cum Henriquez ſentiunt. Illud Occumenio, Bellarmino, Lorino, & aliis placuit: quibus ſubſcribo. Nam ſi eo loco, ac tempore ordinati ſunt Paulus, & Barnabas, non potuerunt niſi à diſcipulis Apoſtolorum, iam Epiſcopis ordinari; non enim ibi Apoſtolos fuiſſe ex textu apparet. Vtcunque ſit, Paulus Epiſcopus eſſe probatur. Dici tamen poteſt ab Apoſtolis ordinatus, quia eum ordinati ab Apoſtolis ordinarunt.

Chryſoſt. Oecum. Leo Magiſt. Hugo Henriq. Salm. Lorin. Gaſp. Sanch. Lyra Marcellus Bellarm.

Quoad ſecundum: An alicuius Eccleſiæ certæ, ac determinatæ Epiſcopus fuerit? obſeruo raram de eo apud Authores mentionem fieri. Cum haud contemnenda tamen res ſit. Solum inuenio ex Antiquioribus Petrũ Damianum, qui neget vlli certæ Eccleſiæ addictum fuiſſe. Nam epiſt. 16. prope finem. *Paulus*, inquit, *nullã Cathedram ſpecialiter tenuit*. Ex recentioribus Cardinalem Cuſanum lib. 2. Concord. c. 13. qui affirmat *Petrũ & Paulum nullius loci fuiſſe Epiſcopos*, & Patr. Melchiorem InKhoferum in epiſt. ad Leonem Allatium inſerta operi de Eccleſiæ Occidentalis, & Orientalis conſenſione lib. 1. cap. 7. num. 46. qui author eſt. *Nulli particulari prouincia adſtrictum omnium ſolicitudinem geſſiſſe*. Alij contra videntur ſenſiſſe, vt Epiphanius, qui Hæreſi 27. *Primos aſſerit Romæ Apoſtolos, & Epiſcopos fuiſſe Petrum, & Paulum*, & qui eius authoritate ducti volunt Paulum parem Petro efficere; verum hæc ſecunda ſententia ad tertiam quæſtionem pertinet. Siſto in ſecunda: quoniam cenſeo Paulum nullius certæ, ac determinatæ Eccleſiæ Epiſcopum fuiſſe. Quod mihi paulò accuratius confirmandum. Prima coniectura eſt, quod Paulus electus eſt à Deo, vt *Vas ad portãdum nomen Chriſti, coram gentibus &c.* atque adeo nuſquam loci conſtitit, & omnes penè Aſiæ, Europæque Prouincias Euangelizando peragrauit. Semper in via ſemper in procinctu. Inſtar peregrinantis: vnde illius vitæ, ac geſtorum Scriptores titulum, de Peregrinationibus Pauli inſtituunt. Cum hoc autem irrequieto motu non poterat certa, & ſtata manſio rectè conſiſtere. Secunda eſt. Apoſtolos orbem inter ſe ad Euangelii doctrinam ſeminandam partitos eſſe, ac veluti Prouincias ſortitos ſingulis ſingulas, quo ordinatius, ac expeditius Euangelizarent. Paulum exortem liberumque manſiſſe, nullis finibus clauſum, nullis terminis circumſcriptum, atque adeo nulli affixum, quę illius curſum retardaret. Tertia, nomen ipſum Apoſtoli, quo per Antonomaſiam dicitur *Apoſtolus*, ideſt miſſus: quod in eo dignitas Epiſcopatus Apoſtolatum ſequebatur, & illam, quodammodo abſorbebat. Itaque alii etſi Apoſtoli eſſent, tamen ſponſas Eccleſias habebant, quæ miſſiones ſtringebant, & terminabant. At Paulo nulla erat ſponſa, quæ domi contineret, atque adeo foris huc illuc velut Apoſtolus *miſſus* verſabatur. Quarta: illa ipſa Pauli epiſt. 2. ad Corinth. cap. 11. de ſemetipſo confeſſio. *Inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarum*: quæ manifeſtè prodit curam vniuerſalem, qua ille totius orbis Eccleſias complectebatur, non huic illive addictus, ſed in omnes, ac ſingulas

PetDam · Nic. Cuſ. · InKof · Leo Allat. · 2 Cor 11

las intentus, & erectus, ceu ad vnum tota vniuerſitas pertineret. Quinta, & vltima. Cum certum ſit Paulum fuiſſe Epiſcopum, vix vllam de illius Epiſcopatu in Sacris Litteris mentionem fieri adeo, vt vnus ille, quem produximus, locus, ſatis obſcurus ſit ad id vti vidimus, confirmandum; tam multis, & doctis authoribus id negantibus. Et quidem haud temerè. Nam cum Epiſcopus certam, & determinatam Eccleſiam Sponſam habere debeat cui mancipetur; ne quis putaret Paulum ea lege vinctum eſſe, illius eſt Epiſcopatus ſuppreſſus. Itaque vti Paulus, quod Apoſtolus erat ab hiſce vinculis liber erat, & vbique munus ſuum Apoſtolicum obire poterat, ita & Epiſcopus nullius loci anguſtiis tenebatur: eique vbiuis gentium Epiſcopatum exercere licebat. Vnde colligitur vtrumque ei munus delegatum contigiſſe, non ordinarium commiſſum fuiſſe. Ac in Paulo vti diximus, Epiſcopatum in Apoſtolatum quodammodo tranſiſſe.

Quod tertium attinet ſunt qui affirment Paulum Epiſcopum Romæ fuiſſe; quod duplici modo poteſt accipi: altero vt Romæ iure illo ſuo delegato Epiſcopatus munus obierit, vti & in alijs oppidis obire ſolebat, qua ratione non magis Romæ, quam Athenis, aut Corintho addictus erat: altero vt Romæ propriam ſedem haberet, & ordinarius ibi Paſtor ſimul cum Petro eſſet, ac vnum cum eo caput, & Paſtorem gregis efficeret. Etquidem primo illo modo negari nequit Paulum Romæ Epiſcopũ egiſſe; nec ob id tamen ſequitur Epiſcopũ Romanũ fuiſſe: aliud eſt enim agere Romæ perſonam Epiſcopi quæ cum officio tranſeat, nec ante illud ſumatur, & poſt illud deponatur: aliud eſſe Romæ Epiſcopum hoc eſt deſponſare ſibi illam Eccleſiam, & cum ea vnum Corpus efficere, vt ab ea ſeparari, nec debeat, nec poſſit. Hoc ſecundo modo nemo Patrum antiquorum ve Authorum, quod ſciam, dixit Paulum Epiſcopum Romę Vrbis fuiſſe: cum non nemo dixerit Paulum in Vrbe Roma Epiſcopum fuiſſe. Ex modernis Marcus Antonius de Dominis impius Apoſtata, & Anonymus Gallus incautus Catholicus hoc affirmarunt: nonnulli ex noſtris horum argumentis preſſi minus hoc ijs prudenter conceſſerunt. Decepti exemplo Lini, & Cleti, & Clementis: quibus ſimilem Paulum eſſe voluerunt. Ego prorſus negarim Paulum hoc ſecundo modo Epiſcopum Romæ fuiſſe. De Lino & alijs poſtea dicam. Id vt conſtet argumenta aduerſariorum pendamus. Primum ab authoritate Epiphanii qui Hereſi 27. *Primi*, ait, *Romæ Apoſtoli, & Epiſcopi fuerunt Petrus, & Paulus*. Secundum Euſebij Hiſtor. lib. 3. cap. 2. *Tunc temporis*, inquit Clemens, *gubernabat Eccleſiam tertius ab ijs qui fuerunt Epiſcopi vrbis Romæ*. Hi duo vrgent. Accedit Leo Magnus ſerm. 1. de Petro, & Paulo, *Petrus*, ait, *& Paulus Romanæ Eccleſiæ verè Paſtores*. Deinde citatur Adrianus I. Epiſt. 89. qui fatetur *Pauli ſedem ſe adeptum eſſe*. Et Gregorius VII. in Concilio Romano 7. vbi dicit *ſe in Pauli Cathedra vniuerſo orbi præſidere*. Præterea S. Ambroſ. Carm. de S. Petro, & Paulo *Roma* inquit, *Gentium Caput, ſedes eſt Apoſtolorum Petri, & Pauli*. Qui loci idonei item ſunt ab probandum Paulum Romanum cum Petro ſimul Epiſcopũ fuiſſe. Mitto alia obſcuriora, quibus vis minor ad perſuadendum ineſt. Miſſis aliorum reſponſionibus obſeruo. In nullo ex his teſtimonijs poni diſertè illum ſecundum modum *Epiſcopum Romanum*: qua ſola ratione conuincerent. Ante reſponſionem illud ſumo nullum ferme ex his locis fideliter, ac vti par fuerat, ab aduerſarijs citari, quod miror tantos authores fugiſſe. Ad examen vocemus ſingulos. Primus Epiphanij ſic habet. *In Roma fuerunt primi Petrus, & Paulus Apoſtoli ijdem, ac Epiſcopi* qui adhuc fortior eſt eo quem video citari à noſtris, cum ei reſpondent. Sed multo eſt alius fortior. Paulo poſt in eadem Hæreſi 27. ita ſcribit. *Epiſcoporum* inquit, *in Roma ſucceſſio hanc conſequentiam habuit. Petrus, & Paulus: Linus, Cletus, Clemens &c. vſque ad Anicetum*

Mar. Ant. de Domin
Epiphan
Euſebius
Leo Mag:
Adrian, I:
Greg VII
S. Ambr
Petr Dam

vbi ſic ponit Petrum, & Paulum, vt ex duobus vnum videatur Epiſcopum componere: cum alios deinceps ſingulos numeret: ceu primus ille locus amborum fuerit. Reſpondeo igitur primò; verum eſſe quod ſcribit Epiphanius in primo ſenſu, nimirum Petrum fuiſſe proprium, & ordinarium Epiſcopum: Paulum extraordinarium, & delegatum: quod nihil detrahit Petro: vti etiam nihil detrahebat Iacobo cum alij Hieroſolymis Apoſtoli erant. Imo ſi alius cum Petro Romæ fuiſſet, eadem quæ de Paulo ratio eſſet. Secundo, admiſſo, quod Epiphanius ita ſenſerit, non idcirco nobis dubitandū eſſe de veritate vnius capitis, tot ſcripturarum, & Canonum, & Conciliorum, & Patrum authoritate firmata. Cui vnus Pater non eſt præferendus.

Euſebius

Secundus Euſebij locus minus vrget, vtrouis modo intelligatur. Si enim *tertius ab ijs* referatur ad *Linum*, & Cletum reſpectu Petri, cuius eſt tertius, nihil colligit de Paulo. Sin, Ly *ab ijs* ſignificat Petrum, & Paulum eodem modo accipiendus, quo Epiphanius.

Leo I

Tertius Leonis ſic habet in Apoſtrophe ad Romam. *Iſti ſunt*, inquit, *Patres tui verique Paſtores*. Ex quo non ſequitur ſocietas, & ęqualitas in Cathedra. Statim enim poſt paucas lineas ſubdit. *Ciuitas ſacerdotalis, & Regia per ſacram Beati Petri ſedem caput Orbis effecta*. Ex quo patet titulos illos Patris, & Paſtoris extra rem ſedis, & Cathedræ eſſe. Omnibus quippe Apoſtolis conuenit nomen Patris: *Pro Patribus tuis nati ſunt Tibi Filij*: nec minus Paſtoris Epiſcopis omnibus. *Paſtores, & Doctores*, ſiue ordinarijs, ſiue delegatis, qualem nos haud inficiamur Paulum fuiſſe. Hac ratione Paulus Pater Corinthiorum erat: nam in Chriſto IESV per euangelium ipſe eos genuit. Si autem hæc munia intra ſedem erāt, quomodo Paulum omiſit cum de ſede commemorauit, ſed ſoli eam, Petro adixit? Nempe alia munera Petro cum Paulo, & Apoſtolis erant communia, prærogatiua ſedis ſingularis.

Quarto ex Adriano primo reſpondeo; fictum eum locum eſſe: nec enim ille aut vllus ſimilis inuenitur. Ac imprimis vbi citatur epiſt. 98. apud Patrem Auguſtinum de Bellis oppoſit. 3. error eſt manifeſtus, cū epiſtolę Adriani pauciores multò ſint: atque adeo hæc non ſit. In qua vero citatur à Leone Allatio lib. 1. cap. 13. quæ eſt prima ad Imperatores Conſtantinum, & Irenem matrem, eiuſmodi quæ afferuntur verba, non extant. Imo in ea ſæpe ſoli Petro ſedes Romana, & Primatus tribuitur. Vnde miror potuiſſe illa obiecta doctis viris fucum fieri. Inuenitur autem hæc epiſtola in 7. Synodo Actione ſecunda, eſtque prima in ordine Epiſtolarum Adriani in tomis epiſtolarum Pontificiarum. At, ne viuam, niſi ea epiſtola contrarijs teſtimonijs abundat, & maximè Primatum, & ſedem ſolius Petri confirmat. Fidem mihi habeat lector, nihil in ea pro contraria ſententia roboris inueniet.

Auguſt. de Bellis

Leo Alla

Septima Synodo

Obiter hic animaduerto Leonem Allatium virum eruditiſſimum citare loco proxime adducto hanc epiſtolam Adriani pro Anonymi Galli ſententia, quòd in ea Adrianus. *Claues à Domino acceptas, tum Petro, tum Paulo tribuat*. Legi diligentiſſime illam epiſtolam, nihil huiuſmodi continet. Neſcio qui hoc in mentem venerit hominibus tantæ eruditionis? Alijs nimirum citantibus crediderunt. Ingenui ſunt, & candidi, nec ego me illorum de ingenio eſſe negabo, ſed experientia cautum me fecit, & minimè credulum. Fontes inquiro. Id tibi lector confirmo: tam procul eſſe Adrianum in ea epiſtola ab illo teſtimonio de Clauibus Paulo communicandis, vt vix vlla ſit alia quæ plura ſoli Petro teſtimonia ſuppeditet. Ei vni ſæpe Claues, & Primatum, ei ſedem Romanam aſſignat. Pauli bis meminit citra ullam pręrogatiuę mentionem. Lectio tua fidem liberabit.

Leo Alla

Adrian

Pergo ire ad quintum, quod aiunt eſſe Gregorij 7. in Concilio Romano 7. teſtimonium hiſce, inquiunt, verbis conceptum apud Patrem Auguſtinum de Bellis oppoſit. 3. *dicit* (*Gregorius* 7.)

Greg VII Con. Rom

ſe in Pauli Cathedra vniuerſoOrbi præſidere. Ita me Deus amet, niſi hæc eſt inſignis Aduerſarij Romanæ Petri ſedis impoſtura. Nulla ſunt huiuſmodi verba in eo Concilio, in quo Regnum Henrico abrogatur, & Rodulpho confertur. Ad oculos prouoco. Ij meæ fidei teſtes ſunto.

S Ambr Carmina ſancti Ambroſij alia præter hymnos, & diſticha quędam inter alia Chriſtianorum, qui Carmine ſcripſerunt opera, in tomo Bibliothecæ vltimo excuſæ nulla reperi. In his, ne verbum quidem quod rem contineat inuenitur. Vnde illa ſint verba deprompta dicant, qui afferunt. Certè quæ producunt tam longe abſunt à verſu, quam prope à fictione.

Venio ad alium locum Petri Da-
Pet Dam miani qui ſextus eſt. Hic allegatur opuſc. 31. apud Patrem Auguſtinum de Bellis ibidem, hoc opuſculum non reperi, nôn ſum credulus illi. Imo l. 2. epiſtol. epiſt. 16. ait Petrum ob Primatum ad dextram Pauli interdum locari. Paulum interdum ad dextram Petri poni; quia de tribu *Beniamin* eſt, qui filius dextræ, & diſerte affirmat, Paulum propriam Cathedram nō habuiſſe. Attribuit ei tamen propter conuerſionem totius orbis Cathedram quodammodo vniuerſalem, eo opinor, ſenſu, quo diximus ſupra cum
Oct. Syn: Apoſtolatu delegatam. Præterea citatur D. Auguſtin.. in Synodo 8. *Act.* 1. apud *Anaſtaſ. cuius tamen verba* in-
D Auguſt quit Auguſtinus de Bellis *Anonymus non refert*. Suſpectum ſtatim mihi fuit hoc teſtimonium cum locum Auguſtini afferri non vidi, qui in tanta luce operum micare debuit; & tam alieno loco citari. Legi ergo diligentiſſime acta huius Concilij, ac non modo non inueni in prima actione illam Auguſtini ſententiam, ſed ne nomen quidem eius reperi. Imo in omnibus decem (tot ſunt quippe) illius Concilij actionibus, tantum de Auguſtino ſilentium eſt, vt nuſquam illius nomen occurrat. Hac fide citant aduerſarij authores, hac facilitate noſtri illis credunt, quod minime debuiſſent.

Vt verum tamen fatear inuenio in epiſtolis Adriani Secundi, quod mi- Adrian
nus aduerſarii fortè viderunt, nimi- P. II
rum Sedem Petri communem cum Paulo. Nam epiſt. 1. ad Baſilium Auguſtum pag. 611. Act. 1. poſita, ſic ait Adrianus *Precamur, vt eos ob amorem præcipuorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, à quorum Sede mittuntur benignè ſuſcipias.* Et in alia Epiſt. ad eundem act. 6. pag. 654. *Principum*, inquit, *Apoſtolorum à quorum Sede remittitur*, & tertiò in allocutione ad Concilium. *Pro veneratione Apoſtolorum pro priuilegijs defendendæ ſedis ipſorum.* Huic ergo teſtimonio à me inuento, & apud neminem inuento reſpondeo. Sedem communicari Paulo ratione Petri, vti nomen *Principis* Apoſtolorum commune habet Paulus cum Petro: vt cum ambo ſimul nominantur, nomen Principis Apoſtolorum, quod ſolius eſt proprium Petri, ad Paulum quoque pertineat. Id autem honoris gratia fieri debuit, vt quoniam Paulus Romæ fuit, & ibi prædicauit, & docuit, & martyrium ſubiit, ac ſanguine ſuo Romanam Eccleſiam & rigauit, & auxit, etſi eius ordinarius Paſtor, & proprius non eſſet, eodem cum Petro titulo, & honore afficeretur. Quod autē Paulus ratione ſocietatis cū Petro Princeps Apoſtolorum dictus ſit, & hoc loco Romanæ Sedis particeps fiat ex eo apparet, quia nunquam legimus in antiquis (quantum ego legendo aſſequi potuit) Decretis, Conciliis, & Patribus Paulum per ſe ſolum *Principem Apoſtolorum* appellari; quod argumento eſt, cum Princeps Apoſtolorum cum Petro numero multitudinis dicitur, ex conſortio Petri ita appellari. Idque confirmatur, quod Petrus ſolitarius Princeps Apoſtolorum dicitur, quod ipſe ſit iure Princeps, atque adeo nullius indigeat ſocietate. Equidem exiſtimo Paulum præ aliis Apoſtolis *Principem* dici, nec velle, nec poſſe; quòd nullo proprio iure præ illis, id ſibi nomen vindicare debeat. Petrum vero illum *Principis* titulum iure Capitis, & Paſtoris ſupremi à Chriſto dato pro omnibus,

& ha-

& habere, & vendicare. Vnde cum ſolus nominatur *Princeps Apoſtolorum* perſpicuè, & palam dicitur. Idque paſſim in Canonibus, & Conciliis, & Patribus occurret. Veram autem hãc meam coniecturam eſſe faciunt alia in his iiſdem Epiſtolis, & aliis huiuſmodi intra hoc Concilium adducta teſtimonia; quæ ſedem, quam communem interdum faciunt Petro, & Paulo, propriam Petri dicunt: eique ſoli aſſignant, & nunquam Paulo. Patet ex verbis eiuſdem Adriani allocutione in Conc. Act. 7. vbi dicit *Cæleſtis Clauigeri Apoſtolicam ſedem*. Quã poſtea dixit *Sedem ipſorum Principum Apoſtolorum*. & Act. 10. cap. 21. Synodus ita loquitur. *Contra Sedem Apoſtolorum Principis*, dum qui cum Dioſcoro, & Photio moueat, eum ex communicat. Et Nicolaus in Decretali poſita actione 7. cap. 3. quod alias dictũ fuerat *à quorum Sede profecti* referendo ad vtrunque Apoſtolum, ad vnum Petrum refert *Petri Apoſtoli à cuius Sede profecti*. Ac idem repetit cap. 6. *Sedem B. Petri*. Atque hæc eſt ſolemnis in omnibus tum Decretalibus, tum Conciliis forma loquendi, cum illa alia, quæ communem vtrique Sedem facit, rariſſimè vſurpetur. Ac nuſquã quod meminerim: *Sedes ſolius Pauli* ſeorſim poſiti appellatur.

Adrian P.

Nicolaus P. I.

Longius fuit, & argumentum, & reſponſum, quod principalis difficultas manet ſublata: vt cætera facilè currant. Igitur ſecundum conflatur ex variis titulis, & prærogatiuis, quibus Paulus afficitur à Pontificibus, & Conciliis, & Patribus, quæ illum ſic appellando parem facere Petro videntur. Ea autem ornamenta videri poſſunt apud authores noſtros, qui Apologias pro Petri Primatu, & Cathedra ſcripſerunt, & Becanum *tomo 5. opuſc. lib. 2. obiect. 7.* Pauca tamen excerpam & colligam. Dicuntur hi duo Apoſtoli *Principes, Duces, Choriphæi, Præſides, Fundamenta, Lumina Eccleſiæ Catholicæ*. Vocantur. *Paſtores Gregis Dominici, Columnæ Romanæ Eccleſiæ, Culmina Apoſtolorum, Soles duo. Romæ Patres, & Patroni. Duo lapides ad Romam fundandam electi, Principalis Apoſtolorum ſummitas*. Eorum opem implorant Pontifices, eorum authoritate vtuntur, cum fulminant, & cum munerant. Bullas ſuas eorum ſigillo muniunt, imaginibus ornant, eorum nomina iis inſcribunt: quod argumento eſt, ambos æquali dignitate, ac poteſtate præditos eſſe. Propriè autem in quo maior eſt vis *Paulus* à Gregorio Magno lib. 1. Dial. c. 12. *Frater Petri in Principatu Apoſtolico*, dicitur. Idem à Petro Chryſologo ſerm. 6. in Pſal. 99. Petri *Collega*, & à Chryſoſtomo in cap. 2. ad Galatas, Conſors Petri gloriæ appellatur; quo itẽ titulo donatur à Leone Papa ſerm. 1. de Sanctis Apoſtolis Petro, & Paulo. His aliæ ſunt nomenclaturæ ſimiles, quæ videri poſſunt apud Interpretes Pauli, præcipuè Iuſtinianum, & Cornelium in Prologom.

Becan

Gregor Magn.

Pet. Chryſol.

Chryſoſt

Leo

Iuſtin.

Cornel.

Horum, & intelligentia, & ſolutio eſt. Plura ex Apoſtolatu perita: quę fermè communia ſunt cum aliis Apoſtolis: nonnulla vero, quæ videntur propria Pauli, ei propter doctrinam, qua inter omnes excelluit conuenire, iuxta D. Maximum *ſerm. 3*, & Fortunatum *lib. 3. & 11.* Carmin. & Laurent. Iuſtinian. *ſerm. de Sanct. Innocentibus*, & Hugonem Cardinal. *in cap. 3. 1.* ad Corinth. Qua ratione dixit, ad Bonif. *lib. 4. cap. 7. Auguſtinus*: Apoſtolũ eum antonomaſtice vocari: *quia pluribus Epiſtolis notior eſt, & plus omnibus laborauit*.

D. Maximi

Fortunat.

Laur. Iuſt.

Hugo Card

S. Auguſt.

Hæ duæ iuſtæ illorum, quibus afficitur, nominum cauſæ ſunt. Reliquorum autem, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinent, & eum Petro Paulum coniungunt, duplex eſt genus. Primum eorum, quæ ſpectant ad doctrinam, & prædicationem, & fundationem illius Eccleſiæ: citra authoritatem, & regimen ordinarium. Secundum aliorum, quæ deuoluunt iuriſdictionem, & poteſtatem ordinariam: cuiuſmodi ſunt Paſtorum, & Patrum. Inter quæ illud intereſt, quod illa prioris generis, tota quadrant in Paulum, cum miniſterium ſequantur, poſterioris autem partim

ei con-

ei conueniunt ob delegatam poteſtatem, qua cum Romæ vſus fuerit propria ſibi fecit ratione domicilij, qua alii Apoſtoli caruerunt: partim in eum Petrus ipſe deuoluit propter operæ, & laboris ſocietatem, & Martyrii conſortium: quemadmodum proximè de titulo *Principis Apoſtolorum* diximus, qui Paulo à Petro communicatus eſt. Preclarè in rem noſtram

Rupert

Rupertus *in cap.3. Iona & lib.3. de offic. cap.2. §.2. Roma, & quod Principis Apoſtolorum Petri Sedes facta ſit, & Pauli eius conſortis prædicatione illuſtrata, & Martyrio coronata cunctis Eccleſijs altius extollit caput*. Seruat ſedem Petro, ob dignitatem, & authoritatem Capitis: admittit ad conſortium Paulum ob doctrinam, & Martyrium. Huius æqualitatis rationem innuit Gelaſius in Concilio Ro-

Gelaſius P.

mano: *Sanctam*, inquit, *Romanam Eccleſiam Chriſto Domino Petrus, & Paulus conſecrarunt, talemque omnibus vrbibus vniuerſo Mundo ſua præſentia atque venerando triumpho prætulerunt.*

Leo IX. P.

Eam expreſſit *Leo* IX. epiſt. ad Michael. Patriarch. Conſtantinopolitan. *Iuſtum eſt*, ait, *vt ibi lex Sancta Caput habeat Principatus, vbi Saluator Noſter Beatum Petrum Apoſtolum obtinere præcepit Cathedram. Et ibi gentes colla flectant pro Chriſti nominis confeſſione, vbi earum gentium doctor Paulus pro Chriſto extenſo collo eſt Martyrio coronatus.* En Petro Cathedram attribuit, reuerentiam Magiſterii Paulo ob doctrinam, & Martyrium aſſignat. Hinc eſt vt in ſigillis vtriuſque Imago, in Bullis amborum nomina ponantur, & eorundem authoritas adhibeatur.

Tertium argumentum eſt: vel pars non minima huius argumenti: mos ille Summorum Pontificum, quos conſtat iam inde ab initio Eccleſiæ ſolutos eſſe vti authoritate Petri, & Pauli, tum concedendo gratias, tum dicendo anathemata. Quod ſanè videtur difficultatem habere. Nam ſi Pauli authoritas erat delegata, & cum eo expirauit, quomodo ea vtuntur Pontifices, tanquam ordinaria, & ſibi relicta? videtur ergo *Paulus* ordinariam Romæ, non delegatam iuriſdictionem exercuiſſe, atque adeo cum Petro parem dignitatem, & poteſtatem habuiſſe.

Reſpondeo huic argumento: verũ eſſe aſſumptum, & exempla cuique legenti obuia eſſe: non tamen ex eo ſequi illarum ab Aduerſarijs. Ratio eſt, quia illa authoritas, quam ſibi nomine Pauli vindicant *Pontifices*, non eſt illa propria Pauli, eique delegata, quam habebat, ſed quam in eum Petrus deriuauit ex ſua ordinaria, proindeque propria *Petri*, & communicata *Paulo*, non quidem dum vixit, ſed cum moriebatur, & ſanguine ſuo Eccleſiam Romanam irrigabat. Tunc enim inſpirante Deo ſuam cum eo authoritatem communicauit. Ne mortuus careret poteſtate, quam martyrio merebatur. Nec enim decebat, vt qui Romanam *Ec*cleſiam, vti Magiſter iuſtruxerat, vti Paſtor delegatus rexerat, vti *P*rotector fouerat, vti Apoſtolus ex parte fundauerat, vti Martyr confirmabat, omne in eam ius cum vita amitteret. Quod protſus futurum erat, ſi delegata ſolum illius, & poteſtas, & authoritas eſſet. Quare ea die afflante Spiritu Sancto prouidit Petrus, vt ex ſua in eum ordinaria poteſtate riuus deriuaretur, qui cum Pauli manante ſanguine coniunctus vnum Iuriſdictionis flumen efficeret. Videtur hoc liberè dictum, ſed non temere, cum alia euadendi ratio eſſe vix poſſit: ac ea doctrinæ huiuſce veritas conſtet. Accedit coniectura, quod Paulo ea die iugulato pro ſanguine lac effluxit, quaſi tunc inciperet Fideles, tanquam mater, & parere, & nutrire, nouo argumento iuriſdictionis ad ſe à Petro in eos deriuato: cum præſertim *Petrus* eodemmet tempore capite in terram verſo, præpoſtero ordine crucifigi vellet, perinde, ac ſignificare vellet Paulum ſibi, cui erectum erat caput, quodammodo ſubſtituere, vt *E*ccleſia deinceps illius item authoritate participata vteretur. Summa ſit. Authoritatem illam Pauli, quam vendicant

Pon-

Pontifices, non proptiam eius, ac delegatam eſſe, ſed à Petro vtcunque ſit, acceptam, & ordinariam. In ſolo enim Petro fuiſſe ordinariam poteſtatem ſtatuit Sorbonica facultas in Cenſura contra Marcum Anton. de Dominis *lib. 1. cap. 5. num. 18.* quam Cenſuram adducit Iſaacus Haabert *lib. 2. de Cathed.* S. Petri c. 12. [Iſaac: Haab.]

Quartum argumentum ſumitur ab exemplo Lini, Cleti, & Clementis de quibus conſtat eos ſimul cum Petro, & Paulo Epiſcopos Romæ fuiſſe; non quod velint eos omnes paris cum Petro poteſtatis fuiſſe; ſed quod inter eos Paulus, à quo eorum aliquis eſt ordinatus, ac maiore quam is authoritate præditus, Petro ſit ęquandus poteſtate. Aſſumptum an ſit verum? eſt inquirendum.

De Lino conſtat primùm: Pauli diſcipulum, & comitem, & adiutorem fuiſſe. [Ignat] Ita Ignatius epiſt. ad Trallianos ponens illum inter Diaconos, & cum *Timotheo Linum* aſſignans Paulo, & *Cletum cum Clemente* Petro. Idem poſtea venit Romam, fortè cum Paulo. At de eo Romæ commorante Paulus [Timot: 2.] ad Timoth. 2. cap. 4. *ſalutat te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia.* Hunc autem vnum, & eundem fuiſſe Linum Irenæus teſtatur lib. 3. cap. 3. An & à quo ſit ordinatus Epiſcopus quæſtio eſt. Negant non pauci cum viuo Petro, de hoc enim agimus Epiſcopum, ſed nudum tantum Chorepiſcopum fuiſſe. [Io: III, Metaphr Turrian.] Ita Ioannes 3. in epiſtola ſua Decretali. Metaphr. 29. Iunij. Turrianus in cap. 27. Conſtitut. Apoſtolic. lib. 7 [Panuin Haymo Antonin] Panuin. p. 3. de Petri primatu. Haymo apud D. Antonin. tom. 1. tit. 7. cap. 2. Affirmandum tamen eum fuiſſe Epiſcopum Petro, & Paulo uiuentibus. [Clemens] Perſpicue enim dicit Clemens lib. 7. Conſtit. c. 47. *Linus, Claudiæ filius, Romanorum Epiſcopus eſt ordinatus à Paulo,* & ibi confirmat Turrianus, additque factum id *authoritate Petri*. Potuit autem ordinari à Paulo extra Romam, & Romæ à Petro in adiutorium Pontificatus aſſumi, quę communis ſententia eſt. [Nic. Call] Nicephorus Calliſtus ſic lib. 2. cap. 33. ita: *Dum adhuc,* inquit, *viueret Petrus dedit Lino Claues Eccleſiæ Romanæ.* [Damaſ.] Damaſus, vel author vitarum Pontificum idem affirmat. [Baron] Baronius anno Chriſti 68. Petri 25. indubitatum exiſtimat. [Binius] Seuerinus Binius aſſentitur in commentar. ad vitam, & epiſtolam Ioannis 3. & [Marg: de la Bigne] Margarinus de la Bigne in 3. tom. Biblioth. Patrum Irenæus huius ſententiæ grauis eſt author l. 3. c. 3. aſſerens *Linum ab Apoſtolis Petro & Paulo fuiſſe factum Epiſcopum,* quod ita accipi poteſt quaſi ordinatus fuerit à Paulo & aſſumptus in ſocium, & coadiutorem à Petro. Quare non video cur Auguſtinus de Bellis oppoſit. 26: ſolut. 3. dixerit multos Patres authores eſſe Linum Epiſcopum viuis Petro & Paulo non fuiſſe. Forte quia legit in epiſtola Ioannis 3. Leonem, & Cletum Chorepiſcopos tantum nõ Epiſcopos extitiſſe. Sed animaduertere debuit illam epiſtolam notham eſſe, vti obſeruauit Binius ex Baronio in commentasijs. Imo ipſe Baronius verba illius epiſtolæ ita interpretatur, vt Linus, & Cletus Summi cum Petro Pontifices non fuerint: quæ interpretatio apta non eſt ad verba Ioannis: perſpicuè enim negat Linum, & Cletum Epiſcopos fuiſſe, cum tantum ijs nudum Chorepiſcoporum citra ordinationem munus adſcribat. Scio nihilominus in iure Canonico 8. q. 1: cap. *ſi Petrus* illa verba Ioannis pro textu adduci, & eo affirmari S. *Linum cum à Petro fuit aſſumptus miniſtraſſe exteriora, & ex tunc non fuiſſe Pontificem,* & ita citari in illa exacta Epitome Canonum à B. Laurentio Brancato de Lauræa viro doctiſſimo, ſed nihil me mouet illa authoritas textus: moueret autem, ſi Pater Laurea cum ipſo ſentiret. [Lauræa] At ipſe recenſet quos reperit Canones, & in quæſtionibus de facto ſumma cum fide verſatur. Iudicium ſuum in hoc tomo circa res ſuſtinet: quod alienum erat ab eius inſtituto de eo rectum ne, an ſecus eſſet, iudicare.

De Cleto idem prorſus quod de Lino dicendum. Et Epiſcopum, & coadiutorem Petri fuiſſe. A quo, & ordinatus, & adſcitus videtur ad regendam Eccleſiam Romanam. Authores quippe de

pe de

pe de ambobus eodem modo loquuntur. Sic de Cleto Nicephor. lib. 2. c. 35. *dum adhuc viueret Petrus Cleto dedit claue Eccleſiæ Romanæ*, & alij, vti videre eſt in ijs quos proxime citauimus, præcipue Baronio anno Chriſti 69. Petri, 25. à num. 35. & Bellarmino. Adde Ciacconium in vita Cleti.

Circa Clementem maior dubitatio eſt. Videtur enim non fuiſſe Epiſcopus ordinatus: niſi inſtante Petri morte, nec in partem curæ Epiſcopalis aſſumptus, ſicuti Linus, & Cletus aſſumpti fuerant: ea ratione quòd noluit viuo Lino, & Cleto Pontificatum à Petro oblatum acceptare, vti fert communis Eccleſiaſticorum authorum ſententia, qui videri poſſunt apud Bellarminum, & Baronium, & Binium citatos, nam idcirco viſus eſt nolle, quod videbat illos duos ſibi eſſe tum in Epiſcopatu, tum administrandi Eccleſiam munere fuiſſe prælatos, atque adeo non audebat ijs viuentibus anteponi, & ſummum Pontificatum in cuius partem ipſi vocati venerant ijs præteritis obtinere: quem tandem ijs mortuis obtinuit. Idonea hæc coniectura eſt, nec coniectura tantum, ſed Damaſi, aut qui eius nomine Pontificum vitas conſcripſit ſententia: qui ſic ait: *In Epiſtola qua ad Iacobum eſt, qualiter ei commiſſa eſt à B. Petro Eccleſia reperies. Ideo Linus, & Cletus ante eum conſcribuntur, quia ab ipſo Principe Apoſtolorum ad miniſterium ſacerdotale exhibendum, ſunt Epiſcopi ordinati.* Noluiſſe autem Clementem Pontificatum gerere viuo Lino, & Cleto ſignificat Epiphanius hæreſi 27. & noſtri pene omnes recentis memoriæ ſcriptores tradunt. Baronius, Bellarminus, Binius, Henriquez, & alij. Verum communis ſententia tenet Clementem fuiſſe item à Petro ordinatū Epiſcopū coadiutorē ſuū cum Lino, & Cleto; nō enim ad eū diceret Petrus, vti narrat idem Clemēs epiſt. illa ad Iacobum, ſeu potius ad Simonem, velle ſe Romanam ei Eccleſiam credere, quod amplius alijs laboraſſet, & neminem parem haberet; quod non diceret, ſi ille Epiſcopatu minime fungeretur. Sed maius adhuc

Damaſ.

Clemens

pondus habet locus lib. 6. Conſtitut. Apoſtolicar. cap. 8. quod opus eſt eiuſdem Clementis: vbi ſic Petrus loquens inducitur. *Ego Petrus &c. Mecum erant Barnabas, & Clemens Romanus Epiſcopus.* Fauet Tertullianus lib. de præſcription. cap. 32. *Sicut Smyrnæorum Eccleſia habens Polycarpum à Ioanne collocatum refert; ſic Romanorum Clementem à Petro ordinatum*, conſtat quippe Polycarpum viuo Ioanne Epiſcopum factum, ergo, & viuo Petro Clementem. Ac ita Bellarminus intellexit locum lib. 1. de Rom. Pontific. cap. 6. qui eius eſt author cum Pamelio ſententiæ, cuius Baronius calculum ſuum addit, tum anno Chriſti 44. tum 575. & trahit ſecum Spondanum, quibus Binius conſentit in notis ad vitam Clementis. Aſſentitur Vaſquez tom. 3. in 3. p. d. 241. c. 1. nu. 8. ſequuntur P. Auguſtinus de Bellis in ſuo Apologet. & Leo Allatius lib. 1. de conſenſ. Eccleſ. cap. 5. & apud eum Inkofer. cap. 7. quanquam Vaſquez ſentiat Clementem non niſi Lino mortuo fuiſſe ordinatum, imo & Cletum viuo Petro obijſſe, atque adeo Clementem ſolum ſuperſtiti Petro ſucceſſiſſet. Quod ſi verum eſt; Linus, & Cletus Romanorum ſunt Pontificum catalogo expungendi. Id autem ecquis admiſerit? Dubium hoc mouit item Pamelius in Tertulliani citatum locum, ſed nihil eo motus affirmat omnes illos 3. Petro viuente Adiutores fuiſſe. Authores citat Vaſquez, quos ſequitur: citat Pamelius, ſed eos deſerit.

Tertull

Bellarm.

Baron

Binius

Vaſq

Aug. de Bellis

Leo All

Mel. Ink

Pamelius

Agè vero, quando eos Epiſcopos eſſe volumus non Chorepiſcopos, quod minus erat difficile ſuſtinere, ne multos, & pares Romæ Paſtores ſimul fuiſſe daremus; quomodo ſe geſſerint? videamus. Author ſum eos ita eſſe ordinatos, vt nulli certæ Eccleſiæ addicerentur, ſed more titularium Epiſcoporum ab omni vinculo liberos, in omnes quo vocarētur partes trahi potuiſſe. Vocatos autem à Petro in partem curarum Romanæ Eccleſiæ, quas inter ipſos diſtributis vnicuique regionibus diuiſit. Et ita poſtea reperi ex multorum ſententia referre Suarium

tom.2. de Relig. lib.1. c.16. n.9. Qua ratione Romanæ Eccleſiæ proprij Epiſcopi, & Paſtores non erant; vti nec Athenarum, nec Corinthi, nec Epheſi; atque adeò nihil omnino de authoritate, aut poteſtate Petri detrahebant: potuerunt que vnus poſt alium Romanæ Eccleſiæ Clauum tenere: perinde ac noui ad eum accederent. Ne quem vero turbet ratio hæc Epiſcopalis ſine Eccleſia determinata, quòd videat eſſe ſpirituale coniugium: id quippe extra controuerſiam eſt, non requiri ad huiuſmodi coniugium certum cum certa Eccleſia vinculum, vti conſtans eſt apud Iuris Canonici peritos ſententia, quos citat, & ſequitur Barboſa de poteſtate Epiſcopi, ac ex noſtris Theologis eruditè, ac ſolidè probat P. Vaſquez tom.2. in 3. p. diſ. 241. cap.1. ac reprehendit Andream Freyhub, quod in diſputatione Lipſica auſus fuerit negare hos eſſe veros Epiſcopos. & obiectis ex Concilijs occurrit. Eiuſdem ſententiæ eſt Suarez to.3. de Religione lib. 1. cap.16. nu.9. qui duo ſatis ſunt ad probationem. His addo: niſi hoc genus Epiſcoporum iuſtum, ac legitimum ſit; nullum fuiſſe Paulum Epiſcopum, quem conſtat nulli Eccleſiæ affixum curam per omnes quaſcunque peragraſſet circumtuliſſe. Ac exiſtimo, ſi vnum Iacobum excipias, cæteros omnes (de Petro non loquor) Apoſtolos nullam certam, & conſtantem ſedem habuiſſe. Imo & initiis illis naſcentis Eccleſiæ non aliter fieri potuiſſe, quin multi huiuſmodi Epiſcopi ordinarentur ſtantes in procinctu vt quocunque traheret ſpiritus, eò conuolarent, & inde aliò transferrentur. Huiuſmodi verò fuiſſe Linum, & Cletum à Petro aſſumptos, ex multorum ſententia tradit Suarez proximè citatus, & Linum, & Clementem ex propria ſententia docet Vaſq. d.241. c.1. n.8.

Barboſa · *Vaſquez* · *Suarez* · *Suarez* · *Vaſq.*

Nego autem eos Epiſcopos Romanos fuiſſe, etiam ſuffraganeos, & adiutores, quia ſi hoc admittam, & concedam plures in eadem Eccleſia Epiſcopos ſimul extitiſſe, quod Nicenum vetuit ſeuerè Concilium Canon.8. ac ego non ſolum de Epiſcopis ordinarijs & paribus poteſtate, ſed etiam de his Vicarijs, & adiutoribus intelligo, quod videam Auguſtinum ita intellexiſſe, cum pænituit electum ſe eſſe à Valerio, Coadiutorem, & ſucceſſorem: quòd credidit aduerſus Canonē Niceni Concilii factum id fuiſſe: vti conſtat ex epiſt. 110. & alijs locis. Nam ſi Petrus id feciſſet, ſuoque exemplo rem firmaſſet, nunquam id Concilium vetuiſſet. Et quamquam Nicenus ille Canon videatur accipiendus de Epiſcopis ordinariis, & æqualibus, non de his Vicariis, & ſuffraganeis, quod exēplo ipſius Auguſtini qui Eradium ſibi viuens ſubſtituit, vti ipſe Valerio fuerat ſubſtitutus, confirmatur, & in Gallia, quæ religioſiſſima eſt ſacræ vetuſtatis cuſtos ità fieri ſoleat, tutius tamē eſt de omnibus accipere, quò longius à periculo errandi ſimus: cum præſertim alia via tutò ac expeditè incedere poſſimus. Quare præſtat dicere, Linum, Cletum, & Clementem titulares & nullius Eccleſiæ vinculo alligatos, ad id munus regendi Romanam vicaria poteſtate Eccleſiam à Petro adſcitos fuiſſe. Vnde nullum ſibi, vel ius, vel titulum Romanorum Epiſcoporum vindicare potuerunt; vt ſolus Petrus Romanus Pontifex viuus, & ipſi poſt mortem ſinguli ſingulis ſuccedentes Romani item ſolitarii Pontifices, & eſſent, & dicerentur.

Auguſt.

PARE-

PARERGON DE CHOREPISCOPIS

APpendix hic non inepta eſto de Chorepiſcopis:imo & neceſſaria. Cum enim negatum à nobis fuerit Linum, Cletum, & Clementem, Chorepiſcopos fuiſſe,perinde ac Epiſcopi fuiſſent, &Epiſcopi à Chorepiſcopis differrent, videndum quo id iure dixerimus, nequis exiſtimans Chorepiſcopos dignitate Epiſcopali præditos olim fuiſſe, nos calumnietur, quod eos ea ſpoliare voluerimus. Et quoniam res eſt obſcura, & diuerſa ſentientium authorum contentione impedita,operæ pretium duco exponere, ac explicare. Igitur conſtat ex Etymologia Chorepiſcopum eſſe,ac dici Epiſcopum *Choræ*, ideſt *villæ*, aut *vici*, vnde Villani, aut Pagani vocabantur, quòd paruis illis Eccleſijs præeſſent.

Ac primum indico fontes,vnde doctrinarum riui deriuantur. De Chorepiſcopis agitur. In Concilio Antiocheno I. ſub Iulio I.quod eſt ordine 3. habetur tom. 1. Concil. Collect. Binij Canon ibi celeberrimus 10. pag.411. In concilio Neocæſarienſi ſub Syluestro cap.13. ſeu can.13. pag.236. In Concilio Magno Niceno Græco can. 4. in vtraque verſione, prima pag.275. ſecunda pag.279. & in Arabica verſione per Teilonem, & Theariſtum can.18. & 54. ad 61. & can.65.& 71. & 72. & 73. & in verſione Turriani can. item 18, pag.354. & aliis quos proxime citauimus, & ſi aliqua varietate numerorum. In Concilio Ancyrano ſub Syluestro cap.12. pag.229. In Concilio Rhegienſi ſub Sixto 3. tomo 1. Concil. p.2. pag.469. in can.3. In Concil. Hiſpalenſi 2. cap.7. tomo 2. parte 2. pag.327. ſic corrige nu.983. In Concilio Metenſi ſub Stephano VI. cap.5. tom.3. p.3. pag.116. In Concil. Meldenſi cap.44. tom.3. concil. ſect. poſter. In Concil. Pariſieſi cap. 27. eodem tom. & ſect. pag.291. primum poſito,nam bis mendosè ponitur. In Synodo Auguſtenſi Diœceſana tom.4. 2 p. pag.212. Extant ſuper Chorepiſcopis epiſtolæ Decretales Damaſi 5. & in Conciliis, & in Decretis 1.p. diſt. 68. & ib. Gloſſa. Ioannis Papæ 3. ſi tamen illius eſt, tom.2. Concil. pag.204. in 2. parte illius tomi. Zachariæ Papæ tom.3: Concil. p.1. Ac præcipue Leonis I. ad Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, quæ eſt 86. aliter 88. & refertur c.4. d.68. Addo epiſtolam Nicolai I. ex Cordeſio conìecta ad fin. 2.p. to.3. poſt Concil. Viennenſe ante Saliſburgenſe pag.981. Agitur item de Chorepiſcopis c.1. diſt.69.

Adductis fideliter locis propono quæſtionem. An Chorepiſcopi verè Epiſcopi ordinati fuerint, & eorum munus obire potuerint, ac obierint? Diuiſi ſunt opinando authores. Alii affirmant: alii negant. Quidam medium tenent, & ſapere ſibi videntur, dum aiunt duo genera fuiſſe Chorepiſcoporum: vnum eorum qui verum ordinem Epiſcopalem haberent, & munera Epiſcoporum licite obirent; alterum eorum qui ordine carerent, & munera, vel non obirent, vel non rectè vſurparent. Hanc tertiam ſententiam, quòd difficultates tollat, & vtranque extremam conciliet, multi, & graues ſunt authores amplexi. Bellarm. de Clericis lib.1. c.17. et lib. de ordine c.7. et Petrus Bollo œconom. Canon. clas.3. cap.2. §.4. et Laurentius Beyerlench. verb. Chorepiſcopus, et aliis. quos viros eruditos Vaſquez appellat d.238. c.7. Inter hos numerandus eſt P. *Lauræa* in ſua Epitome verbo: Chorepiſcopus: qui cum his ſentit maluit. Fundamentum præcipuum eſt in Canone 10. Concilii Antiocheni vbi ſic dicitur *Manus impoſitionem ab Epiſcopis ſuſceperunt*. *Et Vt Epiſcopi ſunt conſecrati.* Quo quid, aiunt, manifeſtius. *Hoc* eſt à cauſa argumẽtum. Illud ab effectu: *conſtituere autem his permittitur lectores, & ſubdiaconos, atque Exorciſtas. Conſtituere* autem *Subdiaconos*, ideſt *ordinare* ſolius eſt Epiſco

Bellarm. | Petr Bollo | Laur. Bey. | Vaſquez | Lauræa | Con: Ant.

palis officij, cum ſubdiaconatus ſit ordo ſacer. Accedit robur ab exceptione, quòd ijs vetatur ordinare Diaconos, & Presbiteros in eodem Canone Antiocheni, & in 12. Ancyrani Concilij. Vnde deducitur potuiſſe illos, per ordinationem vlterius ordinando procedere, ſed prohibitos fuiſſe, ne irent, terminis præfixis, vt ne cum Epiſcopis confunderentur. Præterea ex epiſtola Damaſi 5. quæ contra eos fulminat, apparet eos olim Epiſcopos fuiſſe: nam ibi disertè affirmat Damaſus, eos non ab vno tantum, ſed à pluribus Epiſcopis impoſitionem manuum accepiſſe: quæ conſecratio eſt Epiſcopalis: & dum remouentur à muneribus propriis Epiſcoporum cuiuſmodi ſunt ordinare Sacerdotes, & Diaconos, & formatas Epiſtolas mittere, ſignificatur, eos illa omnia exercuiſſe. Quæ certè argumenta idonea ſunt, & affirmanti ſententiæ fidem faciunt.

Antioch
Ancyran.
Damaſus

Alii tamen nec pauciores, nec ignobiliores authores negant. Ayala de traditione Eccleſiæ 3. p. conſiderat. 4. Turrian. in Annot. ad Concil. Nicen. can. 55. Henriquez lib. 10 de Sacram. Ordin. c 23. & Seuerinus Binius in notis ad Canon. 54. Arabicum ex Nicenis, & Conrad. Brun. de Cæremon. lib. 1. c. 4: & Carranza in ſum. Concil. in epiſt. 4. Damaſi, & qui eos citat Barboſa p. 1. de offic. & poteſt. Epiſcop. tit. 1. c. 6. Citantur etiam Demochar. tr. 3. de ſacrif. cap 4. & Sotealis verb. Chorepiſcopus ab Henriquez, quos Vaſquez ait ſe non vidiſſe nec mihi videre contigit. Vaſquez illa d. 238. ita ſe gerit, vt cum de re accuratè, vti ſolet, diſputet, & in hanc partem negantem ſatis inclinet, non tamen certum ac conſtans iudicium ferat. Quod me paulùm initio retardauit. Verum recognitis diligenter omnibus, quos collegi, locis, & inter ſe collatis, ac expenſis, negantibus accedo, ac pronuntio Chorepiſcopos ordinem Epiſcopalem minimè habuiſſe. Imo adiicio.

Ayala
Turrian
Henriq.
Binius
Brunius
Carranza
Barboſa
Democh:
Sotealis
Vaſq
Henr:

Idipſum Canones, & epiſtolas apertè legenti monſtrare. Antequam id oſtendam, animaduerto, multum intereſſe inter ius, & factum, nec perinde eſſe quidquam fieri, & iure fieri: nec ex eo quod fiat, ſequi iure fieri. Occupo enim. Multa Chorepiſcopos feciſſe, quæ non licebat fieri, ac proinde non ex eo ſequi, illa ijs licuiſſe. Hoc animaduerſo: probo eos Epiſcopos non fuiſſe.

Primò. Authoritate Canonum, & Conciliorum. Deinde ſignis, & coniecturis. Tandem rationibus, breuiter, ac neruoſe. Primus Canon eſto cap. *Quamuis* ex Leone Magno, & cap. *Chorepiſcopi* ex Damaſo: vbi enumeratis multis, quæ illis non licent. *Hæc*, inquit, *illicita ſunt Chorepiſcopis, qui ad exemplum & formam 72. Diſcipulorum eſſe noſcuntur, vel Presbyteris, qui eandem geſtant figuram; quoniam conſecrationẽ habeat etſi Pontificatus tamen apicem non habent.* Ecce dicit ſimiles 70. Diſcipulis, qui Epiſcopi ex inſtitutione ſua non erant. Numerat eos cũ Presbyteris, & vtriſque parem, & eandem conſecrationẽ dat, negatq; eſſe Epiſcopalem conſecrationem, id eſt enim *Pontificatus Apicem*. Nam Summi Sacerdotes Epiſcopi dicebantur. Idem argumẽtum præbet cap. 5. vbi cauſæ afferuntur, cur ſint extincti nimirum duæ, vna quòd ſibi multa præter ſuam authoritatem iniuſtè arrogabant, alterum, quod in ordine 70. Diſcipulorum erant, nec accedebant ad gradũ Apoſtolorum. Et addit. *Vnde iſte tertius ordo proceſſerit ignoramus*. Et concludit: *Si nomen non habent, qualiter officium habebunt*? Confirmatur ex cap. 6. in quo ſtatuitur Epiſcopos Apoſtolis ſucceſſiſſe, vt appareat Corepiſcopos Epiſcopos non eſſe, cum 70. Diſcipulis ſucceſſerint. Secundus ſit Cap. *Epiſcopi*, & cap. *Illud*, & cap. *Non debere*. quibus cauetur, ne Epiſcopi in caſtellis, aut vicis, aut villis conſtituantur: ſed ijs *Presbyterorum cura ſufficiat*. Nam *Epiſcopalia gubernacula, nonniſi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oportet præſidere*. Cum ergo Corepiſcopi ſint vicis præpoſiti, non eſſe Epiſcopos conſtat.

Damaſus

Ex Concilijs Neocæſarienſe ſic: Chorepiſco-

NeoCæſ:

epiſco-

epiſcopi ad exemplum, & formam 70. videntur eſſe, vt comminiſtri autem propter ſtudium, quod erga pauperes exhibent, honorentur. Ordo non Apoſtolorum, ſed 70. ijs aſſignatur, & munus charitatis erga pauperes, quod initio Eccleſię Diaconorum fuit. Ita primum inſtituti. Poſtea multa ſibi non licitè arrogarunt. Vnde Conciliũ Ancyranũ, quod eſt Neocæſarienſi antiquius *Chorepiſcopis* ait Can. 12. *non licere presbiteros, aut Diaconos ordinare: ſed nec presbiteris ciuitatis.* ceu nihil inter vtroſque intereſſet. Quoad gradum, & poteſtatem. Idem iis interdicitur Canone 10. Concilii Antiocheni, quem item citat Zacharias Papa epiſt. 7. cap. 1. in fine. Qui autem inrerdici poſſet, ſi ii Epiſcopi eſſent? In Concilio Hiſpalenſi 2. Sub Bonifacio Papa, perſpicua res eſt: vbi ter illata mentione Chorepiſcopi, & Presbyteri, bis prius nominat Presbyterum, & vtriuſque eandem rationem habet. Et apertè. *Hæc omnia illicita eſſe Presbyteris, vel Chorepiſcopis, quia Pontificatus apicem non habent, quod ſolis deberi Epiſcopis authoritate Canonum præcipitur.* Quem locum Achillem puto. Alterum exhibet Concil. Meldenſe, ſub Sergio 2. tomo 3. ſect. poſter. pag. 351. Cuius Canon. 44. ſic habet *Chorepiſcopus modum ſuum teneat, nec ſanctum Chriſma, nec Sanctum Spiritum Paracletum ſolis Epiſcopis tribuere debitum, tradere tentet.* & poſtea *Per Parochiam ſecundum mandatum Epiſcopi ſui inſeruiat.* An hic Epiſcopus ſit cui illa non licent, & quæ licent in iis ſeruum agit Epiſcopi? Tertium dat Herculem vltra Achillẽ Concilium Pariſienſe cap. 27. ſub Gregorio Papa IV: qui huiuſmodi eſt. *Epiſcopos locum Apoſtolorum, Chorepiſcopos autem 70. tenere diſcipulorũ Canonica authoritas apertè demõſtrat.* Et paulo poſt *Quidam Chorepiſcopi vltra modum ſuum progredientes, donum S. Spiritus per impoſitionem manuum tradunt, & alia quæ ſolis Pontificibus debentur contra fas peragunt.* Et poſtea: *Non 70. quorum formam tenent Chorepiſcopi; ſed Apoſtoli, quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi, tradebant Spiritum Sanctum.* & addunt locos ex Concilio Cæſarienſi, & Antiocheno. Cuius autem gradus fuerint Chorepiſcopi cum Epiſcopi non fuerint, docet Synodus Auguſtenſis Diæceſana cap. 7. quæ habetur 2. p. tom. 2. Concil. pag. 212. his verbis: *Quos Græci Chorepiſcopos, alij Archidiaconos, alij Archipresbyteros vocant in noſtra Eccleſia Cathedrali, in reliqua vero Diæceſi Decanorum ruralium nomine cenſentur.* Rectè propè Epiſcopos, ſed minimè Epiſcopos. In Concilio Niceno, apud Arabes ſunt Canones in quibus eadem doctrina continetur. Etenim Can. 54. eligitur Chorepiſcopus ab vno Epiſcopo, & à Diaconis recipitur, tanquam ſuperior, & à ſolo vno Epiſcopo benedicitur: & ad colligendos prouentus Epiſcopi, & elemoſynas erogãdas deſtinatur. Quę demonſtrant eum Epiſcopo multò inferiorem. Can. 56. inuenitur Corepiſcopus factus caput in Monaſterio: & qui accedat ter in anno ad Epiſcopum cum fratribus ſuis. Certè huiuſmodi Epiſcopus non erat. Canone 52 exponitur, quę ſit dignitas Corepiſcopi ex comparatione cum Archidiacono, qui Epiſcopus non eſt. Ibi ergo habetur ex duobus Archidiaconum eſſe digniorem Corepiſcopo. Sic enim: *Locus Epiſcopi in oratione, quod vocant officium ſit in conſpectu ſacelli, ſiue è regione altaris, vt qui ſit Paſtor, & gubernator. Prope eum ſit Archidiaconus ad latus dextrum, vt qui ſit loco eius, & præſit omnibus, quæ ad orationem, & Eccleſiam pertinent. Chorepiſcopus autem ſit ad alterum latus Epiſcopi, quia ipſe etiam eſt loco Epiſcopi ſuper villas &c.* Deinde Archipresbyter inducitur *caput Sacerdotum, & in abſentia Epiſcopi iubetur honorari, tanquam Epiſcopus.* & ibi videtur anteponi Archidiacono, nedum Corepiſcopo. Canone 28. *Archidiaconus, & Chorepiſcopus præcedant omnes, tum Sacerdotes tum Diaconos: tanquam duæ manus, & duæ alæ, quibus Epiſcopus volat. Sed quando Epiſcopus ambulat, ſiue in Eccleſia, ſiue foris, oportet, vt Archidiaconus*

Concil Ancyr

Concil Antioch

Concil Hiſpal.

Concil Meldenſe

Concil Pariſienſe

Synod. Auguſten

Concil Nicen

Canones Arabici

conus

conus ſit ad dexteram. & Chorepiſcopus ad ſiniſtram. Et Epiſcopus ſit inter eos, tanquam pater in medio filiorum. Itaque pares; imo, impares quidem: ſi quidē Archidiaconus occupat dextrum locum, & prior nominatur. Idem colligitur ex Can. 71. vbi Chorepiſcopus introducit Epiſcopum ordinarium in Eccleſiam, & Archipresbyter, & Archidiaconus examinant introductum. Vtrum ſit maius apparet, & illud item liquet, qui Epiſcopum introducit, eum non eſſe Epiſcopum: qui enim miniſtri officium præſtabit? ac miniſtri deductoris?

Nullus mihi hoc tamen magis perſuaſit locus, quam ille grauiſſimus Concilii Niceni Can. 9. in quo ſtatuitur, vt ex Catharis, ſeu Nouarianis ad Eccleſiam relicta hæreſi ſua veniētibus, qui Epiſcopus fuerit, titulum, & honorem presbyteri habeat, ideſt inter presbyteros cenſeatur: quod ſi placeat Epiſcopo Catholico, cui ſubditus aduenit, retineat nomen Epiſcodi, non tamen dignitatem, nec munus. Sin autem nolit eum donare titulo, & nomine Epiſcopali, *Prouidebit*, inquit, *ei, aut Chorepiſcopatus, aut presbyterij locum, vt in Clero prorſus eſſe videatur*: adhibita ratione: *Ne in vna ciuitate duo Epiſcopi probentur exiſtere*. Hoc argumentum omnino efficax eſt. Nam ſi ille anteà Epiſcopus Nouatianus factus Chorepiſcopus maneret Epiſcopus, non tranſiret in Clerum; nec illa ratio conſtaret: eo Chorepiſcopo facto duos Epiſcopos in ciuitate non fore, cum duo ſane, ſi ille Chorepiſcopatu adepto Epiſcopus foret, omnino futuri eſſent. Apparet ergo ex Decreto, & ratione Decreti, Chorepiſcopos non eſſe Epiſcopos, quando cenſuit, qui Chorepiſcopus fieret, eum gradu deijci, & in Cleri ordinem redigi: eoque redacto duobus Epiſcopis in ea ciuitate locum non fore.

Concil Nicen.

Iam vero ſi admittatur Epiſtola illa vnica Ioann. 3. vel Leonis, vt alii malunt ac vera ſit: tota illa integrū, & iuſtum argumentum eſt contra Epiſcopalem dignitatem, & poteſtatem Chorepiſcoporum; adeo vt vnum ex capitibus propter quæ à Baronio, & Binio, reijcitur, ſit affirmare Linum, & Cletum nulla Pontificali poteſtate præditos, ſed tantum vti Chorepiſcopos Petro miniſtraſſe, cum conſtet, vtrumque Epiſcopum fuiſſe. Cuiuſcunque illa tamen epiſtola ſit, idonea ſane eſt ad infringēdam hanc Epiſcopalem Chorepiſcoporum authoritatē. Hinc apparet, quicquid ſibi arrogabant, vltra miniſterium ſuum eſſe; ac idcirco ſæpè reprehenſos, ac demum vt ex Damaſi, & Ioann. 3. epiſtola conſtat; extinctos.

Rationes duæ ſunt. Prima, vel iſti Chorepiſcopi, erant conſecrati Epiſcodi, vel non. Si ſecundum. Habemus, quod volumus. Si primum, quare non licebat iis ordinare Presbyteros, & Diaconos, & cętera munia Epiſcopalia obire. Igitur non erant Epiſcopi. Secunda. Iſte gradus Chorepiſcoporum, etiam quando vſurpabant illam immodicam poteſtatem, ex eo improbatus, & reiectus fuit, quia videbatur tertius quidam ordo nouus inter Epiſcopatum, & Presbyteratum, præter inſtitutum Chriſti, ergo non erat ille Epiſcopatus: atque adeo carebat ordine debito Epiſcopali, & intra gradum Presbyterii manebat. Hæ rationes cum alijs, quas allegādo teſtimonia adduximus, ſatis ſunt ad perſuadendum Chorepiſcopos Epiſcopos non fuiſſe.

Supereſt ſoluere argumenta. Primum erat deſumptum ex Canone 10 Antiocheni Concilij, in quo habetur. *Manus impoſitionem ab Epiſcopis ſuſceperunt, & vt Epiſcopi ſunt conſecrati*. Et quidem facilè reſponderi poteſt ly *ab Epiſcopis*. referri ad *Chorepiſcopos*. Vtrunque enim eſt in numero plurali, vt ſenſus ſit, non quod ſinguli Chorepiſcopi à multis Epiſcopis ordinentur, ſed quod Chorepiſcopi in numero multitudinis ab Epiſcopis ordinentur, quæ recta locutio eſt, quemadmodum cum dicimus: Presbyteri, & Diaconi ab Epiſcopis ordinantur, non eum ſenſum reddit, vt vnus presbyter, aut diaconus à multis Epiſcopis ordi-

Concil Antioch

ordinentur, ſed vt Epiſcoporum ſit conſecrare Presbyteros, & Diaconos. Iam vero ly *Vt Epiſcopi ſunt conſecrati* non ſignificat eos conſecratos eſſe Epiſcopos: ſed ad ſimilitudinem illorum, ideſt per impoſitionem manuum, non enim omnis impoſitio manuum erat Epiſcopalis conſecratio. Itaque ly Vt, minuit rem, non æquat, hoc eſt inſtar Epiſcoporum ordinabantur, non Epiſcopi ordinabantur. Quid enim opus erat illo, *vt*, ſi mens erat dicere Epiſcopos eſſe conſecratos? Plane diceret Concilium, *& Epiſcopi conſecrati*, omni ambiguitate ſublata. Hoc fermè ſenſu dicitur Canone Niceno ex Arabicis 57. Archipresbyterum honorandum eſſe, *tanquam Epiſcopum*, & Archidiaconum, & Chorepiſcopum eſſe *loco Epiſcopi*. Ex quo non ſequitur, eos eſſe Epiſcopos, ſed inſtar Epiſcoporum. Illud ego diligenter obſeruaui in Concilijs, & Decretalibus, quoties dicunt, Conſecrari aliquem in Epiſcopum, non vti illo *vt*, nec dicere *Conſecrari vt Epiſcopum*; ſed ſine ly, *vt*, ſimpliciter *Conſecrari Epiſcopum*: vel *fieri Epiſcopum*, vel *ordinari Epiſcopum*.

Vaſquez Damaſ. Verum quoniam, vt animaduertit Vaſquez *d.* 138. *cap.* 7. *n.* 72. & ego antequam illum vidiſſem obſeruaram Damaſus epiſt. 4. illa verba Concilij Antiocheni *Ab Epiſcopis*, ita intellexit, vt vnum Chorepiſcopum multi Epiſcopi conſecrarent, oportet aliter reſpondere. Et quidem Damaſus duo genera diſtinguit Chorepiſcoporum, vnum antiquius, alterum recentius. De illis affirmat conſecrari ſolitos à pluribus Epiſcopis more Epiſcoporũ. De his aſſerit ab vno conſecrari, quod auget vim argumenti. Reſpondendum tamen neutros Epiſcopos fuiſſe. De ſecundis patet. De primis probo, quia non eſt neceſſe, vt omnis impoſitio manuum etiã à pluribus ordinatio Epiſcopalis ſit: cum impoſitio manuũ ſit actio ad multa indifferens, vti oſtendit Suarez, & alii, quicum eo negant illam impoſitionem manuum factam à diſcipulis ſuper Paulum Epiſcopalẽ ordinationem fuiſſe. Ne autem hoc liberè dictum eſſe videatur Damaſi ratiocinatio facit, poſtquam enim admiſit hoſce Chorepiſcopos ordinatos eſſe à multis Epiſcopis, adhuc negat eos eſſe *Epiſcopos*, quia ſunt Villani & Pagani, ideſt villis, & pagis præfecti, qui Epiſcopali dignitate carent. Deinde addit *tria obſtare, quibus eorum omnium caſſatur actio, vel inſtitutio*. Et afferendo tria genera ordinationis, *vel ab vno, vel à pluribus Epiſcopis, vel abſolutè*, ait, *omnia Epiſcopali omnino carent authoritate*. Perinde, ac omnium eadem habenda ratio eſſet. Et concludit. *Manifeſtè patet, quod Epiſcopi non ſunt*. Et infert. *Si ergo Epiſcopi non ſunt, & Presbyteri eſſe deſpiciunt, quid erunt? &c.* Itaque ipſius Damaſi iudicio illa impoſitio manus à pluribus facta, non erat Epiſcopalis ordinatio. Imo, & ex ipſo textu Antiocheno deducitur non eſſe illam ordinationem legitimam: dicit enim *Manus impoſitionem Epiſcoporũ perceperunt*. *Manus*, non *Manuum*. Quod acutè obſeruat Vaſquez d. 238. c. 7. Quo indicare voluit, non eſſe illam impoſitionem Epiſcopalem ordinationẽ, nam hæc erat *manuum* ambarum, non vnius tantum *manus* impoſitio, quæ non fit in ordine Sacerdotali, fit autem in Diaconatu. Quare illis Chorepiſcopis, cum iam presbyteri eſſent, vna tantum manus imponebatur, vt aliquid benedictionis, & maioris authoritatis externæ reciperent; quæ non erat vera ordinatio, ſiue ab vno, ſiue à pluribus Epiſcopis fieret: nec enim hi *ambas manus*, ſed vnam tantum imponebant, quæ non erat Epiſcopalis, ſed Presbyteralis ordinatio. Hinc autem apparet ratio, cur ii ſuperbirent, aliiſque imponerent, putantes, & iactantes ſe eſſe Epiſcopos, quod viderent ſe à pluribus ordinari. Vnde orta eſt in iis præſumptio vſurpandi munus Epiſcopale, & ad vulgus error manauit, hos verè Epiſcopos eſſe exiſtimandi. Cui Pontifices occurrere voluerunt, declarando, nec illos Epiſcopali dignitate frui, nec poſſe munia Epiſcopalia exercere. Vaſquez

Reſtat de ordine Subdiaconatus, quem

Digitized by Google

quem illi conferebant, quæ erat altera obiectio, dicere. Reſpondetur triplici modo. Primo negando cum, Durand Caietan: Durando *in 4 d.24.q.2.num.6.* & Caietan. *tom.1.opuſcul.tr.11. art. vnic.* & Ayala Martin. Ayal. *lib. de tradition. Apoſtol.p. p.2.cap. de ſacro ordine.* Subdiaconatum eſſe ordinem Sacrum, & maiorem; atque adeo mirum non eſſe conferri à Chorepiſcopo. Sed hic modus non placet. Cum Subdiaconatus ſit maior, & Sacer Ordo. Secundo admittendo eſſe maiorem, & ſacrum modo, ſed nõ fuiſſe, quando illi Chorepiſcopi eum conferebant: poſtea quando ſacer, & maior cœpit eſſe à Chorepiſcopis collatum non fuiſſe. Aſſumptum illud: Subdiaconatum, olim ordinem ſacrum non fuiſſe, affirmant multi cum Henriq Vaſq Barboſa Henriquez *lib.10. de Sacram. Ordin. cap.23.* & Vaſquez *d. 238.cap.6.* & Barboſa *tit.1.cap.6. nu: 22.* eſtque manifeſtus textus in decreto Vrbani II. quod refertur Can. *Nullus ad Epiſcopatum.* 4 *diſt.* 60, adiuncto alio Decreto Innocentii III. in c. A multis. *De ætate, & qualit. ordinand.* explicantis mẽtẽm Vrbani, Subdiaconatum ita ab initio Sacrum Ordinem non fuiſſe, vt poſtea ſacer factus fuerit, tempore Siricij *Papæ. Anno* Chriſti fermè 386. Non cenſeri ordinem ſacrum patet ex cap. Quicunque. vbi Gloſſa, verb. ad Diaconi 77. diſtin. & confirmatur ex Concil. Laodicenſi cap. 21. vbi ijs non permittitur contactus vaſorum ſacrorum, vti Barboſa parte 2. Alleg. 13. In hac ſententia facile currit ſolutio, niſi conſtare, etiã poſtquam ſacer eſſe cœpit eum Chorepiſcopos contuliſſe. Tertia igitur ſolutio eſt, vtcunque de Subdiaconatu ſit, eum ordinẽ ex commiſſione Papæ, ac Eccleſiæ à Chorepiſcopis collatum fuiſſe. Id quippe cõmmitti etiã non Epiſcopis. Presbyteris committi poſſe conſtans forma ſententia, & communis authorum eſt, quorum plures citat Henriquez, & multo pluVaſquez res Vaſquez d.243.cap.4. qui Diaconatum, & Subdiaconatum, ex commiſſione Papæ non modo conferri poſſe, ſed etiam ſæpè fuiſſe collatum multis exemplis demonſtrat: & mihi conſtat de Abbatibus Ciſtercienſibus illo priuilegio donatos fuiſſe, præter authoritatem Victor. Maioris, & Nauarri, qui hoc aſſerunt, & citantur à Vaſquez; vidi enim Oliſippone exemplum Priuilegii; quod tamen videtur poſt Tridentinum Concilium expiraſſe: vti exiſtimat idem Vaſquez adductus. nu. 44. qui etiam putat Chorepiſcopos etiam Presbyterarum ex poteſtate ſibi demandata primis illis temporibus contuliſſe. Quo tertio dicendi modo ſoluitur penitus argumentum.

Vnum hic eſt, quod mihi ſcrupulum mouet. Quomodo potuerit Subdiaconatus ex non Sacro in Sacrum tranſire? Quod omnes concedunt; ego durum exiſtimo. Nam ſi ordo ſacer ex ſua intentione, & natura talis eſt, quomodo eius inſtitutio: & natura mutari potuit; cum præſertim ſit Sacramentum? Cuius inſtitutio à Chriſto eſt. Nec temerè moueor; cum D. D. Thom D. Bonau: Thomas *in 4.diſt.24. q.2.art.2.q.3.* & Bonau. *16.p.3.art.2.q.1.in corp. & ad 1.* dicant, ordinem ſacrum vocari, tum quia Sacramentum ſit, tum quia in eius ordinatione tradatur poteſtas faciendi aliquid circa rem Sacram. Igitur ſi Subdiaconatus non erat Sacer ordo, Sacramentum non erat, & cum factus eſt ſacer, factum eſt Sacramentum. Quod quis dicat fieri potuiſſe? Præterea demus Subdiaconatum inter minores ordines numerari, vti probabile exiſtimant multi authores, quos citat, & ſequitur Barboſa citatus & minores ordines Sacramenta non eſſe, quemadmodum tradit Vaſquez cum aliis, quos adducit d.237. cap.2. ſequitur Subdiaconatum è nõ Sacramento in Sacramentum conuerti. Cum autem dicũt authores illum incepiſſe a tempore Gregorii, atque Vrbani inter ſacros recenſeri, tunc cœpit eſſe Sacramentum. Recenſitum autem eo tempore fuiſſe, dixit Innocen. Innoc in cap. *miramur. de ſeruis non ordinandis*, vbi Gloſſa: ac proinde ex tunc in Sacramentum tranſijt. Hoc autem ecquis, vel mediocris Theologus

Digitized by Google

gus dixerit? Quid ergo affirmandum? Sanè me authore Subdiaconatum ſemper fuiſſe re ac verè Sacrum Ordinē, & Sacramentum. Sed quoad nos minimè notum fuiſſe, atque adeo vſque ad tempora illorum Pontificum de eo non conſtitiſſe: cœpiſſe autem conſtare ex quo illi Pontifices declararūt. Neque hinc ſequitur illum inualidè à Chorepiſcopis collatum, cum ijs ad illum, vtcumque eſſe, conferendum facultas daretur, cuius vi tenebat collatio: quod enim exiſtimaretur non eſſe Sacrum Ordinem nihil detrahebat poteſtati, cum ea daretur ad illū cuiuſmodi eſſet conferendum. Hæc habui, quæ de Chorepiſcopis dicerē, quod res impedita, & obſcura erat. Non pœnitebit, opinor, lectorem operę in legendo poſitæ, ſi legerit.

Quintum argumentum, ſumitur ex loco, quem in antiquis imaginibus Paulus occupat, ponitur enim ad dexterā Petri, vnde Petrus ad ſiniſtram Pauli collocatur; quod præcipuè viſitur in Diplomatibus Pontificijs, vbi Petrus ad ſiniſtram Pauli, Paulus ad dexteram Petri poni ſolitus. Hinc autem apparet præſtantiorem eſſe Petro Paulum, quia meliorem locum vendicat, cum à loci prętantia perſonarum dignitas peti ſoleat. Solere autem poni Petrum ad ſiniſtram Pauli docet Petrus Damiani *epiſt. 16. ad Deſiderium tom. 2.* vbi huius item rei rationem reddit. Hoc vtuntur Hæretici contra Primatum Petri argumento. Illud affert eorum nomine Bellarmin. *lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 27.* & Gallus Anonymus illud refricat; eique magno ſtudio reſpondent noſtri; vti videre eſt in Leone Allatio *lib. 1. c. 31* & in Auguſtino de Bellis *oppoſit. 3.*

Petr. Dam.

Bellarm. Anonym.

Leo Alat. Auguſt.

Primum, id inquirendum, vtra manus, Læua ne, an dextra ſit nobilior quod Authores ſolent excutere. Sunt qui negant dexteram ſiniſtræ pręſtare; ſunt qui dicunt, præſtare quidem in prophanis dexteram, in ſacris ſiniſtram. Alij contra ſentiunt dexteram in ſacris ſiniſtra eſſe potiorem. Alij dicunt ambiguam rem eſſe, & interdum alteram alteri cedere. Et quidem ſi Plato de Republ. conſulatur, vtraque manus naturæ ordine ſpectato par eſt, vti obſeruat Mazzonus, eruditus Dantis Interpres. *Baronius*, & *Binius* Authores ſunt, ſiniſtram in Eccleſia ſanctiorem ſemper, & digniorem habitam fuiſſe, quod multis exēplis ſuadere conantur *Baronius* in Hiſtoria de Concilio Niceno Anno 325. num. 59. & *Binius* in notis ad idem Concilium, vbi pro hac ſententia citat Bellarminum lib. 1. de Romano Pontifice c. 27. aitque imaginem Petri in numiſmatis, & Beatæ Virginis in tabulis Chriſti crucifixi ad læuam collocari, & ex loco ſedium in Niceno, & Chalcedonenſi Concilio, vbi legati Papæ manum ſiniſtram tenuerunt, cōfirmat. Cuius item ſententiæ eſt Goropius Becanus lib. 3. Hieroglyph. qui ſentit apud Hebræos, & Romanos ſiniſtram dextræ anteferri. Paris item Craſſus eidem ſubſcribit; conſentit Mazzonus comment. in Dantem afferens locum Plutarchi in triumpho famæ, vbi Doctis ſiniſtrum latus famæ aſſignat, cum militaribus dextram aſſignaſſet, & ita Poetam intelligit, vt litteris nobilior, quam armis locus tribuatur. Sed multo copioſius, & eruditius omnibus ſiniſtræ manus dignitatem probat Antonius Nebriſſenſis in adnotationibus ad quinquaginta loca ſcripturę.

Plato

Mazzon

Baronius

Binius

Conc. Nic. Conc. Chal.

Becanus

Craſſus Mazzon

Antonius de Nebr.

Suadetur autem hæc pars primo; quia latus ſiniſtrum eſt locus cordis, vbi eſt locus vitæ, & amoris. Secundò, quia ſiniſtra eſt delicatior, & tenerior, ac proinde honoratior, quàm dextera, quæ eſt validior, & robuſtior. Tertiò, quia ſiniſtra Cœli pars felicior erat dexterâ; vnde Auguria læua fortunata, dextra infelicia, vti apparet ex tonitruis, quę cum à ſiniſtra Cœli parte ſonabant, felicitatem portendebāt. Vnde illud Virgilij lib. 9. *Intonuit læuum.* Quartò, quia quæ interiora ſunt exterioribus pręſtantiora, ſiniſtrū autem latus interius eſt, quam dextrum: Hinc illa phraſis latina *Comes interior* pro eo qui ſiniſtro lateri adhærebat. Vnde quando tres ſimul incedebant medius locus honoratior erat, cum duo tātùm,

Virgil.

qui ſiniſter erat alteri, honeſtiùs ibat.
Ouid Sic intelligendus Ouid faſt. 5.

Et medius Iuuenum non indignantibus ipſis
Ibat, & interior ſi comes vnus erat.

Interior, ideſt ſiniſter, quo ſenſu apud idoneos latinitatis authores vſurpatur,
Caſtal vt videre eſt in Goropio, & Caſtalio, & Bellarmino citatis, docentque In-
Virgil terpretes ad locum Virgilij lib. 5. verſic. 170.

Radit iter læuum interior.

Ouid Et ad illud Ouidij 3. Amorum eleg. 2. *Nunc ſtringam metas interiore rota.* Et
Horat ad locum Horatij Satyra 6. lib. 2. *Interiore diem gyro trahit.* Vbi interpretes vertunt *ſiniſteriore*, vti videre
Torrent Lambin eſt in Torrentio, & Lambino. Hinc eſt prouerbium. *Intus canere* ideſt ad læuam, *extra canere* hoc eſt ad dextrã
Cerda authore Cerda ad locum illum Virgilij 5. Æneidos.

Exempla tum ſacra, tum prophana pro dignitatę ſiniſtræ Authores proferunt. Primum ex ſacris; Filius *ſedet*
Marc: vlt. *ad dexteram Patris*, Pater ad ſiniſtram Filij, vnde conſtat ſiniſtram ſaltem dextra non eſſe inferiorem. Præterea
Pſal: 44: apud Dauidem. *Aſtitit Regina à dextris tuis*; ideſt regis Chriſti, qui cum ad læuam Reginæ eſſet, illi multò præ-
3: Reg: 2: ſtabat. Præterea Salomon matrem ſuam Bethſabe ad dextram ſuam locauit, ipſe ad ſiniſtram manſit. Tandem Beniamin natu minor Ioſepho di-
Geneſ: 35 citur *Filius dextræ*, vnde ſequitur Ioſeph natu maiorem eſſe Filium ſiniſtræ. Hęc ſacra. Illa prophana. In conuiuijs ad ſiniſtram recumbere ſoliti cariores, vti Amaſij, & Amicę, in quorum ſinu Conuiuę recumberent Cyrus
Xenoph. apud Xenophontem lib. 13. Pædiæ quos in delicijs habebat ad manum ſiniſtram poſuit, quamuis hæc ſit opportunior inſidiis; quod argumentum habetur, & fiduciæ, & dignitatis. Hæc ſatis ſint pro manus ſiniſtræ nobilitate.

Verum ſubrilitates iſtæ potius ſunt acutæ, quam ſolidę veritates. Igitur conſtat manum dextram læuę nobilitate præſtare, tum in ſacris contra Baronium, tum in Profanis contra Nebriſſenſem, & alios. Multos, & nobiles hęc ſententia Patronos habet. Omnium dux Ariſtoteles lib. 3. de Hiſtor. Ariſt
animal. vbi docet dextram ſiniſtrę eſſe præferendam, cuius authoritatem Mazzonus Platoni opponit. Hanc tradit Alexander ab Alexandro lib. 2. Al. ab Al. Tiraquel
Genial. dierum cap. 19. & Tiraquellus ibi. & lib. de iure Primogenitorum in præfat. num. 13. Azeuedus ad Curiam Azeued
Piſanam lib. 2. cap. 25. & Ioan. Gatcia Garzias
de nobilitate. Gloſſa 48. nu. 24. Læuinus Torrentius in Horatium lib. 2. Sa- Torren
tyra 6. & probatur argumento capitis *ſoluè* de maioritate, et obedientia per Caſtaldum, de imper. qu. 88. num. 9. Caſtald
et latè oſtendit Cerda varijs locis in Cerda
Virgilium, præcipuè ad locum 1. 5. cit, et copiosè Leo Allatius, lib. 1. de con- Leo All
ſenſu Eccleſię cap. 3. vbi varijs modis dexteræ manus dignitatem explicat, ac defendit.

Argumenta è ſacris multa ſunt. Marc: vlt
Primum, & præcipuum eſt, quòd Filius Dei dicitur ſedere ad dexteram Patris pro ſua dignitate, quando receptus eſt in Cælum, & à Patre ſummo pro meritis honore affectus; cui enim Pater latus dextrum dabat, illum ſane honore afficere volebat. Similis huic eſt locus ille Dauidis in pſalm. 44. Pſal. 44.
Aſtitit Regna à dextris tuis, quam enim volebat honorare Dei Filius ad dextrã ſuam collocare debebat. Huc facit locus ille 3. Regum, vbi Salomon Beth- 3: Reg. 2
ſabeę Matri ad dexteram ſuam ſolium poſuit in ſignum, & argumentum honoris, nec enim aliter recipienda erat Mater, cui Salomon vitam, & Regnum debebat. De qua enim ſacer textus ait: *Surrexit Rex in occurſum eius, adorauitque eam*, non is ad inferiorem locum deieciſſet. Dedit ergo dextram vti ſuperiorem. Ille locus eſt irrefragabilis apud Mathæum 25. vbi dicitur Chriſtus in die Iudicij electos à reprobis diuidens *Agnos à dextris*, *Ha-* Matth: 25.
dos à ſiniſtris collocaturus; ex quo loco patet, quanti ſit dextera manus, quę prædeſtinatis, & electis aſſignatur. Geneſ. 48
Sed ille capitalis locus eſt, vbi in Geneſi cap. 48. narrat ſcriptura Ioſephum attuliſſe Filios duos Manaſſem, &

Digitized by Google

Ephraim ad Pâtrem ſuum Patriarcham Iacob, & poſuiſſe Manaſſem ſeniorem ad dexteram Aui, & Ephraim minorem ad ſiniſtram, vt maior benedictio, hoc eſt dextera ſuper maiorem caderet. Patriarcham vero Iacob Diuini Spiritus inſtinctu commutaſſe manus, iiſque tranſuerſim, & in Crucem actis dextrã ſuper caput Ephraim & ſiniſtram ſuper caput Manaſſe potuiſſe. Quo argumento declarauit, vti miranti Ioſepho dixit, Ephraim minorem fratrem maiori Manaſſe anteferendum fore, atque hoc ipsũ dextere manus impoſitionem ſignificare. Multa ſunt alia pro ſacris, ſed hæc ſufficiant, teſtimonia.

Profana tot ſunt, vt non facile numerari poſſint, recenſent illa citati Authores, ex quibus patet apud Hebræos, & Romanos, Græcos, & Perſas, Egyptios, & Aphros, aliaſque Gentes vrbaniores dexteram manum ſiniſtra nobiliorem habitam fuiſſe. Ad rem propius veniamus.

Rationes huius præſtantiæ ſumuntur tum ex natura, tum ex ſignificatione dexteræ manus. Ex natura; quod ea ſit pars hominis calidior, & firmior, & actuoſior, quod Ariſtoteles optimus naturæ indagator vidit. Hinc nobiliores dexteræ ſignificationes petuntur, Fidei, nobilitatis, fortitudinis, dignitatis, & aliæ, quæ tum ab Authore Allegoriarum in ſactis, tum à Pierio, & Alexandro, Tiraquelo, & Cerda in prophanis afferuntur. Hoc autem præcipuè patet ex reſponſione ad argumenta pro ſiniſtra facta.

Ariſtot.

Allegor. Pierius Alexand. Tiraquel. Cerda

Primum igitur corruit, quia cor ſitum eſt in medio pectore, ſed ob imbecillitatem ſiniſtri lateris, eius ibi motus magis ſentitur ex Ariſtotelis, & medicorum doctrina. Secundum nihil concludit; nam mollitudo illius partis declarat eius infirmitatem, quæ fæmineo ſexui ſimilis eſt, cum pars dextera ſit virili. Tertium retorquetur, quia auguria ſiniſtra, quæ à Cœlo petuntur, ideo feliciora ſunt, quia ſuperis dextra ſunt, quod enim eſt ex parte Cœli læuum, reſpectu noſtri dextrum manet. Quartum fefellit multos. Dicendum igitur partem ſiniſtram non dici interiorem, niſi ex occaſione loci, cuius poſitio erat ad ſiniſtram manum eò tendẽtibus. Nam ic Circo Romano meta, ad quam Aurigę currus dirigebant, vt pęnè attingendo illam vitarent, erat ad læuam currentium, vnde fiebat, vt qui ad eam propius accederet, interior eſſet inter metam, & alios currus, qui magis ad dextram inclinabãt, adeo vt rota currus ſiniſtra præ dextra interior diceretur. Vnde quoniam illa meta Virgiliana in mari eodem, quo in Circo Romano modo ad lęuam erat poſita, interior dictus fuit ille, qui inter nauem magis diſtantem, & metam nauigauit. Hic enim *radit inter læuum interior*. Idque notanit Turnebus lib. 14. cap. 24. & Cerda ad eum locum. Itaque miror viros doctos hoc argumento vſos fuiſſe, quos merito Cerda reprehendit, nec illi ſcopum collimant, qui comitem interiorem eum dicunt qui eſt ad ſiniſtram manum, cum ille interior eſſet reſpectu illius, qui ipſum præcedebat, & lateronem agebat. Mos enim erat apud Romanos cum duo ſimul incedebant alterum minus dignum antecedere alium, & veluti ipſum defendere, vnde is qui erat magis dignus interior dicatur, vti oſtendit Lipſius l. 2. Elector. c. 2. & Cerda ab lib. 5. Virgilij.

Virgil.

Turneb. Cerda

Lipſius Cerda

Reſpondeamus exemplis. Sane omnium ſententia eſt, ad dexteram Patris ſederem filium honori dandum non quod ſit maior Patre cum æquales, ac idem ſint, ſed quod illo ſigno indicatur, quàm ſit honorificè à Patre exceptus: quod ad vltimum caput Marci expendit Maldonatus. Eodem ſenſu accipiendus alter locus de Regina à dextris pſal. 44. & 3. de Bethſabee ad dextram Salomonis, vti interpretes docent, quare nos iis ad probãdam dexteræ dignitatem vſi ſumus. Illud miror Binium primo tomo fol. 292. afferre in Tabulis, Chriſti Cucifixi Virginem ad Læuam, Ioannem ad dexteram collocari, deceptum dixerim, niſi forte in Germania ita ſit, certè in Italia, Gallia, & Hiſpania aliter

Maldon.

Binius

áliter poni ſolet .

De loco Eccleſiaſtico, quæ adducantur exempla videamus. Aiunt Baronius, & Binius in Concilio Niceno ſeſſum eo quo in Concilio Calcedonenſe ſeſſum eſt ordine, in quo ad dextram minus digni poſiti erant, ad ſiniſtram legati Papæ, & Patriarchæ Conſtantinopolitanus, & Alexandrinus. Huic exemplo addunt Adriani primi, cuius manum dexteram Carolus Magnus Imperator ad limina Apoſtolorum veniens tenuit, & Sergii, qui manum dexteram ſuam præbuit Ludouico; & Alexandri tertii, qui Venetiis à Friderico primo manu dextera apprehenſus ad Chorum Eccleſiæ Sancti Marci deductus fuit.

Baron. Binius — Adrian I. P. — Sergius P. — Alexand. III. P.

His exemplis ſic reſpondeo. Primo. Ex Chalcedonenſi Concilio deduci non poſſe ordinem ſedendi in Concilijs, nam in Chalcedonenſi nulla ſedes ponitur ad dextram, ſed omnes Patriarchæ cum Legatis Papæ locantur ad ſiniſtram, Iudices, & Patritii tenent locum medium ad Cancellos Altaris, idque expreſſe habetur in eo Concilio act, 1. fol. 40. in editione Binii. Vnde neſcio qui Baronio, & Binio venerit in mentem ordo ille ſedendi? In Niceno autem Concilio narrat Euſebius Euſthatium Antiochenum dextram tenuiſſe, læuam Oſium, & reliquos legatos Papæ cum ceteris Patriarchis, in medio ſedente Conſtantino. Vnde colligo neminem alium preter Euſthatium Antiochenum dextrum locum tenuiſſe. Et ratio tenendi fuit oratio, quam habuit ad Synodum, ob quam ei extra ordinem data ſedes. Verum quidem eſt Binium in Concilio Chalcedonenſi fol 411. dicere Martianum, & Pulcheriam Auguſtos cum Iudicibus, & ſenatu in medio ad Cancellos ſediſſe. Legatos Papę, & Anatolium Conſtantinopolitanum Patriarcham ad lęuam, Dioſcorum Alexandrinum & Iuuenalem Hieroſolymitanum ad dextram conſediſſe, quod ego in actis Concilii nõ inueni. Ne quis autem putet locum dextrum vacuum fuiſſe, ibi poni ſolita viuifica ligna, ideſt Crux & Euangelia. Quorum opinor reuerentia Patres ab eo loco arcebat. Patet autem illud ex octaua Synodo *act. 3. fol. 620. & act. 5. fol. 624.* Actione autem ſexta *fol 626.* videtur poni ad dexteram partem cum Euangeliis, & Cruce Imperator Baſilius. Idem habet actio 7 *fol. 643. & act. 8. fol. 660. Actione 9. fol. 664.* iterum ſacra ligna, & euangelia ſola ad dexteram poſita inueniuntur; & item *act. 10. fol 670.* nuſquam autem vllus Patrum in dextra ſedere ſcribitur.

Binius

In Sacra Synodo aliter ſe res habet. Medium locum occupat act. 1. Conſtantinus Pogonatus Imperator, à latere ſunt Conſules, & Patritii, ad læuam Legati Papæ, & Epiſcopi nonulli cum Vicario Hieroſolymitano; ad dexteram Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Alexandrinus fol. 16. In Concilio Cõſtantinopolitano ſub Mena ei præſidente, & medium tenente, legati Romanis locus dexter datur; patet ex act. 1. 2. 3. & 4. In Concilio autem Piſano in 3. tomo Conciliorum p. 2. fol. 385. referenr Patriarcham Alexandrinum, qui vice Præſidis erat, in medio ſitum: ad dexteram Patriarcham Antiochenum, & ad ſiniſtram Hieroſolymitanum, qui tres in eo Concilio fuerunt, erat vero nobilior Antiochenus. Tandem Concilium Tridentinum *Legatis Eccleſiaſtis* Ponticum partem dexteram, legatis Principum ſæcularibus ſiniſtram attribuit. De Florentino paulo poſt dicam. Hinc patet nec exempla fideliter referri, & ex iis probari ſiniſtram partem in Conciliis non eſſe dextera nobiliorem.

Pogonat: — Conc: Cõſtant. ſub Agapeto, & Mena. — Cnnc: Piſ: — Conc: Tr:

Alia exempla Imperatorem refutantur verbis Spondani ad ann. 774. num, 1. vbi ſic. *Quod audiſti de Carolo dextram Pontificis tenente, quia id ipſum, & de alijs Regibus, & Imperatoribus factum non ſemel ſimilibus congreſſibus legitur, ne tibi hac offendiculo ſint, rem non ita vulgarem refero ex veteri libro Pontificali Eccleſiæ Sancti Petri in Vaticano, qui aſſeruatur in eius Archiuio, ibi enim dum agitur de caremonia receptionis Regis coronandi in Imperatorem, & eius acceſſu ad Pontificem*

Sponden: — Pontific. Romanũ.

ſ:em, qui eum extra Eccleſiam opperitur, hæc habentur, quæ ipſe ego inde exſcripſi. Rex accedens ad Summum Pontificem reuerenter oſculatur pedes ipſius, & offerens ei aurum, quantum placuerit benignè recipitur ab eo ad oſculum, & ad amplexum, quo demum ſurgente, Rex ipſe à parte dextra, & rior Diaconorum à parte ſiniſtra deducunt eum vſque ad Eccleſiam. Expoſui ritum, nec quid amplius addo; quippè hæc pluſquam ſufficiũt ad tollendum omnem ſcrupulum. Mihi illud non videtur omittendum. Fridericum cum Alexandrum Tertium Papam manu dextera apprehendit ei lateronis loco fuiſſe, atque adeo obſequium præſtitiſſe, vti ex ipſa met hiſtoria patet. Nam ſuppedaneum conſcendenti equum ſubdidit, & poſtquam aſcendit freno deduxit, & ſtratorem egit.

Ex hoc reſponſo integra difficultas emergit; ſi dextera nobilior eſt, quomodo Paulus dexteram Petri tenet? Varii ſunt modi reſpondendi. Primus, in ſigillis partem dexteram inciſam, cum imprimitur, ſiniſtram reddere, inde accidiſſe, vt Petrus, qui erat in dextera parte ſigilli inciſus, ſiniſtrè impreſſus euaderet. Bona ſolutio in ſigillis; ſed in picturis, & ſtatuis non valet. Secundus modus. In Eccleſiis attendi poſituram Cœli, cuius pars auſtralis eſt nobilior Boreali. Eccleſias autem partim habere oſtia verſus Orientem, partim verſus Occidentem: illas Eopylas; has Eotholas appellari. In Eotholis partem dexterã eſſe ignobiliorem, nobiliorem ſiniſtram, in Eopylis contra. Hoc modo tenet Petrus, ſiue ad ſiniſtram, ſiue ad dexteram ponatur, locum digniorem reſpectu poſituræ Eccleſiarum. Hic tamen modus mihi futilis videtur. Primo, quia non conſtat partem Auſtralem nobiliorem eſſe Boreali, imo oppoſitum verius eſt, cum Borealis ſit ad dexteram Orientis ſolis, & multo ſyderibus illuſtrior. Secundo, quia non omnes Eccleſiæ ſunt Eopylæ, aut Eotholæ, in ijs vero, quæ non ſunt, modus iſte locum non habet. Tertio, quia in ipſis Eopylis, & Eotholis non obſeruatur ordo iſte poſituræ, vti recognoſcenti Romanas Eccleſias apparebit. Huc pertinet, quod ait Allatius, Græcos nobilitatem loci ex ingreſſu æſtimaſſe, vt quæ pars ingredientibus templum dextera eſſet, ea præſtaret; atque hac ratione in Concilio Florentino Imperatorem Græcum ad ſiniſtram altaris locum occupaſſe Græco ritu nobiliorem. Addit vero Leo Allatius in 8. *Synodo* Græca Legatos Bulgaros ad dexterã, & Francos ad ſiniſtram fuiſſe. De primo. In Concilio Florentino ſic habetur. *Ferrariæ cum de locis agi cæpiſſet, & Papa vellet medium locum inter duo latera in capite ſolitarius occupare, noluit Imperator. Conuentum, vt Papæ, & ſuis dextera pars Altaris ingredientibus. Læua Imperatori, & ſuis, ſiniſtra Altaris, dextera ingredientibus daretur.* Actum ita vtriſque contentis; nihil tamen inde ſequitur contra manus dexteræ dignitatem, imo ſemper ea ſeruatur, & expetitur. Quoad Synodum in 8. *Synodo* varietas eſt; Anaſtaſius enim act. 10. pag. 507. ſcribit legatos Francos ad dexteram fuiſſe, & ad eandem etiam Bulgaros poſt Francos conſediſſe; at vero Synodus Græca narrat Francos fuiſſe ad læuam, & Bulgaros ad dexteram; at non in primo ordine, ſed poſt Legatos Papæ, & quatuor Patriarchas, & Senatores; imo videntur fuiſſe poſt terga illorum; in Græco enim ſic habetur *poſt ad dextrum latus, Opiſlen en to dexio.* Quare non meliorem Francis locum occuparunt; vnde ſemper manus dexteræ ſuus honor, dignitaſque ſeruatur.

Leo Allat

Cõc. Flor

Octauã Synod,

Tertius modus eſt; negando Paulum ſemper ad dexteram Petri eſſe, quod ſæpè ad ſiniſtram Petri collocetur, vti aduertit Bellarmin. *lib. 1. de Roman. Pontif. cap. 27.* & Benedictus Iuſtinianus *prolog. in Epiſt. Pauli.* Ratio autem huius rei eſt, quam affert Petrus Damiani epiſt. 16. *Cum Petrus ad dexteram ponitur primatus eius honoratur; cum vero Paulus, in Beniamin, qui Filius dextrà nuncupatur, redolet Sacramentum:* Dicendum item inuicem

Benedict. Iuſtinian.

Petr. Dam

cem

cem ſibi præſtare propter dignitatem Petri, & propter doctrinam Pauli.

Quartus modus eſt. Petrum ad dexteram habere Paulum more Romano priſco, quod ſupra attigimus, vt tegat, et claudat latus Petri, & ſtricto gladio defendat; qui placet Bellarm. & Iuſtiniano, & Antonio Nebriſſenſi. Addo tamen Paulum non eſſe inſtar lateronis, ſed defenſoris, idcirco enim pingitur cum gladio.

Bellarm. Iuſtin. Nebrixa

Quintus modus eſt. Petrum vti caput, & principem Eccleſiæ in ſua domo meliorem locũ Paulo dare; quod Principes facere ſolent, cum claros hoſpites etiam minus ſe dignos accipiunt. Hic vniuerſalis modus eſt, qui etſi parum Leoni Allario probetur, lib. 1. cap. 6. mihi vehementer probatur, quod ex eo primatus Petri confirmatur; nec eſt argutia futilis, ſed veritas ſolida, qua & ſtatuitur Primatus, & ſeruatur Vrbanitas. Quod autem extra Romam ita fiat, mirum non eſt, tum quia potuit ille mos Romæ inchoari, & inde ad alias gentes tranſire, tum quia Petrus, vbicunque ſit, Eccleſię Princeps illius eſt, & caput, cum totius vniuerſalis Eccleſiæ caput ſit, quo retunditur Leonis obiectio. Addo momentum exemplo Conſtantini Imperatoris, qui Sopatrum Philoſophum ad dexteram ſuã conſidere fecit. Illuſtrius eſt illud ex vulgari narratione, quæ circumfertur. Cum Stephani Martyris corpus in Sepulcrum Laurentij Martyris inferretur, ceſſiſſe loco huius corpus, & dexterum latus Stephano cõceſſiſſe. Quo & dexteræ manus præſtantia declaratur, & Vrbanitatis officium, vel in mortuis Sanctis commendatur. Nec opponat quis Stephanum Protomartyis titulo Laurentio præſtare, vt enim id verum ſit, idem ego, opinor, ſi adueniret Sebaſtianus, aut Vincentius Laurentius eſſet facturus. Ius itaq; Stephano tribuo, ſed Laurentio non aufero vrbanitatem. Hiſtoriam narrat Villegas, ne quid ſine Authore dicam.

Addo pro Coronide, ad Petri dignitatem confirmandam: & illius Sedis prærogatiuam aſſerendam. Quod omnes, ac ſolæ illæ Eccleſiæ quas Petrus fundauit habitas eſſe Patriarchales. Conſtat Eccleſias propriè Principes, & Patriarchales tres extitiſſe. Numerem ordine dignitatis. Romanam, Alexandrinam, Antiochenam. Hoc autem patet ex Concilio Niceno can. 6. ex Chalcedonenſi Act. 16. ex epiſt. 3. Anacleti, ex epiſt. 53. Leonis ad Anatolium: ex Epiſt. Gregorij ad Eulogium, quæ eſt 37. lib. 6. nec id Hæreſiarchæ Lutherus, & Caluinus inficiãtur. De Hieroſolymitana, ea per annos fermè quingẽtos habuit titulũ, & honorem Patriarchalis, ſed non habuit rẽ, & iuriſdictionem: nec enim vlli Archiepiſcopo, aut Epiſcopo Patriarcha præerat, imo erat ſubiectus Archiepiſcopo Cæſarienſi, qui erat Metropolitanus Paleſtinæ, nec ei tantum, ſed etiam Patriarchæ Antiocheno, qui toti Orienti præerat. Et quanquam Niceni Concilij Canon 7. decernat, vt Aeliæ, ideſt Hieroſolymæ Epiſcopus habeat honorem poſt Romanum, & Alexandrinum, & Antiochenum, vult tamen vt nihil detrahatur Metropolitano Cæſarienſi. Patriarchatus Conſtantinopolitanus tempore Niceni Concilii, imo ne Conſtantinopolis quidem erat, & quanquam poſt conditam à Conſtantino eam vrbem, anno quinto poſt Concilium Nicenum Patriarchalis eſſe cœperit, & in Concilio Conſtantinopolitano primo primum poſt Romanam ſedem locum affectarit, eum ante Iuſtiniani tempora, ideſt Anno Chriſti D. obtinere non potuit. Ex tunc vero duæ iſtæ Conſtantinopolitana, & Hieroſolymitana Patriarchales extiterũt. Antea non erant, atque idcirco diximus tres tantum propriè Patriarchales fuiſſe, ideſt ratione ſuæ inſtitutionis.

Ratio autem ea eſt, quòd Petrus in ijs tanquam Epiſcopus ſedit. In Antiochena, & Romana patet, in Alexandrina per diſcipulum ſuum Marcum, quem eo nomine ſuo futurum Epiſcopum miſit: quanquam Nicephorus lib. 14. cap. 3. per ſe Alexandriæ ſediſſe narrat. Perſpicuè hoc

tradit

Digitized by Google

Greg. M: tradit S. Gregorius Magnus lib. 6. Epiſtol. epiſt. 37. ad Eulogium Alexandrinum vbi ſic ait *Cum multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorum Principis ſedes in authoritate conualuit, qua in tribus locis vnius eſt. Ipſe enim ſublimauit Sedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem vitam finire dignatus eſt: ipſe decorauit ſedem in quã Euangeliſtam diſcipulum miſit: ipſe firmauit Sedem in qua ſeptem annis, quamuis diſceſſurus ſedit. Cum ergo vnius atque vna ſit Sedes, cui ex authoritate diuina tres nunc Epiſcopi præſident, quicquid ego de vobis audio mihi imputo.* Vbi notandum dixiſſe Eccleſiam Alexandrinam eſſe Patriarchalem, quia ad eam miſit Marcum Euangeliſtam: non, quod ait Nicephorus, quia ipſemet præſediſſet.

Leo M. Leo Papa prius eo, & Papa, & Magnus idem tradidit Epiſtola 53. ad Anaſtaſium, his verbis. *Nihil Alexandrinæ ſedi, eius, quam per Marcum Euangeliſtam diſcipulum Beati Petri meruit, pereat dignitatis. Antiochena quoque Eccleſia in qua primum prædicante Apoſtolo Petro Chriſtianum nomen exortum eſt, in paterna conſtitutionis ordine perſeueret, & in gradu tertio collocata, nunquam fiat inferior.*

Anacl. Anacletus idem ante duos Pontifices Pontifex vetuſtior dixerat epiſt. 3. *Secunda*, inquit, *Sedes apud Alexendriam B. Petri nomine à Marco eius diſcipulo conſecrata eſt. Tertia autem Sedes, apud Antiochiam eiuſdem B. Petri nomine habetur honorabilis.*

Hac ratione tres inſtitutæ. Romana Prima. Secunda Alexandrina. Tertia Antiochena ordine dignitatis. Omnes à Petro conſtitutæ. Ex quo manifeſtè apparet ſolius Petri fuiſſe Eccleſię Principatum: non cum eo alterius, cum in erectione ſedium Patriarchaliũ nullius ſit habita ratio Apoſtolorum. Itaque Pauli nulla mentio. *C*um tamen ſuerit *A*poſtolus antonomaſticè nuncupatus. Quare errarunt, qui dixerunt, Cathedram Romanam communem fuiſſe Petro, & Paulo, eoſque ambos in vnum Caput coaluiſſe, quod olim *M*arcus Antonius de Dominis, in ſua Republ. conatus eſt inuehere, verſutus, & ſubditus *H*æreticus; & poſt eum Anonymus iſte, aduerſus quem calamum atripuimus. Contra primum Bouerius eruditè, & *B*ecanus doctè, contra ſecundum Diana, *A*uguſtinus de *B*ellis, & Leo Allatius luculenter præter alios ſcripſerunt. *N*os pauperculi minuta noſtra pro tenuitate copiolarum noſtrarum contulimus.

Atque hic Claues Petri tinnitu illarum excitati paulùm deponimus, vt interim reſpiremus, & ad alias quæſtiones quas ſecum trahunt animum hac maiori cura vacuum, calamumque præparemus. Quæ autem hucuſque de dignitate, & poteſtate, & authoritate Petri, & Pontificum poteſtate diximus ſtudio vnius veritatis dixiſſe confirmamus.

LIBER SECVNDVS.

DE FIDE DOGMATICA MYSTERIORVM.

CONTROVERSIA PRIMA CVM HÆRETICIS.

De Canone, Authoritate, Intelligentia, Interpretatione, & vſu Sacrorum Bibliorum.

PROLVSIO.

De Hæreticorum fraude, & fuco obiecta ſpecie Sacræ Eruditionis.

SOLEMNIS, & vetus Hæreticorũ ars fuit, aſſiduam, & publicam Sacris Litteris operam dare, illarũ ſibi arrogare ſcientiam, ſententias colligere, teſtimonia citare, locos producere, ſuaſque ijs opinationes confirmare, & ſacras quodammodo reddere. Mira ſanè, & audacia, & fidentia, vtraque accerſita ex aſtutia, vt hac oſtentatione, & pompa cum imperitos deciperent, tùm doctos deterrerent; ſibique imprimis conſulerent ne caperentur, imo & ipſi multo caperent obiecta ſpecie Religionis, quæ & eoſdem ab iniuria defenderet, & alios in partes traheret.

Verum fallere Catholicos non potuerunt, qui in ipſiſmet Scripturis, quaſi ſanctiùs tractabant, inuenerunt huiuſce artis, quam venditabant, authorem Diabolum extitiſſe: hic enim cùm ad Chriſtum tentator aſtutus acceſſiſſet teſtimonio Sacro ea vſus, eique ſuaſit præcipitium. *Mitte te deorſum: ſcriptum eſt enim Angelis ſuis Deus mandauit de te &c.* Matth. 4. Pſal. 90. Inſigni profecto impudentia. Verbum Dei, Dei Verbo appetijt, & cum eſſet. *Mendax, & Pater mendacij*, Ioan 8 furatus eſt teſtimonium veritatis. Primus itaque fuit authore Nazianzeno *Latro ſcripturarum*. Nazianz. In hac ſchola, ab hoc Magiſtro didicerunt illi, quos Chriſtus, *fures, & latrones* Ioan. 10. appellauit: Ioan. 10. qui non vocati à Deo, & per oſtium admiſſi ſunt, ſed ſponte venerunt, & aliundè aſcenderunt, quos manife-

Matth. 7 ſtius deſcripſit Matth. 7. *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in Veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Qui tunc erant Phariſæi, nunc ſunt Hæretici, eorum haud dubiè ſucceſſores, teſte Vincentio Vincent. Lyren. Lyrinenſi libro contra Prophanas Hæreſum nouitates cap. 36. *Quid eſt,* inquit, *Veſtitus Ouium, niſi Prophetarum, & Apoſtolorum proloquia? qui ſunt lupi rapaces, niſi ſenſus Hæreticorum feri, & rabidi, qui caulas Eccleſiæ ſemper infeſtant, & gregem Chriſti, quaqua poſſunt dilacerant? ſed vt fallacius incautis ouibus obrepant, manente luporum feritate, deponunt lupinam ſpeciem, & ſe ſe diuinæ legis ſententijs velut quibuſdam velleribus obuoluunt.*

Ab ijs tum maximè cauendum, cum locos, & Textus Sacros adducunt; comparant enim ſe ad fallendum, & obiectu veritatis fucum faciunt. De eo nos monuit Chriſtus, quem ipſi obtrudunt, vt excludant: Matth. 24. *Si quis vobis dixerit, hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere.* Et rurſum: *Si dixerint. Ecce in deſerto eſt; nolite exire: ecce in penetralibus; nolite credere.* Locos proferent, digito in ijs Chriſtum intento monſtrabunt, hic eſt, illic eſt. In ſcripturas penetraſſe ſe, vbi habitat, dicent. *In penetralibus.* Doli ſunt, impoſturæ ſunt *nolite credere. Dicit enim ille,* ait Origenes, Origen in Matt Homil. 29. *qui ſeducere vos voluerit. Ecce hic eſt Chriſtus monſtrans V. G. hunc Euangelij locum. Alterius autem Author erroris dicet: Ecce hic eſt Chriſtus, offerens ad exemplum alterum textum.* Huiuſmodi ſunt *operarij* illi apud Paulum Corint. 11 2. ad Corinth. 11. *Subdoli transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti,* quaſi cum ijs prædicantes, & demonſtrantes ſcripturas; ſed eas tamen euertentes, & adulterantes, *conturbant fideles, & volunt conuertere,* vt ait Galat. 1 Paulus ad Galat. 1. *ad Euangelium Chriſti, vt ab hoc in aliud quod non eſt aliud,* hac ratione, vti Galal. 3 *Galatæ inſenſati transferantur.* Apud quos, teſte Chryſoſt. Chryſoſtomo, *Impoſtores illi fraudi prætexebant Euangelij nomen.*

Nihil frequentius vſurpant Lutherani, & Caluiniani, quàm Euangelium. Hoc in ore habent, hoc in ſcriptis, in Concionibus ſuis tertio quoque verbo panunt. *Euangelicos* ſe dicunt, & clamant, transfigurant ſe in Euangeliſtas, vti Satanas in Angelum lucis; 2. Cor. 11. Mittunt Epiſtolas, vt Catholicos deciplant, & deterreant, quemadmodum miſerat ille impoſtor Pauli nomine ad Theſſalonicenſes, eaſque doctrinæ Pauli, imo & Chriſti implent, 2. Theſſal. 2. ſed detortæ, & deprauatæ, more illorum quos commemorat Petrus, *qui* 2. Pet. c. 3. *indocti, & inſtabiles Pauli epiſtolas deprauabant, ſicut & alias ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem.* Ad hos ſanè reſpiciebat Chriſtus, cum Phariſæos increpabat Matth. 22. *Erratis ne-* Matth. 22. *ſcientes ſcripturas,* cum tamen ipſi earum ſibi maximè peritiam vindicarent, adeo vt clauem ſcientiæ apud ſe habere crederent. *Væ vobis qui tuli-* Luc. 11 *ſtis Clauem ſcientiæ.* Tulerant, ſed adulterinam, non germanam, proindeque errabant. Ipſa ſcripturarum lectio, & interpretatio priuato ſpiritu temerè facta eos in errorem induxerat. Nam authore Auguſtino l. 7. de Auguſt. Geneſi ad litteram c. 9. *Non ob aliud ſunt Hæretici, niſi quia ſcripturas non rectè intelligentes ſuas falſas opiniones contra earum veritatem pertinaciter aſſerunt.* Ita cum Eccleſia Sponſa Chriſti agunt, ſicut olim cum Chriſto Sponſo Phariſæi; hi quippe Scripturarum teſtimonijs eum quem illæ totæ aſſerebant, & perſonabant prauè intellectis impetebant. Negabant eſſe Meſſiam, quem illæ eſſe affirmabant. *Nunquid à Galilea venit Chriſtus?* Matth. 4. *Et ſcrutare ſcrip-* Matth. 4 *turas, & vide quia à Galilea Propheta non ſurgit.* Ioann. 7. Quia legem Ioan. 7 ipſam per quam Chriſtus æterna ſalus promiſſus, & quam ille ſaluam, & integram, & perfectam volebat, *non venit ſoluere, ſed adimplere,* in Chriſti perniciem armarunt, & in cædem cõuerterunt. *Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia Filium Dei ſe fecit.* Ioan. 19. Ioan 19.

Sic Arius verbis Chriſti. *Pater ma-* Ioan. 14 *ior me eſt,* Verbum ipſum Chriſtum

Dei

Digitized by Google

Dei Filium impugnabat. Ita Calui-
nus Chriſtum veritatem Corporis ſui
Matt. 26. **in Euchariſtia affirmantem.** ***Hoc eſt***
corpus meum, verbis Chriſti refellit,
Ioan. 15. *Ego ſum vitis*, *Ego ſum lux*, & rem in
vmbram, veritatem in fucum vertit.
Tam procul eſt à vero, qui Scripturis
ſtudet: ijſque vtitur ſine delectu ta-
men, & temerè, vt hoc ipſo veritatem
attringere nequeat, vti grauiſſimi iu-
Tertull. dicij vir Tertullianus dixit. *Non pe-*
riclitor dicere ipſas quoque ſcripturas,
ſic eſſe ex Dei voluntate diſpoſitas, vt
Hæreticis materiam ſubminiſtrarent;
cum legam oportere Hæreſes eſſe, quæ
ſine ſcripturis eſſe non poſſent. Ita li-
bro de Præſcriptionibus.

In ſcopuloſo verſantur, cùm legunt
Scripturas, & ſuo ſenſu interpretan-
tur. Iactare ſe non debent, ſed time-
Auguſt. re ne labantur. Vti enim ait Auguſt.
lib. de Fide, & Symbolo c.9. Multa de
Chriſto inueniũtur in Scripturis ita di-
cta, vt impias Hæreticorum mentes pri-
us volentes dicere, quàm noſſe, in erro-
rem miſerint. Oportet accuratè lege-
re, & rectè intelligere. *De intelligen-*
Hilar: *tia quippe Hæreſis eſt*, inquit Hilarius
non de Sriptura: ſenſus non ſermo, fit
crimen. Non ſunt docti, non Chri-
ſtiani, quia legunt, nec Hæretici legen-
do fiunt, ſed malè intelligendo. *Hæ-*
Ambroſ. *retici*, ait Ambroſius, ſeu Ambroſi-
aſter *in Comment. ad Titum.3. per ver-*
ba legis legem impugnant, & proprium
ſenſum verbis adſtruunt legis. Luthe-
rani, & Caluiniani ore tenus Euange-
lici ſunt. Plenis buccis erepant Euan-
gelia. Hoc & Pſiſtacis licere poterit.
Si Cedrum inſidat, roſtro earticem
punget, & ſonum edet. At penetra-
re altiùs & medullã tollere, ſoli Aqui-
læ radijs ſolis aſſuetæ datur. *Non in*
Hieròn. *verbis Scripturarum* inquit Hierony-
mus *in comment. ad Golat.1. eſt Euan-*
gelium, ſed in ſenſu; non in ſuperficie,
ſed in medulla. Folia Bibliorum ver-
ſant Hæretici, & ſtrepitum inanem ex-
eitant, ibi ſcribunt ſua oracula, verius
fabulas. His literiones delectantur
intra litteras Grammatici, *nec folium*
poſſunt recitare Sibyllæ, niſi forte *ſi qua*
volant, rapidis ludibria ventis. Pergit
ire Hieronymus. ***Non in folijs ſermo-***
num ſenſus eſt, ſed in radice rationis,
hanc nec habent, nec inquirunt: nem-
pe *circumferuntur omni vento doctri-*
næ: haud ſanè *in Chriſto radicati, &*
fundati, ſed in arena mobili incertaque
verſatiles, *Cæci, & duces cæcorum*: quid
prodeſt ſcripturas euoluere ſi eas ca-
pti oculis minimè capiunt. Dicunt,
quod Fauſtus dixit apud Auguſtinum Auguſt.
lib.56. c.14. quod omnem Moyſeos ſcri-
pturam ſcrutatus nullas ibi de Chriſto
prophetias inuenit. quibus ego cum
Augſtino reſpondeo *quia non intelli-*
gunt, & ſi cur non intelligant quiſpiam
quæſierit reſpondebo: quia inimico, quia
auerſo animo legunt: quia non ideo ſcru-
tantur vt ſciant, ſed quod neſciunt ſcire
ſe putant. Hæc præſumptio tumidæ arro-
gantiæ oculum cordis, vel claudit, vt om-
nino non videant, vel diſtorquet, vt per-
uersè videant. Deſipiunt ergo Luthe-
rani, & Calniniani, cùm gloriantur de
ſcientia ſcripturarum: delirãt cùm im-
peritiam nobis obijciunt. Nempe im-
pudenter mentiuntur. Induunt ſe
alienis plumis, ac præter plumas, nil
ſucci, nil pleni habent; *toti ſunt voces,*
prætereà nihil. Detrahe illis literarum
externarum plumas, manebit vnuſ-
quiſque *Cornix ſurtiuis nudata colori-*
bus. Clamet malis auibus Lutherus Luther.
in Colloquio Vvormatienſi Verbum
Dei in Concilio Conſtantienſi dam-
natum fuiſſe, an idcirco credemus?
quid ſit Verbum Dei non intelligit.
Nam ſi intelligeret agnoſceret in Cõ-
cilio. Id credimus affirmanti in omni
ſibi diſceptatione de Religione cum
Catholicis, illum finem eſſe propoſi-
tum, *vt Verbum Dei liberum ſit, non*
ligatum, id eſt ſuo arbitrio ſubiectum,
& omnium interpretationi expoſitum
etiam fœminarum; non ligatum regu-
lis, non vinctum præceptis, non di-
ſtinctum ſenſibus, ſed fluxum, confu-
ſum, diſſipatum, ſcopas diſſolutas.
Salsè queſtus eſt, imo inſulsè cùm
Vvormatia in Germaniam redijt *ſe ob-*
tinere non potuiſſe Vvormatiæ, vt Verbũ
Dei audiretur. Quod Verbum Dei? Nõ
illud bonum de quo Dauid. *Eructa-* Pſal.44.
uit cor meum Verbum bonum, ſed quod

Digitized by Google

Lutherus ructabat, cum edormiebat crapulam, & exhalabat: quod audiri non poterat niſi à temulentis, cuius quod erant ſobrij, Vvormatiæ Auditores non erant. Vt autem appareat cuiuſmodi eſſet illud Verbum Dei quo ſe plenum eſſe Lutherus iactabat,
Caluinus — Caluinus explicabit, quem quia ſimile Verbum afferebat placet audire. Hic igitur *lib.4. Inſtitut. c.17. §.25.* ſic de Luthero, & Lutheranis. *Excipiunt ſe Verbum Dei habere quo palam facta eſt Dei voluntas, nempe ſi illis conceditur donum interpretationis ex Eccleſia profligere quod Verbum lucem afferat, fateor illos habere Verbum, ſed quale olim Antropomorphitæ cùm Deum corporeum fecerunt, quod Marcion, & Manichæi cum fingerent Chriſti corpus, vel cæleſte, vel phantaſticum: citabant enim teſtimonia. Primus Adam è terra terreſtris, ſecundus Adam è Cælo cæleſtis. Item, ita Chriſtus ſeipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, & habitu inuentus eſt vt homo.* Hoc, Caluini de Verbo Dei lutheranico iudicium. De Caluiniano idem Lutherani iudicant, & idem Caluinus ſibi hoc ſuo de lutheranis iudicio, & Aſſeclis fabam cudit & fabulam canit. Eum itaque moneo, & in aurem ſuggero.

Mutato nomine de Te fabula narratur.

Certè tùm de Lutheranis, & Luthero, tùm de Caluinianis, & Caluino, aliiſque eiuſdem furfuris Hæreticis illud Tertulliani aptè, opinor, vſurpari, ac — Tertul.
prædicare poſſumus. *Idem licuit Valentinianis quod Valentino, idem Marcioniſtis quod Marcioni de arbitrio ſuo fidem innouare.* Mutatis nominibus nihilominus conſtat ſententia. Nobis Catholicis illa Auguſtini *lib.1. contra* — Auguſt.
Creſconium c.33. arridet maximè. *Facimus quod vniuerſæ iam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarũ commendat authoritas, vt quoniam ſancta ſcriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit in hac obſcuritate quæſtionis eandem Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine ambiguitate S. Scriptura demõſtrat.* Itaque nos ab Eccleſia intra Eccleſiã Verbum Dei, & audimus, & diſcimus: illi à priuato ſpiritu extra Eccleſiam, & audiunt, & diſcunt. Vtri melius, & certius, vel cæci viderint.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA

DE SCRIPTVRIS SACRIS.

CAPVT I.

Canon Sacrorum Bibliorum proponitur, & eorum Authores proferuntur.

VTRIVSQVE Teſtamenti Veteris, & noui Canonicos libros quærimus, id eſt, qui ſacro Catalogo continentur, & idea, & norma Catholieæ doctrinę ae vitæ ſunt: vtrumque enim & Catalogum, & normam Canon ſigni-
Co.Car.3. ficat, quo nomine vtitur Concilium
Innoc.I. Carthaginienſe tertium *c.*47.& Inno-
Auguſt. centius I.epiſt.*ad Exuperi.c.*7.&Aug.*l.* 2. *de Doctrina Chriſtiana c.*8. Veteris autem Teſtamenti duplex eſt Canon, Alter Hebraicus, alter Latinus. Hebraicus veteris tantum: latinus veteris, & noui Teſtamenti libros continet. Latinus plenior,& perfectior; liquet de eo qui vtrumque Teſtamentum comprehendit. De eo qui vetus item patet. Canon quippe Hebraicus triginta ſeptem, excluſis octo: latinus quadraginta quinque numerat, octo
D. Paul. illis admiſſis. Adeo vera eſt illa Pauli ſententia *nihil ad perfectum adduxit lex* ad Hebr.7. Canon autem latinus per-
Co.Car.3. fectus; primùm à Concilio Carthag. 3.(in quo fuit Auguſtinus) contextus.
Auguſt. Deinde ab ipſomet Auguſtino *lib.*2. *de Doctrina Chriſtiana c.*8. *productus.*
Innoc.I. Tertiùm ab Innocentio I. Epiſtola ad
Gelaſius Exuperium c.7. probatus. Quartùm à Gelaſio cum ſeptuaginta Epiſcoporum Concilio receptus. Tandem au-
Conc.Tr. thoritate Concilij vniuerſalis Tridentini ſeſſ.4. confirmatus. Cuius venerabile Decretum hic inſerere operæ pretium duco, ac in eo omnes ſacros libros repræſentare.

Sunt verò, ait Concilium, *infraſcripti. Teſtamenti Veteris. Quinque Moyſi, id eſt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ioſue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, Duo Paralipomenon, Eſdræ primus, & ſecundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Eſther, Iob, Pſalterium Dauidicum centũ quinquaginta Pſalmorum, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias, Ieremias, cum Baruch; Ezechiel; Daniel; Duodecim Prophetæ minores, id eſt Oſee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Duo Machabæorum Primus & ſecundus. Teſtamenti noui quatuor Euangelia ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, Actus Apoſtolorum à Luca Euangeliſta conſcripti: quatuordecim Epiſtolæ Pauli Apoſtoli, ſcilicet ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos; Petri Apoſtoli duæ, Ioannis Apoſtoli tres: Iacobi Apoſtoli vna: Iudæ Apoſtoli vna, & Apocalypſis Ioannis Apoſtoli. Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & in Veteri vulgata latina editione habentur, pro ſacris, & Canonicis non ſuſceperit, & traditiones prædictas ſciens, & prudens contempſerit, Anathema ſit.*

Itaque libri Veteris Teſtamenti quadraginta quinque: Noui viginti ſeptem numerantur. Omnes ſeptuaginta duo. Cui numero tum interpretum legis, tum Diſcipulorum Chriſti numerus reſpondet: quod me primum obſeruaſſe credideram, ſed occupatũ

id

Raban. Naur. id poſtea reperi à Rabano Mauro *lib. 2. de Inſtit. Clericorum c. 53.* quo authore meam obſeruationem confirmo. Nec temere obſeruaui; vt neque interpretari cuiquam, nec diſcere extra Canonem liceat: quare omnis interpretatio, & diſciplina intra Canonem eſto. Cuius authoritas ſacroſancta; nec nos maius illi momentũ optare poſſumus, quàm quod ex teſtimonijs tot Conciliorum & Eccleſiæ conſenſu accedit.

Gelaſ. Quidam remouendi ſunt ſcrupuli. Primus in Gelaſij Catalogo pauciores cenſentur Veteris Teſtamenti libri: nec enim Baruch numeratur, & Eſdræ vnus, & Machabæorum vnus ponitur. Facilè hic euellitur reſpondendo
Cõc: Carthag: Innoc. I. Anguſt. Baruch, & Ieremiam pro vno haberi, cum Baruch Ieremiæ amanuenſis fuerit. Qua ratione à Concilio Carthagin. & Innocentio, & Auguſtino ſupprimitur. Libri autem Eſdræ duo, & totidem Machabæorom, vnius libri nomine computantur.

Secundus. In Canone Hebræorum octo libri deſiderantur, ſcilicet Tobias, Iudith, Eſther, Sapientia, Eccleſiaſticus, Baruch, & duo libri Machabæorum; quamquam librum
Hieron. Lyran. Eſther deſiderari negent Hieronymus in Prologo galeato, & Lyranus ſuper eum librum. Cæterum ſcrupulus tollitur, dicendo Synagogam, vel minus perfectam breuiori Canone contentam fuiſſe. Quod autem in Eccleſia Catholica; quidam de ijs libris dubitarint, id eis licuit; quando nihil ſuper eo erat ab Eccleſia definitum, quod nunc minimè licebit.

Conc. Laodicen. Tertius, & aliquanto maior. Concilium Laodicenum inito Sacrorum Librorum numero cap. 59. præterit in Veteri Teſtamento Tobiam, Iudith, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Machabæos; & in nouo Apocalypſim. Remouetur tamen animaduertendo, Concilium noluiſſe, niſi certos tantũ, & indubitatos libros referre: de quibus aliqua erat controuerſia, eos prætermiſiſſe. Nec id mirandum, cùm Eccleſia Dei paulatim diſcendo proficiat more Apoſtolorum, qui non omnia ſimul portare poterant: quòd ſi Chriſtus ætate proficiebat, & ſapiẽtia, Chriſti ſponſam ſic oportuit proficere; ideo enim Auroræ comparatur conſurgenti, & creſcenti donec ad lucem Solis in Cœlo perueniat. Eo iam tamen proceſſit, vt illam quoque lucem hauſerit in Concilio Tridentino, quam adhuc non hauſerat in Laodiceno. Status Eccleſiæ in via, militantis eſt, & proficientis: & quemadmodum in virtutibus, & gratia perfectam ſanctitatem non habet, & ſuos patitur in membris ſuis, teſte Augu-
ſtino contra Pelagium, venialium næuos; ita etiam in doctrina, & in- Auguſt.
telligentia non omni ex parte illuminatur, cum videat *per ſpeculum; & in ænigmate*, atque adeo aliquid caliginis pati videatur, non in qua ſit error, ſed vmbræ, quam non niſi lux diuinæ beatitatis conſumat. Itaque exiſtimandum eſt nonnulla adhuc latere *Eccleſiam*; quæ temporis decurſu forte, ſi Deo placebit, comperiet: Deus enim illi reuelare poterit. Cuiuſmodi ſunt duæ celeberrimæ, de Conceptione immaculata, & de Concordia libertatis cum gratia nobiles Controuerſiæ. His reſponſionibus ora latrantium Hæreticorum obturabuntur.

De Authoribus Librorum prolixa, ſed ſcitu digna quæſtio eſt. Primum hiſtoricos vindico; de quibus ita iudico. Pentateuchi, ideſt Geneſeos,
Exodi, Leuitici, Numeri, Deuteronomij, excepto huius vltimo capite Hier. contr. Heluid. Aug. l. 3 ... Confeſſ.
in quo Moyſis obitus narratur, ipſemet Moyſes Author fuit. Hoc vlti- Iunil. de part. Diui leg.
mum caput, & librum Ioſue præter vltimam partem, quæ mortem Ioſue continet, ſcripſit Ioſue, licet repugnet Maſius, & Torniellus. Liber Maſius Torniell.
Iudicum, & Ruth, & primus Regum ad mortem vſque Samuelis, non aliũ, opinor, quam Samuelem ſcriptorem habuit. Hic autem mirari libet, quid mouere potuerit D. Gregorium Pro- D. Greg.
logo in libros Regum, tantum Doctorem, & Becanum in Opuſculo, Ana- Becanus
logia Veteris Teſtamenti quæſt. 3. vt dicerent librum primum, & ſecun-
dum

Digitized by Google

dum Regum à Samuele ſcriptos fuiſſe, cum is mortuus ſit ante Saulem, & partem reliquam libri primi à cap. 17. vbi mortuus Samuel dicitur ſcribere non potuerit, ac multominus librum ſecundum, cuius eo iam defuncto hiſtoria tota ſucceſſit. Nec iuuat reſpondere Samuelem ſpiritu ea omnia præuidiſſe, & inſtar Prophetiæ ſcripſiſſe: nec enim videtur conſentaneus Hiſtoriæ ille ſcribendi modus. Nam licet Prophetæ quædam in ſuis libris hiſtoricè ponant, ſunt tamen ea pauca, & inſignia, & apta ad Myſticos ſenſus: at verò argumentum, & ſtylus libri ſecundi Regum non patitur illam rationem Propheticè ſcribendi. Deinde ſi ex eo quod Samuel prophetare ventura potuit, narrare potuit; quid moramur omnium librorum, qui incertos Authores habent, vel Moyſen, vel Ioſue, vel ipſum, et Samuelem Authores facere? Et cur ſemper idonei Interpretes excipiunt mortis tempus; ſignificantes non potuiſſe Scriptores, aut viuos mortem ſuam prædicere, aut mortuos ſcribere? Itaque ſecundum, & tertium, & quartum Regum libros cum reliqua primi parte Ieremiæ aſſigno, cui poſteriores aſſignantur ab Iſidoro lib. 6. Ethymologiarum, & Sixto Senenſi lib. 1. Bibliothecæ, quamuis alij Eſdræ malint: quem non dubito vtriuſque Paralipomenon libri fuiſſe authorem. Verũ autem Nathan, & Gad Prophetæ, cum Ahia, & Semeia, item Prophetis partes quaſdam hiſtoriæ illius Regum, quæ ſuis reſpondebat temporibus ſcripſerint, conſtare videtur ex lib. 2. Paralipom. c. 9. & 12. quibus aſſumptis partibus Ieremias, & Eſdras additis reliquis ſuccedentis temporis actis libros compoſuerunt. Primus Eſdr. æeundem certè Scriptorem habuit. Secundus Nehemiam, eum hoc initium præferat. *Verba Nehemiæ filij Helciæ.*

Iſidor.
Sixt. Sen.

Paral. 2. & 12

De libro Iob maior eſt Controuerſia. Nazianzenus oratione ad Iulianum: Salomoni (teſte Niceta Scholiaſte) adſcribit. Origenes, & Rabbini, & Beda Commentarijs in Iob Moyſi attribuunt. Iobo Albertus Magnus, & Hugo Cardinalis, & recentiores Interpretes reddunt. D. Thomas rem in medio relinquit. Nobis videtur Iobi opus eſſe, Syriacè, & Arabicè ſcriptum ab ipſo, & poſtea à Moyſe, qui multo eo fuit poſterior, hebraico idiomate donatum. Tobiæ liber à Tobia iuniore filio cæci. Iudith ab Eliachim magno ſacerdote. Eſtheris à Mardocheo cõpoſiti. Sic idonei Authores, apud Sixtum Senenſem, & Driedonem, Grauinam, & Bellarminum. Machabæorum primi, me Iudice, Iudas ipſe Machabæus ante Cæſarem, & bellator, & ſcriptor author fuit: apparet enim ex 2. Machabæorum cap. 2. eum nonnulla in Commentarios retuliſſe, ex quibus liber conflatus, cuius author fuit Iudas Eſſenus, quem Ioſephus Prophetam appellat, teſte Ruperto lib. 10. c. 15. Secundi incertus eſt author, qui compilator potius videtur rerum ex iiſdem Iudæ Commentarijs, quàm ſcriptor fuiſſe.

Nazianz.
Nicetas,
Origenes
Rabbini

Beda
Albertus,
Hug. Car.
D. Thom.

Sixt. Sen.
Dried.
Bellarm.
Grauina

Ioſephus
Rupert.

Ad Agiographos, & Prophetales venio. Pſalmorum, Dauid, & eſt, & habetur Author. An omnes ipſe compoſuerit ambigitur. Athanaſio in Synopſi, Hilario in Prologo, Hieronymo Epiſt. 144. & 159. Lyra, & Abulenſi negantibus, ac ſolum eos, qui Dauidis nomen proferunt illi tribuẽtibus. Equidem omnium fuiſſe authorem malo cum Chryſoſtomo 1. & 2. Prologo in Pſalmos. Auguſtino lib. 17. de Ciuit. cap. 17. ac cæteris ferme poſt eum Scriptoribus. Quod autem magna eorum pars inſcripti ſunt nomine Aſaph, Ethan, & Idithum, inde eſt, quod hi Cantores, & Choragi eorum Pſalmorum fuerunt: quo ſenſu dixit Auguſt. in pſal. 1. nouem tantum Pſalmos Dauidi tribuendos, quos ille nempe, et condidit, et cecinit. Salomonis libri indubitati tres; Prouerbia Eccleſiaſtes, Cantica; eiuſdem eſſe librum Sapientiæ veroſimilius. Eccleſiaſticus Ieſu, Auo Sirachi vni ex ſeptuaginta Interpretibus Genebrardo teſte in Chronologia, aſſignan-

Athanaſ:
Hilar.
Hieron:
Lyran.
Abulenſ.

Chryſoſt.
Baſil:
Ambroſ.
Ruffin.
Auguſt.

Genebr.

Varabl: Lyran:

gnandus, quem Ieſum eius Pronepotem Græcè tranſtuliſſe Vatablus, et Lyranus affirmant.

De Prophetiarum libris dubitat nemo, cum Authores totidem propriis appellati nominibus extent. Baruch, quæ veluti Ieremiæ appendix eſt, an ſit eius,& diſtinctus liber quæri ſolet. Res ita meo iudicio componitur. Baruchi prima quinque capita illius ſunt; ſextum Ieremiæ, cum ſit illius Epiſtola. Quare Baruch à Ieremia diuerſus eſt liber. Hac ratione Canon Veteris Teſtamenti quadraginta quinque libris conſtat, vti proxime vidimus. Nec oportet in his diutius immorari ne actum agamus à Sixto Senenſi, Driedoni, Caſtrio, Canylio, Bellarmino, & Grauina, quibus neſcio, quid addi poſſit. Hos, qui plura velit, conſulat.

Librorum Noui Teſtamenti certiores Authores ſunt. Euangeliorum conſtant. Actorum ſcriptor Lucas Epiſtolarum Paulus quatuordecim habetur Author: Etſi vltimam ad Hebræos olim quidam Barnabæ, alij Lucæ, nonnulli etiam Clementi adſcripſerint: Sed Pauli omnino fœtus, & eſt, & videtur. Primam Petro, vel Hæretici tribuunt, ſecundam auferunt, fortè, quia ſola prima Babylonis mentionem facit, quam Romam volunt eſſe, vt negent Romæ Petrum fuiſſe, quod tamen, vel huius Vrbis ſaxa teſtantur. De reliquis Epiſtolis minor eſt, quam vt nos moretur, contentio. Apocalypſeos dubium authorem, & olim Catholici, quidam pauci, & hodie Hæretici multi cum *Eraſmo* facere voluerunt: ſed haud dubius author eſt Euangeliſta Ioannes. Iſque liber vti Canonis, ita inquiſitionis huiuſce terminus eſſe. Cætera dabunt qui proximè adducti. Præterea Maldonatus, Barradius, Ianſenius, Guilliareldus, Cornelius, Lorinus, Iuſtinianus, Gloſſa, & qui ſuper nouum Teſtamentum hac ætate ſcripſerunt, ac imprimis Iodocus Coccius, qui eruditiſſimè rem hãc totam, & nitidiſſimè tractauit.

Eraſmus

Maldon: Barrad: Ianſen: Guilliar. Cornel: Lorinus: Iuſtinian: Gloſſa: Iodoc: Coccius:

CAPVT II.

De Libris Scripturæ Canonicis Hæreticorum iudicium.

VEteres Teſtamenti fidem abrogarunt Diabolum illius authorem affirmantes Simoniani, Baſiliani, & Marcioniſtæ, apud Tertullianum contra Marcionem, & Epiphanium in Ancorato, & Hæreſi *66.* & Bogomyli, apud Euſebium in Panoplia *p. 2.tit.23.cap.1.& 10.*& Manichæi apud Auguſtinum libro de Hæreſibus, & libris contra aduerſarium legis, & Prophetarum, & Albigenſes, apud D. Antoninum *parte 4.tit. 11.cap 7.*§. 5. His ſimilia ætas ſuperior monſtra protulit, Hæreticos, qui nullum eſſe Dei Verbum ſcriptum dixerunt. Gaſpar enim Suuenkfeldius *tomo 2. epiſtolarum 24. 25. & 29.* nudo ſpiritu contentus Sacram Scripturam irridet, & puppam puerorum vocat, inanem fabulam, occidentem litteram. Et Chymicus, Lutheranus, contra Grethſerum ait: *Scripturas Sacras mortuas eſſe, & veritatis anima deſtitutas*; Peppuſius, Lutheranus in Breuiculo Fidei Romanæ Theſi *6.* omne Dei verbum ſcriptum vno ictu iugulat. Hæreticis noſtri temporis hominibus naſutis, & Sciolis paulò aliter viſum eſt. Errare, ſed non toto Cœlo errare maluerunt. Diuidunt libros veteris Teſtamenti in Protocanonicos, & Deuterocanonicos: illos dicunt de quibus nunquam dubitatum eſt. Protocanonicos admittunt omnes: Deuterocanonicos excludunt. Vno verbo, cum Hebræis ſentiunt, ac eorum Catalogo ſubſcribunt. Igitur librum Iob recipiunt, ſed Tragicomediæ ſimilem putant Anabaptiſtæ. Aſperſum autem diris, & execrationibus in Deum Iobi, ait Caluinus *ſerm. 1.* Gallico; et Lutherus in Sympoſiacis. Prouerbiis, et Eccleſiaſtæs ita Lutherus *lib. 1* Colloquij Latini cap. De Veteri Teſtamento,

Bogomyl Tertull. Euſeb. Epiphan.

Albigenſ.

SuuenKf:

Chymic.

Peppuſius

Anabapt.

Caluin: Luther.

Digitized by Google

to, detraxit, vt pene illorum veritatem eliſerit. Canticum Canticorum amatorium carmen dicunt Lutherus Annotatione in Cantica, et Caſtalio in ſua latina translatione, et Anabaptiſtę. Ne Iſaiæ, quidem Prophetę Euangelico parcit Caluinus *Commentar. ad cap.* 5. illi impingens vecordiam, et ſordes nobili viro indignas, quod, vt minus miramur, facit Lutherus, qui Dauidem negat Pſalmorum authorem, et Aeſopum affirmat, forte quod Pſalmos Apologos putat, aut quod videt eum Cantoris agere perſonam: ſed Aeſopum dicere non debuit, ſed vel Ariona, vel Teſpandrum, vel ſi mallet, Roſcium Comædum, non Aeſopum Tragædum. Iam verò Baruch communi conſenſu repudiant. Danielem malè accipit interdum Caluinus; ſed vti leuis eſt, canit Palinodiam in caput. 1. Danielis, et Gallaſius Caluini Diſcipulus Danielem vindicat à Magiſtri Calumnijs præfatione in eundem. Eius tamē caput tertium de hymno puerorum, et decimum tertium de Suſanna, et decimumquartum de Bele Dracone truncat Lutherus. et Brentius in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ, et Kemnitius in Examine *ſeſſ.* 4. Tridentini, & tres Caluiniani Vvitacherus, Danæus, Fagus, Duce Eraſmo ambiguo Chriſtiano. Ex libro Eſther poſtrema ſeptem capita amputantur à Brentio in Apologia Confeſſionis Vvitembergenſis. Libros autem ſolidos auferunt Tobiam, Iudith, Sapientiā, Eccleſiaſticum, et duos Machabæorum.

Sebaſtian. Caſtal. — Caluinus — Lutherus — Caluinus — Gallaſius — Lutherus — Brentius — Kemnit: — Vvitach. — Danæus — Fagus — Brentius

Nouum Teſtamentum præter Iudæos, & Paganos nobiles negarunt Apoſtatæ Lucianus, Peregrinus, Porphirius Iulianus. Euangeliſtis præter Ioannem Fauſtus apud Auguſtinum, fidem omnem abrogauit. Ioanni detraxit, quod corruptum dixit. Hi Veteres. Ex nouis Hæreticis cum Apoſtatis ſenſit otho Brunſfeldius, teſte Cochlæo *lib.* 3. *de Authoribus ſcriptura*, qui omnia Euangelia abraſit. Cum ſecundis Lutherus: cui ſolum Euangelium Ioannis ſic probatur vt verum & vnicum dicat in Præfatione Bibliorum. Negat hoc Lutherum dixiſſe contra Bellarminum affirmantem Iunius *lib.* 1. *c* 6. ſed confirmat Grauina refellens Iunium producto exemplari Norinbergenſi Lutheri anni 1527. ex officina Iodoci Butknechi in lucem edito, & alijs lipſiæ excreſis Cæterum facile mihi perſuaſerim hominē verſatili ingenio vtrumque, vti erat affectus affirmaſſe, & excluſiſſe tria Euāgelia, & admiſiſſe, ſeruire temporibus didicit Cucullam nunc induere, nunc exuere, modo Cælibem, modo Maritum agere; Imperatori interdum, interdum Duci Saxoniæ palpum obtrudere: imo eodem, opinor, tempore dicere pugnantia potuit, tam capax ei mens & vaſta fuit, vt pugnantia ſimul capere potuerit. Debeant hoc mihi Lutherani quod eorum Magiſtro tantum tamque latè patens ingenij baratrum tribuam. Quod ſi nolunt huic meo iudicio acquieſcere, cum bene illis velim, ſolabor exemplo Anabaptiſtarum apud Sixtum Senenſem, & Seruetanorum apud Caniſium, qui omnia Euangelia corrupta, & deprauata eſſe aſſeuerabant: Imo & Eraſmum eius Prodromum ex Caſtrio *lib.* 4. *Apolog.* producam, qui ait multa in Euangelia menda ex Manichæorum cæno irrepſiſſe. Verùm Lutherus cenſendo eandem rationem quam in Veteri Teſtamento inierat, inijt in Nouo. Primæ, & ſecundæ notæ libros appellat, illos recipit, hos reijcit liberè, & ad genium. quos probat de his dicere abſtineo; quos improbat eos numero. Sunt autem qui aliquando à Catholicorum nonnullis in dubium ſunt vocati; nempe epiſtola ad Hebræos, epiſtola Iacobi, epiſtola Iudæ, ſecunda Petri, Prima, & ſecunda Ioannis, Apocalypſis. Anabaptiſte caput vltimum Marci eradunt; idem & Armeni & Beza partem illam Lucæ 22. de ſudore Chriſti ſanguineo delent. Idem Beza narrationem de Muliere Adultera de Ioannis Euangelio expungit. De Caluino affirmat Coccius omnes eum libros noui Teſtamenti, & partes omnium admiſiſſe, eoque Lutherum velli-

Lucianus — Peregrin. — Porphyr: — Iulianus — Fauſtus — Brunfeld. — Lutherus — Iunius — Grauina — Anabapt. — Seruetani — Eraſm. — Anabapt. — Armeni — Beza — Caluinus

vellicat. Sed Grauina contendit, Caluinum ne Euangelijs quidem pepercisse, & suſpectû huius criminis multis argumentis conatur reddere Mihi videtur Caluinus libros non negaſſe, ſed multum ijs tamen authoritatis detorquendo, infringendo, nonnulla teſtimonia detraxiſſe.

CAPVT III.

Argumenta Hæreticorum aduerſus noſtrum Catholicum Canonem ſoluuntur & retorquentur.

CAnonem noſtrum quo ad libros Proto Canonicos nobiſcum tecipiunt Hæretici, idque diſertè fatetur Brentius in Prolegomenis contra Petrum Soto, & in confeſſione Vvitembergenſi, cuius ille imprimis author fuit; quod videatur de illo in Eccleſia Chriſtiana, & olim in Sinagoga Iudaica minime dubitatum. De reliquis negant. Contra tamen argumentatur Lutherus inſurgens in Canonem noſtrum tum in Comitijs Auguſtanis, tû lib. 1. de Captiuit. Babylon. Et Caluinus *lib.* 1. *Inſtitut. cap.* 7. Eccleſia non poteſt eſſe Iudex Verbi, nec veritas Diuina niti hominum authoritate, nam vtrumque impium eſt: at ſi Eccleſia libros diuinos iudicet, & iubeat hos ſacros eſſe, illos non ſacros profectò iudicium in Verbum Dei arrogabit. Præterea veritas diuina pendebit ab authoritate Eccleſiæ, quæ eſt humana: cum enim fides in ſacris ſcripturis côtineatur, ſi quod credendum eſt Eccleſia definit, nec res aliæ credi poſſunt, niſi quas proponit, iam tota ratio credendi in Eccleſiæ teſtimoniû reſoluitur. Deinde fit circulus vitioſus probando per authoritatem Eccleſiæ ſcripturam, & rurſum per ſcripturam authoritatem Eccleſiæ. Tandem colligit Caluinus tota ſcripturarum reuerentia ab Eccleſia pendet, & in Eccleſiam definit. Huic argumento primum reſpondeo; Tuſco illud iurgio ſimile eſſe, de quo Auguſtinus pungens Hæreticos ſui temporis; nam & in eoſdem retorquetur. Qua ratione credunt Lutherus, & Caluinus libros quos admittunt eſſe Canonicos, & quos reijciunt non eſſe? vel enim hoc affirmant teſtimonio Dei nixi, vel hominum. Non Dei, quia eum quidquid reuelauit Deus ſit in ſcripturis, non eſt textus in ijs in quo ille Canon contineatur. Sin producant illum, & credimus. Si hominum? iam ergo authoritas diuina nititur teſtimonio humano. Traditiones non accipiunt; Eccleſiam nolunt authorem eſſe, ergo non eſt vnde Canonem probent. Dum nodum hunc exoluunt, Luthero reſpondeo Eccleſiam proponendo libros Canonicos non fieri Iudicem ſcripturarum, ſed Indicem earundem; nec enim illa facit ſcripturas, aut earum veritates condit, ſed tantùm libros in quibus continentur indigetat, & diſcernit: vti ſi quis gemmarum naturæ peritus in Theſauro dignoſcat gemmas, & ſecernat ab adulterinis, nihil aut pretio addit, aut detrahit, ſed diſtinguit ſolum, & ſeparat, quod ſi hoc Lutherus velit appellare iudicium, nô dubitamus dicere hoc ſenſu eſſe iudicem librorum ſcripturarum: quemadmodum ſi quis in legum Codice inueniret legeslatas à Principe mixtas priuatorum hominum ſententijs, eaſque ſeligeret, & proponeret ad obſeruantiam reliquis excluſis, non illum diceret, Lutherus authoritatem Principis lędere, imo tueri, reciperet enim ipſas, & ſecundum leges iudicaret. Quo exemplo vtitur Auguſtinus *libro de vera Religione*.

Caluino propriè reſpondeo: longè aliud eſſe deſignare Codices, & veritates conficere, aliud monſtrare vbi vera ſunt, aliud vera condere. Niſi fortè ſi quis mihi ignoranti, quos libros Caluinus compoſuerit, eos demonſtret, Caluini libros demonſtrando componit: qua ratione nolim ego digito illos monſtrare, ne author eorum eſſe videar. Bene eſt tamen quod illos monſtro tanquam aſpides, & Baſiliſcos. Egregia ſanè argumentandi ratio:

Brentius

Lutherus

Caluinus

Auguſtin.

tio. Eccleſia demonſtrat libros ſcripturarum, ergo ſcripturæ ab Eccleſia pendent. Hoc modo ſi homini rudi, & barbaro, & qui nihil de Deo, Angelis, Diabolo audijt monſtrem digito Cælum, & inferos, & dicam, In Cælo eſt Deus & Angeli: in Inferis eſt Diabolus, à me Deus, Angeli, Diabolusque pendebunt. Eccleſia lucem affert ad dignoſcendos libros, quemadmodum igitur lux monſtrat res cōditas, non condit, ita Eccleſia manifeſtat ſcripturas, non componit. Hoc autem Eccleſiæ teſtimonium *lucem teſtificationis*, Auguſtinus *lib.* 1. *contra Fauſtum* appellat.

Auguſt.

Caluinus Vrget tamen Caluinus: Eccleſiæ teſtimonium eſſe humanum, ac proinde fluxum, & caducum, & ineptum. Ego & illum premo; teſtimonium quo ille nititur ad ſuas ſcripturas afferendas cuiuſmodi eſt? diuinum ne an humanum? ſpiritum eſſe affirmat *lib.* 1. *Inſtitut. cap.* 7. dum ait ſe dignoſcere ſcripturas *arcano ſpiritus teſtimonio*: & cap. 8. *interiori ſpiritus perſuaſione*.

Lutherus Gaudeo, quòd cum Luthero ſentiat libro de ſeruo arbitrio, Cui tamen ille ſeruire cogit Eccleſiam, in qua eſt *ſpiritus Domini, vbi libertas*. Cum Luthero ergo concludit cap. 7. *Maneat ergo fixum ſcripturam quidem ipſam certitudinem ſpiritus teſtimonio conſequi*. Accipio, quod dat, ac peto, cur ipſemet dicat eodem libro capit. 9. *nullam authoritatem habebit apud nos ſpiritus, niſi certiſſima nota diſcernatur*? Hanc deſignet, credemus. At ille arcanum ſpiritum, & interiorem perſuaſionem affert. Hæc occulta ſunt, intra Caluinum ſunt. Notas proferat: nempe lilia. Capio. In tergo liliato Caluini notæ eius ſpiritus ſunt candenti ferro inuſtæ. *Bene eſt*, inquit, hac nota dignoſcitur Eccleſia: *Venter tuus vallatus lilijs*. Verùm Eccleſia Ventrem fæcundum vallatum habet lilijs ob pudicitiam; Caluinus tergum lilijs exaratum. Præpoſtera ſunt iſta lilia, & præpoſteræ libidinis ſigna. Placuit Bezæ ſpiritus ille Caluini, quod ignes illos nefarios afflando accendebat; & quidem flamma in Catamitum eru-pit; arſit Audebertum, nouum Alexin.

Longe alia eſt nota iuſta, & germana qua libri diuini dignoſci debent; quæ ipſa eſt Eccleſiæ authoritas, & traditio. Ita Euſebius Pamphyli *lib.* 3. *Hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 19. ſcripturas ſecundum Eccleſiæ authoritatem veras & germanas eſſe, & hac perſpicua nota ab alijs omnibus diſcerni docet. Euſeb.

Eandem Auguſtinus, quantus Vir! multis locis inculcat. Do vnum è multis *lib.* 11. *contra Fauſtum cap.* 5. *Diſtincta*, (inquit) *eſt à poſteriorum libris excellentia Canonicæ authoritatis Veteris & noui Teſtamenti, quæ ab Apoſtolorum confirmata temporibus, per ſucceſſiones Epiſcoporum, & propagationes Eccleſiarum, tanquam in ſede quadam ſublimi conſtituta eſt*. Hæc ille qui in Concilio 3. Carthaginienſi Canonem noſtrum probauit, & nobis hac nota inſignem tradidit. Hanc perpetuò Auguſtinus per librorum ſuorum orbem circumfert. *lib. de Vtilitate credendi cap.* 2. *lib. de Ciuitate Dei* 15. *cap.* 23. *Et lib.* 18. *cap.* 38. *& lib.* 2. *contra Creſconium cap.* 31. & ſexcentis locis contra Fauſtum. Illa vox eius hominis diuina eſt aureis notis exſcribenda *lib. contra Epiſtolam Fundamenti cap.* 5. *Ego Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ commoueret authoritas*. Sic enim legendum ſuadent idonea exemplaria non *commoneret* quāuis hęc item lectio ſufficiat. Auguſt.

Voluit hanc Auguſtini ſententiam Caluinus elidere. Ait Auguſtinum in perſona hominis adhuc infidelis loqui, perinde ac dicat, Ego cum alienus olim eſſem à fide adduci non potui vt Euangelio crederem, niſi me tum Eccleſiæ commoueret authoritas. Idque ſuadet Caluinus afferens verba Auguſtini, *paulo antè*, inquit, *prolata*. Incogitantia hæc fuit Caluini. Primum hæc verba, poſtea cap. 14. proferuntur, qui ergo dicit *antè prolata*? Deinde quod Auguſtinus de ſe adhuc infideli loquatur maiori argumento eſt quanta ſit vis Eccleſiaſticæ authoritatis, quæ Auguſtinum acutiſſimum hominem dubitantem, & rationes veri ſtudioſiſſimè inquirentem ad Euan- Caluinus

gelium perducere potuit. Et quidem August. tam perſpicuè, & toties in libris ſuis authoritatem Eccleſiæ Auguſtinus commendat, vt neminem permittat de mente ſua ambigere. Id *lib. 2. de Doctr. Chriſtiana cap. 8. & lib. 6. Confeſſion. cap 5.* & eodem libro contra Epiſtolam fundamenti cap. 4 teſtatur. Conſtat neminem SS. Patrum plus Eccleſiæ deferre, & authoritatis, & fidei, quam Auguſtinum: huic malumus Catholici credere, quàm Caluino. Nec ſoli Auguſtino, ſed etiam Irenæo: Tertull: Origen: Athanaſ: Irenæo *lib. 4. cap: 63.* & Tertulliano *lib. 4:* contra Marcionem, & Theodoreto in Epiſtolam ad Hebræos, & Origeni, apud *Euſebium lib. 6. cap. 19.* & Athanaſio in Synopſi.

Conc. Tolet. Sed iam telum fatale à Concilio Toletano 1. in Aſſertione fidei, poſt Canones Tomo 2 Conciliorum ſumptum, in Caluinum intorqueo. *Si quis dixerit, vel crediderit alias ſcripturas præter illas quas Eccleſia Catholica recipit in authoritate habendas, vel eſſe venerandas, anathema ſit.* Eat Conciliabulum Dordracenſe: nunc, & prouocet ad Pſeudoſynodū Dordracenſem. Sed hæc cum Magiſtro Caluino noſtram Eccleſiam Romanam, veram eſſe, & ex illa antiqua Eccleſia ductam inficiatur. Hæc res alias, & agitata eſt, & confecta. Ringantur, rumpantur, Romana Eccleſia catholica eſt. Legant vnum huius Eccleſię Magiſtrum, cui parem D. Thom: non dabunt, D. Thomam 2. 2. *q. 1. &* 11. *&* 39. In illis cognoſcent Eccleſiā ex Catholicis membris, & capite, quem horrent, Papa, conſtantem, à qua qui ſe cum Caluino ſeparant, eos eſſe Hæreticos, & Schiſmaticos æternis ignibus iam nunc addictos, & in æternum puniendos Doctor ille docet. At illi D. Thomæ non credunt. Scio, quia Angelicus Doctor eſt, nec enim ij germanis Angelis, ſed adulterinis, qui ſe in Angelos transfigurant, credere ſolent.

Inſequitur nos tamen Caluinus, & rogat vtrum authoritas Eccleſiæ ſit diuina, an humana? Reſpondeo primum interrogationem eſſe ineptam; nec enim oportet, qui affirmet rem eſſe diuinam, eum eſſe diuinum. Nam quæ à Deo ſunt creata per ea nos Deū intelligimus, vt ait Paulus, id eſt, ſydera, elementa, plantæ, animalia, Rom. 1. nec tamen diuina ſunt, imo caduca, & mortalia, & tamen Deum eſſe demonſtrant. Deinde perſpicuè reſpondeo: Authoritas Eccleſiæ diuina eſt, nam per eam loquitur Spiritusſanctus ac proinde falli nequit, non eſt tamen fons authoritatis, ſed riuulus ex diuino fonte deductus. Qua de re videndus eſt Bañes 22. *quæſt. 1. art. 1.* Bañes: & Michael Medina *lib 5. de recta in Deum fide cap. 11.* & Aegidius Coninch *diſput. 9. dub. 5.* & Valentia *diſp. 2. quæſt. 1. puncto* 1. Medina: Coninch: Valent. Matth: 16 Nec oportet probare, quod alias confirmauimus. Illud tantum affero hanc eſſe Eccleſiā Chriſti, *ſuper petram fundatam, contra quam portæ inferi non præualebunt*, quam Apoſtoli in Concilio repræſentarunt, cum ad definiendas primas de fide Controuerſias acceſſerunt, & quam Paulus 1. ad Timot. 3. *dixit columnam, & firmamentum veritatis.* D. Paul. Id ſanè rem continet ſi Chriſtus inter duos, qui eius nomine congregentur adeſt Iudex, & Doctor ne errent, qui aberit ab Eccleſia ſua, quę tota eſt in eius nomine congregata? quo argumento eius authoritatem ſtabilit Gregorius *lib. 7 Regiſtri cap. 110.* & ſcitus ad eum Matth. 18. *num. 20.* obſeruat, & doctus Interpres Maldonatus, vbi nomine Chriſti authoritatem Matth. 18 Gregor. Maldon. intelligit, deducitque ex Paulo, & Caluiniſtas ſuo more acuto pungit. Diuinam verò Eccleſiæ authoritatem August. vbique contra Donatiſtas aſſerit Auguſtinus, & nos ſupra propriè oſtendimus, vnamque illius ſententiam contra Creſconium Grammaticum *lib. 1. cap. 33.* repetimus. *Facimus, quod vniuerſæ iam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas: ut quoniam Sancta Scriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit in hac obſcuritate. quæſtionis eandem Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine ambiguitate Sacra Scriptura demonſtrat.* Cum Sancta Scriptura Fidem communicat, ea diuinæ authorita-

ritatis particeps eſt, vnde iure dixit idem Auguſtinus Epiſtola 117. ad Ianuarium: *inſolentiſſima eſſe inſania contra ea, quæ vniuerſa obſeruat Eccleſia diſputare*. Sed hinc nouum exiſtit à circulo argumentum, in quem Caluiniſtæ nos hac ratione cogunt. Si per Eccleſiam Scriptura, & per ſcripturam rurſum Eccleſia probatur, ridiculus, & vitioſus circulus committitur, nempe hic: hæc eſt ſcriptura, quia dicit Eccleſia, hæc eſt Eccleſia, quia dicit Scriptura, quod perinde eſt ac dicere: Credo ſcripturis ob authoritatem Eccleſiæ, credo *Eccleſiæ*, ob authoritatem ſcripturarum: vnde ratio credendi à Scripturis ad Eccleſiam, & ab Eccleſia ad ſcripturas circulari modo redit, cum vnico authoritas veluti filo à ſcripturis ad Eccleſiam, ab Eccleſia ad ſcripturas argumentando ducatur. Hoc nos circulo Caluiniſtæ includi volunt, imprimis David Paræus, apud Becanum Opuſculo de Circulo Caluiniſtico. Sed mirum eſt, quòd illi nobis obijciant vitium quo laborant. *Videndum mantica, quod in tergo eſt*. Ne viuam ſi illi eodem nodo non ſtringuntur. *Caput circuitus eorum*: *In circuitu ambulant*, & ambulare ſe ex nimia rotati capitis vertigine non aduertunt. Aiunt ſe ſpiritu ſcripturas probare, quem ex ſcripturis habere ſe probãt. Hoc accepto eos in orbem ago. Ecquis autem docuit hunc ſpiritum diuinum eſſe? reſpondent ſcripturæ; ergo ratio credendi ſcripturis ſpiritus eſt. Dant. Igitur, & ratio credendi ſpiritui ſunt ſcripturæ: fatentur: Ecce Circulus in quem argumento hoc ſuo ſunt reuoluti.

David Paræus: Becan.

Nos autem ijs incluſis, & in orbem actis circulum vitamus. Non autem eum omnino perfectè vitari conſtat, quo Valentia, & Becanus vitant modo; quia illi etſi diſtinguant res creditas; id eſt ſcripturam, & Eccleſiam, & rationes item credendi diſtinguant in eo quod ratio credendi ſcripturæ non ſit Eccleſia, ſed Deus reuelans, quæ eſt diuerſa ratio credendi, tamen non rectè comparant inter ſe iſtas rationes, quia non quærimus de veritatibus contentis in ſcriptura, ſed de ipſiſmet libris in quibus illæ veritates continentur; ratio autem recipiendi libros non eſt Deus reuelans, ſed Eccleſia proponens. Præterea ratio credendi veritatibus ſcripturæ, & veritati Eccleſiæ non eſt diuerſa, quia ratio cur credo V. G. Deum eſſe Trinũ, eſt Deus reuelans, & ratio cur credo Eccleſiam eſſe infallibilem eſt idem Deus reuelans, ergo eſt eadem ratio credendi. Iam ergo credo ſcripturæ dicenti ob authoritatem Dei reuelantis eſſe veram, & credo Eccleſiæ dicenti hos libros eſſe ſcripturas ob Deum reuelantem eaſdem ſcripturas in quo ſanè apparet circulus: Credo enim ſcripturæ dicenti Eccleſiam eſſe infallibilem, quæ eſt veritas in ſcripturis contenta; & credo *Eccleſiæ* dicenti veram eſſe ſcripturam, quia ſcriptura me docuit Eccleſiam eſſe infallibilem. Igitur credo ſcripturæ propter authoritatem Eccleſiæ, & Eccleſiæ propter authoritatem ſcripturæ, in quo circulus, opinor eſt. Nec tollitur per id, quod ait Becanus, propoſitionem librorum ab *Eccleſia* factam, eſſe conditionem requiſitam ad credendum veritatibus ſcripturæ: non enim hic agitur de veritate rerũ, ſed de veritate librorum; hæc autem veritas librorum creditur, quia dicit *Eccleſia*, & ideo creditur Eccleſiæ, quia dicit ſcriptura ei eſſe credendũ, quæ ratio circulariter ducitur. Hoc autem ni fallor argumentum coegit Aegidium Coninch dicere authoritatem *Eccleſiæ* eſſe humanam. Ita *diſput. 9. dubio 5. concluſ. 2.* quod minimè probo: nec ille ſatis coherenter dicit. Quomodo enim erit infallibile teſtimonium Eccleſiæ, ſi eſt humanũ, quod eſt afflatu Spiritus Sanctus editum? vt ipſemet fatetur Aegidius, cui ſanè contradicit. Symbolum Apoſtolorum ponens inter articulos fidei, *Eccleſiam Catholicam*, cuius tanta dignitas eſt, at quidam addiderint particulam; *In*, qui in diuinas tantum perſonas quadrat, quaſi Eccleſia diuina eſſet, & non efficeret articulum diſtin-

Valent. Bacan.

Coninch

diſtinctum à Spiritu Sancto, vti notat S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 1. *art.* 9. *ad* 5. qui etſi non probet hunc modum, non negat tamen in Eccleſia eſſe diuini ſpiritus participationem. Sanè Eccleſiæ, ita creditur, vti Traditioni Apoſtolorum, quæ eſt Verbum Dei non ſcriptum.

S. Thom.

Reſpondeo igitur alio modo, & ſic refuto circulationem. Scriptura, & Eccleſia, quamuis ſint res duæ, vt aiunt, materiales, vna tamen in ijs eſt ratio authoritatis, non tanquam in cauſis, ſed tanquam in ſubiectis. Itaque non creditur vnum propter aliud, ſed vtrumque creditur propter vnum, & idem, quod continent. Rem declaro: quando credo ſcripturæ dicenti; ratio credendi eſt authoritas Dei reuelantis contenta in ſcripturis; & quando credo Eccleſiæ dicenti, ratio credendi eſt ipſamet authoritas diuina reuelans expreſſa in Eccleſia proponente, quæ eſt eadem omnino credendi ratio, ſed in diuerſis ſubiectis contenta. Itaque non eſt cauſa alterius ſed vna eſt eadem reuelatio in duobus ſubiectis contenta, quæ videntur eſſe cauſæ, ſed non ſunt: nec enim ſcriptura vti talis, eſt cauſa veritatis Eccleſiæ, vti talis, nec ego credo Eccleſiæ propter ſcripturam, vti ſcriptura eſt; ſed propter authoritatem Dei in ſcriptura loquentis: nec eſſe hanc ſcripturam credo propter Eccleſiam, vti eſt hominum congregatio, ſed propter Deum in ea mihi loquentem. Itaque quamuis ſint duæ perſonæ loquentes Scriptura, & Eccleſia, vna tamen vox eſt vtriuſque: Et in hunc ſenſum accipio illud Pſalmi *Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui*; vna enim vox, & reuelatio diuina, ratio eſt credendi duo obiecta diuerſa, qualis eſt Eccleſia, & Scriptura: vti in duobus locis, vbi fit Echo eadem vox agnoſcitur multiplicato ſono pro locis diuerſis. Itaque ſi quis me roget cur credis Christum eſſe Deum, & hominem? reſpondeo, quia Deus reuelauit: & cur credis Deum id reuelaſſe? reſpondeo, ob eandem Dei reuelationem: quare omnis ratio credendi eſt authoritas Dei, in quam omnia Fidei Myſteria reſoluuntur. Quod ſi contingat obiecta credita eſſe cauſas, & effectus, non ideo tamen in credendo ſunt effectus, & cauſæ: quamuis enim Chriſtus ex eo, quod ſit homo, corpore, & anima rationali conſtet, non ideo tamen credo habuiſſe animam, quia homo eſt, ſed quia Deus reuelauit, aliter non erit aſſenſus Fidei. Ita nulla eſt vitioſa vnius in aliud obiectum reuolutio, nec in vno ratio cauſæ, in altero effectus, nec vnum per aliud probatur. Sed quia verſamur in re difficili, volo eam perſpicuè exponere. Ponamus nobis fontem, & riuulos ab eo deductos; in omnibus eſt eadem ſpecies aquæ, quæ à fonte ducitur. Quod ſi quis ex notis, & ſignis, quæ deprehendit in vno riuulo, vellet probare aquam alterius riuuli ſimilem eſſe, & mutuò ab vno ad alium argumentaretur, non committeret circulum, quia in riuis non ſunt cauſę, ſed in fonte, cuius aqua in omnibus riuulis eiuſdem eſt ſpeciei. Itaque ad circulum requiritur, vt alterum per alterum probetur, vti per cauſam, nam ſi in vno ſit cauſa, in alio effectus, vel vtrumque per eandem cauſam probetur communem ipſis, non erit circulatio; quemadmodum in eodem exemplo, ſi quis ex aqua fontis probaret aquam riuuli, vel per aquam riuuli aquam fontis, nulla reciprocatio vitioſa fieret. Quare in obiectis Fidei, qualia ſunt ſcriptura, & Eccleſia, non datur cauſa inter ſe mutua, ſed vna ab eodem fonte diuinæ reuelationis inſtar riuorum profecta. Et hæc mihi videtur vera ratio vitandi circuli, quam addo Valentiæ *diſput.* 1. *q.* 1 *puncto* 1. & Becano *Opuſculo* 10. qui alijs rationibus declinare circuli vitium conantur.

Valent. Becan.

Repulſa obiectione circuli, reponamus Caluiniſtis, quod eos mordeat. Spiritu ſe ſancto afflari dicunt ad recipiendas, & intelligendas ſcripturas. Negant hoc ijs Suuenkſeldiani edocti à Magiſtro ſuo Gaſpare Suuenkfeldio, & Libertini à Præceptoribus

SuuenKf.

Cop-

Coppin. Quintin. Anabapt. Coppino, & Quintino eruditi, & Anabaptiſtæ quidam Angli, qui ſuperilluminati dicuntur, ego puto eſſe, quos Independentes vocant, qui ſoli ſpiritui credunt, eoque agi ſe profitentur. Hi ergo Caluinum iam tùm ſcripturas Spiritu diſcernere volentem ſuo, ac ſpiritum è ſcriptura probantem, irridebant, quòd, cum vellet ſpiritum Dei ſcripturæ ſubijcere, ſcripturas mutuo ipſi ſpiritui ſubijciebant, atque adeo ita Caluinum inpugnabant eodem teſte *lib.* 1. *Inſtitut. cap.* 9. *Indignum eſſe cauſantur ſpiritum Dei cui ſubijcienda ſunt, omnia, ſcripturæ ſubiacere, vt videlicet mortuam, & occidentem literam conſectari cogamur, cum ſolum ſpiritum Magiſterium ad omnia ſufficiat*. Quibus ita reſpondet Caluinus, vt & nos liberet ab impoſita à ſe calumnia, & ſe omnino ſecum pugnare oſtendat: *Ad examen*, inquit, *Spiritus Sanctus reuocatur. Fateor: ſed quo ſuam apud nos Maieſtatem ſanciri volait. Nobis quidem abunde eſſe debuerat ſimul atque ſe nobis inſinuat. Verum ne ſub titulo ſuo ſatanæ ſpiritus obrepat in ſua imagine quam ſcripturis impreſſit, vult à nobis recognoſci*. En quò redegimus Caluinum, fateri ſe reum criminis, cuius nos reos facit; imo & grauioris: nam qui examinat dubitat de doctrina cuius periculum facit. Quod ſi ideo dubitat, quòd timet ne ſuo diuino ſpiritu ſatanicus obrepat; ſciat nos ideo Eccleſiam conſulere, ne à priuato ſpiritu decipiamur. Id autem nos ſanctiùs, & prudentiùs quàm Caluinus facimus; cuius ſpiritus mendax & eſſe potuit, & fuit, cum Eccleſiæ non niſi *Veritatis ſpiritus* eſſe potuerit: Illum enim Chriſtus in Eccleſiam ſuam miſit à Patre, quem *ſpiritum veritatis* appellauit, & quem nos in ſymbolo cum dicimus *Credo in ſpiritum ſanctum*, & cum mox ſubijcimus, *ſanctam Eccleſiam Catholicam*, quæ ab eo docetur, & agitur, Magiſtrum Eccleſiæ confitemur.

Caluinus

CAPVT IV.

An fuerint alij libri ſacri præter enumeratos in Canone?

FVIſſe plures alios Canonicæ authoritatis, atque adeo diuinos libros ipſarum videtur ſcripturarum teſtimonio comprobari. Nam primùm libro Numeri cap. 21. ſic habetur. *Vnde dicitur in libro Bellorum Domini: ſicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon*. Liber hic *Bellorum Domini* diuinus cenſendus, cum à ſacro ſcriptore Moyſe appelletur. Secundùm, in libro Ioſue cap. 10. dicitur: *Nonne ſcriptum eſt in libro Iuſtorum?* Et idem liber Iuſtorum citatur 2. Regum 1. Num. 21. Ioſue 10. 2. Reg. 1.

Tertiùm, tria millia Parabolę, & Carmina quinque millia Salomonis fuiſſe traduntur lib. 3. Regum cap. 4. Quartùm lib. 1. Paral. c. 28. deſcriptionem templi de manu Domini exaratam accepiſſe ſe teſtatur Dauid his verbis. *Dedit Dauid Salomoni filio ſuo, deſcriptionem porticus, & templi*, & poſtea *omnia venerunt ſcripta manu Domini ad me, vt intelligerem omnia verba exemplaris*. Quæ tamen deſcriptio non extat. 3. Reg. 4. 3. Reg. 6. 2. Par. 3. 4.

Quintùm lib. 1. Paralipomen cap. 28. & lib. 2. Paralipomen cap. 9. & 12. multa ſcripta dicuntur in voluminibus Samuelis, & Nathan, & Gad, Ahiæ, Addo, Semeiæ Prophetarum. Et eodem libro cap. 20. fit mentio ſcriptorum Iehu filij Hanani. Et cap. 35. affirmantur lamentationes ab Ieremia, & Cantoribus, & Cantatricibus compoſitæ in funere Ioſiæ. 1. Par. vlt. 2. Pa. 9. 12. 2. P. 20. 35.

Sextùm in Prophetia Ieremiæ cap. 36. manifeſtum eſt librum ab eo ſcriptum combuſtum fuiſſe à Rege Iuda Ioachim. Et cap. 32. eiuſdem Prophetæ duo libelli Emptionis, & venditionis agri, alter apertus, alter obſignatus in vaſe fictili dandi iubentur, *vt permanere poſſit diebus multis*. Et cap. 51. ſcrip- Ierem. 36. Ierem. 32. Ierem. 51.

51. ſcripſit Ieremias omne malum quod venturum erat ſuper Babylonem libro vno quem lectum iuſſit proijci à Saraia in medium Euphratem.

Septimùm libri dierum Sacerdotij Ioannis primo Machabæorum cap. vltimo, & quinque libri Iaſonis Cyrenæi 2. Machabæorum cap. 2. commemorantur,nec tamen hodie exſtũt. Hæc ex Veteri Teſtamento; præter alia de alijs ſcriptis obſcuriora teſtimonia proferri ſolent.
1.Mac.vl.
2.Mac.2.

In nouo Teſtamento tres ſunt loci qui videntur inuicti ad probandum plures fuiſſe, quàm nunc ſunt, ſcripturas Canonicas. Nam cap.5. primæ Epiſtolæ ad Corinthios citatur teſtimonium Pauli ex alia Epiſtola ad eoſdem Corinthios his verbis. *Scripſi vobis in Epiſtola, ne commiſceamini fornicarijs &c* quæ tamen Epiſtola non inuenitur. Deinde ſcripſiſſe Paulum ad Laodicenſes perſpicuè apparet in Epiſtola ad Colloſſen. cap.4. vbi ſic. *Facite vt & in Eccleſia Laodicenſium legatur, & eam quæ Laodicenſium eſt vos legatis*. Tandem de libro Enoch extat teſtimonium in Epiſtola Iudæ, quæ librum illum fuiſſe perſuadet, cum hodie non ſit.
1.ad Cor.5
ad Col.4
Iud.Can.

Hæc quæſtio alteri imprimis nobili quæſtioni locum fecit. Vtrum ex libris Veteris Teſtamenti Canonicis aliqui perierint, vel quotquot fuerint ij, omnes ad Eccleſiam noſtram peruenerint; atque adeo nulli fuerint libri ſacri, quin recepto illo noſtro Canone includantur. Exempla proximè adducta probant multos libros ſacros olim exſtitiſſe, qui temporis iniuria interciderunt, nec vlla ratio probabilis oppoſitum perſuadet. Cur enim aut non potuerunt alij præter eos qui continentur Canone eſſe libri, aut cum fuiſſent, non potuerunt perire? Cum Tabernaculum, & Arca Teſtamenti, & Templum ipſum, imo & ſacra Ieroſolymorum Ciuitas euerſa ſit? ac tot illius populi tranſmigrationes, & calamitates fuerint, vt veriſimile non ſit quidquam apud eos integrum inuiolatumque manſiſſe. Certe diuinam ſcripturam in Biblijs vaſtata à Chaldæis Iudæa, incendio periiſſe Patrum omnis memoriæ grauiſſimorum plerique Authores ſunt. Irenæus lib.3. cap.25. Clemens Alexandrinus l. ſtromatum, Tertullianus *libro de habitu Mulierum* Baſilius *Epiſtola ad Chilonem*, Optatus Mileuitanus *lib.7. contra Parmenianum*. Eucherius *lib.3. Regum ad finem*. Quibus accedunt Rabbini doctiſſimi. Rabbi Ephad *diſput.* 3. & Rabbi Radak *quæſt. in Ioſue*, & Elias Hainaforeth. Qui fertur omnes affirmant Eſdram ſacrorum inſtrumentum librorum omne ex integro reſtituiſſe, & diuino afflatum ſpiritu in his damnum illud dictatis Biblijs reparaſſe. Idque vulgo creditur, & circũfertur, fortè quod Eſdræ *lib.4. cap.14.* ita narretur.
Irenæus
Cl.Alex:
Tertul.
Baſil:
Optatus
Eucher.
Eſd.4.c.4

Vt autem minus verum ſit omnes ſacros libros in eo excidio flammis fuiſſe conſumptos, negari certè non poteſt multos ex ijs varijs caſibus cõflagraſſe. Primò enim Machabæorum 1. dicitur: *Libros Dei combuſſerunt ignis, ſcindentes eos ne quid euaderet*. Quibus argumentis adductus Chryſoſtomus *Homil.9. in Matth. & Homil.7. in primam Epiſtolam ad Corinthios cap 2.* ſentit multos ſacri Teſtamenti libros periiſſe, & affirmat in Canone ſcripturarum noſtrarum eos deſiderari. Idque expreſsè tradit Eucherius in fine libri tertij Regum. Cum ijs ſentiunt Bellarminus *lib. 4. Controuerſiarum cap.4.* & Serarius *in Prologo Bibliorum cap.8.quæſt.14.* Eſcalante de ſacra ſcriptura *lib.1.cap.5.* ac ex Hæreticis Beza in epiſtolam Iudę, & Vvitakerus *Controuerſ.1. quæſt. 3. cap.4.*
Mach. 1.
Chriſoſt:
Eucher.
Bellarm.
Serar.
Eſcal:

Oppoſitæ ſententiæ authorem facit Auguſtinum Grauina *lib.4.* Catholicarum Præſcriptionum articulo vnico citatque locum *lib.18. de Ciuit. Dei cap.38.* Sed in eo Auguſtinus illam Controuerſiam non excitat, nec vſquam opinor alibi. Verum quidem eſt, ſentire eum, libros qui extra Canonem ſcripturarum ſunt, non eſſe Canonicos, & qui dicuntur periiſſe inficiari, ſacros eos, ac diuinos fuiſſe,
Grauina
Auguſt.

quod

quod etſi eodem redire videatur, diuerſum eſt tamen aliquantum ab inſtituto. Aliud eſt enim dicere libros qui afferuntur extra Canonem ſacros non eſſe, & omnes qui ſacri ſunt eo includi: dicere nullum omnino librum ex Canonicis periſſe. Potuerunt enim aliqui alij incogniti perire, de quibus Auguſtinus nullam mentionem facit, tantùm vult eos qui extra Canonem ſunt, licet allegentur, ſacros non fuiſſe; & qui erant ſacri eos omnes Catalogo comprehendi quod caput illud 18. legenti apparebit. Verum ex ratiocinatione Auguſtini deducitur, ſi quis liber ſacer editus eſſet à quoquam, eum in ſacrum Catalogum referendum, cum Auguſtinus ex eo, quod in eo non ſit, ſacrum eſſe nolit. Atque ita exiſtimo Auguſtinum ſentire: ſed tam ſum eius operum religioſus, & accuratus lector, vt non patiar ei quidquam, vel addi, vel detrahi. Igitur Auguſtinus capite illo 38. pro comperto habet multa ſcripta eſſe à Prophetis, quæ extra Canonem ſcripturarum ſunt, nec recipiuntur inter Sacras Scripturas. De cauſa autem huius rei dubitat his verbis: *Huius, inquit, rei cauſa me latet, niſi quod exiſtimo etiam ipſos, quibus ea, quæ in authoritate Religionis eſſe deberent Sanctus, vtique Spiritus reuelabat, alia ſicut homines hiſtorica diligentia, alia ſicut Prophetas inſpiratione diuina ſcribere potuiſſe; atque hæc ita fuiſſe diſtincta, vt illa tanquam ipſis, iſta verò tanquam Deo per ipſos loquenti iudicarentur eſſe tribuenda, ac ſi illa pertinerent ad vbertatem cognitionis, hæc ad Religionis authoritatem.* Ex hac autem ratiocinatione apparet Auguſtinum voluiſſe rationem reddere, cur quidam perierint, quidam non perierint? nimirum quod quædam eſſent humano ducta, & more ſcripta, quædam diuino afflatu, ac præter humanam conſuetudinem, quod autem nulla ex his ſcriptis ſacris intercide-rint apparet ex proximis ſubiunctis verbis: *in qua authoritate cuſtoditur Canon.* Cuſtodiam Canonis ad authoritatem Religionis retulit, ſignificans ea cuſtodiri, quæ ad authoritatem pertinebant, & ob eandem authoritatem ad quam pertinebant cuſtodiri: itaque cuſtodiam partem authoritatis eſſe, & ad eiuſdem dignitatem ſpectare, vt nihil ſcripturæ intercideret, ne quid periret authoritatis.

Auguſt.

Ac primum ſi de facto quæſtio ſit, facile eſt affirmare ſolos libros Canonis diuinos eſſe, & negare eos, qui extra illum ſunt ſacram habere authoritatem, quod ſanè argumentando oſtendit Granina. Sed quod aliquid de nouo ſim dicturus ſeorſim reſpondere volo. Greuina

De libro Bellorum Domini, qui Numeri 21. citatur, variè Authores ſentiunt. Multi Ruperto in eum locum duce, negant eſſe librum, & affirmant hiſtoriam eſſe traditam filiis à Parentibus, quod vox *Sepher*, qua ſacer Textus vtitur, narrationem, quæ communis eſt vocali, & ſcriptæ ſignificat. Sed vulgata editio, quæ librum vertit, hanc interpretationem non patitur. Lyra ſequutus Rabbinos putat eſſe ipſum et librum Numeri, qui ſeipſum allegat: Verùm id vix ſibi quiſquam perſuadeat eodem loco librum, ac teſtimonium loci contineri: Aben Ezra exiſtimat librum Iudicum citari: vt eum hic poſtea ſcriptus ſit à Samuele, Moyſe multo ante mortuo, citari non potuit: quod autem prophetando dici potuit ea res in libro Iudicum non habetur. Quo item refutatur opinio Abulenſis, qui ait eſſe eundem cum libro Iuſtorum, de quo Ioſue 10. fit mentio, cum ſit iſte multò recentior. Propiùs verum attingit Auguſtinus quæſtionibus: in librum Numeri quæſt. 42. ante Moyſen fuiſſe libros Chaldæa lingua editos, è quorum aliquo Moyſes eam Prophetiam citauit, non quod totus liber ſacram authoritatem haberet, ſed quod partes eius quædam à Deo fuerant inſpiratæ. Hunc autem librũ Bellorum Domini, affirmat Genebrardus, extare hodie, & cerni apud Aethyopas. Hæc ſententia placet. Sed addiderim: mihi caput illud accuratè ſæpius legenti, & cum ante ſcrip-

Rupert. Lyra. Aben Ezra. Abulenſ. Auguſt. Genebr.

ſcriptis conferenti, videri illum librum, Commentarium eſſe inſtar Diarij, quem Moyſes fieri iuſſerit referendo in Acta, quæ accidebant, ea præcipuè, quæ contra hoſtes Iſrael Dominus diuina virtute patrabat: cuiuſmodi fuerat Pharaonis exercitus, & clades, & Amalecitarum ſtrages, & ſimilia. Cum autem ad Amorrhæorum populos, qui feroces erant, & habebantur tranſita Mohabitida regione, cuius terminus erat Arnon, ventum eſſet, & magnus de ijs timor inceſſeret populum, Moyſen præſciũ futuri ad eum confirmandum in illius diei narratione eam de ſuo ſententiã ad confirmandum populum adieciſſe: In qua reſpexit ad tranſitum maris rubri cuius recens, ac celebris erat memoria, prædixitque eadem felicitate tranſituros Arnon, quod tranſierant mare rubrum. Video autem locum illum Numeri, de præterito loqui, cum maris rubri tranſitum memorat, *ſicut fecit in mari rubro*, quod ſignum eſt poſt eum ſcriptum fuiſſe: & deinde video futuro vſum ſcriptorem, *ſic faciet in torrentibus Arnon*, quod inſtaret tranſitus Arnon. Itaque vaticinium hoc fuit Moyſis, illam ſententiam inſerentis ad populum confirmandum. Nec eſt vana iſta ſuſpicio, eum authore Maſio in Præfationem Ioſue, conſtet in Veteri Synagoga morem fuiſſe ſcribendi huiuſmodi Commentarios, in quos res geſtæ conferebantur. Non erat ergo totus ille liber ſacer; ſed quæ partes à Moyſe, vel Prophetis inſerebantur, ijs ſacræ pondus erat authoritatis. Maſius

Eodem modo ſecundum argumẽtum de Libro Iuſtorum commemorato cap. 10. libri Ioſue ſoluitur. Erat enim ex Actis ſanctorum eius temporis hominum, qui iuſti dicebantur compoſitus, & eorum nominibus inſcriptus, ex quibus Sacer Scriptor aliqua decerpebat, & decerpendo ſacra authoritate ſua canonica reddebat: Nec enim opus erat, vt cum citabantur eſſent diuina, ſed ſatis erat, vt citando fierent diuina. Ioſue 10

Quod attinet ad Parabolas, & Carmina Salomonis, aptè reſpondetur ſcripturam non habere Salomonem ſcripſiſſe eas Parabolas, & Carmina: Verba enim illius ſunt 3. Regum 4. *Locutus eſt Salomon tria millia Parabolas, & fuerunt carmina eius quinque millia, & diſputauit &c*, vbi de ſcriptis nulla fit mentio. Quæ autem ſcripſit ea omnia Sacroſancta, & diuina habenda, vti extant in eius libris Canonicis. De his autem Eccleſiaſtici 12. dicitur. *Conſcripſit ſermones rectiſſimos, & veritate plenos*; perſpicuè poſuit, conſcripſit, quod ea quæ ſcripſit ſacram authoritatem habent. 3 Reg. 4 Eccleſ 12

Locus deſcriptionis templi datæ per manum Domini Dauidi 1. Paralypomen. 28. penultimo. à Grauina ſic ſoluitur, ſcriptam quidem eam fuiſſe, ſed non idcirco à Deo inſpiratam; nec enim omnia quæ Dauid aut alij Prophetæ ſcripſere à Spiritu Sancto acceperunt. Mihi diſplicet hæc reſponſio: vt enim concedam aliàs; quod aſſumit, hic certè non poſſum concedere, quia Dauid expreſsè affirmat omnia ſcripta manu Domini ad ſe veniſſe: quæ verba cum ſcripturæ Canonicæ pars ſint cogunt fateri non ſenſu Dauidis concepta, ſed Dei nomine afflata fuiſſe. Quibus item verbis refutatur alia expoſitio, quæ Rabbinis tribuitur ab eodem: deſcriptionem illam voce diuina datam fuiſſe, cum ſit manifeſtè contra ſcripturam affirmantem omnia ſcripta, & ſic habet verſio ſeptuaginta: *Paramini iuxta ſcripturam Dauid, & per manum Salomonis filij eius*. Igitur authorſum ſcripturam illa fuiſſe: nec amiſſam, ſed inſertam hiſtoriæ templi, ac expreſſam in ipſa deſcriptione operis, quæ narratur lib. 3. Regum 6. & 8. & 2. Paralipomen. à cap. 2. ad 8. Et in Prophetia Ezechielis à capite 40. ad 47. in quibus opinor, eſt quidquid datum eſt à Deo Dauidi deſcriptum, omnino, repræſentatum, ac iiſdem verbis poſitum. Ità vt quibus fuerat verbis templum deſcriptum iiſdem ſit narrando expreſſum. 1 Parali: penul: Grauina:

Eadem ratione exponuntur alij loci, quos affert Bellarmin. *lib. 4. cap. 4.* Bellarm.

nec

Grauina nec omittit Grauina *lib.4.* de Præſcriptionibus librorum Nathan, Gad, Ahiæ, Addo, Semeire, in quibus multa ſunt ad hiſtoriam Regum ſpectantia, quæ omnia ab authore librorum Regum, quem Ieremiam putamus, accepta, & operi commiſſa iuſtum volumen cum alijs efficiunt: atque adeò nihil eorum quæ ſunt dictata diuinitùs, deſideratur. Qua etiam
2 Paral. 20 reſponſione ſatisfit loco 2. Paralipomen. 20. vbi dicitur. *Reliqua geſtorum Ioſaphat ſcripta ſunt in verbis Iehu filij Hanani, quæ digeſſit in libro Regum Iſrael:* Nam hæc ipſa ſunt pars illius Hiſtoriæ.

Iam quod obijcitur de Lamentationibus ſuper Ioſiam ab Ieremia, eiuſque Cantoribus, & Cantatricibus compoſitis, ac *replicatis* (vocabulum
2 Paral. 35 Ier. Thr. 3 eſt 2. Paralipomen. 35.) lectis Threnis eiuſdem omnino diluitur; magnam quippe illarum partem ad Ioſiam pertinere, qui legat deprehendet. Ego certè cum lego caput 3. de Ioſia cogito: Nec me dubitare ſinit illa particula. *Ego ſum Pſalmus eorum,* tum quod ei hoſtes Sarcaſmos, tum quod Ciues Nænias occinebant, quare in vtramque partem Pſalmus erat.
Rabbi Salom. Sixt. Sen. Ierem: 36 Sentire mecum videtur Rabbi Salomon, apud Sixtum Senenſem lib. 2.

Teſtimonium de Volumine Ieremiæ ſcripto - Baruch, & à Ioachim Rege combuſto cap. 36. confirmat potius noſtram ſententiam, quam euertit: cum enim Deus ſcribi illud iterum, vſque ad apices iuſſerit, ac ita ſit factum, & propter combuſtionis crimen tam acerbas in Regem pęnas Deus expetiuerit, argumento eſt quanti ab eo fierent ſacra volumina, vt perire quidquam ex ijs minimè pateretur: Atque is certè liber eſt, quia
Ier. c. 32 in ipſa etiam Ieremię Prophetia includitur.

Libri emptionis, & venditionis agri, apud Ieremiam cap. 32. qua parte Prophetia erat, & figura rerum futurarum, in eodem capite perſpicuè continentur: idque agebat Spiritus Sanctus, dum rationes illas nummarias curari iubebat; nec enim nomen & pretium ad Scripturam Sacram vti erant muta, & prophana pertinebãt. Sin, dicamus cum Prophetæ tabulas accepti, & expenſi conficiebant, quiddam diuinum ſcripſiſſe. Igitur, quod ſolum de his meminit Scriptura non de alijs, eo ſignificare voluit, quid per has voluerit intelligi. Id autem eo dicto capite continetur, & exponitur.

Qui in Euphratem iubetur ab Ieremia proijci, ac mergi liber, is exemplar erat eius Capitis 51. in quo excidium Babylonis exprimebatur, cuius Prototypon ſeruauit Propheta, eſtque ipſumet caput 51. vti apparet ex verbis Ieremiæ: *Scripſit in libro vno omnia verba hæc quæ ſcripta ſunt contra Babylonem.* Cum ergo illa in eodem capite hodieque extent manifeſtum eſt non periiſſe. Cuius ſententiæ, etſi minus explicato, Hugonem authorem habet. Ierem. 51 Hugo.

Liber Dierum Sacerdotij Ioannis, & quinque libri Iaſonis Cyrenæi, quod ſacri non erant illa ex ijs ſunt deſumpta, quæ ſacram fidem merebantur, & in Codices diuinos tranſlata Canonicam authoritatem habuerunt. Cætera quæ Iudas Macabæus ſcripſit, de ijs iam diximus librum primum, imo & ſecundum Machabæorum maximam partẽ fuiſſe concinnatos. 1. & 2. Machab. Ex his palam fit, quam facilè ſoluantur, quæ contra Auguſtini ſententiam Vetus Teſtamentum exempla oppoſitæ opinionis authoribus miniſtrat.

Noui Teſtamenti difficiles loci videntur. Ex quibus difficiliorem puto, quem minus accuratè tractari video: nempe locum 1. ad Corinth. 1. Cor. 5. cap. 5. vbi Paulus ait: *ſcripſi vobis ne commiſceamini fornicarijs* qui locus in Epiſtolis non inuenitur. D. Thomas, Gloſſa, Lyra, Caietanus in Paulum: concedunt in alia Epiſtola quæ interciderit ſcriptam illam fuiſſe ſententiam. D. Thom. Gloſſa: Lyra Caiet. Verùm cum Chriſoſtomo, & Theodoreto, quos ſequitur Baronius *Tomo 1. Annalium,* nego vllam aliam Epiſtolam preter has duas ad Corinthios Paulum ſcripſiſſe. Chryſoſt. Theodor. Baron. Argumento

verò reſpondeo eodem *cap.5. num.2.* illam particulam ſatis exprimi illis verbis, *vt tollatur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit*, id eſt ille qui Nouercam Vxorem duxerat. Igitur dum iubet expelli hunc fornicarium, iubet *ne commiſceantur fornicarijs*: quæ ſanè interpretatio idonea eſt; nec enim veſtigium in tota illa venerabili antiquitate tertiæ huius Epiſtolæ ad Corinthios reperitur.

De Laodicenſium Epiſtola maior Controuerſia eſt, multis affirmantibus ſcripſiſſe Paulum ad Laodicenſes. Nos tamen inficiamur vllam eiuſmodi Epiſtolam Pauli eſſe, ſed vel Laodicenſium ad Paulum, vel Laodiceæ ſcriptam à Paulo ad alios, puta Theſſalonicenſes aut Philippenſenſes. Qua in re ſequimur Chriſoſtomum, Syrum Theodoretum, Theophylactum, & Gloſſam *in eandem Epiſtolam ad Coloſſenſes* 4. Cuius item ſententiæ author eſt Hieronymus in Catalogo: quamuis Sixtus Senenſis dicat repertam eſſe illam Epiſtolam in Codice ſorbonico vetuſtiſſimo, eiuſque exemplum afferat probatum à Fabeo Stapulenſi. Hæc tamen ſpuria iudicata eſt, & longe diuerſa ab ea quæ tempore Hieronymi circumferebatur: quod ipſum argumenro eſt vtramque eſſe Apocrypham, vti obſeruat Baro-
Baroni: nius ad Annum Chriſti 60. Fidem facit græcus textus qui habet, *& illam quæ ex Laodicea*, quod inde miſſa, vel ad alios, quod minus placet, à Paulo, vel quod omnino probatur inde ad Paulum miſſa, quam idcirco appellat Laodicenſium ſecundum vulgatam quæ legit 4. ad Colloſenſes. *Eam quæ Laodicenſium eſt vos legatis*, quod nimirum aliquid lectu dignum contineret, & ad Colloſſenſes quoque ſpectaret à quibus lego volebat, vt quod erat vtriſque commune ei eadem Epiſtola reſponderet. Addo momenta ex coniecturis. Prima ſit quod Paulus in epiſtola ad Colloſſenſes iubet ſalutari fratres qui ſunt Laodiceę, ἀσπάσασθε τοὺς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφούς nemo autē ſalutari iubet eos ad quos ſcribit: quare ſi ad eos tunc ſcriberet non aliena manu ſalutaret. Secunda quod Phraſis ea latina *Laodicenſium* imo ne Græca, quidem. Λαοδικέων non patitur illum ſenſum *ad Laodicenſes*: nam ille caſus genitiuus non quadrat in Epiſtolas ſcriptas ab authore ad alios. Quis enim dicat epiſtolæ Ciceronis pro Epiſtolis ſcriptis ad Ciceronem? Itaque Hieronymo aſſen- Hieron.
tior affirmanti hanc epiſtolam ab omnibus explodi.

Supereſt liber Enoch, de quo Iu- Iud. Can.
das in ſua Canonica meminit, etſi à Tertulliano hic liber probetur *libro de habitu Mulierum*, ab Auguſtino tamen magnis argumentis reijcitur *lib. 15. de Ciuit, cap. 23.* Cui ſententiæ publicam fidem facit Gelaſius Papa in Gelas.
decreto ſuo *cap. Romana Eccleſia diſtinct. 25.* Nec cum Iudas probauit cum ex eo teſtimonium protulit, cum, quod ſæpe monuimus, citatit partem ſanam libri corrupti: Rectè enim dixit origines *Homil* 1. in Cantica li- Origen.
cuiſſe Apoſtolis Spiritu Sancto repletis quæ ab eo erant dictata diſcernere à reliquis & ſeligere. Præterea potuit ex eo libro Iudas teſtimonium idoneum ſumere, quemadmodū Paulus Aratti, Epimenidis, & Menandri aliorumque Poetarum, & Philoſophorum citauit ſententias, quæ erant aptę ad faciendam fidem Gentibus inter quas prædicabat; quod Hieronymus Heron.
citatus, & Auguſtinus *lib. quæſtionum* August.
in Numeros 4. quæſt. 9. & lib. 15. de Ciuit. cap. 25. & lib. 18. cap. 38. vtcunque ſignificauit.

Argumenta ex coniecturis petita paulò poſt ſoluentur, remota prius obiectione incendij ſacrorum librorum, quod duplex fuiſſe dicitur ſub Nabuchodonoſore, & Antiocho: Cui tripliciter reſpondetur. Primò non omnes libros conflagraſſe, cum multa eorum eſſent exemplaria apud priuatos, quæ facile erat abſcondi, & ſeruari. Secundò etſi omnes Hieroſolymitani perijſſent, non perijſſe tamen libros apud Samaritanos conſtitutos. Tertiò, vt omnes iſti qui in Iudęa erāt intercidiſſent, adhuc ſuperfuiſſe multos apud Hebræos de-

cem

cem Tribuum, qui erant in Aſſyria poſt tranſmigrationem factam à Rege Salmanazare. Quod autem tempore captiuitatis ſcripturæ ſacræ extſiterint ex libro Danielis cap. 9. apparet, vbi fit mentio de libro Ieremiæ, & libris Moyſis. Deinde poſt aliud incendium ſub Antiocho 1. Machabeorum 12. legimus *Hebrais ſolatio eſſe ſacros libros*. Ad vulgarem verò illam de Eſdra ſententiã interim cum Bellarm. *lib. 2. de Verbo Dei cap. 1.* & Grauina *lib. 4. Controuerſ. 3.* reſpondeo negando omnes libros Eſdram ita reſtauraſſe, vt de integro dictatos reſtitueret, ſed eos tantùm qui erant lacæri, & diſperſi inueſtigaſſe integraſſe, & collegiſſe, quæ eſt Patrum communis ſententia, vti ſuo loco dicemus.

Daniel. 9.
1. Mac. 12.
Bellarm. Grauina

Nunc tempus eſt coniecturas (nam coniecturalis hæc cauſa eſt) coniecturis refutandi. Prima ſit ex dignitate Verbi Dei: quod decuit illæſum inuiolatumque manere, nullis temporis iniurijs obnoxium, nullis euentuum fortuitorum caſibus opportunum, extra anni mortiſque vices, vti immortale, ac diuinum, de quo iure Iſaias cap. 4. *Verbum autem Domini manet in æternum*. An pateretur Chriſtus perire libros integros ſacræ ſcripturæ, qui dixit *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant?* qui enim ne apices quidem auferri voluit, qui vellet vt membra parteſque tollerentur? Si Chriſtus verba volãtia & auribus auriſque commiſſa Cæli terræque firmitati antepoſuit, *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt* quomodo fineret verba litteris mandata & conſtantia leui circum actu Cæli, id eſt tempore agi, rotari, & conſumi? Traderet ne Deus blattis & tineis Verbum ſuum qui *non dedit ſanctum ſuum videre corruptionem*?

Iſaias 4.

Secunda ſit ex prouidentię ratione. Si enim Deus permitteret vt ſcripturæ à ſe dictatæ perirent, anſa daretur cogitandi non eſſe Deo curæ res alias caducas, & alienas qui immortalia, & propria negligeret, cum præſertim nil magis diuinum ſit, quàm ipſum et Verbum Dei, imo Deus ipſe ſit verum, & Verbum. Prouidit ergo ipſe vt parietes illius domus in qua conceptus fuit ex Virgine integri, & intacti permanerent: Vt autem tabulæ membranæque ille in quibus Verbum Dei ſcriptum erat incorruptæ inuiolatæque manerent non prouidit? quem titulum Pilatus ſcripſerat deleri ſemel ſcriptum vetuit *quod ſcripſi ſcripſi*, pateretur verò Deus libros ſuos ſolidos ad æternitatem ſcriptos interire? Flatus ille quem Chriſtus in Cænaculo Apoſtolis inſpirauit, æternum in Eccleſia durat durabitque, Verbum autem Filij ſui Deus in quo fundauit Eccleſiam durare noluerit? Iniuria ſanè Eccleſiæ fieret, ſi eo Verbo niteretur quod eſſet caducum. Certè tota illius firmitas Petræ hoc Verbo fundatur. Prohibebant priſci illi Philoſophi ac Poetæ ne ſcripta ſua interciderent, linebant oleo cedrino, cedro includebant, incruſtabant laminis in armarijs cuſtodiebant deſiderio æternitatis, Deus verò æternitatis negligens, libros ſuos æternitate dignos ne cedro quidem dignos putarit? quod in votis Poeta habuit qui *exigere voluit monumentum ære perrennius*, id ne Deus quidem curauit, qui nubibus, & ventis irrita monumenta ſua donauit? Putabat Vates ille magnam ſui partem in ſcriptis menſuram, Deus exiſtimauit nihil ad ſe verba ſua pertinere? Abſit vt maiori prouidentia vſus ſit Deus circa veſtimenta Iſraelitarum in deſerto, quàm circa ſcripturas ſuas in Ciuitatibus, cum illa integra, & illæſa conſeruarit, has omnino corruptioni tradiderit.

Ioan. 19.
Ioan. 20.
Horatius

Tertia ex figura, & typo Chriſti ante ipſius aduentum ſcripturis impreſſo, & contento: quæ enim in ijs exarata erant, Chriſtum eiuſque doctrinam, & exemplar ſignificabant, ac iuſtæ, & germanæ de Chriſto, & Eccleſia Prophetiæ erant, quaſi perirent, multum de figuratis detraheretur, pereunte typo, & manente re ſine imagine, quæ exprimebatur, & probabatur: ita nec figura rei, nec res figuræ reſponderet. Fac enim aliquas

periiſſe

periiſſe ſcripturas, quæ vaticinia de Chriſto continebant in eo, & ab eo implenda, quomodo verum eſſe appareret, quod dicit Euangeliſta *Conſummatum eſt* cum multa poſſent eſſe prædicta, quæ conſummata non eſſent, quod periiſſent, contra id quod
Ioan. 19. ſupra dixerat. *Omnia conſummata ſunt.* Vt ergo verum vtrumque eſſet, nihil deeſſe debuit ad conſummationem. Confirmatur loco Pauli dicentis, *Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt*: quod vt verum ſit, oportet nihil ſcriptum periiſſe, ne quid de doctrina perire poſſet: qui enim eo doceri poſſumus, quod prorſus ignoramus.

Quarta ex reuerentia illius populi erga diuinas ſcripturas, & ſingulari earum cuſtodia. Cuius hodieque ſigna in Hebræi reliquijs populi vbique videmus, nihil enim apud eos ſanctius habetur, nihil religioſius ſeruatur adeò vt ex veteri doctrina, & vſu vix quidquam retineant præter ſacra Biblia, quorum diligentiſſimi cuſtodes, & Auditores ſunt. nec ſolum curabãt ne perirent, ſed illud etiam vetabant, ne alijs Gentibus communes fierent, eaſque ceu Virgunculas domi clauſas latenteſque cuſtodirent: adeò vt cum tot Regibus ſeruierint nulli licuerit earum exemplar habere, & niſi Demetrius ille Phalereus ſua eloquentia perſuaſiſſet, ne Ptolomæus quidem Philadelphus ſeptuaginta Interpretum verſionem habuiſſet. Hinc eſt vt tot bellis petiti, tot cladibus affecti, dirutis Vrbibus, incenſis domibus, euerſa demum, & exciſa Patria ſcripturas nunquam amiſerint: quod enim vulgò creditur in extremo Ieroſolymorum excidio omne vetus inſtrumentum incendio perijſſe, & proximè refutauimus, & poſtea copioſius refellemus.

Summam facio: nulla præter eas quæ Eccleſiaſtico Canone continentur ſcriptura diuinitus inſpirata vnquam fuit, & quotquot fuerunt eæ omnes in recepto, & à Tridentina Synodo approbato Catalogo comprehenduntur, ac illæ quidem omnes ſuis ex integro partibus membriſque conſtantes. Itaque vti à Deo acceptæ, & à Spiritu Sancto dictatæ ſunt, ita ad Eccleſiam citra corruptelam, & vitiũ per manus Prophetarum, & Apoſtolorum traditæ peruenerunt: atque adeò diuinitus afflatum Concilium omnes ſacros libros integros cum omnibus ſuis partibus recipi ſub anathematis pœna iuſſit ſeſſ. 4. in Decreto de Canonicis ſcripturis.

CAPVT V.

An omnia quæcunque, & in veteri Teſtamento Prophetæ, & in nouo Apoſtoli ſcripſerunt, afflatu ſpiritus ſancti ſcripſerint, eaque omnia pro ſacris eſſent habenda ſi extarent?

HAec quæſtio nexa eſt cum alia proxima expedita. Sequitur enim ſi quid aliud ſcriptum commemoretur à quopiam ſacro ſcriptore, nec ſit in ſacros libros relatum, id non fuiſſe diuinitus inſpiratum, ſed more, ac ſenſu humano ſcriptum: qua ratione ſolent oppoſitis exemplis reſpondere Authores, & quidem facile ac expeditè: prolato enim loco aut libro qui inter ſacros non ſit, excipiunt eum non fuiſſe à Spiritu Sancto acceptum, ac ideo non relatum. Quo pacto reſpondent Caietanus in Ioſue *cap.* 10. Caietan:
& Grauina eodem Caietano citato Grauina
lib. 4. de Præſcrip. art. vnico in Concluſione, & ſæpe alibi, & Bellarm: *lib.* 1. Bellarm:
cap. 6. imo & hæc eſt Auguſtini doctrina *lib.* 18. *de Ciuit. cap.* 38. vbi poſita quæſtione de libro Enoch, quem negat eſſe Canonicum digreditur ad alias ſcripturas inquirens cur in ijs multa teſtimonia aliorum librorum, & Prophetiarum citentur, qui in ſacrum catalogum recepti non ſunt, cuius rei cauſam ſuperiori capite eius verbis citatis produximus, ex quibus apparet ſen-

ſenſiſſe Auguſtinum non omnia, quæ ſacri Authores ſcripſerunt à Spiritu Sancto dictata fuiſſe, atque adeo non omnia ſanctæ Fidei eſſe.

Nos ita proximè quæſtioni reſpondimus, vt ſine huius præſentis Controuerſiæ mentione ſatis, opinor argumentis fecerimus; nunc eam ex integro tractandam ſuſcipimus, atque altius initio ducto querimus. Vtrum ſpiritus Propheticus reuelans diuina fuerit permanens, & conſtans in ijs qui eo afflati ſcripſerunt? ſi enim conſtans, & perpetuus fuit quæcunque ij ſcripſerunt ſacra ſunt: ſin autem temporariùs, & interruptus, multa ſunt ab ijs ſcripta quę à Spiritu Sancto
Auguſt. non ſunt dictata. Et quidem D. Auguſtinus apertè negat ſpiritum Propheticum, quod vnum eſt ex donis Dei, & gratijs gratis datis, perpetuum & conſtantem in Prophetis fuiſſe, quę
D. Thom. perſpicua eſt ſententia D. Thom. 2.2. *quæſt.* 171. *art* 2. qui eã probat exemplo Eliſæi *lib.* 4. *Regum cap.* 3. cui quod ſpiritus Prophetiæ defuit, neceſſe fuit Pſaltem adhibere, & authoritate D.
D. greg. Gregorij ſuper Ezechielem *Homil.* 8.
Caiet. & tradit in eum articulum Caietanus, quo cum ſentiunt reliqui Interpretes
Suarez ibi, & Suarez 1. *tomo in 3 part. diſput.* 21. *ſect.* 1. *&* 2. agens de dono Prophetiæ in Chriſto Domino, quod in vno eo permanens, & per modum habitus affirmat fuiſſe cum in reliquis ſit temporarius, & inſtar tranſeuntis.
Grauina Subſcribit Grauina *lib.* 4. *de Praſcriptione articulo illo vnico*: nec ego diſſentire hac in re poſſum, qui videam eſſe certam, ac item quod ex ea ſequitur nimirum potuiſſe multa ſcribi à ſacris illis authoribus quæ nõ eſſent à Deo inſpirata, proindeque fide ſacra & authoritate Canonica prorſus caruiſſe, & doctrinam Auguſtini amplector, quæ communis eſt, & traditur à
Bellarm. Bellarmino *lib* 4. *cap.* 4.

Animaduerto tamen maximam hinc oriri difficultatem: ſi enim hoc verum ſit potuerunt etiam Apoſtoli multa ſcribere, que Canonica non eſſent, quod ſpiritus ille, quo ſcribebant deeſſe illis ſcribentibus potuit; quod non video admitti ab authoribus, imò ab iis oppoſitum videtur ſignificari, cum de Epiſtolis Canonicis agunt. Nam tota Controuerſia inter eos eſt: vtrum illa, vel illa Epiſtola, de quo quæritur, Authorem Apoſtolum habeat, ita vt quæ habet Apoſtolum Authorem ea Canonica habenda ſit, perinde ac nihil interſit inter vtrumque, ſed dato eſſe Apoſtoli, & illud concedatur eſſe ſacram, & diuinam. Hoc de Epiſtola ad Hebræos, hoc de ſecunda Petri, hoc de ſecunda, & tertia Ioannis, hoc de vna Iacobi, & altera Iudæ, imo & de Apocalypſi ſtatutum volunt, vt cum liqueat horum operum Authores Apoſtolos eſſe, de eorum ambigi authoritate non poſſit. Quin & ſi illa, quæ Laodicenſium dicitur Pauli eſſe probaretur, nemo eum à Catalogo Sacro expungeret: Si enim verum eſt illud, ſpiritum diuinum non ſemper. ac perpetuò eos afflaſſe, ſed per interualla, facilè eſſet reſpondere illam Epiſtolam ex eo fidem diuinam non habere, quia illo tempore ſcripta fuit, quo ſpiritus diuinus afflatum ſuum intermiſerat. Nemini tamen opinor hoc in mentem venit, imo ſi veniret periculum eſſet, ne illa cogitatio errori locum faceret: quare illud omnibus perſuaſum eſt, cuius eſſe conſtet Epiſtolæ ſcriptorem Paulum, eam diuino ſpiritui aſſignandam.

Statuo igitur cum Auguſtino *lib.* 18 *de Ciuit. cap.* 38. & Hieronymo Epiſto- Auguſt. Hieron.
la 125. ſpiritum Veteris Teſtamenti propheticum non perpetuum, ſed temporarium, non conſtantem, ſed mobilem fuiſſe; afflari eo *Videntes* per interualla, agi ad libitum Spiritus Sancti pro rerum, ac euentuum ratione; corripere eos ſubito, & in vaticinia compellere, mox iis editis remittere, ac ceſſare. Pati quidem Prophetas Deum, ab eo premi, domari, fingi, ſed non ſemper ab eo poſſideri, teneri, duci, ſed deſeri interdum, & linqui. Quod ſanè exemplo
Eliſæi D. Thom. probat; cui geminũ D. Thom.
eſt illud Danielis, qui cap. 2. petit à Nabuchodonoſore tempus ad ſolutio-

tio-

tionem propoſitæ ſibi ab eo viſionis. *Nec enim* ait Gregorius *lib. 2. Dialog. cap. 21. Prophetia ſpiritus Prophetarum mentes ſemper irradiat*, quin & illos Prophetas, qui in Choris, & Choreis canentes prophetabant, tunc ſolum prophetare ſolitos cum ſic agitabantur exiſtimo: ac ea vtor coniectura, quod inter eos Saul non niſi inſilientę ſpiritu Domini, & in ſaltus, & cantus agente prophetauit, Vnde Nazianzenus orat. 2. de Theologia illuſtrationes Propheticas, *impetus, & impreſſiones, & flatus* vocat, & vtitur verbo agitati græcè φέρεσθαι Illuſtrabantur luce diuina, quæ mentem radijs perfundebat, teſte Bonauentura in 3. Dieta. Nec enim obſcuritas eſt de ratione Prophetiæ, authore D. Thom. 2. 2 *quæſt.* 171. imo eo diſtinguitur propriè à Fide, quæ euidens eſſe non poteſt, ſecundum eiuſdem doctrinam *art. 3. ad 2.* quapropter *Videntes* dicti. Sed illa lux ferientis inſtar erat, & fugientis, inſtar fulguris, quod vox, ceu tonitrus, ſequebatur citra habitum formamque permanentem, vti Doctor Angelicus *quæſt. 12. de veritate art* 1. docet, & Grauina aduerſus Serarium *lib. 4. de Præſcript. Controu. 1. art. 3.* demonſtrat. Non eò hoc dico, quod putem ineſſe perpetuò euidentiam Prophetiæ, cum interdum poſſit eſſe obſcura, nec à Fide eſſentialiter diſtingui, ſed quod Prophetæ pleruumque videant reuelantem, & quæ prædicunt intueantur, iuxta illud Danielis 10. *Verbum reuelatum eſt intellexitque ſermonem, intelligentia enim opus eſt in viſione:* ducebantur quippe ab illo ſpiritu, de quo Iſaias cap. 63 *Spiritus Domini ductor eius fuit* non cæco, & præcipiti, ſed oculato, & prudentia pleno.

Gregor. / Nazianz. / Bonauen. D. Thom. / Grauina / Daniel. 10 / Iſai. 63.

Verum aliter exiſtimo afflatos fuiſſe Apoſtolos, ac Prophetas. puto enim in Apoſtolis Prophetiam donum fuiſſe quaſi habituale, & permanens, non quod ſemper in actu prophetandi eſſent; nec enim id opus, aut par erat, ſed quod ſpiritus ille inſidens menti nunquam eos defereret, aut deſtitueret, cum docerent, aut cum ſcriberent; vnde quidquid docebant, ſcribebantque, id omne à Spiritu Sancto erat infuſum; ac proinde cuius erant, vel doctrinæ, vel ſcripti Authores illud erat certa, & indubitata authoritas. Non ita Prophetæ in quibus inquilinus ſpiritus erat, non domeſticus ſcribebant afflati, ſed ſpiritu flatui ſimili, qui & ſubito ſpirabat, & per interualla intermittebat, ibat ſæpius viam & redibat, ſtatis nempè temporibus. Si autem ratio diſcriminis quæritur mihi ea eſſe videtur, quod Apoſtoli erant Doctores, & Paſtores Eccleſiæ à Chriſto inſtituti, quod munus certum quoddam lumen, & conſtans exigebat, cum præſertim Spiritu Sancto pleni eſſent, quem die Pentecoſtes ſedentem ſedentes ipſi acceperunt; vt quamuis ignis eſſet natura ſua mobilis, & inquietus, in linguas ſe fingeret, quæ gutturi radicitus inhærent. Itaque *ſupra ſingulos eorum ſedit ignis*, quaſi in ijs vellet habitare. Accedit quod gratia, quæ animis Apoſtolorum fuit à Deo infuſa conſtans, & perpetua fuit, eoſque omnino confirmauit ne peccarent, in eo, & ne peccare quidem ſaltem proximè, multorum ſententia poſſent. Vt ergo lux mentis gratię animi reſponderet, firma, & tenax eſſe debuit, non inſtabilis, & fugax. His opinor, coniecturis veriſimile eſſe iudico Apoſtolicum donum præſtantius eſſe Prophetico, & ita dignitatem, & munus Apoſtolorum decuiſſe. Itaque cenſeo de quacunque Epiſtola conſtaret eſſe Apoſtoli, puta Pauli, eam ſacram diuinamque habendam.

Actor. 2

Sed obijciet doctus, & acutus quiſpiam Apoſtolos homines eſſe; multa humana agere, & pati eos oportere; Præterea non pauca ciuiliter, & politico more munia obiiſſe, quæ non non eſt credendum a ſpiritu illo diuino profecta. Cur igitur fieri non potuit, vt litteras officioſas, & vrbanas inter ſe ipſi, & alii ad alios familiares ſuos mitterent; quæ proinde non eſſent afflatu Spiritus ſancti dictatæ? Cui ego hic reſpondeo, & me Apoſtolos homines fateri, & nihil ab iis huma-

humanum præter læthalem culpam alienum putare: ſed quæ tamen ij, & docebant, & ſcribebant altioris eſſe ſubſellii, atque adeò ſacra, & diuina: nec enim decebat litteræ Apoſtolorũ manu ſcriptæ prophanum aliquid redolerent: nec paſſurum eundem illũ à quo regebantur ſpiritum, quidquam ab ijs ſcriptum prodire, niſi ad doctrinam comparatam. Itaque ipſæ familiares, & Ciuiles Epiſtolæ plenæ eſſe deberent iis documentis, quæ ad ſalutem ſpectarent. Rem maximè cõtinet illa Epiſtola Pauli ad Philemonem, quæ tota ſanè familiaris eſt, & officioſa, & in commendatione Oneſimi verſatur, quæ tamen ita comparata eſt, vt diuinum quiddam ſpiret, proindeque vti Canonica cum cæteris ſcripturis numeratur. Argumentum certè Epiſtolæ humanum eſſe videbatur, & à doctrina alienum. Quare hoc eam nomine Canonicam eſſe negant, Anomæi, apud Epiphanium Hereſi 76. & alij apud Hieronym. in cap. 5. Michæe, & Præfatione huius Epiſtolæ, & apud Auguſtin. lib. 2. contra Aduerſarium legis, & Prophetarum. Verum ita Spiritus Sanctus ductum manus Apoſtoli direxit, vt præclarum pietatis, & Charitatis Epiſtola illa ſpecimen præbeat. Eiuſdemmodi fore puto quæcunque Paulus alijque Apoſtoli ſcriberent. Nec ſola iſta exemplo eſt, ſed Ioannis etiam duæ, ſecunda ad Electam, tertia ad Caium, quæ cum ſalutationibus, & officijs plenæ ſunt abundant præceptis, & doctrina. Itaque quot lineas habent tot me argumentis cogunt credere non aliter, ſi ſcriberent, Apoſtolos ſcribere potuiſſe.

Ad Phil.

Epiph. Hieron.

Auguſt.

Ioſue Canonicæ

Doleo, quod contra Stapletonus ſentiat *lib. 9. Controuerſ. 5. cap. 5.* qui nihil inter Prophetas Apoſtoloſque diſtinguit.

Staplet.

Atque vt nemo exiſtimet iſta me minus conſideratè, & prudenter dixiſſe remoueo ſcrupulos, qui attentum, & religioſum lectorem mouere poſſent. Quadruplex in ſacris litteris inuenitur. Prophetiæ genus. Primum ſubiectum, & quaſi coactum præter indolem, & ingenium Vatis, qui pateretur potius, quam ageret: cuiuſmodi fuit Balaami, & Caiphæ, quos compertum eſt prophetaſſe, at non ſuo, vel voto, vel ſenſu, quod Cyrillus, & Auguſtinus, Chriſoſtomus, & Theofilactus, Beda, & Rupertus in Ioannem, & Ambroſius *ſer. 10. in Pſalmum* 118. obſeruauit. Sanè textus numeri 24. & Ioann. 11. proſpicuus eſt. His annumerandus eſt Saul cum ſpiritu inſiliente raptus Prophetæ perſonam egit, qui certè quid diceret ignorabant. Sic agebantur, & patiebantur, vt parum inter eos, & Aſinam Balaami (habita venia) quando humanam vocem emiſit, videretur intereſſe.

Num. 24
Ioann. 11

Cyrillus
Auguſt.
Chryſoſt.
Theophil.
Beda
Rupert.
Ambroſ.

Alterum infuſum quidem, & immiſſum, ſed inſinuans ſeſe, & permeans mentem ſui compotem, & ſpontè acceptum, cuius ſpiritus, quamuis nõ ſit perpetuus, nec conſtans, quandiu tamen eſt, illuſtrat, docet, monſtratque diuina, ſed ſuis temporibus, interuallíſque accedit, & recedit. Huiuſmodi, vti proxime diximus, proprium Prophetarum fuit, qui futura in Veteri Teſtamento prædixerunt.

Tertium manens, & conſtans lumine infuſo habitus fortaſſè in morẽ, ſed qui non niſi igniculis inſpirationis iniectis accendatur; atque adeo non proprio habentis obnoxius arbitrio, ſed diuinæ voluntati, ab eaque expectans pulſus, & motus, quibus excitetur, & citatur; citra quos tanquam in venis ſilicis incluſus ignis contineatur. Hoc fortè in Apoſtolis fuit: ſaltem eſſe potuit, qui cum illud à Spiritu Sancto in die Pentecoſtes donum accepiſſent, inhæſit ijs, ac perſeuerauit.

Data opera dixi, fortè, ne Diuo Thomæ videar contradicere, qui 2. 2. *quæſt.* 181. *ar.* 2. negat lumen Propheticum habitum eſſe, & hoc illud diſtinguit à lumine gloriæ, & quod iſtud ſit permanens, & conſtans, illud temporarium, & tranſiens, & quia ſatis eſt ad Prophetiam actualis illuſtratio, & inſpiratio. Non tamen repugnat permanentem: & habitualem

D. Thom.

eſſe illam lucem lumenque Prophe-ticum, vti patet; cum præſertim illud non ſit in hominis poteſtate, qui niſi excitetur à Deo prophetare non poterit. Neque idcirco tamen ſi non ſit habitus, non erit diſtincta ratio luminis Apoſtolici à Prophetico. Nam quemadmodum confirmati in gratia per ſanctificantem, & habitualem gratiam ab alijs ſanctis non differunt, ſed per particularem Dei prouidentiã in communicandis auxilijs Gratiæ actualis, & frequentioribus, & vehementioribus: ita etiam Apoſtoli à cæteris diuerſi fuerunt, quod luce illa, & ſæpius, & liberius ſunt illuſtrati; ac proinde non permittebantur, quidquam vel docere, vel ſcribere, quod non ad communem doctrinam, & vtilitatem conduceret.

9. Quartum Chriſti Domini propriũ fuit multò Apoſtolico dono excellentius, vtpotè debitum, & arbitrio eius commiſſum, vt non modo Prophetiæ vſum, & actum in poteſtate haberet, ſed vt nunquam notitia, & cognitio rerum tum occultarum, tum futurarum in eo deeſſe. Itaque & omnia intuebatur, & ſemper, & cum vellet prædicebat, et enunciabat. An autem ipſe fuerit proprie ac verè Propheta, etſi ne-
Abulenſ. gat grauis Author Abulenſis in c. 11. Numeri quæſt. 64. tum quod eſſet Deus, tum quod nihil ei obſcurum
Auguſt. eſſet. Affirmandum tamen eſt cum
D. Thom. Auguſtino lib. 16. contra Fauſtum, & tract. 15. in Ioannem, & Diuo Thoma *3. par. quæſt. 7. art.* 8. quemadmodum
Vaſq. latè demonſtrat Vaſquez, & Suarez
Suarez. ibi, qui & plures citant, & Abulenſis argumenta refutant, quod huius
Auguſt. loci non eſt. Illud eſſe puto de quo ambo litigant decidere. Vtrum D. Auguſtinus *lib. 5. de Ciuit. cap.* 9. initio cũ dixit *Prophetiam luce clariorem*, eo ſenſu dixerit, vt voluerit claram eſſe, & euidentem in ſe rerum notitiam Prophetiam, & obſcuritate carere. Affirmat conſtanter Vaſquez in eo Commentario, & dictum à ſe id multo antea confirmat, quamquam ſciat nonnullis recentioribus non placere. Qui autem ſint iſti Recentio-

res, vix dum legi, cum intellexi Sua- Suarez
rium ſignificari, quem hoc modo in- Vaſquez
nuere ſolet Vaſquez, vti & illum Sua- Suarez
rez. Ac legens Suarez reperi veram coniecturam meam fuiſſe; nam is *3. par. diſput. 21. ſect. 7.* ſic ait: *Citatur etiam Auguſtinus 5. de Ciuit. cap. 9. quod dicat eſſe luce clariorem, ſed eo loco potius videtur dicere luce clarius eſſe dari Prophetiam veram, quam ipſam Prophetiam eſſe luce clariorem.* Equidem lecto accuratè, et expenſo Auguſtini loco comperio verum dixiſſe Suariũ, ac ea in re minus quam ſoleat in Auguſtino Vaſquium vidiſſe. Nam in eo loco Auguſtinus diſputat contra Ciceronem negantem præſcientiam diuinam; quod non crederet cum ea libertate poſſe conſiſtere. Vt illum autem refutet Auguſtinus vtitur argumento Prophetiæ ad aſſerendam præſcientiam, affirmans Prophetiam negari à nemine poſſe, cum ſit luce clarius, eſſe Prophetiam. Vnde conſtat præſcientiam eſſe, cum ſine hac Prophetia eſſe non poſſit. Nec aliter Auguſtinus, me Authore, debet nec poteſt intelligi, cum illam Vaſquij interpretationem verba, et mens Auguſtini ferre non poſſit. Vaſquez tamen more ſuo agit; tamen enim eſt ſuarum tenax ſententiarum, vt quod ſemel dixit, etſi iniuria fortè dixerit, iure tamẽ à ſe dictum videri velit. Ecquis autem ſibi perſuadeat Auguſtinum, vt vellet affirmare Prophetiam eſſe claram dicturum, omnem Prophetiam eſſe luce clariorem? Nec enim vnquam docuit Prophetiam non poſſe eſſe obſcuram: nec ex eo Prophetiam in Chriſto eſſe poſſe defendit, quod luce clarior eſſet, qua maximè ratione hic poterat contra Fauſtum, et alios negantes Chriſtum eſſe Prophetam confirmare. Imo contra eundem Fauſtum *lib. 16. cap.* 18: videtur innuere obſcuram eſſe, nam ita ſuſtinet Chriſtum eſſe Prophetam, vt aſſumat illum, *hominem fieri dignatum eſſe*, quo ſignificat aliquid imperfectum eſſe in Prophetia, quæ ſanè erit ratio
obſcuritatis, idque ſequentia in eo Auguſt.
loco contra Fauſtum verba confirmãt

nimi-

nimirum. *Propheta eſt homo vltra humanas coniecturas, futura prædicans.* Sanè quod eſt vltra humanas coniecturas, non eſt neceſſariò elarum, et euidens, ſed ſatis eſt, vt ſit certum, et verum. Nec Auguſtinus, opinor, exiſtimauit homines Prophetas, quidquid prophetarunt, id omne perſpicuè, et euidenter nouiſſe. Quod ſi eo loco Ciuitatis Dei id haberet, eo ſanè D. Thomas teſtimonio vteretur: quo tamen eũ nũquam vſum eſſe cõperio.

CAPVT VI.

De Cauſis cur Hæretici tot libros Canonicos, aut ſuſtulerint, aut truncarint.

ANtiquorum more Hæreticorum noui faciunt, cum de recepto ſcripturarum ab Ecclefia Canone libros radunt. Ac ne inſtar Cornicum (quod ſolent) obſtrepant, eorum oculos exemplis propoſitis configamus. Prætermiſſis ijs, quos ſæpius nominauimus Ptolomeitæ, apud Epiphanium Hæreſi 46. libros Moyſe ſuſtulerunt. Nicolaitæ, & Gnoſtici, apud Philaſtrium *lib. de Hæreſibus, Hæreſi* 19. Pſalterium expunxerunt. Marcion ſolum Euangelium Lucæ mutilatum, tamen truncatumque retinuit, Irenæo teſte *lib. 1. cap. 29.* & Tertulliano *in Præſcriptionibus*. Alogi Euangelium Ioannis, & Apocalypſim negarunt, authore Epiphanio *Hæreſi* 5. Ebionitas reiecisse omnes Pauli Epiſtolas, ſcribit Euſebius *lib. 6. cap. 27.* Marcionitas quatuor illarum, duas ad Timotheum, vnam ad Titum, alteram ad Hebræos repudiaſſe, tradit Epiphanius *Hæreſi 66.* Theodorus Mopſueſtenus Neſtorianus Epiſcopus, tres libros, Salomonis Parabolas, *Eccleſiaſten*, & Cantica, & librum Iobi extruſit, vti habetur in Synodo 5. Cõſtantinop. *Collat. 4. to. 2. Conciliorum*.

Prolom: Epiphan. Nicolaitę gnoſtici: Philaſtr. Marcion: Irenæus. Tertull. Alogi Ebionitas Euſeb.

Theod: Mopſuet.

Synod. 5: Conſtant

Hoc eodem more faciunt noui Hæretici, idque ex proximè dictis conſtat. Videndum ſupereſt Vtrum iiſdẽ de cauſis faciant? Docemur eas à Patribus. Hieronymus *in Commentar. Epiſt. ad Titum. Solent*, inquit, *quidquid contrarium ſuo Dogmati viderant, vel eradere, vel integra repudiare*: Tertullianus *de præſcript. Iſta Hæreſis non recipit quaſdam ſcripturas; et ſi recipit non recipit integras.* Clemens Alexandrinus 7. *Stromatum. Non vtuntur omnibus, & vtuntur deinde, non perfectis, neque vtuntur, vt corpus Prophetiæ, & Sacer Textus requirit, ſed ſeligunt ambiguè dicta, eaque ad proprias opiniones ſtabiliendas tranſferunt. Mos illis eſt*, vti idem Clemens proſequitur *ex Prophetijs aliqua non admittere*: & paulò poſt. *Sicuti improbi pueri excludunt Pædagogum. ita etiam hi arcent Prophetias à ſua Eccleſia ſuſpectas eas habentes propter reprehenſionem. & admonitionem. Quamplurima certè conficiunt mendacia, & figmenta, vt iure videantur non admittere ſcripturas.* Auguſtinus *lib* 28. contra Fauſtum *cap. 2.* ipſumet Fauſtum redarguens. *Manichæus te impiam docuit peruerſitatem, vt ex Euangelio, quod Hæreſim tuam non impedit hoc accipias, quod autem impedit hoc non accipias. Et lib. 32.* contra Fauſtum *cap.* 19. Manichæorum impudentiam in corrumpendis Scripturis reprehendens. *Videtis id vos agere, vt omnis de medio ſcripturarum auferatur authoritas, & ſuus cuique animus author ſit, quid inquaque ſcriptura probet, quid improbet; id eſt vt non authoritate ſcripturarum ſubijciatur ad fidem, ſed ſibi ſcripturas ipſas ſubijciat.* Omnes hi Patres meo iudicio cauſas aperuerũt; quæ quatuor planè ſunt, Prima, vt hæreſes Suas, erroreſque, & audacter ſuſtineant, & interficiant extinctis luminibus, quæ poſſent hæreſes ſuas prodere, & ſublatis teſtimoniis, quę eaſdem poſſent refellere; Secunda, vt ſancta. & honeſta rectè viuendi documenta, quæ cupiditatibus ſuis modum imponunt auferant, ac ijs eraſis genio ſuo indulgeant; Tertia, vt fidem eleuent reliquarum ſcripturarum, quas in ſuſpitionem falſitatis

Hieron. Tertull: Clem. Al. Auguſt.

N 2 vocant,

vocant, cum vel alij libri ex integro, qui fidem publicam habebant tolluntur, vel eorum partes, tanquam infectę tabe præciduntur. Quarta, vt ſibi liceat ſcripturas torquere, minuere, addere, mutare, proindeque ſubigere, ac in poteſtate habere, ſuaque pro ijs obtrudere.

Lib: Tob: Ad examen reuocemus libros, & cauſas in ijs inueſtigemus. Primus eſto Tobiæ. Hunc totum ferre non poſſunt, cum totus conſtet doctrina, & præceptis moribus Hæreticorum contrarijs, abundat exemplis bonorum operum pleriſque ex miſericordia, & ſecundum conſilia factis, quæ cane peius, & angue oderunt. Decimæ in eo, & primitiæ, ciborum reſtrictio, parſimonia, ieiunia ſuis temporibus diſtributa, Eleemoſinæ, orationes, pietatis erga viuos, & mortuos officia producuntur, & commendantur; hæc primis tribus capitibus continentur; quartam exibet curam Sepulturæ memoriam mortis, ſtudium æternitatis, exhortationem ad virtutem, monita Salubria ad continendos Iuuenes in officio, libidinis deteſtationem, caſtitatis laudem, matrimonij commendationem preces, lacrymas inter epulas, abſtinentiam a licito etiam concubitu, obſeruantiam Parentum, Angelorum certam fidamque cuſtodiam, quę omnia, quam ſint ab hæretica doctrina aliena opus non eſt dicere. Iam vero *caput* 12. *&* 13. quot lineas continent, tot reprehenſiones errorum, & vitiorum exhibent; illa præcipuè, quæ Raphaelis ore dicuntur *c.* 12. inter quę ſunt illa vibrata in eos fulmina. *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum eſt*; cum ij nihil eſſe in Sacramentis, & Myſterijs ſcripturarum occultum velint, ac perinde de ijs, ac de alijs operibus, quæ foras emanant, loquantur. *Bona eſt oratio cum Ieiunio, & eleemoſyna magis, quàm theſauros auri recondere, quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam*; quomodo iſta concoquent, quibus ſola fides tota ratio benè viuendi eſt; *quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos*; quo animo hæc accipient, qui in funeribus ſuorum ſigna lætitiæ exhibent, & ramos manibus præferunt, & chirothecas, & vittas inter ſe donant, ſeque pluſculum inuitant vino, quod lætificat cor hominis, vti ego in Anglia vidi, In alienis funeribus, & viuunt, & bibunt; *ſunt hæc* Solatia Caſus; Illa ſententia exanimantur; *Ego obtuli orationem tuam Domino*. Prudenter aſtutè potius egerunt remouendo totum librum, ne fortè in eam inciderent, adigerentur quippe ad ſuſpendium; vt non alia eſſet in hoc libro linea, ob hanc totum ex integro librum tollerent?

Liber Iudith: Libri Iudith tria prima capita probarent maximè nouatores, niſi cum ſequentibus nexa eſſent; cum præſertim reperiant in quarto Sacerdotem Domini Eliachim Eccleſiam congregantem, & cum ea ieiunijs, & orationibus vacantem; ſed vtrumque tolerarent, non poſſunt tamen ferre horrorem, quem ijs incutit cilicium, cuius vel nomen indignantur. Duplicatur horror, & odium ingeminata cilicij mentione c. 8., quam eo hi loco abominantur, quòd putant deformari pulcherrimæ Iuuenculæ ſpeciem, quam nollent duriter tractari, homines, qui mollia amant, & diſſimiles adoleſcentulas habent: hanc monſtrum putant; Iam vero longa illius ieiunia, & prolixas orationes faſtidiunt, & cineres illos c. 9. ſuper illius caput iniectos ſacrilegio aſſignant, quod auream illam cæſariem, vnionibus, & gemmis alligatam vellent, monerem tamen illos, ne offenderentur, ſolent enim odorifero puluere ſuos capillos aſpergere, qui cinericeum colorem reddit, odorem tamen diuerſum, Io. 11. 12. Capita non reijcerent, quod in ijs mundum muliebrem, ignes Holofernis, patinas, & pocula reperiunt, niſi diſpliceret Holofernem tandiu complexu Iudithæ abſtinuiſſe, & concubitum diſtuliſſe, ij enim vti ſalaces ſunt, momen-

Google

mento eam raperent, & ſitirent. Puderet eos dicti Iudithæ *impollutam ſe rediiſſe*, ceu iniuria ijs fieret, quod viros eſſe ſe non probarent intacta dimiſſa. Cætera non admodum improbant; ſed Organa, Cytharæ, & Pſalmi non placent, ac multo minus liberalis illa auri, & argenti, & veſtium, & omnis generis ſupellectilis à Iuditha facta donatio, cum illa ijs aras, & templum veſtierat, quæ illi ſpoliauerunt.

Li: Eſther In Eſthera arrident initia; quod ſunt ſymposiaca; nec multum diſplicet ſecundum, & tertium caput; ſed nauſeam aufert quartum vbi ſaccus eſt, & cinis, & ieiunium, & Chameuniæ, quæ tanquam ſcorpios fugiunt; Amani cædem non probant, quod vident in eo expreſſam ſui Eccleſiam Chriſti perſequentium imaginem, quam extinctam vellent; ac vt id Amano eſſet impune mallent, nunc in eum, ſupplicium innocentibus paratum conuerſum intuentes, timent ſibi, ne quid ſimile patiantur nihil vero tam eos offendit, quam caput 14. Indignantur lacerari crines Eſtheris, quos illi acreis filis intexerent, & in reticulum argenteum colligerent. Dolent turpari argutum, & pulchrum caput, cinere operiri ſtercore conſpurgari rem indignam: quæ legatur, putant, naſo manum admouent, & obturant, homines belli, & delicati, & faſtidiente ſtomacho totam hiſtoriam ijs, vt aiunt ſordibus inquinatam reijciunt.

Liber Sapientiæ: Liber ſapientiæ ad palatum hæreticum non facit; multa in eo mentio bonorum operum, vitiorum reprehenſio: C: 2 Capitis ſecundi propria illorum ratiocinatio eſt, ibi tamen impijs tribuitur, quid enim frequentius vſurpant, quam illa? *Vino pretioſo, & vnguentis nos repleamus, & non prætereat nos flos temporis.* C: 3: 4 in 3. & 4. capite laudes Martyrum, & Virginum, & aliorum iuſtorum non ferunt; quod neminem iuſtum putant, & omnes peccatis ſordidos eſſe volunt; Caput quintum integrum iuſta eorum vitæ, & cæcitatis exprobatio eſt. C. 7: In cap. 7 tormenta inferorum reſpuunt; & in 8. *animam bonam, & corpus incoinquinatum*. Illi totum hominem peccato originali infectum corruptumque inducunt. C: 10. Cap. 10. improbant vias illas rectas iuſtorum; ſuccenſent quod præmium illorum *merces* appelletur. Cap. 12. deteſtantur doctrinam, quæ peccantibus tormenta conſtituit. C. 15. Illa ſententia cap. 15. *malorum amatores digni ſunt morte* mirum eſt, quam torqueantur; C. 16. nec minus alia c. 16. *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de Cælo præſtitiſti illis*; quod ſanctum Euchariſtiæ Sacramentum redoleat, & ab Eccleſia decantetur; Cap. 18. Caput 18. vellent deleri propter Aaronis ſacerdotis inter viuos, & mortuos cum Thuribulo conſtituti imaginem. Hæc enim illorum hæreſim refutat negantem ſanctos apud Deum quidquam hominibus impetrare poſſe. In Aarone hominem imperantem morti, & à viuis ſupplicia abigentem intuentur.

Eccleſiaſtici liber Eccleſiaſtici liber Hæretici imprimis ingratus, & inuiſus, quòd totus eſt compoſitus ad doctrinam morum, & inſtitutionem honeſtæ vitæ, & omnium virtutum exempla proponit in ſanctiſſimis Patribus veteribus expreſſa: quæ quidem eos, qui ſola ſunt fide contenti, & in ea ſummam ſalutis æternæ ponunt prorſus refutant. Multus de eleemoſyna ſermo, creber de pænitentia, frequens exhortatio ad bonum, & dehortatio à malo, plurimæ ſalutares monitiones, honeſta documenta ſancta inſtituta; omne hominum genus per gradus ætatum ad virtutem eruditur; nec ſola in eo neceſſaria præcepta continentur, quæ tranſgredi non licet, ſed etiam ſalubria vltra præceptum Conſilia, quæ perfectionem Euangelicam adumbrant, & ſapiunt. De bonorum operum præmio, de malorum ſupplicio, de oratione, de ſacrificijs, de moderatione, ac temperantia, & ſobrietate ſciendi, de memoria mortis, iudicijque Diuini præclara, & fide plena ratiocinatio. Iam vero illa pars vltima, quę in laude priſcorum hęroum verſatur perfecta, & illuſtris humanę vitę inſtitutio

eſt

eſt. Itaque nullus alius opinor, ſacer eſt liber, qui propiùs ad legis gratiæ documenta accedat, nec qui magis hebræos pungat, ac hęreticos torqueat.

Baruch Prophetia

Baruch non miror a nouatoribus reprobari, quod totus eſt in deteſtandis peccatis, & deploranda infelicitate peccantium, præterea hortatur ad pænitentiam, ac initio offendiculum ponit ijs, qui templa ſacris, & vaſis, & veſtibus, ſpoliarunt, adducta exemplo Regnum Chaldęorum, qui ablata Domino reſtituerunt, quo Hęretici redarguuntur. Quid? quod illa particula Epiſtolæ Ieremiæ c.6. qua exprobat Idolis gentium; *Si quis illis votum voverit, & non reddiderit neque hoc requirunt*, nimis illos cruciat, tollentes vota, & nuncupata reddi oportere inficiantes.

Ierem: 6

Libri Machab.

Duos Machabæorum libros magno conſenſu nouatores excludunt. Cauſę ſunt in promptu. In primo, & ſecundo capite libri primi vident imaginem ſuæ in Catholicam Eccleſiam, & fideles Catholicos immanitatis. Pudetque ſui, cum ſe in Antiocho, & ſatellitibus eius expreſſos intuentur. Nec ſecundo, & tertio capite ferre poſſunt ardens illud Matathiæ, & filiorum in vindicanda religione ſtudium; timentque ne illo accendantur exemplo Chriſtiani Principes ad fidem Catholicam afferendam; verberat aures illa vox, *Erigamus deiectionem populi noſtri pugnemus pro populo noſtro, & ſanctis noſtris*; Etſi vna illa formido ſit, cum Catholici armis vti, nec debeant, dummodo ijs liceat ſuam, quæ auorũ fuit Religionem profiteri, accedit quod in tertio capite ad finem monſtra illa inueniunt Ieiunium, & Cilicium, & cinerem, & vaſa ſacra, & ornamenta ſacerdotalia, & primitias, & decimas quæ ſtomachum illis mouent, & nauſeam. Illa inſtauratio templi, & ſacrorum renouatio cap.4. à Iuda facta, & anniuerſaia illa celebritas inſtituta eorum animos vehemẽter offendit, cum hęc omnia prorſus aboleuerint; Holocauſta cap.5. & Holocauſtomata in Sion cap.7. & Angeli percuſſoris Sennacheribi, à Iuda imploratio facta; & cædes impij Nicanoris eodem capite eoſdem torquent; quod illa pietatem redoleat, hæc vltionis Diuinæ in euertentes religiones, & ſacra documenta ſunt. Iam vero illa liberalis inter Regem Alexandrum, & Demetrium cap.10. emulatio de leuando illo, & ornando populo Dei; & ille à Ptolomæo, Alexandro Ionatha delatus honor, & apud vtrumque gratia illos vrunt, & cruciant; nec minus dolent quod in eundem Ionatham tot ornamenta contulerint cap. 11. Rex Demetrius, & Antiochus, & quod poſtea tot inſignia, & decora Simon à Demetrio, eiuſque filio Antiocho. c. 5. obtinuerit: vident ſuperari ſe ab impijs pietate, & Religione, vt quo nomine illi Ionathæ, & Simoni ornamenta detraherent, eo ſuperſtitioni dediti Principes Sacros illos, & Duces, & Sacerdotes cumularint. Magnum item iiſdem affert dolorem Simonis Gazæ primum, deinde Ieroſolymis illuſtris Religio, Iudæ fratris gemina, templo luſtrato, cæremoniis renouatio, ritibus reſtitutis, ſacris aſſertis, Sacerdotis gloria amplificata; toto cap. 13. 14. & 15. Hæc in primo libro offendunt, ſed illud in eodem conficit, quod Sacerdotium cum Principatu in Machabæis coniunctum eo in libro reperiunt; nec enim vellent eo exemplo Romanum Pontificem vtraque frui dignitate, quam negant, vt iure Pontifex ſit, & in Republica Principis perſonam agat, quæ vna ex capitalibus eorum hæreſis eſt; de qua nos latè, & copioſè in libro, quem aduerſus Calumnias Anglicanas adornamus, agimus, & accuratè hæc ipſa Machabæorum exempla põderamus. Dolent iis oculi, cum in hos Principes incidunt, & infula, & purpura veſtitos, & tiara, & diademate coronatos, & baculo, & ſceptro inſignitos, Sacra, & Prophana adminiſtrantes, & hoc Romani Pontificis paradigma deteſtantur.

Liber 2. Machab.

Totus liber ſecundus Machabæorum tormento hæreticis eſt, nullum magis non iam oderunt, ſed horrent;

Pri-

Primum caput quot lineas habet, tot ſpinas infigit. Sacrificia Solemnia, Sacra, Hymni, & orationes palam factæ in templo, & religioſa templi luſtratio exanimant legentes. Nouatores, qui omnia ſuſtulerunt, eadem ſecundi, tertiique capitis materia, ſed eò odioſior, quò miraculis teſtatior. Teſtium tamen præcipuè deteſtantur; Seleucus eo ſcribitur ornaſſe, & ditaſſe templum, cum illi Eccleſias conſpurcent, & denudent alteria. Induuntur piæ fœminæ Cilicijs, fit publica oratio, inhiantes Sacris Theſauris à Deo puniuntur, ac ij ſacroſancti eo iudicio ſignificantur; Præterea illa Oniæ pro Heliodoro deprecantis oratio, & ob eam Heliodori Regij Miniſtri impetrata ſalus, & dimiſſio, homines peruſcaces, & obſtinatos aduerſus interceſſiones, inuocationeſque ſanctorum vehementer cruciant, adeo vt iſtum librum propter hoc vnũ caput combuſtum velint. Idem vulnus refricant quartum caput, & quintum, in quo Antiochi nobilis auaritia, & cupiditas, & in ſacrum ærariũ ſacrilega manuum iniectio cum deteſtatione proponitur. Quid? Quod tota illa ſacra de Machabæis fratribus, & matre pro Religione occiſis Hiſtoria, quod martyres noſtros repræſentat iis horrorem incutit, verentibus ne multo ii ex Catholicis noſtris propter fidem Romanam ſimiles Machabæis effecerint. Ac eò maior eſt horror, quod vident quas ob illas cædes, & ſpoliationes, & ſacrilegia pœnas dederit Rex Antiochus. Nolunt inſuper, vt Iudas tam Religioſus Bellator ſit, & non minus domi pius, quã foris ſtrenuus; mallent ab eo euerti Templum, quam inſtaurari, aboleri ſacra, quam ſeruari; Indignantur, quod imploret Angelorum præſidiũ, & obtineat. Furunt propter miracula, quæ ibi commemorantur. Inter quæ pati nequeunt illam Oniæ, & Hieremiæ in ſpecie apparentium imaginem; cum ea, & adeſſe nobis Sanctos, & pro nobis Deum precari, & beneficia ab eo obtinere doceat. Satis hæc erant ad odium; ſed pars vltima capitis 12. celebrata à noſtris ab iis deteſtata iram in rabiem vertit, quod tam perſpicuè de ſuffragiis pro mortuis, de eleemoſynis eos iuuantibus de remiſſione poſt mortem in alia vita peccatorum commemoret. Euellere radicitus conantur totum hoc Purgatorij ſeminarium. Hinc illæ lacrymæ, non ex ſtudio, aut veritatis, aut ſeueritatis in libris Canonicis, vitiãdis recipiendis. Fucum detergimus, hic prætextus eſt, illæ cauſæ.

Venio ad partes librorum Danielis, quas truncant. Hiſtoriam Suſannæ, Belis, Draconis, & lacus leonum, quarum occultiores rationes videntur. Mihi legenti perſpicuè patuerũt. Suſannam minus honeſtam vellent; & Senes, quod ambo ſimul eam ad concubitum inuitarunt reprehẽdunt; nam ipſi ſortirentur, cuius eſſet primus concubendi locus, & ſolitarii irent, ne illa duos erubeſceret. Deinde illa ſententia Danielis non placet, quod impudici eſſent tam acerbas dediſſe pœnas, vellent eos ſaluos eſſe, homines in ea Salaces ætate; iis enim placere ſolet illa libido, ſed ex ſtudio liberos Reipublicæ cauſa, ex fortuito item concubitu procreandi; noui ego illis Anacreontes, Eneolpios, & Eumolpos cordi eſſe. In hiſtoria Belis Idoli, haud facile inuentu eſt, quid improbent. Suſpicor Sacerdotia illis opima diſplicere, & quod tot Sacerdotes vnius Idoli eſſẽt, cùm ii ne vnum quidem Deo reliquerint. Fortè panes, & oues, & amphoras illis inuident. Credo equidem minimè in templum hæc allaturos, ſed domi conſumpturos. Nec cineres illos amare, quod mortis memoriam refricent, & quod veſtigia epulantium prodiderint; ac epulas illas ferales reddiderint. Draconem occiſum dolent, quod Diaboli ſymbolum eſt, nollent præterea illum offa obiecta ſuffocatum; quæ ad alendum confici ſolet; non patiuntur autem illam alimenti in cædis inſtrumentum conuerſionem; quod ſi fortè fabulam illum Draconem putant, neceſſe eſt,

Daniel.

vt alium quoque Geneſeos ſequentē fabulam dicant. In Hiſtoria Habacuc illo Angeli de Danielis ſalute ſolliciti exemplo tritantur, quod Angelorum Cuſtodum Paradigma eſt. Præterea illa tenuitate prandij offenduntur, & quod nulla in eo mentio vini fit indignantur; Si enim nec ieiuni, nec Sobrii eſſe poſſunt, præſertim eum aut inuitantur, aut inuitant, quod ſemper facere ſolent, ſed ea virtus hoſpitalitatis eſt, oportet ſemper manducare, & nunquam deficere; orare quippè non norunt, nec ſi norunt volunt.

Luther. Brent: Kemnit: Centuriat Pomeran: Hunnius. Sixt: Sen: Caluinus VvitaKer Iunius:

Sequuntur libri Noui Teſtamenti. Ex horum Catalogo expungunt epiſtolam ad Hebræos. Lutherus 1. editione Germanica noui teſtamenti, & Brentius in Confeſſ. Vvitembergenſi cap. de Sacris Scripturis, Kemnitius in exam ſeſſ. 4. Conſilii Tridentini. Centuriatores centuria 1. lib. 2. cap. 4. Pomeranus teſte Lindano in prooemio. Hunnius contra Bellarminum; Anabaptiſtas, & Seruetatios eam repudiaſſe ſcribit Sixtus Senenſis lib. 7. Bibliothecę cap. 8. Caluinus, Vvitakerus, Iunius. & Danæus eam aſtruunt, ſed Pauli eſſe negant; Cauſas reiiciendi hanc epiſtolam breuiter, ſed dilucide percenſeo. Offendit eos in 1. capite illa Angelorum inductio, qui *in Miniſteriū mittuntur propter eos qui hæreditatem capiunt Salutis*. Timent ne cuſtodes euadant. Offendit in ſecunda Chriſtus Pontifex; Sacerdotem eum nolunt, ne ſacrificium altaris admittant; offendit eodem capite, & 3. & 4. eiuſdem Chriſti Pontificis repræſentatio; ſed hæc leuius. Illa doctrina percelluntur, quæ à cap. 5. ad 8 de Sacerdotio *Chriſti ſecundum ordinem Melchiſedech*, traditur; Ea quippè manifeſtè conuincuntur de veritate ſacrificii incruenti Euchariſtiæ, quod horrent; Grauius fecit illa in Melchiſedecho Regiæ, ac Pōtificiæ dignitatis coniunctio, quod Romanos Pontifices, quos ob id vehementer carpunt, à calumnia defendit; Cætera de eodem argumento, vſque ad caput 11. torquent, & cruciant negantes æternum Chriſti Sacerdotium. Iam vero vltima duo capita, quod fidem capite 11. præcedentem bonis operibus annexam exhibeant, & ad æternam ſalutem neceſſariam faciant magnopere abominantur.

2. Petri. Luther. Brentius: Eraſmus: Aretius:

Secunda Petri epiſtola exploditur à Luthero in Comment. in eandem, & à Brentio in Apolog. Confeſſ. Vvitembergenſis c. de ſcripturis; & Eraſmo Roterodamo ad caput eiuſdem tertium, & Aretio apud Grauinam lib. 4 de præſcriptionibus. Hanc qui legat, & prorſus cauſæ, cur reiicitur, conſtabunt: nec opus eſt ire longius. In primo capite tria ſunt capitalia contra Hæreticos principia. Vnum quod ſine virtutibus, quæ ibi recenſentur, nec fructum quærat quis, nec lucem accipiat: atque adeo vacuus, & cæcus coram Chriſto appareat. Alterum quod per bona opera certa, & vocatio, & electio reddatur. Tertium, quod omnis Prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit. Hæc quam aduerſentur dogmatis Heterodoxorum patet. Caput ſecundum totum illorum tormentum eſt, quod totum ſit illorum deſcriptio; videtur enim in eo Petrus de Hæreticorum fallacijs, & vitijs cogitaſſe: nec opus eſt Sphyngem adhibere, legat, qui volet, expreſſos videbit Nouatores. Tertij capitis pars prima eius tabulæ pars eſt; vltima quæ de obſcuritate Epiſtolarum Pauli agit, ac deprauatione ob eam Paulinæ doctrinæ, & documenti, inde accepti de praua intelligentia ſcripturarum, quæ poſſunt contingere obſtinatis eorum ceruicibus bipennem infigit.

Ioan. Co-ninch: Eraſm: 1 Kemnit. Centuriat

Epiſtolas Ioannis duas, ſecundam, & tertiam reſpuit, Eraſmus in Comment. & Ioanni alteri Presbytero aſſignat; reijcit item Kemnitius, & Centuriatores repudiant. Diſplicet in ſecunda illa imago Eccleſiaſticæ excommunicationis, *Nolite recipere in domum, nec Aue ei dixeritis*. Diſplicet illud nomen *Mercedis* vitæ æternæ accomodatum, nec enim reddi operibus volunt. Tertiam Epiſtolam,

quod

quod eandem doctrinam continet, & affirmat *eſſe ex Deo, qui benè facit & negat videre Deum, qui maleſacit*, ſtomachum mouet.

Iudæ Canon: luther: magdeb: Brent: Kemnit. Iudæ Epiſtolam excludunt à Catalogo Lutherus prefatione in eandem, & contra Ambroſium Catherinum, Magdeburgenſes *centuria* 1. *lib*. 2. *c*. 5. & Brentius *in Apologia Confeſſ*. Vvitembergenſis, & Kemnitius *in exam. ſeſſ*. 4. *Tridentini*. Cauſæ haud obſcuræ ſunt; deſcribit mores hæreticorũ, doctrinam ex virtutibns probat; improbat vitia, quibus ii ſtudent; præuidet, & prædicit eos fore, vti ſunt, & vti nos ex ijs uotis eos eſſe deprehendimus; Ait *ſuperædificari fidei nos orantes oportere*; hoc autem dici non patiuntur, qui ſolam fidem totum ædificium putant; vt nihil ei addi ad ſalutem opus ſit; eam eſſe, & fundamentum, & coronidem exiſtimant; ob id Iudam, Apoſtolum tantum non Iſcariotem dixerunt.

Iacobi Canon. luther: Nullam tamen maiori odio inſectantur, quam Iacobi Epiſtolam. Omnes aduerſus eam Lutherani coniurãt duce Luthero in ſuis Germanicis Bibliis verſione 1. Vbi *Stramineam* vocat; & in captiuitate Babylonica cap. de extrema vnctione, & in cap. 22. Breñt: Geneſis. Brentius *in Apolog. pro ſua Confeſſ*. Vvicemberg. *cap. de Sacra Script*. Kemnit: Pomeran Kemnitius *in Exam Concil. Trident. ſeſſ*. 4. Virtus Pomeranus *in Summario Biblia, & ad cap*. 3. Ionæ muſcul: Centur. Hunnius. Eraſm: Muſculus *in locis communibus cap. de Iuſtif*. Centuriatores *Centuria* 1. *lib*. 2. *c*. 4. & Hunnius, apud Grauinam, Eraſmo, more ſuo ambigente. Cauſæ odij in aperto ſunt. Primum hæc Epiſtola tota intexit ſtylo ſuo bona opera, & tertio quoque verbo illa inducit. Ait ſæpè in ſecundo capite, *Fidem ſine operibus mortuam eſſe*. Caput 1. & 2. legem perfectæ libertatis appellat, quam illi captiuitatis putant, quaſi ad peccandum cogat, & nihil boni, honeſti facere permittat, propter arbitrij noſtri ſeruitutem. Caput 3. poſita concupiſcentia orta ex peccato, & fomite peccati capite primo docet poſſe vinci eam, nec vires ad bene operandam auferre, nec omnia opera noſtra corrumpere, nec in peccata conuertere; quæ propria Lutheri hæreſis eſt; Luther: præterea diſtinguit culpas leues à grauibus Apoſtolus eodẽ cap. 3. cum ait etiam iuſtos inuoluens, *In multis offendimus omnes*. Inſuper linguam maledicam, & procacem, & petulantem, qua maximè valent Lutherani, deteſtatur. At hæc commendat Humilitatem, & demiſſionem animi, quam illi prorſus ignorant faſtu, & ſuperbia ducti, inflati, & arrogantes. Tandem capite vltimo Sacrum Oleum ad vnctionem proponit, & Sacramentum illud extremum inducit. Hoc illi, quod mortis memoriam refricat abominantur, cum vnguentis, dum viuunt delibuti ad luctam illam nouiſſimam, in qua ſalus animi diſceptat vngi ſtrenuè non poſſint quare vt negent Sacramentum Epiſtolam negant.

Apocal: luther: Apocalypſim Lutherus repudiat, tum in præfatione in eandem priori editione, tum libro de abroganda Miſſa priuata. Zuuingl: Brent. Zuuinglius teſte Bullingero in Apocalypſim; Brentius Apolog. Confeſſ. Vvitemberg. cap. de Sacra Scriptura. myricus: Myricus in ſuo Catalogo Teſtium impreſſum Geneuæ anno 1597. Eraſm: Nec Eraſmus omnino probat; Caluin: Caluinus Teſte Bodino in methodo hiſtoriarum. cap. 7. quid de illa ſtatuat, non decernit. Cauſa, & me quidem authore, capitalis eſt illa, quod ſit liber obſcurus, & ijs imperuius: qui omnia ſacra ſibi peruia eſſe putant, & iactant, Apocalypſis tamen, vel muta omnes refutat, felici ſua obſcuritate illam fatalem perſpicuitatem, & quam ſcripturis ineſſe volunt refellente. Hic primus liber eſt, qui cogit eos verum fateri ſe non intelligere; itaque vt vlciſcantur dolorem librum abiiciunt, ne ignorare ſe ſacrum aliquid fateantur. Propter illa ſeptem ſigilla, quæ ſolus agnus ſoluere poterat fidem huic libro abrogant; Apertum vellent, ſunt tamen capita, quæ admittunt; nempe 13. vt illam beſtiam Lernææ ſimilem, & vltra iſtam illam cornutam

Papæ noſtro accommodent, & hanc beſtiam omnes norunt; Angelos non norunt; quod his non ſunt ſimiles. An beſtiæ ſint dicant, qui ei arrident, eamque fatentur, dum agnoſcunt. Accipiunt item cap. 17. & 18. propter mulierem ſedentem ſuper beſtiam, & Babylonem: & illam Romanam Eccleſiam, iſtam vrbem Romam dicunt; ſed iniuria. Nam ipſis authoribus Romanæ Eccleſiæ Papa ſubijcitur non Papæ Eccleſia, ac ob id ſuccenſent, quod eum caput Eccleſiæ ſtatuamus. Igitur beſtia, quam Papa eſſe dicunt ſuper mulierem ſedere debuiſſet, vt ſenſus Nouatorum conſtaret: Iam vero Babylone, qui poteſt Roma ſignificari iis negantibus in Petri Epiſtola Babylonem Romam eſſe. Igitur aut vtrobique Roma ſit, vt Petrus Romæ eſſe potuerit. Equidem ego melius de his ſymbolis ſtatuerem, ſi dicerem beſtiam illam eſſe Eccleſiam Anglicanam, tot hæreſibus, quot ſunt capita conſtantem, vti Londini expertus ſum. Mulierem vero Eliſabetham Reginam, dum illud Regnum adminiſtrabat. Quæ interpretatio rem continet, & facit Babylonis nomen; nullam enim vidi vrbem ob multitudinem, & diuerſitatem ſectarum Babeli ſimiliorem; Iuuat vrbis amplitudo, & opulentia, et Ciuium luxus, et negotiantium frequentia, et mercium copia, et deliciarum affluentia; quibus certè Babylonem Apocalypticã imitatur, aut reddit.

Superſunt quędam capita Euangeliorum, quæ truncant; breuiter adduco, et rationes profero, vt appareat, quo iure fecerint. Ex Marco caput vltimum abradunt; et quidem de eo dubitaſſe Hieronymum vehementer miratur Maldonatus in Commentarijs; et multo magis miratur non maiori ſtudio eius authoritatem aſſeruiſſe. Id autem dixit Hieronymus quęſtione Tertia ad Hebidiam; et libro ſecundo contra Pelagium capite ſexto. Anabaptiſtæ igitur illud omnino ex cætero Euangelico corpore abſcindunt, ita referente Sixto Senenſi libro ſeptimo, hæreſi tertia, quarta, et quinta. et Grauina ex eo libro quarto pręſcription. Controuerſia ſexta, articul. primo. Quod quia alii opinor, non negant hæretici, negandi mihi non ſunt afferendæ cauſæ. Tantum dico probari illud ab omnibus, pręter vnũ Hieronymum dubitantem, Patribus, authore Maldonato, & Euthimium, teſte Coccio. Nobis ambigere non licet poſt Tridentinum.

Marc: vl.
Maldon:
Hieron.
Anabap:
Sixt: Sen.
Grauina
Euthym.
Coccius.

De Sudore Chriſti in Horto ſanguineo, qui à Luca cap. 22. commemoratur, animaduertunt Interpretes, quidam noſtri in multis olim exemplaribus nullam mentionem fieri: idque Patribus grauiſſimis duobus Hilario, & Hieronymo authoribus confirmant. Ex quibus ita Maldonatus, Matth. 26. num. 37. *Scribit Hilarius lib. 10. de Trinit. & D. Hieronymus l. 2. aduerſus Pelagianos ſuo tempore, id quod Lucas de ſanguine, & Angelo, qui Chriſto orante apparuiſſe dicitur tradit in plerisque Græcis, & Latinis codicibus inſtum non fuiſſe.* Cornelius autem ſic: *Nota primò. Quidam codices olim nihil habuerunt de ſudore Chriſti ſanguineo teſte S. Hilario l. 10. de Trinit. & S. Hieronymo l. 2. contra Pelagian.* & addit rationem, *ſcilicet ne Chriſto animi infirmitatem, & dolorem tribuant.* Aſſentitur Bellarminus *l. 1. de Verbo Dei cap. 16. Quidam*, inquit, *in dubium reuocant hiſtoriam illam de ſudore Chriſti ſanguineo, & Angelica apparitione, & conſolatione, vt Hilarius teſtatur lib. 10. de Trinit.* & Hieronymus *lib. 2. contra Pelagianos.* Cauſam ſubiungit. *Cauſa, quæ hos permouit ea fuit, ne Chriſto infirmitatem, & animi dolorem tribuere viderentur.* Id auidè arripuerunt, vt negarent ſudaſſe Chriſtum. Anabaptiſtę apud Sixtum, & Armeni apud Coccium. Sed temerè hi negant teſtimonium, & rem iniquè detorquent ad hæreſim. Noſtri Interpretes minus, quam tantos (magni quippè ſunt) viros decuit accuratè locos authorũ, quos citant recognorunt. Soleo cum Patres adduci video, coram ſi eos antea legeram, teſtimonia commemorare, ſin autem non legeram, lo-

Luc: 22
Hilarius
Hieron.
Maldon.
Cornel. a lapide:
Bellarm.
Sixt: Sen.
Coccius.

cos

cos antequam producam inſpicere, fortè nimis credulus temere aliena fide citent. Cum igitur inueniſſem in Maldonato, & Bellarmino: (nam Cornelium minoris facio) illam Hilarij, & Hieronymi eſſe ſententiam, nihil minùs timui, quam ne ij fideliter eos
Hilar. citaſſet. Animi magis gratia, quàm cauſa diffidentiæ, Hilarium, & Hieronymum legi, & comperi Hilariũ ita fermè ſentire: Hieronymum vix aſſentiri. Itaque minuſculè citari. Siquidem Hilarius ſic: *Nec ſanè ignorandum à nobis eſt, & in Græcis, & in Latinis codicibus, quam plurimis, vel de adueniente Angelo, vel de ſudore ſanguinis, nil ſcriptum reperiri.* Ali-
Hieron. ter Hieronymus: nec enim ait reperiri in pluribus, quaſi qui neget, ſed at in quibuſdam reperiri, affirmando, & accipiendo teſtimonium, ad id quod contra Pelagianos agebat probandum. *Hi quibuſdam.* inquit, *exemplaribus tam Græcis, quam Latinis inuenitur ſcribente Luca apparuit illi Angelus de cælo confortans eum*; haud dubium, quin Dominum Saluatorem. *Et factus in agonia prolixius orabat: factuſque eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Non eſt autem mens Hieronymi ambigere de loco affirmando in pluribus exemplaribus deeſſe, ſed eum ex nonnullis ſumere, & in argumentum veritatis aduerſus hoſtes gratiæ, & liberi arbitrii exaggeratores conuertere. Quod ſanè alius ab illorum interpretum ſenſus eſt. Rectè illi quidem colligunt ex eo, quod Hieronymus dicat in quibuſdam exemplaribus inueniri, in pleriſque deſiderari, ſed id non tum agebat Hieronymus, vt de authoritate loci dubitaret. Imo ea tanquam idonea accepta Pelagianos confutabat Audiamus eundem. *Saluator in paſſione ab Angelo confortatus, & Ctiebulus noua Pelagianus non indiget auxilio Dei, & tam vehementer orabat, vt guttæ ſanguinis prorumperent ex parte, quem totum erat in paſſione fu-*
Hieron. *ſurus.* Certè ſi Hieronymus de teſtimonio dubitaret perperam eo aduerſus Pelagianos vteretur, nec illius mens fuit infirmare illius fidem, ſed confirmare. Quare qui ad mouendam de authoritate loci quæſtionem authorem Hieronymum adhibent ab Scopo videntur aberrare: Imo ne ii quidem qui magis idoneæ Hilarij teſtimonium vendicant ſatis collineant, cum ipſe non conſentiat loco vtentitibus, nec ijs anſam dubitandi probare voluerit. Quemadmodum ex illius ratiocinatione patet. Summa eſt, vt Hilarius aliquo citetur Hieronymus nullo iure citari poteſt. Moroſior fortè quibuſdam videbor, quibus me purgam, dicendo nolle me hæreticis conniuere, & quando illi Patres ad ſe vi gementes detorquent, præſtare eos ſtatuere vendicare: non impellere, ac dimittere. Sed bene eſt, quod Bellarminus illi cap. 16. his 2. Patres Hilarium, & Hieronymum à calumnia quacunque liberauit. Statuto igitur communi Patrum Athanaſii, Epiphanii, Ambroſii, Auguſtini hiſtoriæ partem recipientium conſenſu Euangelii loco obſeruo Athanaſium lib. 6. ad Theophilum anathema ijs dicere, qui Chriſtum ſanguinem ſudaſſe inficiantur. Quo fortaſſe deterritus Caluinus eum prorſus admiſit.

Athanaſ. l.6. ad Theophil: Epiphan. in Author Ambroſ. in Luc. Auguſt: l: 3. de conſ Euan. c.4

Itaque cum admiſerit, nolo cauſas cur ab alijs ſit reiectus afferre: cum præſertim Hilarius adducat, ac ex eo Interpretes referant. Id ſolum animaduerto, non minus impiè egiſſe Caluinum illo abutendo, quàm alios excludendo; cum illud humanæ imbecillitatis pro nobis ſumptæ editum à Chriſto exemplum, *ad dirum. & inſolitum horrorem*, Caluinus impudenter detorqueat; nempe voluit Chriſtum deſperaſſe, & quod illi homini dolorum impotenti eueniſſet, id Chriſto attribuere voluit; qua de re lege inſignem Caluino, Maſtygem, Maldonatum Comment. in Matthæũ cap. 27. Verba verò Caluini in ſudorem Chriſti affert Grauina *lib. 4. præſcri pt-cont. 6. art. 1.* quæ certè impia, & inepta ſunt quibus abſtineo, vt ſuus honos Religioſis auribus habeatur.

Caluinus

Maldon.

Grauina.

Hiſtoriam de muliere adultera ſuſpectam olim habuerunt multi, & graues

ues authores, quos accuratiſſimè recenſet Maldonatus ad caput octauū Ioannis, & non paucos numerat Coccius, & Grauina; ſed iam diu eſt in Euangelium recepta ab Eccleſia, & Patribus, cuiuſmodi ſunt Papias, apud Euſeb. *lib. 3. hiſtor. cap. 39.* Auſmon. Alexand. *in ſuo monoter. Euang.* Athanaſ *in ſynopſi.* Chryſoſt. *homil. 60. in Ioann.* Ambroſ. *in Epiſt. 58. lib. 7. ad ſtudium.* Hieronym. *l. 2. cont. Pelag.* Auguſtin. *tract. 33. in Ioann. & lib. 2. de adulter. coniug. cap. 7.* vbi ait eam ab inimicis veræ Fidei non multis codicibus eraſam fuiſſe. Ea item à Caluino. Quare de illa nullatenus ambigendum. Cum præſertim ex antiquis hæreticis ſoli, opinor, Anabaptiſtæ, & Armeni inficientur; & ex Caluiniſtis Beza Magiſtro ſuo contrarius; quem quia egregiè Maldonatus refellit expiſcatus cauſam, ob quam à Caluino hac in re diſceſſit, abſtineo eam, & adducere, & confutare; Acutè autē, & feſtiuè irridet Maldonatus ſpiritum Caluini, & Bezæ quem ſibi arrogant in exponendis ſcripturis, quod ſibi non conſtet, & in hac recipienda hiſtoria contradicat; ſed ego excuſſo eos, quod cum ventoſum ſpiritum habeant, ille inſtar venti afflet, & reflet, certetque ſecum ipſe, & confligat.

Maldon. Coccius. Grauina. Calnin. Beza. Maldon.

Hæc ſunt cauſæ propter quas libros commemoratos hæretici excludant, quæ ex illis fontibus ducuntur quos ſupra indicauimus; ſtudio liberius errādi, & pertinacius errores ſuos tuendi, & libidine nouandi, & corrumpendi cæteras ſcripturas, vti mox apparebit, quæſtione de verſionibus inſtituta.

CON-

Digitized by Google

CONTROVERSIA SECVNDA.

De variis editionibus, & verſionibus ſcripturarum:

CAPVT I.

Quænam fuerit prima, & germana lingua, in qua Sacri Libri ſint conſcripti, & vtrum ea editio ſit incorrupta?

IN Hebraica lingua fontes ſcripturarum eſſe,non modo conſtans Doctorum omnium ſententia, ſed ipſiuſmet ſcripturæ videtur eſſe doctrina; nam in prologo Eccleſiaſtici Ieſus libri illius Authographi interpres, & verſor aiens cum ſe ex Hebræo in Græcum ſermonem tranſtuliſſe, ac petens veniam, quod minus potuit trãsferendo æquare authographon, nec in qua Scriptum erat lingua eius vim, proprietatemque ſeruare eiuſce rei affert huiuſmodi cauſam; *Nam deficiunt verba Hebraica, quandò fuerint translata ad aliam linguam*; quo docet illũ, quem transferebat librum Hebraicũ eſſe, & addit ea, quæ cæteras omnes ſcripturas eodem eſſe ſermone hebraico ſcriptas ſignificant; *Non autem ſolum hæc, ſed & ipſa lex, & Prophetæ, cæteraque aliorum librorum non paucam habent differentiam, quando inter ſe dicuntur*. Itaque eandem inuertendo difficultatem ex eadem linguę hebraicæ virtute ſumptam ad alias ſcripturas pertinere affirmans, ſatis perſpicuè oſtendit eas eodem eſſe ſermone conſcriptas; quod quidem argumentum, me authore maioris eſt ad rem probandam momenti,quam omnes aliæ, quas recentioris memoriæ congerunt authores, quas videre quis poterit apud Bellarminum *lib. 2. de verbo Dei cap. 1.* Ex quibus aliud deſumo, quod mihi ſemper viſum eſt idoneum argumentum loco illo 2. Geneſeos poſitum. Vbi noſtra vulgata habet; *Vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt*; Vbi vnius nominis ex altero deductio venuſtè probat Euę ex Adamo formationem, quæ vt iuſta ſit probatio debet nomen *Mulieris* in textu poſitum nomini *viri*, ibi etiã poſito reſpondere; & ita ſanè conſtat, nam hebraicè *Vir* dicitur *Iſch*, & fœmina *Iſcha*, quæ eſt manifeſta deductio, quam nec lingua Chaldæa, nec Syriaca, nec Arabica, de quibus eſſe poterat controuerſia, exprimunt. Imo neque Græca, quæ ἀνὴρ virum, & γυνὴ fœminam dicit, quare ne interpretando quidem illam venuſtatem retinere queunt. In quo Latina felicior eſt, deducens, ex *Viro Virago* idonea agnominatione, & vtcunque virtutem hebræorum nominum repræſentante. Eſt vna tamen, & non vulgaris difficultas; Potuit ſcriptura alia lingua ſcribi, & poſtea perire, & ab Eſdra hebraicè reddi. Atque adeo, quam ſcripturam habemus. Illa eſſe hebraica à transferente, non ab Authore. Argumentum hoc nititur ad ſententiam, quæ apud vulgus inualuit, libros ſacros incendio illo, de quo ſupra cap. 5. diximus euerſa Hieroſolyma periiſſe; & poſtea ab

Prolog. 1. Eccleſiaſt. Bellarm. Geneſ. 2. 4 Eſd. c. 15

ab Eſdra ex integro reſtituras; quæ
Grauina narratio habetur l.4. Eſdræ c.14. Sed
Bellarm. cum illa iam ibi, vti commentum à
nobis reiecta ſit; & à Grauina *lib. 4.
præſcriptionum controu. 3 (art. vnico.* &
Bellarmin. *lib. 2. de Verbo Dei ſcripto
cap* 1. abunde confutata, non eſt opus
hic amplius immorari. Tantum addo,
quamuis id eſſet verum, ex eo nõ
probari primam Scripturæ editionem
hebraicam non fuiſſe, ſed eandem red-
ditam item hebraicæ fidei primogeniæ,
ac proinde bis hebraico ſermone
ſcriptam, & cum edita eſt à Moyſe,
& Prophetis, & cum reddita ab Eſdra;
de quo minus conſtare poterat, an
hebraicè ſcripſiſſet, quam de Moyſe,
cæteriſque primis authoribus Eſdras
enim vtebatur lingua ex Chaldaico,
& Hebraico ſermone mixta, vti alij,
qui in Chaldæa poſt captiuitatem na-
ti fuerant, quos propiùs verò erat materia
ſua, quam aliena lingua ſacros
libros eſſe interpretaturos; cum videamus
libros *Eſdræ* duos, & Danielis
Propheticam mixta illa ex duabus
lingua vernacula eſſe compoſitas;
quod ſi quis obijciat Moyſen potuiſſe
Pentateuchum lingua Aegyptio Hebraica
edere, & argumentum in nos
Eſdræ vertat, facilè reſpondemus:
Moyſen non ſcripſiſſe Pentateuchon
in Aegypto, ſed in deſerto, vbi iam
hebræus cum hebræis agebat. Præterea
ex illo, quem proximè adduximus
Geneſeos 2. loco, & proprietate
nominum Adami, & *Euæ*, & Patriarcharum,
quæ omnino hebraica ſunt,
conſtat Moyſen hebraico Idiomate
locutum fuiſſe; quod Eſdras ſanè nõ
fecit, qui mixtam linguam retinuit,
etſi iam in Iudæa ſcriberet, quo eliditur
obiectio emergens, ex eo quod
diximus Moyſen extra Aegyptum
ſcripſiſſe; ideo adieci *Eſdram* ſcribẽdo,
linguam, quam in Chaldæa didicerat,
retinuiſſe, & ea ſcribendo vſum
fuiſſe, quod Moyſes non fecit, quem
ſcimus hebraico ſermone ſcripſiſſe.

Hæc pro comperto habenda eſſent,
Auguſt. niſi Auguſtinus authoritate ſua obſtitiſſet;
hic enim videtur negare hebraicam
linguam ante diluuium in vſu
fuiſſe; quod ſi ea non fuit, nec illa vſus
eſt Adamus cum ad *Euam* ſermonem
illum direxit; *Vocabitur Virago, quia
de Viro ſumpta eſt*. Nec nomina ſunt
Patriarcharum hebraica, & corruit
noſtra ijs fundamentis nixa ſententia;
quod autem Auguſtinus id ſentiat apparet
ex lib. 16. de Ciu. c. vlt. vbi ſic ait.
*Ante hunc id eſt Abraham, velut pueritia
fuit huius generis populi Dei à Noe
vſque ad ipſum Abraham, & ideo prima
lingua inuenta eſt, id eſt hebraica, à Pueritia
namque homo incipit loqui poſt infantiam,
quæ hinc appellata eſt, quia
fari non poteſt.* Itaque videtur Auguſtinus
ſenſiſſe in Abrahamo incæpiſſe
linguam hebraicam, & antea non
fuiſſe.

Hac in re primùm conſtat Auguſtinum
Authorem eſſe linguam vnam,
& ante diluuium, & poſt diluuium in
Domo Noe vſque ad ædificationem
Turris Babilonicæ fuiſſe; idque illum
ex ſacro texu ſcripturæ probare *lib. 16.
de Ciuit. c. 11.* perſpicuè. Deinde liquet
ſenſiſſe eum, hac lingua vſos
fuiſſe Patriarchas ante Diuiſionẽ linguarum
eodem capite. Tertium patet
eandemmet linguam fuiſſe, quæ
poſtea hebræa dicta eſt, quæ non perijt
in ea diuiſione, ſed manſit in domo
Heber, cuius tempore linquarum fuit
facta confuſio; idque manifeſtè tradit
Auguſtinus eo cap. 11. tandem ibidem
apertè affirmat ſacros libros eo ſermone
eſſe conſcriptos. *Hebræa*, inquit,
*vocatur lingua, quam Patriarcharum,
& Prophetarum nõ ſolum in ſermonibus
fuit, verum etiam in litteris ſacris cu-
ſtodiuit authoritas.* Nihil ergo in Au- Auguſt.
guſtino ad noſtræ ſententiæ confirmationem
deſideratur, *quomodo ergo*, dicit,
*vltimo linguam hebræam primam
inuentam fuiſſe poſt diluuium, & ante
diluuium fuiſſe infantiam?* Ibi namque
myſticè loquebatur, & allegoricè, vti
ſolet cum D. Paulo vltra litteram facere,
quod manifeſtè apparet ex Auguſtini
textu. Diuidit enim generationes
mundi in ætates, & Matthæi generationibus
in Chriſti Genealogia
accomodat, & ad ſpiritum litteram
transfert, non negata hiſtoria ſed tra-
ducta

Digitized by Google

ducta, & altius euecta; itaque ait ante diluuium fuiſſe infantiam, non quod lingua non fuerit, ſed quod non fuerint ſcripturæ, quæ enarrarent exactè res ante diluuium geſtas. Vnde ait, vti terram diluuio, ita eius ætatis memoriam obliuione obrutam fuiſſe; nec enim negare potuit, aut voluit Auguſtinus ea ætate vſum linguæ, ſed hiſtoriç fuiſſe, ſicuti cum dixit ab Abraham generationes incæpiſſe, noluit dicere neminem ante Abraham generaſſe, ſed ab illo Chriſti generationem apud Matthçum initium duxiſſe, non ab alijs, qui ante eum Patres fuerũt, quod eſſent in ea ſerie prætermiſſi; quod autem ait, *inuentam eſſe poſt diluuium primam linguam* eo ait, quod illa inter cæteras ex eo tempore maximè celebrari cæpit, ac ex differentia aliarum cognoſci, & nomine proprio ſignificari, id eſt hebræa; itaque non modo Auguſtinus nobis non contradicit, ſed noſtram etiam confirmat ſententiam, nempe ſacram ſcripturam hebraico fuiſſe ſermone conſcriptam, ac illius fontes hebræos eſſe. Sententiam D. Auguſtini ſic expoſitam tenet Eucherius *in cap. 1. Genes.* vbi ait hebraicam linguam olim, & ante, & poſt diluuium fuiſſe, ſed non fuiſſe eo nomine appellatam.

Eucherius

Grauior eſt, ac difficilior quæſtio ſequens. Vtrum iſta editio prima hebraica inuiolata, & integra ſit, an viciata, et corrupta? Et quidem variè hac de re Authores ſentiunt; Puram, et caſtam, atque adeo incorruptam eſſe affirmant ex noſtris Benedictus Arias Montanus *in Præfatione ad Biblia hebraicã*, et Montoia *lib. de concordia Sacrarum editionum*, et multi alij apud Bannez 1. *parte q. 1. art. 8. dub. 4.* Ex hæreticis Caluinus *in Antidoto Concilij Tridentini* Kemnitius *in eiuſdem exam. ſeſſ. 4.* Vvitakerus *Controu. 1. q. 2.* Hunnius, et Iunius Belga cum Iudaicis, et eorum ſcholæ quç omnes in id conſpirant, et ſuas verſiones ad libellam hæbraici textus referũt vulgatam noſtram improbantes; quorum argumenta latè, et accurate proponunt Bellarm. *l. 2. c. 2.* Grauina *lib. 4. præſcrip. Controu. 4. art. vnico.*

Ben. Ar: Montoya Bannez Caluinus Kemnit: Vvitaker.

Bellarm. Grauina

Negant, et inuiolatam, et incorruptam Catholici omnes ferme doctores recentioris memoriæ. Canus *lib. 2. de locis c. 13*: Chriſtopolitanus *præfat. in pſalm.* Salmeron *prologomeno 4.* citant Brugenſem; Porchetus de iuſtitia Dei. Leo Caſtrenſis in Apologetico. Bellarminus, & Grauina proximè citati, & plures alij apud eoſdem, qui hoc exactè, & accuratè oſtendunt.

Canus Chriſtop: Salmeron Brugenſ: Porchett: Leo Caſt:

Mea ſententia eſt ſcripturas hebraicas ante verſionem 70. Interpretum fuiſſe inuiolatas, & incorruptas, imo & poſtea vſque ad tempora Apoſtolorum, & legem gratiæ per totum Orbem promulgatam, à quo tempore cęperunt inquinari, violari, & corrumpi. Duæ ſunt meæ huius ſententiæ partes. Primam de incorruptis vſque ad Apoſtolorum tempora ſcripturis idoneis argumentis confirmo. Primum eſt: reuerentia, & religio Iudæorum erga ſacros libros, quos non ſolum cuſtodiebant tanquam virgunculas, imo ne domo quidem exire permittebant, ne ſancta dare canibus viderentur. Quæ ratio petita eſt ab Euſebio *l. 3.* præparationis gentium, qui Philone authore ait, *malle quemuis hebræum millies mori, quam vel apicem de ſacris ſcripturis perire*. Itaque eos Biblia ſua tanquam Idola adorare; vti nos hic Romæ in ſynagogis videmus. Secundum: quia ſi ſcripturæ incorruptæ non eſſent, de eo nos Chriſtus, & Paulus, et cæteri Apoſtoli monuiſſent; ac illud Iudæis exprobrantes, quod ſecùs eſt. Imo in Euangelio legimus Chriſtum citare locos ſcripturarum, earum lectionem commendare, et earundem teſtimonijs Phariſæos conuincere, et quod amplius eſt eorum doctrinam ex catedra probare traditam. Nec vnquam Chriſtus ijs vitio vertit, quod vterentur falſis ſcripturis, ſed quod eas non rectè intelligerent, nec illarum ſenſus aſſequerentur. Hoc vtitur Hieronym. *lib. 8. in Iſaiam*, et authoritate Origenis. Tertium: quia nulla erat tum temporis cauſa idonea corrumpendi ſacros libros, nec enim

Euſebius Philo

Hieron: Origen

ante

Digitized by Google

ante aduentum Meſſiæ Iudæi quidquam odij, et inuidiæ erga ipſum, ac legem eius conceperant; proindeque integra de eo vaticinia erant; quibus D: Auguſ: Apoſtoli aduerſus eos vſi ſunt. Quartum, quia non decebat, vti ait Auguſtinus *lib. 15. de Ciu c. 13.* vt dum inuidebant gentibus ſuatum intelligentiam litterarum, earum authoritati detraherent, et ne ditarent alios ſemet ipſos ſpoliarent. Quintum; quia ad prouidentiam Dei ſpectabat cuſtodire Diuina eloquia inuiolata, et ſacrarum litterarum monumenta ſarta, teſtaque ſeruare.

D. Paul: Accedit Teſtimonium Pauli ad Rom. dum ait: *multum & per omnem modum* vtilem fuiſſe circumciſionem; *quia fuerunt ijs credita eloquia Dei.* Non fuiſſet autem vtilis, niſi illa cuſtodia certa futura eſſet. Quod ſi Iudæi depoſita non rectè cuſtodirent, haud dubio hoc Paulus exprobraret, quod ne eloquia quidem ſibi credita illæſa ſeruare potuiſſent. Confirmatur loco Pauli ad Timoth. vbi exhortatur ipsũ his verbis; *O Timothee depoſitum cuſtodi*, quod deſcripturarum libris intelligitur, qui niſi eſſent integri, et incorrupti eos Paulus *depoſitum* non appellaret, nec cuſtodiri, ſed reſarciri, nec ſeruari, ſed inſtaurari iuberet.

Iuſtin. m: Auguſt. Vltimum momentum addiderim ex Iuſtino Martyre in Exhortatoria ad gentes et Auguſtino lib. 18. de Ciu. c. 46. nimirum ad gloriam nominis Chriſti, et Eccleſiæ ſponſæ ſpectaſſe, vt ipſimet Iudæi conſeruarent Scripturas, quæ teſtimonium veritati, quam impugnabant, præberent; nec alijs nos aut Cuſtodibus, aut baiulis, quam ijſdem, quorum erant propriæ, et qui maximè ijs gloriari ſoliti vteremur; quod ſępe argumentum in eos torquet Auguſtinus qui huc trahit il- Pſal: 58 lud pſalmi 58. *Deus oſtendet mihi ſuper inimicos meos ne occidas eos;* Vt ſint qui portent ſacra Biblia, quorum teſtimonijs conuincantur, et arma nobis miniſtrent, quibus feriantur; *ſint teſtes* ait Auguſtinus conc. 1. in eum pſalmũ *iniquitatis ſuæ, & veritatis noſtræ*, Iniquitatis, quam ſuis libris credere noluerunt; Veritatis, quam nos ex ijs didicimus, & accepimus; accidit eis, vt Capſariorum inſtar, & baiulorum onus dorſo impoſitum portarent, & quid portarent neſcirent, atque alijs vti Dominis redderent, quod Augu- Auguſt. ſtinus acutè, & eleganter excogitauit, & expendit, multis in locis imprimis *lib. 18. de Ciuit. cap. 46. & 47.*

Præterea, vel omnes codices ſunt corrupti, vel aliqui. Omnes videtur credi non poſſe; ſi aliqui; ergo cæteri manſerunt illæſi, & in his pura, & incorrupta veritas conſeruara. Aut quod idem tecidit, vel illa corruptio communi ſenſu eſt facta, vel priuato? communi? quis certò audeat affirmare? Priuato? Hic non pertinet ad omnium librorum corruptionem. Igitur non ſunt corrupti. Tandem ſi vetus teſtamentum vitiatum eſſet, quam vim haberent teſtimonia illius ad confirmandum Chriſti aduentum, & cætera ex eo Myſteria conſequuta, & quãta daretur materies Manichæis dicendi, non Deum, veteris teſtamenti, ſed Diabolum eſſe authorem, de quo Auguſtinus lib. contra Ad- Auguſt: uerſarium legis, & Prophetarum, qui ſanè doctus, & Sanctus Author non vult omnino codices hebræos antiquos à 70. Interpretibus græce redditos vitiatos, corruptosue fuiſſe, vti accuratè demonſtrat *lib. 15. de Ciuit. cap. 12. 13. & 14.* Soluitque obiectos errores myſtico ſenſu ſubtiliter, & verè; quod ſi aliquos admittit eos ſanè ab authographo hebræo excludit. Huic ſententiæ magnum pondus authoritatis addit Hieronymus harum rerum Heron. peritiſſimus, qui præfatione in Iſaiam, & lib. vlt. de viris Illuſtribus perſpicuè tradit falli eos, qui putant hebræos codices eſſe falſatos.

Hæc argumenta partem illam primam planè probant, ſecunda ſuadetur. Primo, quia dubitari nequit, nonnullos eſſe in hebraicis fontibus turbatos locos, textuſque vitiatos; quod videre eſt, apud Canum *lib. 2.* CanusPorchet: *de locis cap. 13.* & Porchetum *lib. 1. de Victoria contra Iudæos*; & Valentiã Valent: *lib. 2. contra Iudæos cap. 3. 1. part.* & Beuter: An-

Beuter Leo Caſt. Salmer Grauina Bellarm. Antonius Beuter *annot.* 1. & Leo Caſtrius in Apologetico *lib.* 1. & Salmeron. *prolog.* 4. & Grauina *lib.* 4. *præſcrip. contr.* 5. *art. unico* et Bellarm. *lib.* 2. *c.* 2. in quibus apparet eſſe quoſdam data opera detortos, et corruptos à Iudęis inuidis, et malignis locos, vt Chriſti Seruatoris glorię detraherent, et creſcentis Eccleſiæ incrementis obuiam irent. Quæ prima huiuſce partis ratio eſt, Inuidia, et Perfidia Hebræorũ qui cum viderent Chriſti nomen, et Euangelium amplificari, & ab huius miniſtris aduentum Meſſiæ, & ſalutem per eum datam ſcripturarum teſtimonijs confirmari, reſecare illa volebant; quod ad cauſam Chriſtianorum facerent. Qui enim Chriſtum ipſum ſuæ gentis hominem, Deum, & Meſſiam eſſe tot miraculis atteſtantibus in crucem egerunt, cur non eos libros in quibus erat vis probandi eſſe eum Meſſiam, quem reiecerant, torquerent & vitiarent, & locos perſpicuos eam veritatem continentes turbarent, cum id facile eſſet propter concurſum ſimilem, & multiplicem ſignificationẽ ſyllabarum? Hoc argumentum adducunt, & verſant Patres. Iuſtinus Iuſtinus Dialogo contra Tryphonem, *& l.* 4. *c.* 8. Irenæus Clemens Alexandr. Origen. Irenæus *lib.* 5. *aduerſus hæreſes cap.* 31. & Clemens Alexandrinus *lib* 3. Stromatum. Diſertè autem Origenes contra Celſum ſcribit, Iudæos poſt aduentum Chriſti multas de eo prophetias amputaſſe, & Athanaſius ſerm. de Athanaſ. eo, quod dictum eſt in Euangelio. *Quicunque dixeris verbum contra filium hominis; Iudai*, inquit, *nihil curant corrumpere ſacrarum ſcripturarum placita, modo ſic abnegent Chriſti aduentum.* Similia habet diſp. contra Iudæos, & ſerm. contra omnes hæreſes. Plures alios dabunt citati recentiores.

D. Thom. Ego vnum Diuum Thomam volo exhibere grauem, & prudentem Authorem. *is lect.* 5. *in cap.* 3. *ad Galat.* ſic ait. *Sciendum ſecundum Gloſſam quod in Deuteronomio vnde accipitur hoc verbum maledictus à Deo omnis, quod quidem ſcilicet, à Deo, in antiquis Hebræorum voluminibus non habetur, vnde creditur, quod à Iudæis poſt paſſionem Domini ſit appoſitum ad infamiam Chriſti.* Id quod fatentur etiam, qui maximè conantur textus hebraicos aſſerere hæretici; cuiuſmodi ſunt Caluinus Caluinus *lib.* 1. *Inſtit. cap.* 6. *S.* 11. & Hugo Bruchthonus in Danielem *c.* 9. & Hunnius Bructhon. Hunnius Iunius *lib.* 2. *in Bellarm. cap.* 2. & Iunius *in pſalmum* 22. in ſua verſione. Quo argumento perſuaſum mihi eſt, non omnino limpidos ire, & puros, ſed lutulentos effluere illos Hebræorum fontes; poſtquam eos ſine iudicio ſeri, & cæci inuidia apri turbarunt.

Secunda ratio ſumitur ex translatione Hieronymi, cuius ille cauſam affert epiſt. 11. ad Auguſtin. ideſt deprauationem ſcripturarũ factã ab hebræis, qui multa prætermiſerant, & corruperãt quę ille corrigere voluit, *vt ſcires noſtri quid veritas hebræa haberet*. Et quamuis id Bellarminus ad Bellarm. Codices Græcos translationis Aquilę, & Theodotionis, & Septuaginta trahere velit, vt ex hac item parte verum ſit, negari tamen nequit de hebræis ipſis codicibus intelligi. Nam etſi ex ratione Hieronymi de verſione ſua data Auguſtino id minus conſtet, apparet nihilominus ex reſponſione Auguſt. Auguſtini, qui de omnibus intellexit, ideſt de codicibus etiam hebræis loqui Hieronymum; quare illum rogat, vnde ſciat Codices illos, & quando fuiſſe corruptos; & mirari ſe affirmat quo potuerint pacto corrumpi: quo Bellarmini confutatur argumentum.

Tertia ratio ſit ab exemplo ducta; ſi enim codices 70. Interpretum, eorumque venerabilis verſio potuit vitiari, cum græca eſſet, & minus certè facilis ex characterum forma ad corrumpendum quemadmodum conſtat, quare non potuit textus hebraicus deprauari, quæ lingua tot characteribus ſimilibus, & punctis componitur, atque adeo eſt vitijs, & mendis obnoxia? vti fatetur ipſemet Bellarminus, qui tandem admittit ob eam rationẽ vitia, & errores productis characteribus, per quos quaſi rimas errores illi obrepere potuerunt: quod ſi aliquando in illũ textũ obrepſerunt, affirmemus ijs poſt Chriſtum grauibus Iudęorum

 rum

Digitized by Google

rum genti,& moleſtis temporibus obrepſiſſe;atque ea motum cauſa Hieronymum cum videret hebræum fontem antiquum, & ductum ex eo riuū ſeptuaginta verſionem,eſſe turbatum, adieciſſe animum ad translationem nouam ſuſcipiendam, quæ ſecretis, & depulſis mendorum ſordibus pura, & emendata exiſteret, quam *vulgatam editionem* appellamus; de qua ſuo loco dicemus.

Illud tandem animaduertimus,non omnes prorſus codices, nec per omnia eſſe falſatos;alioquin non eſſet vnde Hieronymus rectè transferret. Sed aliquos relictos, & integros, & inuiolatos fuiſſe; ex quibus Hieronymus conferendo,& ſana à corruptis ſecernendo ſuam, vt ait, verſionem ad hebraicam veritatem conformatam;idoneam certè,ac germanam compoſuiſſe teſtatur.

CAPVT II.

Quæ, & quot, & cuiuſmodi fuerint translationes ſacrarum litterarum ex hebræis fontibus deductæ.

QVatuor hactenus linguis apud nos ſcriptura locuta eſt poſt acceptam à Deo Hebraicam veritatem; Chaldaica,Syriaca,Græca, Latina,ſuo tempore quinta,id eſt Arabica, in hoc noſtro Collegio locutura; in ijs autem enumerandis non ſequor ordinem temporum.

Chaldaica primum locum ob antiquitatem vendicat. Ea quidem libri imprimis editi Tobias, Iudith, & magna pars Danielis, & Eſdræ. Cæteræ ſcripturæ ex hebræo traductę. Hæc verſio quoad Pentatheueum idonea; in cæteris labat propter ſuſpectam authoris fidem. *Thargum*, ea dicitur, quod non tam eſt iuſta verſio, quam fluxa paraphraſis. Eius Onkelos qui haud dubie Aquila Ponticus Proſelytus *Interpres contentioſus*, vt ait Hieronymus, author fuit. Syriaca, quæ lingua mixta ex Chaldæa, & Hebræa, ac earum inſtar hybridæ proles fuit, & tempore Chriſti in Iudæa vulgaris, ſecundum locum habet. Veteris Teſtamenti nullum, præter duos fortaſſe libros, primum Machabęorum, & Eccleſiaſticum,Syriacum eſſe Authographum compertum eſt; ac ne eorum quidem verſiones è græco extant. Marco Euangeliſtæ eamSyri tribuunt, haud ſolidè, nam Hieronymo poſteriorem fuiſſe, quamuis antiquam veroſimile cum Bellarmino *lib.2. cap.4.* & Grauina *lib.4. controu.9.* exiſtimo. Nouum TeſtamentumSyriacè translatum productis ex Vaticani, & Collegij Romani Bibliotecha exemplis Cornelius à Lapide in præfat. Euang. tradit. Sed hic agimus de integra verſione; ſcimus enim & Arabicè, & Copticè nouum teſtamentum eſſe conſcriptum.

Thargum. | Hieron. | Hieron. | Bellarm: Grauina | Cornelius à Lapide

Veniamus ad Græcam, de qua id primò quæritur. Vtrum ante celeberrimā 70. interpretum aliqua verſio fuerit? Videtur enim multis fuiſſe; ex qua nimirum Plato, & ante eum Pythagoras, & his antiquior Triſmegiſtus multa Diuina decerpſerat;verū vt graues cum Clemente Alexandrino 1.Stromatum authores eò inclinent, mihi certè non placet ſententia,cum veſtigia eius nulla Demetrius ille Phaleteus priſcorum librorum venator acerrimus inuenerit. Itaque potuerunt illi Philoſophi, aut hebraicæ linguæ periti eſſe,aut ab hebręis græcè doctis audire aliquas eorum librorum partes traductas, vel videre.Quare nego ante 70. vllam integram, & iuſtam translationem græcam fuiſſe, quamquam video oppoſitum placere Patri del Bene *in 1. parte diſputat. 1. quæſt. 23.* Sed ei hac in re non ſubſcribo.

Plato, Pithagor: Triſmeg: Clem:Al: | Demetr. Phalereus | Patri del Bene

Primam igitur hanc eſſe pronuntio. De qua multa ſolent inquiri. Primum, an ea fuerit? ſunt enim qui ambigant, vti Danæus, & Scaliger magis ex libidine venditandi eruditionē, quam ex ignorancia. Ecquis enim

Danæus Scaliger

negare

negare auſit rem luce clariorem? Secundum quo tempore facta ſit? duo ſunt, qui rem ad ſe trahunt, ambo Reges, Ptolomæi ambo; Lagus, & Philadelphus, Vter fuerit ſcire refert, Philadelphum, & communis ſenſus, & fama confirmat, qui inſignem illam Bibliothecã Inquiſitore Phalereo cõſtruxit, & libros ſacros ad eam ordinandam curauit. Tertium quot ij Interpretes numero fuerint? Septuaginta vulgo dicti, re ſeptuaginta duo; ſeni ex quaque Tribu; nec obſtat, quod in Iudæa duæ tantum tribus relictæ, cum & in transmigratione Salmanaſaris non integræ Tribus multis remanentibus ſint abductæ; & quamuis nemo ex iis Tribubus remanſiſſet, nõnulli poſtea redire potuerint. Quemadmodum hodie videmus Romæ, & Venetijs, & alibi fieri, quibus in vrbibus omnium Tribuum Hebræi inueniuntur.

Quartum, vtrum ſolitarii in diuerſas cellulas incluſi, an ſimul vna in domo congregati translationem ediderint? Nobilis hæc quæſtio eſt; negant ſeorſim in cellulis interpretatos graues quidam recentis memoriæ authores. Andræas Maſius in Ioſue in præfat. & Titelmanuus lib. 2. c. 6. cum Diuo Hieronymo, qui hiſtoriam illã fabulam putat præfatione in Pentatheucum. Huius imprimis authoritate nituntur; confirmatur eo, quòd multi antiquorum Patrum, qui rem narrant, cellularum non meminerunt; Cuiuſmodi ſunt Ariſtæas teſtis oculatus, & Ioſephus *lib. 12. antiquitatum cap. 2.* & Euſeb. *lib. 8. de præparat. Euangelica cap. 2.* Tertullian. *in Apolog. cap. 19.* Chryſoſt. *hom. 5. in Matth.* Affirmant contra, non vnà omnes, ſed ſeparatim ſingulos diuiſos in domunculas remotis arbitris id negotij perfeciſſe: Iuſtinus *in exhort. ad gentes.* Irenæus *lib. 3. cap. 25.* Clemens Alexand. *1. Strom.* Cyrill. *Catecheſi 4.* Theodoret. *in Geneſ.* Auguſt. *lib. 18. de Ciu. cap. 42. & alij*, quibus adiungere poſſumus Epiphanium lib. de menſuris, & ponderibus, qui ait binos incluſos tranſtuliſſe; quod item tradit Iuſtinianus *Conſtit. 146.* quo in loco ait binos concluſos; & Philonem demum *lib. 2. de vita Moyſis*, qui ſolitariè interpretatos eos ſcribit. Hos ſequuntur Grauina *lib. 4. contr. 7. art. 1. concluſ. 1.* Caſtro *in Apolog. cap. 38.* & nouiſſimè Pater del Bene *1. p. diſp. 1. q. 23.*

Maſius
Titelman
Hieron.
Ariſtæa.
Ioſeph.
Euſeb:
Tertull:
Chryſoſt.
Iuſtin.
Iren.
Clem. Al.
Cyrill:
Theodor:
Auguſt.
Epiph:
Iuſtinian.
Philo:
Grauin:
Caſtro:
Pater del Bene

Auguſt:

Ego iis ſubſcribo, præſertim propter authoritatem Auguſtini hominis, qui maturè ſemper, & cum pondere iudicat, nec nimis credulus eſſe huiuſmodi miraculis ſolet. Sanè id multum facit ad cauſam. Quid enim mirum ſi illi vna omnes collecti domo, & capita inter ſe conferentes in vnum, & corpus, & ſenſum interpretando coirent, cum hoc quotidie fieri videamus? Etſi enim id non obſtet, quominus Spiritu ſancto afflante ſcripſerint, vt in Conciliis euenire ſolet, non tamen in eo erat vis miraculi ad perſuadendum, vel Iudæis, vel Gentibus illam interpretationem eſſe à Deo inſpiratam; quæ eſt iuſta Auguſtini argumẽtatio *lib. 18. de Ciuit. c. 43.* Certè quantum res vna ab alia differat facilè cuiuis ſecum ratiocinanti conſtabit. Equidem ego, ſi Ptolomæus eſſem, non ſinerem eos ſimul, ac inter ſe conferendo, ſed ſeorſim ſolitarios ſuo quemque ſenſu interpretari. Iam vero illud in Bellarmino non probo, quod dicat Iudæos eam fabulam Iuſtino perſuaſiſſe; nec enim, opinor, is Author Iuſtinus erat, cui tam facilè fucus fieret, nec decipi mendacio potuit, qui diſertè teſtatur ſe veſtigia cellularum apud Alexandriam vidiſſe; quam rem cum paulò ante commemoraſſet Bellarminus, miror illud ei de Iuſtini hallucinatione in mẽtem venire potuiſſe.

Auguſt.
Bellarm.

Quintum, quorum fuerit librorum hæc 70. Interpretatio? Cui vno verbo ſatis ſit; eorum omnium, & ſolorum eſſe, qui hebraica ſcripti erant lingua; Itaque nec Tobiam, nec Iudith, nec Eccleſiaſticum, nec libros Machabæorum, nec magnam Danielis; & Eſtheris, & Eſdræ partem tranſtulerũt.

Sextum. Vtrum illi 70. Interpretes à Spiritu Sancto interpretando afflati fuerint, & quod inter eos conuene-

uenerit, id non humanæ concordiæ, ſed diuinæ impulſionis effectus fuerit? Et quidem quocunque illi tandẽ modo,ſiue collecti,ſiue ſeparati tranſtulerint,Diuino concepto ſpiritu tranſtuliſſe omnium ferè Patrum ſententia eſt. Quos accuratè citant Bellarm. *lib.2.cap.6.*&Grauina *lib.4.de præſcrip. contr.* 7.ac imprimis Auguſtinus cuius in eos magna reuerentia eſt, ac eorum interpretationis religio, quæ apparet multis in locis ſuorum operum. Præcipuè *l.b.* 18. *de Ciuit. cap.* 18. vbi ait: *Eundem qui in prophetis erat quãdo prophetarunt ſpiritum in ſeptuaginta viris fuiſſe,quando eos interpretati ſunt. & lib.2. de Doctrina Chriſtiana cap.*15 ait. *Spiritum ſanctum eos rexiſſe omnes, & vnum omnibus os feciſſe.*

Bellarm.
Grauina:
Auguſt.

Solus Hieronymus hac in re variè ſenſit. Nam Epiſt.101. ad Pammachium c. 4.&Epiſt. ad Domnionem, & Rogatianum, quæ habetur in prologo lib. Paralip. affirmat eos Spiritu ſancto plenos, eorumque verſionem magnopere commendat, & fatetur vires in Eccleſiis obtinuiſſe, quod prima fuerit, & ab Apoſtolis vſurpata. At vero Præfat.. in Pentatheucum, & in quęſtionibus hebraicis; & lib. de optim. genere interpretandi,&Epiſt.ad Sunniam, & Fretellam, & in Comment. Prophetarum:ſæpè illorum interpretationi detrahit, nec eos niſi Interpretes vocat; & queritur non admodum plerumque fideles eſſe; Verum vt ille ſentiat, cæteri authores omnes Diuino ſpiritu afflatos 70. atque adeo Vates fuiſſe dicunt; & ipſe Hieronymus, aliquando ſic ſentit; quod ſi interdum diſſentit, ab eo ad eundem prouocamus. Et ſanè ille excuſat 70. Interpretes ab erroribus, qui eis imponebantur Præfatione in Pentatheuc.& cum Auguſtino,& Epiphanio hac in re conuenit; qui maximi ſunt Authoritatis 70. Interpretum Aſſertores, & Prædicatores. Quod ſanè mouit Grauinam,vt diceret Hieronymum, vbi de ſeptuaginta minùs benè ſentit non ſuum, ſed alienum calculum ponere. Sed ego diu eſt, quod ſentio, Hieronymum erga 70. eorumq; interpretationem minus benè animatum fuiſſe,atq; vt erat acris, & vehemẽtis ingenii ſæpè de iis exaggeratius locutum fuiſſe; quod poſtea vidi ſenſiſſe Eſcalantẽ *lib.6.cap.*8. Cauſas non inquiro, etſi coniecturas habeam non contemnendas, quas opus non eſt proferre.

Hieron:
Hieron:
Eſcalante

An Interpretatio 70. corrupta olim fuerit, ac hodie ſit? capitalis quæſtio eſt. Vitiatam olim, & corruptam à Iudæis poſt aduentum, & mortem Chriſti fermè conſtat. Anno id 200. cœptum fieri veriſimile eſt; tempore enim Iuſtini Martyris, vt apparet ex eius contra Tryphonem Dialogo, vexabant illam varijs modis Iudæi verſionem, quod multum fauebat Chriſto Meſſiæ, & Eccleſiæ Apoſtolicæ; quod ii ferre non poterant, ac proinde in tranſlationem inuehebantur detorquentes, & vitiantes illam; ne teſtimonia rebus Chriſtianis congruęrent. Nec abſtiterunt, donec eam à ſuis Synagogis exterminare decreuerunt; ac efficerent, niſi Iuſtinianus Imperator ſuis Cõſtitutionibus obuiã iret; in quam rem edidit conſtitut. 146. in Nouellis, cuius nos ſupra meminimus. Cum Iudæis conſpirarunt quidam Apoſtatæ, & hęretici Interpretationi 70. Seniorum tranſlationẽ Aquilæ, & Theodotionis,& Symmachi præferentes; quibus acceſſit ſuperiori ſæculo Lutherus in Conuiuialibus, & in c.46. Geneſeos, & alii cũ Munſtero, & Beza apud Grauinam *contr.7.art* 1. qui 70 Interpretes acerbè inſectantur, & eorum tranſlationẽ reijciunt. At non fuiſſe olim omnino, & vbique corruptam,conſequentium duorum ſæculorum ad vſque Auguſtinum ætas probat; nam qui Patres in ea vixerunt, ij teſtimonijs 70. Interpretum vtuntur, ac nemo eorum non citat in Scriptis ſuis illam verſionem; quod ego in omnibus penè eorum temporum Patribus accuratiſſimè eos Conimbricę legendo,ac imprimis Auguſtinum, obſeruaui. Imo hunc ſcio religioſiſſimum eius eſſe ſectatorem, ac pro illius defenſione cũ Hieronymo contentionem ſuſcepiſſe,

Iuſtin. mart.
Iuſtinian.
Conſtitut. 146: in nouell.
Luther:
Munſter:
Beza
Auguſt:
Hieron:

vt

vt ex datis ad eum, & acceptis ab eo Epiſtolis patet. Paulatim poſtea illa corruptio inſtar contagii ſerpſit; donec tandem graſſata eſt, & inualuit, prouidente Deo, vt iam vulgatam Hieronymi haberemus, quæ in locum illius ſuccederet; non eſt tamen illa omninò, & vbique corrupta, ſed ex parte, & quibuſdam in codicibus viciata. Vitiari autem cœpit poſt tempora Aquilæ, qui verſione ſua inquinauit aureos hebraicæ linguæ libros, quem ſecuti deinceps Symmachus, & Theodotion ſordes auxerunt, & caſtæ 70. translationi non parum detraxerunt. Hæc corruptionis origo, quæ manauit ab Oriente, & in Occidentem peruaſit, ſed in Africam tardius penetrauit. Vnde Auguſtinus veterem, & illibatam ſemetipſo Authore verſionem retinuit, quæ per omnes Africanas Eccleſias legebatur, adeo vt ſuper vno apud Ionam *Cucurbita* vocabulo, quod Hieronymus *hederam* verterat, pro tuenda *cucurbita*, quod poſitum fuerat à 70. cum Hieronymo expoſtulet exprobrans ei inſolentiam vocis *hederæ*, qua omnes Africæ Eccleſias offenderat, vti commemorat in Epiſtola. Id mihi in Auguſtino verſato videri ſolet, eum interpretationis 70. perpetuum, & acrem vindicem eſſe. Ita vt *lib. 15. de Ciuit.* per multa capita oppoſitas eorum hebraico Textui verſiones defendat, exponatque; & c. 14. dicat illam diuerſitatem non eſſe putandam mendoſitatem: ex quibus in rebus differunt ab hebraica veritate, eas *non interpretantium lege, ſed prophetantiũ libertate dixiſſe*. Idẽ maiore adhuc, vi & pondere rationum confirmat *lib. 18 cap. 43.* quod eſt iuſtum 70. Interpretum elogium, & idonea eorum tranſlationis defenſio; etiam poſt aſſertam ab Hieronymo ſuæ Vulgatæ authoritatem. Summa eſt: quidquid in iis concordat cum hebraicis de eo inter omnes conſtare eſſe Diuinum; ſi quid diuerſum, in eo altitudinem eſſe Prophetiæ, nec illud eſſe contrarium, ſed aliud, & alio ſenſu dictum; ſi quid additum, id à Spiritu Sancto acceptũ, & ſcripturis adiiciendum; *Spiritus enim, qui in Prophetis erat, quando illa dixerat, idem ipſe erat in 70. quando illa interpretati ſunt*. Si quid detractum, illud cum in hebraico textu manſerit in ſacris eſſe. Itaque ea, quæ deerant, Deus per 70. addere voluit, vt iuſta eſſet, ex antea habita Prophetia, & ex adiecta poſtea interpretatione Scriptura; nam quemadmodum Deus non omnia per vnum Prophetam dixerat, ita nec per omnes Prophetas cũcta dixerat; quare voluit adhibere 70. Interpretes, ne quid deſideraretur doctrinæ, & concludit, *Quidquid porro apud vtroſque inuenitur, per vtroſque dicere voluit vnus atque idem ſpiritus, ſed ita vt illi præcederent prophetando, iſti ſequerentur prophetic è illos interpretando, quia ſicut in illis, & concordantia dicentibus vnus pacis ſpiritus fuit, ſic in iſtis non ſecum conferentibus, & tamen tanquam vno ore cuncta interpretantibus, idem ſpiritus vnus apparuit*. Ita ratiocinatur Auguſtinus, vt mihi omnino perſuadeat. Sanè quæ in 70. verſione duriora videntur, quia videntur contraria hebræo textui Auguſtinus ita exponit, vt Diuino ſuo ingenio monſtret Spiritum in iis fuiſſe Diuinum.

Aquila: Symmach Theodot.

Auguſt.

Hæc argumenta probant editionẽ 70. vſque ad Auguſtini tempora fuiſſe in Africa inuiolatam. Poſtea occupata à Vvandalis Africa, & Mauris ſuperuenientibus Eccleſia illa florentiſſima deformata eſt, & euerſa. Itaque libri, cum ea corrumpi, & interire potuerunt, donec Sixtus V. Pontifex religioſiſſimus, cuius ſumma fuit, & ornandæ Vrbis, & Eccleſiæ illuſtrandæ cura, verſionem 70. recognoſci collatis vetuſtis inter ſe codicibus, & caſtigari iuſſit, qua in re inſignis fuit opera Caraffæ Cardinalis eximii. Hic eam diligentiſſimè expurgatam, & correctam antiquę fidei reddidit, & latina lingua loqui fecit, eamque Sixtus in Eccleſia ſanctam, & ratam haberi voluit; de quo extat diploma ipſius authoritate Pontificia editum, & promulgatum. Vnde noua, & nouiſſima exiſtit quæſtio.

Auguſt.

Sixt. V.

Cu-

Cuius, & quantæ ſit hæc translatio fidei, & authoritatis? Diuerſæ hac Bellarm. de re ſunt Catholicorum ſententiæ; nam Bellarmin. *lib. 2. de Verbo Dei ſcripto cap.6.* dicit extare quidem 70. Mariana verſionem, ſed vitiatam, & ex parte corruptam; idem eſt Marianæ cum Bellarmino ſentientis iudicium *tract.* Sixt. Sen. *de vulgata cap.6.* Sixtus autem Senenſis *in Bibliotheca lib.8. hæreſi 13. num.7.* Montoya: negat eſſe corruptam, quam ſequi- Grauina. tur Montoya *lib.2. Controuerſiarum Controu. 7.* & Grauina *lib.4. præſcript. contr. generali.7. art.2. in concluſione*; Ego iudico poſt diploma Sixtinum ſuſtineri, Bellarmini, & Marianæ ſententiam vix poſſe; etſi minimè loqui videātur de verſione ab illo Pōtifice emendata, & propoſita, ſed de illa, quæ antea erat corrupta, & antiquata.

Recepta vero hęc Sixtina, quod pondus habet authoritatis? Grauina Grauina. inquirit. Atque in actu primo Canonicam eſſe, ideſt ſecundum ſe, non quoad nos, quòd careat expreſſo decreto illius ſecundum omnes partes approbatiuo. Itaque non eſſe dicendam authenticam, quoad nos, vti eſt vulgata, quæ à Trident. ſeſſ.4. authen- Trident: tica proponitur.

Mihi illud videtur non improbabile verſionem ſeptuaginta poſt approbationem illam Sixti V. Canonicę Sixt. V: eſſe authoritatis, vti eſt vulgata, quāuis non habeat expreſſum decretum; quod ſic argumentando perſuadeo. Illa translatio ſi in eo ſtatu eſſet, in quo fuit tempore Apoſtolorum, Canonica eſſet, cum ea vterentur Apoſtoli, & reliqua Eccleſia vſque ad editionem Vulgatæ; at illa per Sixtum V. reſtituta eſt antiquæ fidei, & accuratiſſimè expolita, teſtante id eo in reſcripto ante Græca Biblia. Igitur nunc eandem, quam antea authoritatem habet. Deinde alio Syllogiſmo vtor, illa authoritas antiqua Canonica erat, nec vllo decreto indigebat; ſed modo reddita eſt eidem authoritati, ergo decreto non indiget, ac proinde Canonica eſt.

Sed quoniam hæc mea noua, & inſolens nonnullis videbitur eſſe ſententia, volo eam argumentis oppugnare, iiſque ſolutis confirmare. Primū eſt. Si translatio 70. Canonica eſt, vel habet authoritatem à Traditione, vel à Concilio, vel à Papa. Nec enim alius ſupereſt modus; nullo ex his authoritatem habet, ergo non eſt Canonica. Minor patet à partium enumeratione; nam traditio eſt continuata quædam per ætates Eccleſiæ rerum ſacrarum ad poſteros tranſmiſſio; hæc autem non inuenitur in traditione verſionis ſeptuaginta Interpretum, ergo non eſt Canonica ex traditione. Minor argumenti patet; quia à tempore Auguſtini, vſque ad Sixti V. Pontificatum decem, & amplius ſæcula numerantur, in quibus ceſſauit vſus huius translationis, atq; adeo nulla fuit. Concilium vniuerſale, nec particulare, nec prouinciale confirmatum à Papa pro illa habemus, omnia quippe de illa, tanquam de non Canonica ſiluerunt; vt appareret ex Tridentino, quod cum ageret Trident. de ſcripturis, & verſionibus illarum, nullam prorſus de 70. ſeniorum editione confirmando mentionem fecit, & ſoli vulgatæ latinæ teſtimonium authoritatis reddidit. Pontificum nemo illam authenticam, & Canonicā pronuntiauit. Quod autē Sixtus V. dixerit eſſe emendatam, & expolitam id longè abeſt à definitione. Cum præſertim ſolum iuſſerit recipi, & retineri illam ad intelligentiam vulgatę, & ſanctorum Patrum, quo declarauit eam propria authoritate carere, & alienæ tantum authoritati inſeruire.

Secundum. Hęc translatio 70. Interpretum adhuc emendata, caſtigata, et expolita contradicit multis in locis veritati hebraicæ, & noſtræ vulgatæ latinæ, quę ſinedubio eſt Canonica, ergo non poteſt eſſe authentica, nec Canonica. Conſequentia patet, quia veritas Canonica contradicere nequit Canonicæ veritati; itaque vna tantum vera eſſe debet, hæc autem debet eſſe vulgata, quæ canonica prorſus eſt, ac indubitata; Vnde ſequitur aliam 70. Interpretum, quæ ei opponitur, Canonicam, & au-

then-

thenticam eſſe non poſse, ne veritas veritati contradicat. Aſſumptum autem facile probatu eſt, cum loci paſſim occurrant; ac nemo fermè ſit author, qui productis locis hoc non affirmet, qui videri poſſunt in Salmerone. 1. tomo in Prologomenis; & Bellarm. *lib. 2. de Verbo Dei ſcripto cap.* 6. & Grauina *lib. 4. præſcript. contr. generali 6. ar. 2.* Ego vnum, vel alterum in quibus apparet manifeſta contradictio afferre volo, quod in iis maximè ſudant ingenia, & in quibus multam operam ponit ingeniorum Phœnix Auguſtinus.

Salmeron Bellarm: Grauina

Auguſt.

Primus locus eſt circa tempus conſtitutum Generationi Patriarchatum, nam 70. Interpretes ſingulis fermè Patriarchis generantibus adijciunt centum annos pluſquam ſit in textu hebraico, & vulgata latina. Apparet ex textu hebræo, & noſtro cap. 5. & 11. Geneſ. Vbi propoſitis ſingulis generationibus, omnes fermè Patriarchæ centum annos minus habent, quam in translatione 70. Interpretũ. Exempli gratia cap. 5. ait vulgata. *Vixit Seth centum quinque annis, & Genuit Enos,* Vertunt 70. *Vixit Seth* 230. *annos, & genuit Enos*; & ſic in ceteris generationibus fermè omnibus addunt ſæculum ſeptuaginta Interpretes. Idem repetitur cap. 11. nam ibi hebræus, & vulgata ait. *Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad.* Septuaginta vero habent. *Sem erat* 200. *annorum; quando genuit Arphaxad.* Et ſic fermè in reliquis centum annos addunt ſingulis illis Patribus, qui poſt diluuium genuerunt, quæ eſt aperta contradictio. Ex qua ſequitur alia in Supputatione annorũ mundi. Ab Adam quippe vſque ad diluuium Secundũ ſeptuaginta fiunt anni 2242. cum iuxta vulgatam fuerint 1656. Quæ ſumma minor eſt illa alia quingentis octuaginta ſex annis. Item à Diluuio vſque ad Abraham ſecundum ſeptuaginta numerantur anni 1172. Iuxta hebræum autem, & noſtram vulgatè recẽſentur tantum 292. quæ ſanè ſummæ cohærere non poſſunt, nec quomodo concilientur apparet. Alterum exemplum eſto Ionæ 3. vbi hebraica veritas, & vulgata editio ponit. *adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur*; Septuaginta vero legunt *adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur*, qui numeri manifeſtè pugnant.

Geneſ. c. 5 & 11:

Geneſ. 11

Ionæ 3: 70. Interp

Hisduobus argumentis, ſic reſpondeo. Primo, translationem. 70. à Spiritu ſancto afflatam ab ipſo habere veritatem, authoritatem vero ab Eccleſia, & traditione per ſex, aut ſeptem ſecula à ſui exordio, vſque ad Auguſtinum; & hoc quidem conſtat; deinceps vſque ad Sixtum V. per annos fermè mille illa publica celebritas, & vſus illius non fuit; ſed authoritas non periit, erat enim cum veritate coniuncta, quæ perire non poterat, & in quibuſdam codicibus integra conſeruabatur; poſtea dante operam Sixto iterum publici iuris facta eſt, eiuſque authoritas propalata, nihil enim deerat illi verſioni præter euidentiam, & publicam lucem. Vnde argumento in forma reſpõdeo: verſionem 70. occultatam, & obſcuratam fuiſſe ſublato vſu communi, non vero priuatam authoritate; eo autem tempore non deſijt eſſe canonica; ſed non apparuit eſſe, apparuit autem cum eſt à Sixto V. caſtigata, & propalata, & redijt ad priſtinam lucem Canonicæ authoritatis, cui nihil detraxit illud tempus, in quo iacuit contẽpta. Rem declaro exemplo iuris celeberrimo. Vt detur legitima bonorum præſcriptio requiritur continuata cum bona fide poſſeſſio V. G. decem annorum; duobus autem modis poteſt accidere, vt continuatio iſta deficiat, vel per interruptionem interueniente mala fide, vel per non vſum, & obliuionem, quæ non inducat malam fidem. Si primo modo interrumpatur poſſeſſio, perit titulus, & præſcriptio. Si verò ſecundo modo dormit tantum poſſeſſio, nec perit titulus, nec præſcriptio, & accedente reliquo tempore continuatur poſſeſſio, & ex vtroque tempore fit præſcriptio, & titulus, qui dormierat reſurgit. Ita res habet in verſione 70. primis ſeculis poſſidebat authoritatẽ

ſequen-

ſequentibus hæc per obliuionẽ ſolùm dormiuit: non eſt interrupta; poſtremùm ſuperiori ſęculo euigilauit, & interuentu Sixt V. ſurrexit, & authoritatem ſuam obtinuit; quo exemplo nihil adduci poſſe exiſtimo, vel aptius, vel euidentius.

Secundi argumenti operoſior eſt ſolutio; & quidem nemo, quod ſciã recentiorum, auſus eſt cum hac difficultate luctari; adeo vt vnus eorum doctiſſimus Pereyra *lib. Comment. in Geneſ. q.2. & 3.* omnino deſerat ſupputationem Septuaginta, tanquam vitiatam, & corruptam, quod de concordia textuum deſperet. Id Bellarmino, id Marianæ, id Valentiæ, & ipſi penè Grauinæ contigit. Et quod magis miror nemo eorum vidit filum Auguſtini, quo accepto labyrinthus iſte potuit declinari. Imo Pereyra citans Auguſtini locum, eum, ſeque ita implicat, vt in nouum labyrinthum incurrat. Mihi animos facit ad conciliandos textus Auguſtinus eo libro *de Ciu. Dei 15. cap. 13.* Itaque ratiocinationem Auguſtini apprehendo, & quaſi filum deduco, & euoluo.

Pereyra

Bellarm: Marian: Valent: Grauin:

Auguſt:

Reſpondeo igitur primò. Septuaginta ſeniores veram, & naturalem ætatem, in qua Patriarchæ genuerunt filios indicato certo anno poſuiſſe, & omnes eos poſt centum annos, & amplius generaſſe. Hebraicum autem textum allegorico ſenſu, non litterali, vſum, qui huiuſmodi eſt. Septuaginta deſignant verum annum generationis. Vulgata deſignat tempus illius ętatis, in qua ſcriptura facta fuit, vt illi 100. anni Patriarcharum reſponderent 10. annis vitæ præſentis illius temporis, quo Moyſes ſcribebat. Perſpicuè dico; perinde erat generare filios in ea longiſſima ætate anno 130. ac in breui poſtea 30. Itaque illis Patriarchis 130. anni pro 30. computabantur. Nec temerè hoc dicitur, nam Auguſtino Authore dici poteſt tempore illo priſco pubertatem tardius venire, quàm poſterioribus ætatibus, cum breuior erat hominum vita; itaque homines priſca illa ætate non erant apti ad generandum niſi poſt centum annos; Cum tamen poſtea apti eſſent, & ſolerent generare anno 30, id certè voluit ſignificare vulgata dicendo eos annorum 30. generaſſe; hoc eſt tempore pubertatis ſuæ, qui annus erat 130. cum tamen tempore Moyſis eſſet 30. ita vt 30. annus ponatur pro anno, quo poterant generare; & hac ratione conſtat locorũ concordia; ſenſus eſt enim vnus per duplicem numerum ſignificatus, ſemper enim attenditur ratio pubertatis, quæ modo per 130. modo per 30. ſignificatur. Hæc eſt prima ſolutio; quanquam minus Auguſtino probetur.

Secunda ſumitur ex eiuſdem eodem loco doctrina, quę docet filios his capitibus nominatos non eſſe primò natos, ſed eos, qui faciunt ad propoſitum ſacræ hiſtoriæ, licet natu minores eſſent. Tum dico: ſingulos, qui nominantur, & numerantur filios eo anno genitos quem ponunt 70. V. G. Heber, anno 130. Sale: quem dicit vulgata genuiſſe Heber anno 30. Quomodo ergo ſtare poteſt eundem Heber genitum eſſe anno 30. & 130. eiuſdem Patris. Reſpondeo alium filium, qui ante Heber natus eſt anno 30. Patris ſui Sale poni pro Heber, & hunc antequam naſceretur in eius naſcentis locum venire; ratio eſt, quia Sale cum primum generare cæpit, Patrem ſe eſſe monſtrauit, & potentiam generandi in actum reduxit, quæ cum ei data eſſet ad gignendum præcipuè Heber, & is finis propoſitus generationis eſſet, Spiritus Sanctus intuens in eum qui intra potentiam erat, cum ſe primum explicauit in actum, cogitauit de fine, ad quem ordinabatur, & dixit genuiſſe Heber, quando genuit alium primum filium, quamquam is re, & perſona Heber non eſſet; nec in eo mendacium eſt, cum in eius primogeniti locum, qui anno 30. naſcebatur venturus eſſet Heber, qui anno 130. naſciturus erat, itaque figuratus Heber ponitur loco alterius, qui cum eſſet illius figura nomen accipit figurati.

Auguſt:

Eſt autem hic reſpondendi modus idoneus, nec alienus à Sacro Textu, quod

quod pluribus exemplis probo. Altero Iacob, qui Geneſ. 23. vſurpata primogenitura dicitur eſſe Eſau; *Ego ſum primogenitus tuus Eſau*, cum tamen perſona Eſau non eſſet, verum quia eius locum occupauit, Eſau ſe dixit eſſe ratione primogenituræ. Altero Ioannis Baptiſtæ, de quo Chriſtus Matth. 17. dixit. *Ipſe eſt Elias* cum alia perſona eſſet. Verè tamen Elias dictus virtute, & ſpiritu, Gregorio teſte. Ita etiam Heber, quamuis non eſſet is filius, qui antè anno 30. natus eſt, natus tamen tunc dicitur, quia in eius locum venturus erat.

Gen. 23

Matth: 17

Si quis autem adhuc repugnet emolliam eius animum obiecto loco Euangelij Matth. 1. qui texens Chriſti Genealogiam, ait *Ioram genuit Oziam*, quod quidem attenta ſolum littera verum non videtur, nam Ioram genuit Ochoziam, Ochozias Ioam, Ioas Amaziam, Amazias Oſiam: ſed ſpectata mente Sacri Scriptoris dicitur Ioram Abauus genuiſſe Oziam Abnepotem. Ita Sale quando genuit primum filium, puta Sabuch; dicitur in eo genuiſſe Heber, quod iam tunc Spiritus Sanctus deſtinabat, vt generaret Heber, ad idque potentiam generandi dederat, vt ille primogenitus eſſet, & haberetur. Itaque loci meo iudicio probabiliter cõciliantur.

Matth: 1

Locus alter Ionæ non tam eſt difficilis, etſi difficillimus, quibuſdam videatur. Tribus modis exponitur. Primus eſt facilis, & expeditus, nempe bis illa verba prædicando dixiſſe Ionam, ſemel ante 40. dies, iterum tranſactis 37. diebus cum Niniuitæ pœnitentiam nondum agerent clamaſſe *adhuc tres dies*, quo nihil eſt facilius intellectu. Secundus modus eſt: concedendo ſemel tantùm dixiſſe illa verba *adhuc quadraginta dies*, *adhuc tres dies*, & tunc dicendum: illud *Niniue ſubuertetur* duplici ſenſu vſurpatum, ita vt diceret *adhuc quadraginta dies Niniue ſubuertetur*, ideſt euertetur, niſi pœnitentiam egerit; *adhuc tres dies Niniue ſubuertetur*, hoc eſt *Niniue peccatrix euertetur, fietque altera, quia conuertetur ad Deum*: Itaq; quadraginta dies pertinẽt ad prophetiã cõminatoriã, tres dies pertinent ad prophetiam aſſertoriam de pœnitentia. Tertius eſt myſticus, dicendo vtrumque fuiſſe dictum vna vice, & tamen duo dicta fuiſſe, quia cum Ionas fuerit figura Reſurrectionis Chriſti potuit dicere figuratè *adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur*, ideſt *poſt tres dies reſurgam*, & per iſtam reſurrectionem euertetur Synagoga, *& poſt quadraginta dies*, vſque ad Aſcenſionem Synagoga conuertetur in Eccleſiam, quæ à Chriſto per illos quadraginta dies erecta, & confirmata eſt. Hac ratione exponit Auguſtinus *lib. 18. de Ciu. cap. 44.*

Auguſt:

Addo quartum modum de meo penu *Niniue erat Ciuitas magna itinere*, vt ait Scriptura, *dierum trium*, quando ergò dixit propheta *adhuc 40. dies* locutus eſt de ſpatio temporis ad pœnitentiam; cum dixit *adhuc tres dies* reſpexit ad magnitudinem Vrbis, quę trium dierum ſpatio percurrebatur, quaſi diceret; peragrato hoc ſpatio trium dierum Niniue, niſi ſe correxit ſubuertetur poſito ſpatio dierum pro amplitudine vrbis, in qua tamen ille quadraginta dies prædicando conſumere debebat: quem ſenſum non improbabilem iudico; mitto aliàs contradictiones, quæ minori negotio poſſunt componi; ad propoſitum redeo, & concludo.

Editionem 70. Interpretum non minoris eſſe, quam vulgatam noſtram latinam authoritatis. Habeo autem grauem huius rei authorem D. Gregorium Magnum in Iob præfatione ad Leandrum cap. 5. vbi ait vtramq; & vulgatam, & Septuaginta verſionem eſſe recipiendam; imo Iulianus Pomerius *lib. 3.* contra Iudæos, ait editionem Septuaginta omnibus aliis editionibus, & tranſlationibus anteferri. Nec obſtat decretum Concil. Triden. ſeſſ. 4. præferentis, & proponentis vulgatam; loquitur enim Concilium de latinis verſionibus, non de Græcis, cum perſpicuè dicat. *Ex omnibus Latinis verſionibus*, vti aduertit Azor. 1. tom. lib. 8. cap. 3. & Pater del Bene *diſp.*

D. Greg. Mag:

Iulian: Pomer:

Trident:

Greg: de Valent: 1.q.23. Licet contrarium teneat Gregorius de Valentia *in Analy.L8.cap.5.* qui immerito vult vulgatam ex vi illius decreti omnibus prorſus editionibus anteferri. Tandem aduerto reſcriptum Sixti V. in fauorem verſionis Septuaginta reperiri in prologo Azor: grauina: Bibliæ Sixtinæ; partem illius affert Azor, & Grauina ſupra citati.

Præter hanc Græcam verſionem 70. fuerunt aliæ deinceps Græcæ ver- Aquila, ſiones. Prima Aquilæ Ponrici primo Chriſtiani, deinde Iudæi. Secunda, Symmac. Theodot. Symmachi, Samaritæ, poſt Iudæi. Tertia Theodotionis Marcioniſtæ, qui ad Iudæos item defecit, qui ſtudio impugnandi Chriſtum multa aliter, quam Septuaginta Interpretes verte- Origenes. runt: Poſt has tres inuenit Origenes alias, duas incerto authore in dolijs, ex quibus ipſe Hexapla, mox Octapla fecit; Hexapla hoc modo fecit in vna tabula ſex columnas; in prima poſuit textum hebraicè ſcriptum; in ſecunda eundem textum Hebraicum Græcis characteribus expreſſum: in tertia Aquilæ; in quarta Symmachi; in quinta ſeptuaginta: in ſexta Theodotionis verſiones conſtituit. Hæc Hexapla. Addidit vero alias duas columnas. In vna; quæ erat ſeptima poſt Theodotionem locauit editionem à ſe primò repertam: in altera, quæ erat octaua, poſuit alteram editionem à ſe ſecundò inuentam, atque adeo Octapla fecit ex octo columnis, & octo verſionibus.

De Tetraplis maior eſt difficultas; Conſtat propter quatuor verſiones dicta Tetrapla Origenis; quæ autem hæc eſſent verſiones dubitatur. Bellarm. Bellarminus ait quatuor illas fuiſſe Aquilę, Symmachi, Septuaginta, & Theo- Grauina dotionis, quæ erant capitales. Grauina obſcurius loquitur, videtur enim velle, vt illæ quatuor verſiones fuerint duæ Aquilæ, & Symmachi, & duę in dolijs inuentæ omiſſis duabus Septuaginta, & Theodotionis: quod neſcio qua ratione fecerit, niſi forte, quia Origenes ex his duabus 70. & Theodotionis, vnam, quam ſuam dixit editionem fecit, noluit has duas, quas in vnam iam redegerat cum cæteris collocarę. Fuit ergo iſta Origenis mixta ex Septuaginta, & Theodotionis translatio verſio ſeptima, quæ teſte Hieronymo *lib.16.* in Iſaiam com- Hieron. munis appellata fuit. Octauam fecit Lucianus Martyr. Nonæ, ac poſtre- Lucian. mart: Hesych. mæ Græcę Heſychius author fuit. De quo Hieronymus præfat. in librũ Paralip. *Alexandria, & Aegyptus in ſeptuaginta ſuum Heſychium laudant.* Hactenus de Græcis translationibus.

CAPVT III.

De Latinis editionibus, ac imprimis de vulgata.

AB exordio Eccleſię Chriſti fuiſſe translationem in ea Latinam tum ratio, tum authoritas perſuadet; ratio quia cum Europa maximam partem Græcam Linguam ignoraret, & iam per vniuerſum Romanum imperium inualuiſſet Latina, neceſſe erat, vt qui fideles ex Gentibus fierent, ſcripturas eo, quo vtebantur ſermone loquentes haberent. Authoritas: quia id expreſsè latini Patres fatētur. Duos profero Hieronymum, & Auguſtinum: D:Hier. Hieronymus quippe *cap.49. & 59. in Iſaiam*, & Epiſtola ad Principiam, & Epiſtola ad Sunniam, & Fretellam, & alibi teſtatur editionem ſuo tempore latinam fuiſſe, quam vulgatam ipſemet dicit, quod communis eſſet. Au- D.Auguſ. guſtinus perſpicuè illam ſæpè, & citat, & probat *lib.16. de Ciu. c.10. & lib. 18. cap.42. & 43.* & in Epiſtolis ad Hieronymum; eamque libro 2. de doctrina Chriſtiana c.15. *Italam* appellat, & *omnibus præferri* ait, vti refertur in præfatione ad Biblia noſtra, quæ hodie vulgata appellatur, & ce- D: Greg: lebratur ab Eccleſia. Hanc D. Gregorius vt diſtinguat a vulgata Hieronymi *Veterem* nũcupat, cũ Hieronymi *Nouã* dicat in prę fatione in moralia.

Dubium tamen eſt: ex vtro fonte hæc Itala fuerit ducta, Hebræo ne, an Græco? Quod ſi Græco, an ex verſione 70. an ex aliqua aliarum, quas proxime

ximè adduximus? Vtrique propoſito vnica reſponſione ſatisfacio: ductam fuiſſe ex fonte Greco 70. Interpretum: Hieron. Ita Hieronymus Epiſt. ad Principiam, & Epiſtola ad Suniam, & Fretellam, & in c. 2. 14. 26. 50. & 59. in Iſaiam, Auguſt. & Auguſtinus *lib.* 18. *de Ciu. c.* 43. & in Epiſt. ad Hieronymum, & ratio ipſa demonſtrat; nam multò ante in Eccleſijs Latinis Biblia legebatur, quàm aliæ verſiones Aquilæ, & Symmachi, & Theodotionis, & alia Origenis exiſterent. Oportuit ergo hanc ſeptuaginta translationem fuiſſe Hæc quoad vetus teſtamentum. Quoad nouum conſtat iam tum eſſe latinè vſitatum, Hieron. cum D. Hieronym. apertè fateatur lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſe Euangelium Græcæ fidei reddidiſſe; recognouit ergo ſolum, & caſtigauit, & tranſtulit; quod item fatetur in præfatione Euangeliorum ad Damaſum, vit: Dam. & ſcribitur in Vita Damaſi. Sanè Euãgelio latino latini Doctores ante Hieronymum vſi fuerant, eoque Auguſtinus antequam Hieronymus emendaret, vtebatur. Erat ergo iuſta, & integra vtriuſque teſtamenti latina verſio ante iſtam, quam nunc habemus vulgatam. Vtrum autem ex ea aliquos libros retineamus; affirmandum; ſunt autem liber Iob, Pſalterium, Sapientia, Eccleſiaſticus, libri Machabæorũ. Cęteros ex vulgata noua Hieronymi deſcriptos legimus. De qua iam dico.

Authorem eius fuiſſe Hieronymum (etſi homo dubiæ fidei Eraſm: Eraſmus inficietur, dubitetque vir inſo- Catherin. lentis iudicij Catherinus, præter hæreticos, qui alterum, quam Hieronymum authorem mallent) compertum eſt. De cauſis cur illud opus ſuſcepit, inquiti, operæ pretiũ duco. Has extra Hieron. Hieronymum nõ oportet inueſtigare; qui vertit, & iuſtam vertendi rationem habuiſſe teſtatur. Is ergo ad Chromatium in prologo Paralip. ſic ſcribit. *Si 70. interpretum pura; & vt ab eis in græcum verſa editio permaneret, ſuperfluè me Chromati impelleres, vt hebræa tibi volumina latino ſermone trãſferrem.* Cum autem ſuperiori capite monſtratum ſit, editionem Septuaginta vitiari eo tempore cœptam eſſe, iure egit Hieronymus vertendo. Deinde ex Auguſtino, & eodem Hieronymo nouimus multas ex Græco textu circumferri verſiones, quæ fidem ex diuerſitate incertam, & ambiguam redderent. Ita Auguſtinus *lib.* 2. *de doctr. Chriſtiana cap.* 11. & Hieronym. *præfatione in Ioſue.* Auguſt: Hieron: Itaque opus fuit vnam certam, & conſtantem habere, et hoc fortaſſe mouit Auguſtinum vt epiſt. 10. gratias ageret Hieronymo, quod Auguſt. nouum teſtamentum ex Gręco latinũ feciſſet. Hoc enim modo obuiam iri nouis, et inſolentibus, quæ quotidie obtrudi ſolebant à cupidis ſcripturas nouandi, verſionibus, vti noſtro ſæculo fieri ab hæreticis videmus. Itaque iamtum Cacoethes iſtud ſcribendi frænandum fuit.

De authoritate huius, quæ *Vulgata* dicitur, Hieronymianæ translationis, quid ſentiendum ſit, ex hoc apparet; quod in locum Italæ ſucceſſerit; quæ tot annos in Eccleſia vtramque paginam fecit. Quod attinet authorem, Auguſt: vel Auguſtino teſte *l.* 18. *de Ciu. c.* 43. is fuit Hieronymus, cui nemo ingenio, iudicio, doctrina, ſtudio præſtiterit, qui omnes veterum libros legit, trium linguarum peritiſſimus, atque Eccleſiæ iudicio in exponendis ſcripturis Doctor maximus. Operam eius in vertendis Biblijs idem dicit Auguſti- Auguſt.in. nus Epiſt. 9. ad eundem *Doctam, otioſam, annoſam ingenioſam diligentiam; & lib.* 16. *de Ciu. cap.* 43. teſtatur eius litterarium laborem Hebræos item fateri eſſe veracem. Sanè teſtimonia Auguſtini eo magis ad cauſam faciũt, quod ille initio ſtudium Hieronymi minus probaret, à qua ſententia non niſi magnis, grauibuſque de cauſis dimoueri potuit. Eidem fidem facit Caſſiod: Iſidorus inſigni præconio Caſſiodorus *lib.* 1. *Diuinarum inſtitutionum c.* 12. & Iſidorus *lib.* 6. *Etymolog.* & Beda *de ratione temporum*, & Iulianus Archiepiſcopus Toletanus *lib.* 3. *contra Iudæos*; & Beda Iulianus Archiep: Toletan: Rupertus Rupertus *lib.* 7. *de ſcientia cap. penult.* quorum indicare locos ſufficit.

S:Gr:Ma. Sed Gregorij magni integram proferre ſententiam volo, hic ergo *lib.* 20.

Moral. c.23. ſic de Hieronymi verſione. *Noua hæc*, inquit, *tranſlatio ex hebræo nobis eloquio cūcta verius tranſtuliſſe perhibetur, propterea credendum eſt, quidquid in ea dicitur*. Quid? quod ab ipſis etiam hoſtibus teſtimonia laudis habemus, nam de Hieronymo ita ſentiunt tres magni inter

VvitaK:
Beza
Car.Mol:

nouatores nominis VvitaKerus, Beza, & Carolus Molinæus. Vvitakerus in reſponſione ad Reginaldi refutationes affirmat verſionem Hieronymi *bene elaboratam laudari à Patribus*; & ibidem, *Hieronymum*, inquit, *veneror, Damaſum laudo, opus ipſum pium eſſe fateor, & Eccleſiæ Dei vtile*. Beza autem *in cap. 1. Lucæ, & in præfat. noui teſtamenti editionis anni* 1556. *vulgatam*, ait, *editionem maxima ex parte amplector, & cæteris omnibus antepono*. Carolus Molinæus *in nouo teſtamento pagina* 30. ſic habet. *Aegerrimè à vulgari, conſuetaque lectione recedo, quin etiam enixè eam defendere ſoleo. Et in cap. 16.* Lucæ fatetur eam ſe præferre editioni Eraſmi, Bulingeri, Brentij, Tigurinæ, & Ioannis Caluini, cæte-

Vvitak.

riſque omnibus; quod ſi Vvitakerus aliter, & ſentire ſolet, & loqui, eum ſecum pugnare monſtramus.

Sed quid eſt opus alienis, & priuatis teſtimonijs vti, cum Canonicum

Con.Tr:

Tridentini Concilij in Eccleſia habeamus, quod eiuſmodi eſt, vt fidem Catholicam, ſanctamque faciat. Igitur ſic illud ſeſſ. 4. *Sacroſancta Synodus cōſiderans non parum vtilitatis accidere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex omnibus latinis editionibus quæ circumferuntur ſacrorum librorum, quænam pro authentica habenda ſit innoteſcat, ſtatuit, & declarat, vt hæc ipſa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot ſæculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus diſputationibus, & expoſitionibus pro authentica habeatur, & vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præ-*

Auguſt:

ſumat. Quod ſi Auguſtinus *libro contra Epiſtolam fundamenti, cap. 5.* ait *illis ſcripturis ſe credere, quas Catholica commendat authoritas* dubium non eſt, quin eo authore, Hieronymi ſit tranſlationi credendum, quam Oecumenicum Concilium ratam fecit, & commendauit.

Hinc oritur quæſtio. Vtrum vulgata hæc noſtra Hieronymi Verbum Dei in ſe contineat, atque adeo Canonica ſit habenda? negant hęretici, imo Verbum Dei in Eccleſia Catholica Romana eſſe negant, quod careamus ſcripturis; putant enim ſua commenta ſolas ſcripturas eſſe, quæ ſi nos reciperemus nullas omninò ſcripturas haberemus; nam ipſi quot capita, tot interpretationes habēt, eo rectè quod cum ſectis ſuis cōſentiant, vbi nulla eſt de dogmatibus fidei conſenſio. Cæte- Con.Lyp
rum in Conuētu Lypſienſi contra Catholicos conclamatum eſt decreto ferali, cui Preffinger, Pometanus, Alexius, Melancthon nigrum calculum ſubſcribendo addiderunt. Propriè autem verſionem Hieronymi vulgatam improbarunt Caluinus in Antidoto, Maior præfat. in pſalmos; Kemnitius *in Exam Concil. Trident. ſeſſ. 4.* Tilmannus Heſhuſius *lib. de ſexcentis erroribus Pontificiorum*, Mornæus *in miſterio iniquitatis. oppoſit. 65. pag. 628.* Vvitakerus *Contr. 1. quæſt. 2.* & Fagus *in Enchiridio diſp. 24.* Verum hi omnes

Caluinus
Maior
Kemnit.
Keshuſ:
Morn.
VvitaK.
Fagus

non omnino eam reſpuunt, ſed nolunt, vt tantam obtineat authoritatem; ſocias ei alias, & germanas adiūgunt, & pares faciunt. Hydram nempe componunt, vnum caput oderunt, vt ſua obtrudant, & conferant. Omnes Concilio obganniunt, quòd iſtam cæteris omnibus antepoſuerit, ceu ſola publicam fidem faceret, quod minime ferunt. Id præter citatos Beza *præfat. ad Reginam Angliæ in lib. Iob.* aduerſus Tridentinum effutijt. Et contra Paulum V. Papam eiuſdem Concilij decretū bulla ſua commendantem Rex Angeliæ Iacobus in præfat. Apolog. editæ anno 1606. ſe oppoſuit. Vt autem ſuam opinationem defendant multos producunt locos in vulgata noſtra mendoſos, qui veritati hebraicæ contradicant, quibus rem putant ſe totam confeciſſe; quos videre eſt apud Bellarminum *lib. 2. de Verbo Dei à cap. 10.* & Grauinam *lib. 4. præſcript. Controu. ſpeciali*

Beza
Bul. P: V.
Iacobus
Rex Ang:
Bellarm
Grauina

de

Digitized by Google

de editione latina. Sanè qui Vvitake-
rum legat omnia fermè, quæ alij
obiecerunt vitia ab eo commemora-
ta reperiet, hic enim maximus eſt
vulgatæ, ſui nempe oblitus, aduerſa-
rius, & accuratè omnes, qui ſpeciem
habent errorum locos inueſtigat, &
producit, vt illius eleuet fidem; &
nullius authoritatis eſſe oſtendat,
quem tamen verè, ac ſolide refutat
Grauina Grauina, vt nihil amplius lector de-
ſideret.

Inter Catholicos tres ſunt ſenten-
Xant Pag: tiæ. Prima Xantis Pagnini in prolo-
Caietan: go ſuæ traductionis, Caietani in com-
Hier:Ol. mentarijs ſæpè, & Hieronymi Olea-
Paul: For. ſtri in ſuis, & Pauli Foroſempronienſis
Ambroſ. libello hac de re edito; & Ambroſij
Cather: Catherini lib. de clauibus Scripturæ;
Mariana & Marianæ tract. de vulgata cap. 3.
qui affirmant non eſſe omnino exa-
ctam, & perfectam verſionem vulga-
tam, & mendis, & erroribus non ca-
rere. Vnde perſpicuè deducitur non
eſſe illam ex integro Canonicæ au-
Driedon: thoritatis. Secunda Driedonis *lib.* 2.
Vega *c.* 2. Vegæ *lib* 15. *c.* 9. Andradij *lib.* 4.
Andrad. Sixti Senenſis *lib.* Bibliotecæ, in fine.
Sixt. Sen. Cani *lib.* 2. *de locis c.* 15. Lindani *lib.* 2.
Canus *de optimo genere interpretandi cap.* 12;
Lindan. *& lib.* 3. *c.* 1. 10. 11. 12. & Bannez 1.
Bannez: *p. q.* 1. *art.* 8. *dub.* 5. Salmeronis *prolog.*
Salmer. 3. quæſito de vulgata editione, Sera-
Serarius rij in prologo Bibliorum *cap.* 19. *q.* 11.
Bellarm: qui aiunt nihil erroris eſſe in vulgata
quoad fidem, & bonos mores, in cæ-
tera errores, et potuiſſe irrepere, et
irrepſiſſe. Citatur etiam pro hac ſen-
tentia Bellarminus à Serario, et Gra-
uina, quaſi idem affirmet *lib.* 2. *cap.* 11.
Verum Bellarminus in eo quod aiunt
de doctrina, et moribus conſentit, de
altero tamen diſſentit; quamuis enim
dicat opus non eſſe, vt Interpres Spi-
ritu Sancto afflante vertat, atque adeo
errare eum poſſe, et noſtrum potuiſſe,
expreſſe tamen ait eo capite vndeci-
mo S. *ad illud* eum non erraſſe in illa
verſione, quam probauit Eccleſia;
vnde ſi qui errores ſunt, librarijs eos
aſſignat. Non inficior tamen eun-
dem Bellarminum ſignificare paulo
poſt, quod paulo ante dixerat de do-
ctrina fidei, et morum intellexiſſe.
Itaque culpare non auſim citãtes, ſed
malo Bellarminum vindicare, et ad
partes tutiores trahere, cum præſer-
tim affirmet interpretem non erraſſe
in verſione ab *E*ccleſia approbata,
cuiuſmodi eſt vulgata, quam de-
fendere volumus Bellarmino Au-
thore. Tertia ſententia eſto noſtra
propria, quam per pronuntiata di-
ſtinguere, et per ſingula confirmare
volo.

Primum: Vetus Interpres author
Italæ editionis, & D. Hieronymus Ital. Ver.
author Vulgatæ à Spiritu Sãcto afflan- Hieron:
te interpretando ducti ſunt. *Eſt* con-
tra primos illos Authores, qui de
Hieronymo negant, diſtinguuntque
inter vatem, & interpretem, quod ille
Spiritu Diuino cieatur, hic minimè.
Affirmant tamen de Hieronymo alij
cum Titelmanno citato à Grauina *lib.* Titel.
4. art. 5. & fauet Cano dum ait *Inter-* Cano
pretem quamuis non ſit Propheta, proxi-
mum tamen eſſe Propheta. Grauinæ Grauina;
media quædam ſententia eſt, nam in
concluſione affirmat D. Hieronymi
primam manum non fuiſſe a Spiritu
Sancto ductam, vltimam fuiſſe. Itaque
verſionem ab eo inchoatam ſacroſan-
ctam non eſſe, eſſe conſummatam.
Ego quod aſſerui conſtanter defendo
ſolusque (quod ſciam) de vtroque In-
terprete affirmo.

Ratio, quæ me mouet huiuſmodi
eſt. Interpretatio ſermonum eſt do-
num Dei, & gratia gratis data; hac do-
natus fuit vterq; Interpres, ergo affla-
tu Spiritus ſancti eſt interpretatus. Pro
poſitio conſtat ex Paulo primo ad Co- D. Paul:
rinthios. 12. & D. Thoma ad eum lo- D. Thom:
cum; & prima ſecundæ. quæſt. 111.
art. 4. & præcipue 2. 2. q. 173. a. 2. &
174. a. 2. & 176. a. 2. ad 4. in quo eſt
illa ſententia, quam D. Thomas ad-
mittit; *Interpretatio ſermonum videtur*
contineri ſub Prophetia, quia ſcripturæ
eodem Spiritu exponuntur, quo ſunt edi-
tæ. Idem tradit Cornelius in Paulum,
qui quadruplex illud donum facit, &
quartum eſſe ait interpretationem, &
verſionem ſcripturarum adducto Cle-
mentis exemplo, quem Epiſtolam
Pau-

Pauli ad Hebræos tranſtuliſſe aliorũ ſenſu refert. Aſſumptio ſuadetur primo ab effectu, nam vterque translationem edidit vulgatam, & ab Eccleſia communiter receptam, quod fieri non poterat, niſi contineret Verbum Dei, hoc autem non contineret, niſi Spiritu Sancto aſſiſtente. Secundo ab idonea coniectura. Si enim interpretatio ſermonum eſt donum Dei, in Eccleſia Dei eſſe debuit, cum res poſtulabat, quando autem maior erat huiuſce ſpiritus vſus, quam cum illę verſiones fiebant, quæ toti Eccleſię vſui erant futuræ? Igitur tunc erat opportuna occaſio eius doni communicandi, quod de alijs verſionibus dici nequit, cum illæ priuatæ, & priuato ſpiritu factæ ſint. Vnde ſumitur tertia ratio pro Diuo Hieronymo, quia D. Hieronymus eam ſuſcepit, cum iam vetus illa translatio cęperat vitiari, idque eſt aggreſſus nõ tam proprio ſenſu, quam ſuaſu ſanctiſſimorum virorum, ac imprimis Damaſi Papæ, cuius imperium ſacræ authoritatis momẽtum habebat. Præterea ſatis erat pius, & ſanctus Hieronymus, vt de illo credere poſſimus, ac debeamus Spiritus Sancti impulſu opus illud aggreſſum eſſe. Quartò, quia hæ duæ ex multis alijs verſiones obtinuerunt ſummam in Eccleſia authoritatem, nam certè authoritas humana, cum eiuſdem rationis eſſet, non tantum ſecum momentum ad diſcrimen attuliſſet. Vnde apparet has duas, à quibus cæteræ tantum diſtant Sacroſanctas, & Diuinas fuiſſe. Itaq; ratum hoc eſto.

Obiiciunt tamen Aduerſarii primo. Rationem interpretandi videri opus naturæ, cum totum hoc perfici poſſit facultate naturali, ope linguarum, & intelligentia; & vſu illarum; cum præſertim in littera vertenda translator occupetur, non autem in ſenſu inculcando. Confirmatur, quia qui prædicat, & exponit myſteria fidei Catholicæ non idcirco opus eſt, eum afflari Spiritu Sancto, cum doctrina illa materialiter proponi,&tradi queat, vti ſæpe fit ab homine hæretico,& Iudæo circa multas res fidei, & ſupernaturales, & fieri poteſt ab Ethnicis, poſtquam nos Catholicos audierint, ergo licet interpres Sacrarum Scripturarum eas tractet, & vertat, non idcirco tractando, & vertendo à Spiritu Sancto afflabitur, ſed naturali modo, & ſenſu procedet.

Reſpondetur: dando opus interpretandi natura ſua eſſe humanæ facultatis, ſed cum ſit illud altiori modo, & ſuperioribus de cauſis ad doctrinã, & vtilitatem Eccleſiæ, ac ea demum ratione, qua nos affirmãdo vſi ſumus, tũ diuino Spiritui aſſignandum; idque ex effectibus, cauſiſque cognoſci, quę certè in ijs, quæ obiectio aſſumit exẽplis, minimè interueniunt. Fauet nobis D. Thomas 2.2. q.171.a.3 ad 2. D:Thom.
his verbis, *quæ pertinent ad interpretationem ſermonum poſſunt naturali ratione cognoſci, ſed altiori modo manifeſtantur per illuſtrationẽ Diuini luminis*. Fatemur igitur Aquilam, Symmachum,&Theodotionem olim, & noſtris temporibus Pagninum, Clarum, Vatablum, & Ariam Montanum, & alios Catholicos Spiritu Sancto afflatos non fuiſſe, quod alias cauſas interpretandi habuerunt. Itaq; priuato ſpiritu vſi ſunt, nec verſiones authenticas ediderunt. At illi duo Vetus Interpres,&Hieronymus, quod ſuas interpretationes religionis ſtudio & cauſa veritatis inueniendæ hortatu ſummorum in Eccleſia virorum, ad communem Chriſtianæ Reipublicæ vtilitatem ſuſceperunt, & confecerũt, cenſentur eas diuino ſpiritu impellẽte, afflanteque feciſſe. Nec id temere affirmamus, cum effectus probarit, à quo tanquam à ſigno arguimus.

Secundo obiiciunt. Munus Interpretis eſſe diuerſum à Prophetico, nec ſecum inducere lumen ſupernaturale, quo neceſſariò Prophetæ illuſtrantur ad res occultas, & futuras cognoſcendas, & prædicandas, quæ ſunt extra poteſtatem hominis, cum & interpretatio, & verſio ſit intra litteram, & facultatem naturalem, nec accipiatur à Deo reuelante. Reſpondetur

detur

detur non negari à nobis Prophetiã eſſe donum altius, & reuelatione diuina niti, & omninò ſupra humanas vires eſſe; non tamen id efficere quominus interpretatio eo ſuſcepta, & facta modo, quo diximus, ſit donum Dei ſecundum doctrinam Pauli; itaque etſi diuerſum munus ſit interpretandi à munere prophetandi, non amittit tamen rationem doni, alioquin nec ſcientia donum Spiritus ſancti erit, quod ſapientia inferior ſit, nec operatio ſanitatum, nec genera linguarum, quia diuerſa, & minora dona ſunt, in donis numerabuntur. Itaque Authore Paulo diuiſiones Gratiarum ſunt idem autem ſpiritus, *alij datur ſermo Sapientiæ, alij ſermo Scientiæ*; quo in argumento verſatur Epiſtola Pauli 1. ad Corinth. cap. 12.

C. Paul:

Quod autem interpretatio ſermonũ ſit gratia gratis data, ſupra, & authoritate, & ratione probauimus. Addimus hic: non tam eſſe peruium rectè interpretari, nec in ſolis verbis verſari Interpretem, cum intelligere ſcripturas, & conferre textus debeat, ſenſuſque elicere, & probare, quod fieri certè nequit ſine magna litterarum cognitione, & rerum Diuinarum intelligentia, quam donum Dei eſſe nemo cordatus negarit; quod ſi diſcernere ſpiritus ad gratiam refertur, cum ſint in hominum pectore, quanto maiori iure diſcernere ſenſus in ſinu ſcripturarum abditos gratiæ diuinæ erit tribuendum?

Sed præſtat reſpondere cum Diuo Thoma 2. 2. *quæſt.* 173. *art* 2. in corpore, ad prophetiam pertinere interpretationẽ ſermonũ, & intelligentiam ſcripturarũ, nec id negat quãdo q. 174 art 2. dicit: *Quid non faciebant illi, qui Agiographa ſcripſerunt quorum plures loquebantur de his, quæ humana ratione cognoſci poſſunt, non quaſi ex perſona Dei, ſed ex perſona propria addit enim cum adiutorio tamen diuini luminis*, & Perſpicuè *q.* 176. *a.* 2. *ad* 4. *Interpretatio*, inquit, *Sermonum poteſt reduci ad donum prophetiæ in quãtum ſcilicet mens illuminatur ad intelligendum, & exponendum quæcunque ſunt in ſermonibus obſcura, ſiue propter difficultatem rerum ſignificatarum, ſiue etiam propter ſimilitudines adhibitas ſecundum illud Danielis quinto: Audiui de te, quod poſſis obſcura interpretari, & ligata diſſoluere*. Vnde interpretatio ſermonum eſt potior, quam donũ linguarum. Qua doctrina abundè cõfunduntur Aduerſarij, qui nituntur eo diſcrimine Prophetæ, & Interpretis.

D. Thom.

Daniel: 5.

Tertio, Opponunt Hieronymo authoritatem Ruffini, & Auguſtini, qui translationem eius improbarunt. De Ruffino conſtat ex lib. eius 2. aduerſus Hieronymum. Auguſtinus autem epiſt. 11. ad eundem multis argumẽtis oſtendit verſionem illam, quam ſuſceperat, nec eſſe neceſſariam, nec vtilem, nec tutam, ac in ea Hieronymum 70. Interpretum authoritati in Eccleſia præiudicatæ detrahere, atque eo nomine in inuidiam vocat, quem admodum ſupra commemorauimus. Imo ipſemet ſibi Hieronymus opponitur; nam præfat. in Pentat. agnoſcit diſcrimen inter Vatem, & Interpretem, & fatetur Vatem regi à Spiritu Sancto, Interpretem autem non oportere ab eo regi; aſſertque exempla Tullii, qui Platonis, & Xenophontis, & Demoſthenis ſcripta Rethorico, & humano ſpiritu tranſtulit, negatque 70. Diuinum ſpiritum interpretantibus affuiſſe; quod ſi eos negauit afflari certè eo ſe non affirmaret afflatum. Præterea demiſſè admodum, & abiectè de ſua translatione ſentit in prologo Galeato, dum ait 70. *obtuliſſe aurum, pretioſos lapides, & gemmas, ſe vero pelles, & pilos caprarum*, & Epiſtola ad Auguſtinum Interpretationem 70. *vetus vinum* vocat, ſuam *muſtum* appellat; quo ſignificauit quãtum inter vtramque intereſſet. Tandem in Ezechielem cap. 40. fatetur ſe interdum ſuſpicione in transferendo vti, quantum autem quis ſuſpicando aſſequi poſſit, quiuis intelligit, cum ſuſpiciones plerunque fallaces ſint.

Ruffin:

Auguſt:

Hieron.

Tullius

Hieron.

Reſpondetur tamen primo: Ruffinum eſſe Aduerſarium Hieronymi, nec multum eruditum, imo nec ſatis

Catholicum, quæ omnia patent ex inuectiuis contra eum Hieronymi. Quod attinet Auguſtinum damus obiectioni: Auguſtino initio diſplicuiſſe translationem Hieronymi, cum adhuc erat in Africa illibata verſio ſeptuaginta Interpretum, cuius ille fuit aſſertor, & vindex. Itaque dum ea obtinebat, nouam Auguſtinus improbabat, poſtea verò cũ decurſu tẽporis intellexiſſet neceſſitatem, & vtilitatem verſionis Hieronymi deſtitit ab improbando, recepitque eam, & laudauit, quemadmodum conſtat ex locis à nobis ſupra adductis; quin & ipſemet Hieronymus, Auguſtini obiectionibus ſibi factis in Epiſtolis ad eundem reſcriptis abundè ſatisfecit. Hieronymus autem ſibi non opponitur, quod enim ſibi detrahat, ſeque demittat, id modeſtiæ dandum eſt, non ad vituperationem trahendum; cuius rei exemplum habemus in ſcriptoribus ſacris, nimirum: *Eccleſiaſtico* in prologo, & Authore lib. 2. Machab. cap. 2. qui ex difficultate ſcribendi, & interpretandi occaſione ſumpta, & modeſtè ſe demittunt, & abiiciunt. Tandem ipſe Hieronymus in prologo ſuper Iſaiam ad Paulum, & Euſtochium Affirmat, ſe translationem ſuſcepiſſe, *Ne Hebræi de falſitate ſcripturarum diutiùs Eccleſiæ inſultarent.* Quo ſatis declarauit, & ſuam in in opere ſuſcipiendo mentem, & in præſtando fidem. Et prologo in Ioſue contra Ruffinum, *Sanctum* ſuũ opus appellat.

Auguſt: — *Eccleſiaſt prolog 2 Machaa cap. 2.* — *Hieron:*

Quartò, argumentantur ex erroribus, qui vertenti Hieronymo obrepſerunt; & quidem ipſe fatetur ingenuè ſe erraſſe, nam in Commentar. Prophetarum ſæpè ſe corrigit, & illud Iſaiæ 29. *Incuruantem, & refrenantem*, non benè ſe vertiſſe, ait, cum dici oporteret, *Incuruantem, & laſciuientem*; & illud, *Erit Terra Iuda in Aegypto in feſtiuitatem*, quod malè verterit dolet, & palidoniam canit, Aquilæ lectionem ſuæ præferendo *l.* 5. *Comment. cap.* 19. Iſaiæ. Iam verò non feliciter traduxiſſe illud vocabulum *KiKeion* pro *hedera* cum ſeptuaginta *Cucurbitam* poſuiſſent patet ex Auguſtino epiſt. 10. vbi ait, & Græcos, & Hebræos *hedera* verſionem improbaſſe, & *cucurbitam* retinuiſſe, ex quo Auguſtinus infert: *Vnde nobis videtur aliquando te quoque in multis falli potuiſſe.* quod ait Epiſt. 8. ad eundem; cuiuſmodi ſunt, quæ afferunt contra vulgatam noſtram ex Catholicis Ambroſius Catherinus opuſc. de clauibus ſcripturæ, & Xanctes Pagninus (quamquam hic dubitet an Vulgata Hieronymi ſit) in præfat. bibliorum ad Clementem VII. Papam, & Paulus Foroſemptonienſis Epiſcopus lib. 2. cap 1. de die Paſſionis Domini, & quos ſupra adduximus §. hinc oritur. Ex Hæreticis Caluinus in Antidoto, et Kemnitius in exam. & VvitaKerus *Controu.* 1. *q.* 2. *& in reſponſ. ad Reginald.* & Fagus *in Enchir. d.* 24. *& alij ſupra citati*, quorum errorum multa exempla inuenies apud Bellarminum *lib.* 2. *cap.* 10. *&* 11. & multo plura apud Grauinam *lib.* 4. *præſcript. contr.* 1. ſpeciali de editione Latina a. 3. Confirmatur; quia D. Hieronymus teſtatur ſe ex Hebræis fontibus hauſiſſe, & hebraicam veritatẽ fuiſſe ſectatum; Ita *cap.* 4. Oſeæ. *Nos*, inquit, *ſequimur Hebræos*, & cap. 11. Nahum. *Teſtis eſt mihi Deus me omnia ſecundum Hebraicum dicere, non de proprio ſenſu loqui, ſed Hebræorum ſequi expoſitionem.* Idem apparet 6. & 8. Zachariæ. & 7. Amos, & 1. Sophoniæ, & in fine prologi in Oſeam audet dicere, ſe veteres Patres non eſſe ſecutum, ſed eorum ſæpè ſententias repudiaſſe.

Iſaias 29. — *Auguſt.* — *Ambroſ. Cather. Pagnin.* — *Paul. Foroſempr.* — *Caluinus: Kemnit: VvitaKer* — *Fagus:* — *Bellarm.* — *Grauina.* — *D: Hier:* — *Oſeas* 4: — *Nah:* 11:

Reſpondetur tamen ex eo, quod errores irrepſerint in translationem Hieronymi non magis probari eam non fuiſſe ſacram, quam ex eo quod Sancti interdum peccẽt probatur eorum vitam ſanctam non eſſe; quare vti pœnitentia iuſtorum, ita palinodia Doctorum errata emendat. Scimus autem Hieronymum multa emẽdaſſe per ſe, & Eccleſiam, nonnulla alia correxiſſe. Præterea quos ſibi interdum errores attribuit, Eccleſia errores non exiſtimauit; nam locum illum

Digitized by Google

illum Iſaiæ 19. *Incuruantem, & refrenantem* Eccleſia retinuit, & ſic legitur in vulgata noſtra, & obſeruat Iſai.19: Bellarm. Bellarminus lib. 2. c. 6. Argumento de *cucurbita* reponimus Hieronymum diſertè dixiſſe, vocem hebræam neutrum propriè ſignificare, ſed ad hederam magis accedere, quod Eccleſiam videmus probaſſe, quę in noſtra Ion 4: vulgata Ionæ 4. *cucurbitam* abiecit; *hederam* aſſumpſit, & retinet. Quod attinet ad locos mendoſos, nego vllos eſſe. Sed varios, & diuerſos eſſe affirmo, & omnes idoneos ad ſenſum faciendum, quemadmodum ſupra ex Auguſtino monſtraui; idque vno, vel altero exemplo confirmem omiſſa accuratiori defenſione, quam præſtat Lindanus *lib. de opt. genere interpret.* & Bellarm. Grauina Bellarm. *l. 2. de Verbo Dei*, & Grauina *lib. 4. præſcript.*

Ger. 3. Vnus eſto nobis obiectus à Kemnitio 3. Geneſ. Vbi legit noſtra vulgata, *Ipſa conteret caput tuum*, cum in Hebræo ſit *Ipſe*, vel *ipſum* maſculini, aut neutrius generis. Omnes tamen iſtæ tres verſiones ſuſtineri poſſunt, ac debent; eodem quippè redeunt. Si enim legamus *ipſa*, & ad mulierem ſerpentis victricem referamus, ipſa etiam vicit; ſed quia non propria, ſed Chriſti filii ſui virtute, & gratia vicit, idcirco aptè vertitur *Ipſe*, vel *ipſum* relatum ad *ſemen illius*; Itaque omnibus modis ſenſus conſtat, omneſque Patres vſurparunt; cum alii aliter legerint, ac nemo ſenſu diſcreparit, de quo videndi tres, quos proximè Valentia citaui Authores. Ita cum Valentia *in 2. 2. diſp. 1. q. 1. puncto 7.*

Alter ſit pſalmo ſecundo ad illum Pſalm. 2: verſiculum *Apprehendite diſciplinam* iuxta vulgatam, Hebræus enim textus habet *Oſculamini filium*, Hieronymus autem tranſtulit *Adoratè purè*. Omnia conſonant cum *Oſculari filium* ſit adorantis, & amantis; eſt enim oſculum obſequij, & amoris ſignum; cum autem Filius ſit Verbum Patris, & doctrina eius, qui eum oſculatur, & amplectitur diſciplinam accipit, & apprehendit adorando eum, vti Deum, & Dei ſapientiam, quo patet non modo veritas loci, ſed harmonia quoque ſenſuum. Ita Vaſquez 1. *tom. diſt.* Veſquez 18. *cap. 11.*

Tertius locus, qui videtur difficilior habetur Daniel. 11. vbi legit he- Daniel. 11. bræus *ſuper Deum Patrum ſuorum non intelliget, & ſuper concupiſcentia fæminarum*. Septuaginta vertunt, *& concupiſcentijs fæminarum non inhærebit*, vulgata retinet, *& erit in concupiſcentia fæminarum*, quæ ſunt negantes, & oppoſitæ ſententiæ. S. Hiero- S:Hieron. nymus ita conciliat, vt ſententia negans Antichriſto conueniat, qui caſtitatem ſimulabit, vt multos decipiat. Affirmans vero in Antiochum Regem quadret, hominem ſalacem, & mulieroſum. Ego aliter item interpretor de vno, & eodem Antichriſto, vt negetur ille amoribus deditus od libidinem imperandi, & affirmetur ob id amabilis fæminis, quæ ipſum ardere, quòd ipſe nullam deperiret; ſolent enim Hyppolitos acrius, & Criſpos amare, quam Parides, & Alcibiades. *Nitimur in vetitum*. Itaque *erit in concupiſcētijs fæminarum*, paſſiuè fortè accipitur, quod ab ijs amabitur.

Pulchrè igitur Auguſtinus *lib. 3. de* S:Auguſt. *doctrina Chriſtiana* dixit. *Quid in Diuinis litteris potuit largius, aut vberius Diuinitus prouideri, quam vt eadem verba pluribus intelligantur modis?* & Bernard: Bernardus *ſerm. 51. in Cantica*. *Vnus quilibet Diuinus ſermo non erit abs re ſi diuerſos pariat intellectus*. Et D. Tho- D:Thom. mas *q. 4. de verit. a. 1. Omnis Veritas, quæ ſalua littera circumſtantia poteſt Diuinæ ſcripturæ aptari, eſt eius ſenſus tam in maximis, quàm in minimis*. Ex quorum doctrina illud deduco, quantò plures, ac diſſimiliores ſunt verſionum modi, tantò plura documenta fore Interpretantium. Ad vltimam partem obiectionis reſpondeo: Hieronymum codices Hebræos & vidiſſe multos, & puros, caſtoſque ſelegiſſe, in quibus erat incorrupta veritas, additis etiam verſionum 70. & Italæ caſtigatis codicibus, ex quibus ſuam interpretationem conflauit. Quòd autem dixit ſe veterum Patrum ſententias repudiaſſe, id ſanè verum eſt, vbi

R eos

eos falli comperiebat,cum ij poſt editiones Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis occaſiones haberent labendi,quas ipſe linguarum peritior vitare potuit; qua de re ſuperius diximus.

Secundum pronuntiatum. Vulgata iam tum cum fieret à Spiritu Sancto erat dictata, nec ſolum cum eſt abſoluta, & conſummata, ſed etiam cum inchoata, & continuata,& perfecta, atque adeo ex integro ſacra fuit, licet poſtea ab Eccleſia publicum teſtimonium Canonicæ authoritatis habuerit. Hoc proprium noſtrum eſt, vltra Grauinæ citati ſententiam, &

Grauina Azor:

Azoris *tom.* 1. *l.*8. *c.*3. qui non audent affirmare ante confirmationem *Eccle*ſiæ ſpiritum Dei habuiſſe. Hoc autem manifeſtè oſtendo. Illa interpretatio erat actio, quæ tunc eſt cum fit, ac proinde ſi eſſet à Spiritu Sancto inſpirata, tunc eſſe debebat cum fiebat, alioquin ea tranſacta, quomodo ſpiritū haberet, cum non eſſet,aut refunderet, quem non habuerat? Igitur oportebat tunc, cum fieret,à Spiritu Sancto inſpirari, vt ſpiritum retineret. Sanè Interpretes tum munere Interpretum fungebantur,quando interpretabantur, ergo vt haberent ſpiritum Interpretationis authorem interpretando habere debebatur, nam tranſacto interpretandi tempore aliud agentes ſi à Spiritu Sancto agerentur, non agerentur vt Interpretes, ſed vt aliorum operum effectores. Oportet itaque diſcernere inſpirationem à teſtimonio inſpirantis; vt inſpirationem interpretatio cum fieret, tunc haberet, teſtimonium poſtquam fuit facta.

Confirmatur, quia iſtud teſtimonium non eſt ipſamet inſpiratio, ſed adprobatio eius,ergo debet illam ſupponere: Imo dum affirmat inſpiratam fuiſſe, affirmat ante ſe fuiſſe inſpiratam, cum cadat ſupra ipſam. Patet quia Eccleſia probans interpretationem Hieronymi, non inſpirat illam Hieronymo,ſed tantùm teſtatur illam fuiſſe inſpiratam, quod niſi Deo inſpirante fieri nō potuit, ergo non facit illam Spiritus Sancti fœtum, cum probat, ſed probando agnoſcit, fœtum fuiſſe. Quemadmodum quando *Ec*cleſia declarat rem aliquam eſſe de fide, non facit eam de fide, cum in ſe iam eſſet, ſed exponit credendam, & manifeſtat.

Quomodo autem Spiritus Sanctus adſtitit Hieronymo patet; nam mouebat, & dirigebat illum interius, cogitationes excitando, & illuſtrando intellectum, vt vim verborum teneret, eorumque proprietatem, & ſenſum noſſet, & aptè transferret, non quod mutaret naturales notitias, aut inuerteret modum ſtudendi, & vertendi, ſed tantùm dirigendo, ne quid erraret, & ſi quid erraret corrigeret,& caſtigaret. Vnde quoad modum illa interpretatio ſupernaturalis erat, cum operatio eſſet re ipſa naturalis, idque ab initio interpretandi ad finem vſque contigiſſe dicendum. Hoc autem *Ec*cleſia traditione primum, deinde teſtimonio confirmauit, accipiendo illam, & confirmando, & cæteris præferendo, quod non faceret niſi mereretur, mereri autem non poſſet niſi à Spiritu Sancto virtutem accepiſſet. Hoc autem meum pronuntiatum confirmo authoritate ipſius met Hiero- Hieron.
nymi, qui vti ſe optimè nouerat, ita huic rei idoneam fidem facit. *Epiſt. ad Paulin.* ſic ait. *Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Lex enim ſpiritus eſt, & reuelatione opus eſt, vt intelligatur.* Et rurſus. *Quanti hodiè putant ſe noſſe litteras, & tenent ſignatum librum, nec aperire poſſunt niſi ille reſerauerit, qui habet clauem Dauid.* Hic igitur Hieronymo aperuit, & reſerauit.

Tertium eſto; Vulgata à Tridentino commendata, à Sixto V. recognita, à Clemente VIII. perfecta, limata, & promulgata infallibilis eſt authoritatis, & regula fidei, ita vt nihil ei detrahi poſſit. Conſtat ex dictis, & ſic Conciliorum, & Apoſtolicæ Sedis authoritas cogunt fateri. Nemini certè niſi Concilio, & Pontifici licuit editionem vulgatam caſtigare. Ita præter citatos Azor *tom.* 1. *lib.*8. *cap.*3. Azor

Quartum; Vulgatę addi aliquid licet,

eet, & alias interpretationes adijcere fas eſt, quæ ſint præter illam, dummodo ſint idoneæ, & probabiles. Suadetur quia cum vnus (vti ſæpe diximus) locus ſcripturæ plures interpretationes habere poſſit, imo & debeat, Vulgata vero omnes habere non poſſit, vno, & ſimplici textu contenta locum dat alijs, quæ in eum quadrare poſſint, vti fieri quotidie magno cũ fructu, & plauſu videmus; nec ideo fit iniuria vulgatæ, ſed honor ſacris litteris, quæ ſunt tam fæcundæ, vt plures ſenſus ferant, & pariant; nec qui affert noua diſſentit, & contradicit, ſed auget, & locupletat, vti qui in Theſaurum nouas gemmas inducit, ijs adiectis veteres non aufert, ſed nouas adijcit, etſi non eiuſdem, aut pretij, aut notæ. Eſt enim ſcriptura theſaurus ex quo vetera, & noua proferuntur; non proferrentur autem noua, niſi veteribus eſſent adiecta. Quemadmodum igitur vna ſententia multos ſenſus capit; ita & vnum vocabulum plures ſignificationes fert, idque indicat Sacri Eloquij fæcunditatem, & ſanctitatem.

Chryſoſt.

Audiamus Chryſoſtomum *hom.37. in Geneſim. Talis ſcripturæ mos eſt, vt & in paratis verbis plurima etiam multitudo ſenſuum inueniatur. Diuinæ enim ſunt doctrinæ, non humanæ, & propter hoc omnem illam videre licet, ſecus ſe habere quam humanam.* In quo argumento acutè, & copiosè verſatur

Auguſt.

Auguſtinus *l.12. Confeſſ. c.28. & 30. & lib.2. de doctrina Chriſtiana cap.27.* & in lib. de Geneſi ad litteram ſæpe, qui author eſt ſcriptorem Sacrum omnes, quorum capacia ſunt verba, ſenſus ſcribendo nouiſſe, Deumque ita inſpiraſſe, quòd vellet litteras ſacras eſſe fęcundas, & ſenſibus abundare, qui hominum ingenia exercerent, & fatigarent, imo & tranſcenderent, quod illas non poſſent omnino inueſtigare. Itaque *lib. 12. Confeſſ. cap.28. Deus*, ait, *per ſermonem vnum in litteris ſacris plerunque, non vnam ſolum, ſed plures etiam voluit litterales ſignificare ſententias.* Et *cap.31. de Moyſe* loquens; *ſenſit ille omninò in his verbis, atque cogitauit, cum ea ſcriberet, quidquid hic potuimus inuenire, & quidquid nos non potuimus, aut nondum potuimus, & tamen in ijs inueniri poteſt.* Cui D. Thomas conſentit *quæſt.4. de potentia a.2. Scripturæ*, inquit, *authoribus hoc eſt Diuinitus conceſſum, vt diuerſa vera, quæ homines poſſunt intelligere, ea ſub vno litteræ ſenſu deſignarent, vt ſic quilibet eorum ſit ſenſus Authoris;* Et paulo poſt. *Omnis Veritas, quæ ſalua littera circumſtantiæ poteſt Diuinæ ſcripturæ adaptari, eſt eius ſenſus.* Et quidem Verbum Dei ſcriptum decet, vt omnem, cuius eſt capax, Veritatem contineat, & nulla eſſe poſſit, quæ extra illud ſit; nam ſi qua deeſſet, vacuum ex ea parte maneret, & imperfectum, reuertereturque ad Deum, qui illud protulit vacuum, & inane, contra quam ſcriptura dicit per Iſaiam cap.55. n.11. *Verbum meum non reuertetur ad me vacuum.*

D. Thom.

Iſ. c.55 11.

Pręter has duas verſiones Canonicas, plures olim alias fuiſſe ſuo tempore Auguſtinus teſtatur *lib.2. de doctrina Chriſtiana cap.11.* & Hieronymus *præfat. in Ioſue*. Verum ijs omiſſis, quæ interciderunt, ſicuti translatio 70. Interpretum ſuas habuit ancillas, ita etiam vulgata pediſſequas ſuas habuit, indices Regiæ Maieſtatis. Sunt autem integræ verſiones quatuor. Prima eſt optima Xanthis Pagnini. Secunda quę huius potius exemplum eſt, quam diuerſa editio, accurata, & idonea, Benedicti Ariæ Montani. Tertia probabilis Iſidori Clari. Quarta toleranda Varabli, ſed non tam eius, quam Leonis Iudæi, & Petri Cholini, & Theodori Bibliandri hęreticorum hominum, ex quorum centonibus ſuam Varablus contexuit. Quinta eſſe poteſt Illuſtriſſimi, & Eminentiſſimi Cardinalis Caietani.

Bellarm: Hieron.

Xan: Pag:

Ben. Ar. Mont.

Iſid. Clar:

Varabl:

Caietanus

De alijs, quæ partium verſiones ſunt, id tantùm attinet dicere, Franciſci Forerii Dominicani Theologi à Tridentino Concilio ob eximiam doctrinam librorum totius Chriſtianæ Reipublicæ inſtituti cenſoris, omniũ Prophetarum ex Hebręo in Latinum translationem fuiſſe. Cuius tamen

Forer:

ſola illa, quæ Iſaiæ eſt, & mirè doctis probatur ſupereſt. Guidon: Fabr: Boder. Guidonis Fabritij Boderiani verſio Euangeliorum latina è Syriaco effecta in Biblijs Regijs circumfertur. De his conſulendus Canus: Sixt: Sen: Grauin: Poſſeuin. eſt Canus de locis lib. 2. & Sixtus Senenſis lib. 4. Bibliothecæ, & Grauina lib. 4. Præſcriptio. & Poſſeuinus in apparatu. De authoritate vero Vulgatæ Suarez videndus Suarez *de fide diſput.* 5. *ſeſſ.* 3. *n.* 10. qui eam Canonicam, & regulam fidei eſſe ſentit.

CAPVT IV.

De verſionibus Heterodoxorum latinis, & vernaculis.

Tertull. REctè de ſui temporis hæreticis *lib. 4. contra Marcionem cap.* 5. dixit Tertullianus; *Faciunt fauos, & Veſpæ.* Vt Apes Catholicas ſimulent; ſed nō poſſūt *dulcia fingere Mella.* Fuci ſunt, & fucos faciunt. Superiori ſæculo dira in eos ſcribendi libido incubuit, ſacra popularis auræ fames cò coegit, quò non niſi modeſta Religio pertingit, prætextu profi.iendi ſuis, Scripturam in propatulo habere voluerunt, & ex virguncula proſtibulum fecerunt. Puram ſcripturæ faciem fędarunt, velum pudoris detraxerunt, expoſuerunt omnium oculis, infecerunt meretricijs pigmentis, infectam adulterarunt, & corruperunt. Itaque è ſactario vbi erat condita, & cuſtodita in forum produxerunt, deinde vulgari, & vernaculo ſermone, vt vel pueris, fęminiſque pateret; ac ita fauerunt linguis, vt nemo profanus arceretur, quod omnes ſacros, & Religioſos communicando ijs ſacra efficerent. Ne tamen illis videamur iniuriam facere, cauſas, quas afferunt, examinemus.

Prima eſt. Alijs verſionibus opus eſſe, quod in vulgata noſtra multa ſit barbaries ob ſtribiligines, & ſolæciſmos, turpes, & abſonos loquendi modos; his expurganda ſacra Biblia. Aſſumptum exemplo confirmatur. Obiiciunt primò; illum locum Matth. Matth. 5 5. *Quicunque te angariauerit mille paſſus, vade cum illo, & alia duo.* *Angariare*; barbariſmus, inquiunt, eſt; *alia duo*: Solæciſmus, cum *paſſus* Maſculini generis ſit. Opponunt ſecundò illud pſalmi 51. *Emigrabit te*: *Stribiligo*, aiunt, *hic eſt*. Afferunt tertio Pſalm. 51: Pſal: 77. illa verba pſalmi 77. *De poſt fœtantes accepit eum*, quod prope ſolæcon dicunt; Tandem Ioannis 14. illam Ioan. 14 particulam; *Maiora horum faciet.* vitioſam prædicant, quod *maiora* ablatiuum poſtulat. Alia huiuſmodi multa producunt, quæ teretes, & religioſas aures aiunt offendere; quapropter corrigenda, & caſtiganda eſſe exemplaria clamant.

Secunda; maieſtatem Sacræ Scripturæ decet ornatus, ſplendorque verborum, dictio concinna, & elegans, tropi venuſti, figuræ illuſtres, vt animi legentium alliciantur, atque vti Chriſtus *Speciosſus* eſt *forma præ filijs hominum*, ita eius exemplar Scriptura, ſpecie, nitore, & venuſtate, ſcripta cætera debet antecellere. *Regina illa*, quę *à dextris eſt Chriſti* pſalm. 44. Pſal. 44 *in veſtitu deaurato circumdata varietate*, Sacræ Scripturæ idea eſt, quæ ſimilia exempla exigit. *Agnus qui paſcitur inter lilia*, Roſas loquatur oportet.

Tertia; ne vileſcant myſteria Sacris occultata litteris, ſi rudi, & incompto ſermone promantur. Ecquis enim putet barbarè loquentem ſapienter poſſe, alteque ſentire? Oratio animi index eſt, ſenſa per verba ſe produnt, ac ex ijs æſtimantur. Vetus Philoſophus diſcipulos loqui iubebat, vt noſſet; loquatur ergo ſcriptura eleganter, vt magni fiat; ſi enim repat humi, & ſordes colligat, deſpicietur.

Quartò; Quo plures ſunt verſiones, eò plures ſenſus exiſtunt, qui quā ſint ex dignitate ſcripturarum, & vtilitate lectorum, noſmetipſi ex Auguſtino, & Chryſoſtomo, & aliis ſupra oſtendimus, & infra ex pluribus oſtendemus.

Digitized by Google

mus. Qui vna tantum lectione contenti ſunt, ſteriles ſcripturas efficiunt, & inutiam fœcunditati Diuini Verbi irrogant. Hæc pro aſſerenda licentia latinè vertendi ſcripturas confici ab ijs ſolent argumenta.

Vt autem liceat vernacula lingua reddere, aliæ ſunt rationes. Prima eſto. Iudæis, & Samaritanis erat Scriptura familiaris & domeſtica, immo & Syris; populiſque Iudææ finitimis, vti patet ex libro Iudith exemplo Achioris hominis alienigenæ, & in ſacris litteris verſati. Quin etiam hodie Maronitæ, & Armeni, & Arabes vulgares ſcripturas habent. Hæ autem gentes; nec ingenio, nec iudicio, nec religione, & cultu Europeis ſunt noſtris conferendæ. Cur igitur, nobis, aiunt, non liceat, quod illis permiſſum eſt ſcripturas familiares habere, illas noſſe; & tractare, atque ad id vernacula lingua transferre? Nec obſtat, quòd aliis illa lingua, vel propria, vel vicina fuit; nec enim illud agimus, vtrum fuerit aliena, an propria; ſed an Scriptura fuerit inter eos vulgaris, & nota, vnde vnde id prouenerit: nam quod beneficio patrię, vel induſtria ſtudij, id eueniat, non multum intereſſe ad cauſam, inquiunt, putamus. Imo quod indigenis felicitati dandum, alienigenis pietati tribuendum.

Iudith

Secunda; nihil abſurdi, aut damni ſequi videtur, ex eo quod ſcripturæ ſacræ in vulgarem ſermonem transferantur. Vel enim illud eſſet contemptus ſacrarum litterarum ex familiari, & promiſcuo vſu, vel occaſio errandi, ex praua intelligentia, vel iactantia ex ſcientia; vel audacia ex opinione doctrinæ. Sed hæc vitia ſunt perſonarum, non rerum. Deinde, ne hæc quidem vitia accident, ſi caueantur induſtria. Pręterea illa itē conſequuntur ex eo, quod latinè tantum Biblia legantur; cum ij, qui haſce litteras, & hebraicas norunt ea vitia contrahant, & quò pauciores ſunt eò magis glorientur, & violentius ſcripturis vtantur, & audacius interpretentur, & gloſſemata ſupponāt, & ſuas interpretationes pro diuinis oraculis venditent, quemadmodum olim conſtat fecisse in Euangelio Phariſæos; quod ijs non licebit, ſi multi ſcripturarum ſint periti.

Tertia. *Verbum Dei*, teſte D. Paulo *non eſt alligatum*. Ergo nec vni linguæ addictum; quid eſt autem hic addicere, niſi ligare? Lux eſt: omnibus luceat, lucerna ſuper candelabrū, non ſub modio; diffundat radios, & pateat cunctis. Panis eſt, impartiatur vulgo, ne paruulis quidem negetur, nam *paruuli petierunt panem*, peccabit ille, qui non frangat. Aptè confertur ſcriptura vndæ, & auræ vitali. Ecquis autem neget, *vndamque, auramque patentem?* Nemo vnquam prohibuit, vnde bibitur, & vnde viuitur, inde haurire.

D: Paul.

Quarta; ex illa vulgari ſcripturarū expoſitione, & frequenti lectione, & familiari conſuetudine amor in eas exiſtit, qui quanti ſit in ijs, qui diſcunt facile quiuis intelligit, cum et fides ipſa haberi nequeat, niſi ametur quod creditur, & pia voluntas imperet aſſenſum fidei. Hoc lacte infantes nutriti ſacram doctrinam veluti in naturam vertunt, quam nemo poſſit auellere. Hac ſanè diſciplina imbuta tenera illa ætas ad amorem virtutis formatur.

Quinta; huiuſce familiaris, & promiſcuæ doctrinæ ſcripturarum plenæ ſunt ſacræ litteræ. Nam fœminas; quæ longius ſexus cauſa diſtant, non ſolum doctas, ſed diuinas, & Spiritu Sancto afflatas inuenimus. In veteri teſtamento Mariam Sororem Moyſi; Deboram, Annam Samuelis Matrē, Iuditham, Holdam; in nouo Annam Phanuelis filiam, Eliſabetham matrem Baptiſtę, quatuor filias Philippi omnes Prophetiſſas. Præterea Samaritana vilis muliercula Scripturarū ex colloquio ad puteum cum Chriſto habito perita apparuit. Tandem Magdalena, & Sanctæ mulieres prædicarunt, quod certè multo excellentius munus eſt, quam ſcripturam ſacram domi legere, & recitare. Quod ſi vetus ætas inter gentes Sibyllas

tulit,

tulit, quare noſtra ſuas Chriſtianas non feret?

His argumentis contra nos agunt Nouatores, & concludunt nos ſimiles eſſe Tyrannis, qui fontes occultamus, fluuios auertimus, & puteos claudimus. Igitur illi omnia ſcripturarum arcana recluſerunt, & cunctis patefacerunt. Primum noſtris verſionibus Latinis minimè contenti alias excogitarunt. Totius teſtamenti tum veteris, tum noui ex integro Latinus verſor Sebaſtianus Caſtalio anno 1556. fuit. Strenuus, & vnicus apud illos ex Hebræo latinus interpres. Aliis vetus teſtamentum latinum facere, aliis nouum placuit. Vetus Tremelio, & Leoni Iudæ, ac Tigurinis Symmiſtis, quæ editio Tigurina dicitur. Nouum Oecolampadio, & Bezę hæreticis, & Laurentio Vallę, & Eraſmo Roterodamo vertere cordi fuit. Partes veteris teſtamenti tranſtulerunt plures hoc ordine. Munſterus libros Protocanonicos, Zuuinglius Pſalterium, Iſaiam, & Hieremiam. Prophetas omnes Oecolampadius, Pſalterium multi, Bucerus, Muſculus, Caluinus, Bughegantius, Georgius Maior, Mollerus, Iodocus Vvillichius.

Caſtalio: Tremel: Leo Iudas Tigurin: Oecolampad. Beza. Valla: Eraſm: Munſter. Zuuingl: Bucer. Muſcul. Caluin. Bugheg: Georg: Maior: Moller: Vvillich:

Verſionis ſcripturę in linguam vernaculam non fuit (quod maximè Lutherani vellent) inceptor famoſus Lutherus; ſed ante eum Vvicleffus Anglus, teſte Ioanne Hus *tom.* 1. ſuorum operum de Vvicleffo, & Vvaldenſi *lib.* 2. *cap.* 70. qui Anglicè vertit. Hunc ducem habuit Lutherus, qui vetus, & nouum teſtamentum anno 1652. in Germanicam linguam traduxit, quæ Philippus Melancton eſt cōmentatus; eadem verò poſtea in ſermonem Danicum, & Iſlandicum ſunt tranſlata. Hanc ſingularem in audendo gloriam Tigurini Luthero inuiderunt, alia poſt Lutheranicam facta verſione Germanica, quam Tigurinam vocarunt magno Lutheri tormento. Gallicè item vertit Sebaſtianus Caſtalio non parua Bezæ inuidia. Deinceps tanta libido transferendi fuit, vt nulla pene ſit nō modo natio, ſed etiam ſecta, quę Scripturas vernacula ſua, & familiari lingua loquentes non fecerit. Certè in Anglia tot verſiones ſunt, vt non plures ſint ſectæ, (ſunt autem pęnè omnes, quæ per alias nationes diſperſæ reperiuntur) quàm verſiones. Itaq; apud hæreticos Scriptura, quæ Turri Dauidicæ confertur, Turris Babylonica quaſi propter diuerſitatem linguarum.

Vvicleff. Luther: Melanct: Tigurini: Sebaſt. Caſta.

Et quidem ſi iudicium de his tum latinis, tum vulgaribus verſionibus nos Catholici faciamus, ſuſpectum Hæretici dicent, & in ſinum noſtrum nos iubebunt inſpuere, perinde ac trabe oculis impoſita feſtucam ijs obijciamus. Quare operæ pretium duco rem hâc ad eorum calculos reuocare, & ipſorum ſtare iudicio.

Igitur Lutheri verſiones à Tigurinis acriter impugnantur, & ab Oſiandrinis exploduntur teſte Stolzo in defenſione Lutheri. Eaſdem vituperat Zuuinglius, Munſterus, Oziander; & Kichermannus in Syſtemate Theologico *lib.* 1. *cap.* 118. Imo & Bucerus eius aſſecla improbat. Et quidem ex ipſius Miniſtris teſte Matheſio vnus vapulare Lutherum ex ſuggeſtu iuſſit, hac voce *Diſce melius*. Sed quid mirum cum ipſimet Luthero ſua tranſlatio diſplicuerit, vti fatetur tom. 3. latinor commentar. Vvitembergenſium, & libello de interpretando to. 12. Vvitembergenſi. Lutherus autem viciſſim, & Tigurinos, & Oſiandrinos libros reijcit. Zuuinglianam trāſlationem carpit, & exſibilat idem Lutherus Lauatero teſte in hiſtoria ſcripturarum pag. 32. Caſtalionem Beza. Bezam rurſum Caſtalio reprehendit. Bezæ traductio Oecolampadij inepta videtur; Molinęo, Bezæ abſurda. Huic autem ne Caluinus quidem interpres probatus. Eius itaque harmoniam conuitijs proſcindit, & diſſoluit. Ioanni Piſcatori ob incœptam verſionem colaphum impingit Paulus Roderus. Genuenſem tranſlationem damnauit Rex Britanniæ Iacobus anno MDCIV. Secunda die collationis in Colloquio Hamptocurt. Eandem ſugillat ParKeſius

Stolzo: Kicherm Matheſius Luther. Molinæus Piſcator Iac. Rex ParKeſius

in Apologia Trium teſtium. Quid? quod Anglis, quibus ſua maximè placere ſolent, Anglicana Biblia diſplicent? Certè Puritani in libello ſupplici exhibito Regiæ maieſtati pagin. 605. & 606. aiunt pſalteriũ ſuum ſcatere mendis, nec illo per conſcientiã vti ſe poſſe. Miniſtri Diœceſis Linconienſis in compendio libri oblati Regi 1. Decembris pag. 11. haud verentur Anglicanam verſionem dicere, *Inſulſam, abſurdam, & mentem Spiritus ſancti peruertentem.* Et quod maius apud illos pondus habere debet Rex ipſe Iacobus, quem doctum Oraculum putabant in Colloquio Hamptocuri habito Anno M.DC.IV. apertè faſſus eſt. *Nondum ſe illa Biblia Anglicana rectè verſa vidiſſe*, cui voci vtinam ille multas ſimiles emiſiſſet. Id conſtat facultatem integram Tubigenſis Academiæ, vel in ipſa approbatione librorum Oſiandrinorum omnes iſtas nouas extra illam veterẽ, & vulgatam verſiones improbare. Hoc iudicium nos Heterodoxis noſtri temporis obtrudimus; eoque omnes abundè refutare poſſumus, ſed non idcirco alijs argumentis abſtinemus.

Puritani.

Satis hæc eſſent ad pudorem, ſi frontem haberent; ſed effrontes ſunt. Impingamus colaphos, fortè ſentiẽt. Primum verſores iſtos verberemus. Libido hæc interpretandi, non neceſſitas fuit. Vna verſione 70. Interpretũ ad Chriſtum vſque, annis CCC. vſa Synagoga contenta fuit. Hi vno ſæculo habuerunt trecentas. Vna, & eadem Chriſto, & Apoſtolis fuit, his nulla ſunt, eruntue ſatis; quod idem ijs Spiritus Chriſti, & Apoſtolorum non eſt. Patribus Græcis, & Latinis tribus primis poſt Chriſtum ſæculis idem inſtitutum placuit, cum eſſent, & doctiſſimi, & ſanctiſſimi; alijs qui ab ijs degenerarunt illa diſplicuit; quos iſti imitantur; qui Aquilæ, & Symmachi, & Theodotionis quam Iuſtini, Irenæi, Athanaſij, Chryſoſtomi, Hilarij, Ambroſij, Tertulliani, & Auguſtini ſimiles eſſe maluerunt. Itala vna verſio omnes ante vulgatam Hieronymi Fideles erudiit, poſt illam vulgata poſteros ante Vvicleffum, & Lutherum informauit: poſtea ſingulæ Eccleſię Sectariorum ſuam verſionem fecerunt, quod vna non erat fidei communio. Vna erat ſcripturarum lingua concordibus animis, vnus ea loquentium ſenſus. Incubuit iſtud Cacoethes vertendi, & peruertendi ſcripturas, & ſenſus omnes corrupit. Loquebatur Deus nobis in ſcripturis; hi volunt de ſcriptura, tanquam de machina loqui. Verbum Diuinum ſuum facere conantur, & quod ſemel caro factum eſt, vt nos ad ſpiritum traduceret, ij quotidie carnale reddunt, ne quid in eo ſpiritus ſit. At puder ſtyli demiſſi, & phraſis humilis, & ieiunæ doctrinæ, amant ornatum, phaleras, pompamque verborum. Sanè hi nec Chriſtum pauperem, nec abiectum, nec crucifixum vellent. Dicunt cum Petro, *abſit à te Domine*. Verum *Satana* audient. Vitæ Chriſti ſcripta reſpondent. Pauper vixit, nudus eſt mortuus, ſcribi voluit tenui ſtylo, ſicca, & humili dictione, fucos non amat veritas, pigmentis offenditur; Virgo, & integra, & ſyncera, non meretrix corrupta, & calamiſtrata. Vapulauit Hieronymus, quod cum ſcripturis Vacaret, Tullium legebat, & cogitabat. Hi volunt Tullium in ſcripturis inuenire, ſed non vapulant. Credo quod Hieronymi ſimiles non ſunt, nec tanta eorum iactura eſt, quanta *Hieronymi*. Aeternum vapulabunt. Si profani ſunt, qui ſacris profana miſcent, quales erunt ij, qui ſacra in profana vertunt? *Litteram occidere* Paulus dixit, hi littera, & grammatis viuere volunt. Grammatici fiunt, cum benè morati eſſe debeant.

Quid Munſterus vertendo agit? Grammaticum teſte Genebrardo *præfat. in Originem*; ſed ferula indiget propter errores, in quos incidit, maſtigophoro Stapletono, qui corrigit, & verberat *de modis interpretandi lib.* 11. *cap.* 13. Nec ſoli Catholici hoc aſſerimus. Beza id Munſtero exprobrat, & omnibus Grammaticis iſtas minutias Rabbinorum more ſectantibus

Genebr: Staplet: Beza Munſter.

Tigu-

Tigurinus. Lutherus. Tigurini colaphos infligunt *in præfat. Biblia*. Imo & Lutherus *lib. de interpretando tom. 12.* Vvitembergenſi. His eos caſtigandos relinquimus.

Seb. Caſt. Atque vti Munſterus Rabbinizat, ita & Caſtalio gentilizat. Audiamus hunc egregium verſorem. *Deum Patrem Iouem* dicit, *Spiritum Sanctum Cupidinem, Angelos Iouis Genios, Prophetas fatidicos, & bacchantes. Gigantes Titanas, pſalterium Paana. Thronum Dei, auguſtale Iouis, ſolem Phœbum. Inferos Orcum.* appellat. Nempe in Parnaſſo bicipiti ſomniar, vbi à Baccho remotis in rupibus canente iſta didicit, ſed vnde accepit, quæ in Cantico canticorum reddit. *Huc ades ò ſororcula: mea amicula, columbula, meũ corculum, in petra forulis, in cochlea latibulis*. Et rurſum. *Quàm bella es ò delicatula, oſtende mihi tuum vulticulum, fac vt audiam tuam: voculam habet venuſtulam, & vulticulum habes lepidulum*. Et *Ab ! te bellam, ab ! te formoſam: ceruiculam habes eburneæ turriculæ per ſimilem, capitulũ habes eburneum, & cincinnulos purpureos, columbinos habes ocellulos interiectos cincinnulis: pulchras habes mammulas, & genulas*. Bellum hominem! à Spiritu Sancto edoctum! Ita ne Spiritus Diuinus afflat? Hæc ſane in viola, & in roſa & amaraco Caſtalioni Venus reſolutis ceruicibus, labellis mollibus dictabat. Aut intra centonem ſummænianum Pigmeum aliquod proſtribulũ, niſi forte in Platanone Chryſin audiebat. Puto eum de Laide, & Phryne meditari; niſi forte de Circe Petroniana cogitabat, ab illo enim deliciarum Arbitro verba ſuffuratur melle, & ſeſamo ſparſa. Certè delicatius Caſtalio cum illa Pigmæa ſponſula, quàm Tibullus cum Nemeſi, Propertius cum Cynthia, Catullus cum Lesbia; & mollius agit. Totus liqueſcit, (quo igne? viderit) ac diffluit, & dum pruritu venereo titillatur muſculis verba attenuando eneruit, & illecebris, ac lenociniis corrumpit.

Beza Reprehendit hæc Beza homo einſdem ſalacitatis. Miror ei non placuiſſe Candidulam Amanti, ſed minus, opinor probauit, quod in Audebertulum, cui magis cuperet, non quadrabant; ſolent enim ei placere Anacreontéa in Batyllum, & Petroniana in Gytonem. Sed iam ex his fornicibus, & ganeis euadat oratio, quò eam Caſtalio ſtuprandam perduxit, qui nõ eſt veritus *Canticum Sacrum* Canticorum amatorium carmen dicere. Hoc nempe illum Spiritus ſuus docuit, aut ſuis in hara Epicuri. En quo progreſſi Interpretando ſunt! *En queis conſeuimus hortos* ſcripturarum! Vbi lilia inerant, hi erucas inſerunt. Sed pergo memor illius Tullianæ *lib. de legibus ſententiæ. Erubeſcant pudici etiam loqui de pudicitia*.

Qui ſcripturas hac ratione interpretantur illud haud inepte faciunt, quod vulgari permittunt, poſtquam enim eas corruperunt, proſtitutas eſſe oportuit. Ergo omnium in eas linguarum licentia eſto: nullam ab ijs manum abſtinento, & doctrina, & ſenſus vulgetur, vt nihil ſit caſtum, nil integrum, nil inuiolatum, argumento quòd Virgines ſcripturas non habent. At magnos ex hac euulgatione fructus expectant, ideo illas ſe maritandas dare affirmant, ne ſint ſicut apud Catholicos ſteriles. Inſpiciamus fructus.

Ex iſta vulgari, & promiſcua ſcripturarum verſione orta eſt hæreſum multitudo, dum ſinguli intelligentiam ſibi arrogant ſcripturarum, & ſuo ſapere ſenſu volunt, & corrigi ſe non patiuntur, quòd putent ſibi ſcripturas ſuffragari errantibus, de quo iam olim Tertullianus *lib. de præſcriptione* queſtus eſt, cum videret iſtam legendi, & interpretandi licentiam materiem Erroris hæreticis ſubminiſtrare. Hinc extitit dilaceratio, & diſcerptio ſcripturarum, quas dum in ſuam quiſque linguam trahit, diſcerpit, & laniat, vt nulla ijs certa forma, facieſque conſiſtat. Præterea hinc ſequitur vana imperitorum iactantia, qui ex iſta lectione inſoleſcunt, & putant ſe doctos, & magiſtros eſſe ſublato diſcrimine ſtudiorum, ſexuum, & ætatum. Vnde iam Opifices Sedentarij, & Baiuli, imo Tertull.

& Mu-

& mulierculæ, & ſcorta eo nomine gloriantur, ita vt paſſim diſputent, & concionentur, quod vel ipſimet hæretici miniſtri dolent ſibi ex hoc accidiſſe, vt à ſuis fæminis prouocentur, & irrideantur.

Hieron.

Itaque illud Hieronymiani temporis vitium noſtris temporibus incubuit; *Vt ſola ſcripturarum ars ſit, quam ſibi omnes vendicet. Hanc garrula Anus &c.* quod fatetur cum

VvitaK:

ſtomacho Vvitakerus. Accedit contemptus Patrum, & Interpretum antiquorum quos nemo legit; quòd dicat non eſſe opus illos conſulere, vbi ſcripturæ ſunt, quæ per ſe loquuntur, & docent. Sacro ſe melius compendio vti, & prętare tenere fontes, quam riuulos ſectari. Tandem facta eſt confuſio, & permixtio graduum, & ordinum in Eccleſia, quos maximè

Paulus

voluit Paulus diſtinguere. *Nunquid omnes Doctores?, nunquid omnes Prophetæ? alius ſic, alius autem ſic. Vnicuique diuiſit menſuram fidei*. Contra fieri videmus apud Hæreticos, omnes ſunt Doctores, omnes Prophetæ, omnes eodem modo *ſic*, & *ſic*, omnium vna, et eadem menſura eſt, nihil inter viros, et fęminas, niſi ſexus, intereſt, nec intereſſet, niſi intercapedo Venerem cieret.

Fidem faciant huic abſurditati exēpla. Monaſterienſium Anabaptiſtarum

Staphyl:

Rex ille famoſus apud Staphylum in Apologia p.2. lecto libro Ioſue animos ſumpſit ad inſtituendum ſe Regem, et vicinos populos debellandos, ceu Chananæos. SuuenKfeldius, et Ioannes Leydenſis, et Kinipperdolingus, vel ſimplices laici, Patriarchæ Hæreticorum ex lectione Bibliorum euaſerunt. Hæreticus quidam lecta Hiſtoria concubitus Loth cum filiabus tantùm profecit, vt cum filia, quam habebat concubuerit, re Venerea confirmans verba ſcripturæ. Muliercula item quædam cum perlegiſſet librum Iudith, ſtudio eam imitandi ſic exarſit, vt ad cædem Epiſcopi Monaſterienſis ſe accingeret Holophernem in eo meditata, & patraret facinus, ſi vti ſuſcepit audax, ita fideli ſilentio tegeret; ſed prodito ſecreto ad ingenium rediit, ac Epiſcopus eo vſus feliciter euaſit.

Demum quo fructu Biblia lingua vulgata circumferantur apparet ex euentu, quem illa lectio in Anglia ſemel habuit. Nam cum miniſter cap. 15 Eccleſiaſt. palam legeret, in quo de malitia mulierum multa dicuntur, vna earum, quæ aderant, ira percita ſurrexit, & contenta voce dixit *Iſtud ne eſt verbum Dei? imo potius verbum Diaboli eſt*, quod cum à muliere Anglica, quæ doctrinæ magnam in eo Regno opinionem habent, dictum ſit, videant Hæretici quorſum ſpectet. Certè nos Catholici fæminis noſtris occaſiones illas præcidimus, nec eius nos conſilij pænitet. Hæreticis autem fæminis illud reponimus, quod apud

Theod:

Theodoretum *lib.4 Hiſtoriarum cap.* 27. cuidam archimagyo de Scripturis

Baſil:

diſputanti magnus Baſilius retulit. *Tuum eſt de pulmentis cogitare, non dogmata Diuina decoquere*. Illud item ex

Hieron.

Horatio à D. Hieronymo vſurpatum obijcimus, *Tractent fabrilia fabri*. Totum illud item caput Prouerbiorum de muliere forti opponimus, & illa authoritate fęminarum iſtarum ſtudia refutamus, illa enim Fortis mulier quę ſiuit *lanam, & linum*, non pennam, & librum, *operata eſt conſilium manuum ſuarum* nendo, & texendo non, legendo, & interpretando. *Digiti eius apprehenderunt fuſum*, non volumen. Certè non magis decet fæminam docere, et concionari, quam virum nere, et texere. Hoc viro forti Herculi ignominiæ datum in fabulis, cum forti fæminæ ſit honori in ſacris tributum.

Et quanquam his ſparſim, & ſine filo dictis propoſita initio argumenta ſoluta ſint, ac illa per ſe fluant, ſunt enim ſcopæ diſſolutę, volo tamen breuiter ſoluere. Primo, & ſecundo pro interpretandi licentia ex barbariſmis, & ſordibus latinitatis petito, verbera Hieronymi reſpondeant, ſonante inter ictus Paulo, *Non in humana ſapientia verbis*. Non ſunt infelices iſti Grammatici latiniores Cypriano, Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, non item noſtri ſeculi authoribus. Ferant quod

nos, qui non ſumus Barbari, tolera-
mus. Exempla retorquemus; *Anga-*
Vlpianus *riare* non eſt inſolens Verbum, Græco
exfonte deducitur, eoque vtitur Vlpia-
nus lib. 4. Pandectarum de priuilegijs
Veterum. *Vade cum illo alia duo*: Re-
ctè dictum eſt, nam præcedit *mille paſ-*
ſus, vnde alia duo, non ad paſſus, ſed
ad mille refertur, hoc modo: vade
cum illo *alia duo millia*. Hoc talpæ
illi non viderunt. *Migrare* actiuè, di-
Aul. Gell. xit Aulus Gellius *lib. 2. c. 29. Nidum*
migrat: pro *transfert*. Hoc illos do-
Turneb. ceat Turnebus. *De poſt ſet. ntes*, non
Cicero fatet, cum dicat Marcus Tullius *in ante*
Florus *Kalendas*, & Florus *De ſub Alpibus ve-*
nit. *Maiora horum*. Græca, & elegans
phraſis eſt, venuſta, & ſapiens veteres
Athenas. Quod attinet ad maieſta-
tem ſcripturarum, ſatis ipſa ſibi eſt;
nec indiget externo fuco, & inani ſpe-
cie ſplendoris; plus profecit Chriſtus
ignominia Crucis, quam gloria Tha-
boris; natus eſt in præſepio inter mu-
ta animalia infans, non inter Cathe-
dras ſapientum, quorum non amat
eloquentiam, *ne Crux euacuetur*. Illa
Pſalm. 44. *Regina à Dextris* non erat ſcripturæ
dictantis figura, ſed diſcipulæ diſcen-
tis, cui dicitur *Audi filia*. Itaque veſti-
tus ad virtutem potius, quam ad pom-
pam ſpectabat. Lingua verbi in eo-
dem Pſalmo comparatur calamo ſcri-
bæ *velociter ſcribentis*, non tam curat
elegantiam verborum, quàm doctri-
nã ſententiarum. Agnus habet ſua li-
lia *ſed inter ſpinas*, nec ille roſas, ſed
ſpinas amauit, & illa cygnæa in Cru-
ce verba ſeptem, ſpinis coronatus pro-
tulit. Videant Hæretici ſe concinere
ijs, qui dicebant, *coronemus nos roſis*
antequam marceſcant.

Tertium eadem ratione ſoluitur.
Nam ſtulta mundi elegit Deus, vt con-
fundat ſapientes, alia eſt enim ſapientia
carnis, alia Dei. Habemus theſaurum
in vaſis fictilibus. Sæpe ſub ſordido
pallio ſcientia. Abundè Sileni Socra-
tici argumentum refellunt; non Ora-
tores, ſed Piſcatores Chriſtus elegit;
linguas infantium facit diſertas, *&*
Ore infantium, & Lactentium laudari
voluit, loquitur ad cor, & nouit corda.
Verba eius ſpiritus, & vita ſunt, non
ſonus, & ſtrepitus inanis. Areſecit
arborem, quæ folijs abundabat, &
fructu carebat; ſpiritu diſcernit homi-
nes, non voce. Philoſophi ex voce iu-
dicabant, quia rimari ſecreta pectoris
non poterant.

Quarto reſpondemus: vel in bonis
copiam nocere, ne dum in malis, cu-
iuſmodi ſunt verſiones Hæreticorum
factę ex libidine venditandi eruditio-
nem. Oportet primum *probare ſpiri-*
tus, ſi ex Deo ſint, non poſſunt autem
eſſe ex Deo tot ſpiritus contrarij, nec
hi iuuant ſenſus, ſed euertunt. Vna
verſio conſtans eſt fundamentum fa-
bricæ multiplicis ſenſus. Ecquis vn-
quam vidit plura fundamenta vni do-
mui ſubſterni? Verſio fundamentum
eſt; vnum ſit, oportet vt ſenſus ſuſti-
neat. Non eſt ſterilis, quæ vni nubit;
quæ multis, illa nec eſt caſta, nec fæ-
cunda eſſe poteſt. Scriptura apud
hæreticos multos verſores habet, &
corruptores. Virtus generandi ſen-
ſus ſacros exhauritur dum diſtrahitur;
qui vertunt textum non conſulit ſen-
ſui, ſed nocent, volunt inducere no-
uos, non retinere antiquos. Noſtros
ſenſus admittit Chriſtus, Hæreticorum
excludit; nempe noſtra Eccleſia vna
eſt, & vna vtitur canonica verſione;
Sponſa Chriſti eſt, & Caſta. Huius
ergo ſenſus agnoſcit Chriſtus, & am-
plectitur. Reliquarum quæ adulteræ
ſunt, ceu nothos & ſpurios contemnit,
& reijcit. Ita prima pro verſionibus la-
tinis argumenta ſoluuntur.

Alijs pro vulgaribus in vernaculas
linguas verſionibus factis ſatis fit hoc
modo. Primum fallax eſt. A ſingu-
lis ad vniuerſos procedit, & à ciuibus
ad externos tranſit. Patet quia Iudæi,
& Samaritani iam inde ad initio fue-
runt coniuncti, ſi minus moribus, ſan-
guine certè, & lingua; quamuis enim
ob crudelitatem Roboami, & Idola-
triam Ieroboami ſe diſcreuerint lege,
ac ſeiunxerint, non tamen vſum lin-
guæ, & ſcripturarum amiſerunt. Syri
vero cum vicini populi eſſent, in lo-
cum earum gentium venerunt, et lin-
guam ijs ſuam infuderunt, adeo vt in
ver-

vernaculam tranſierit, & vulgaris demum Hebræorum fuerit. Achioris exemplo neſcio quid confici poſſit? Niſi ſi quis ex vno homine docto, & honeſto ad ſellularios, & capite cenſos, & mulierculas, & ſcorta argumentari velit, vt quod ei licuit omnibus licitum ſit. Præterea Achior erat vicinus, & finitimus, & ex narratione illa omnia ſcire potuit, quod nos hæreticis non negamus, audire omnes poſſe, & diſcere, ſed aptè, & moderatè. Armenis, et Maronitis aliquid concedēdum fuit propter eorum cum latina Eccleſia concordiam, cum præſertim illæ linguæ Orientales multum iuuent ad cognitionem hebraicarum litterarum, quare et nos latini volumus in eas linguas ſcripturam verti, atque ad id operam damus. Hæretici ſeceſſione facta ab Eccleſia Romana ſuperbos ſe, et indignos, quibus liber vſus ſcripturarum fieret, fecerūt. Accedit illis Gentibus non eſſe latinæ linguę ſtudia, quæ ſunt apud hæreticos, in quos argumentum retorquetur. Nam ſi tam ſunt acuti, cur non diſcunt omnes linguam Hebraicam, Græcam, et Latinam, et Scripturas in ijs legunt, et interpretantur?

Secundo, ſatis eſt ſupra reſponſum, numerando abſurda, & incommoda orta ex vulgari, & promiſcua ſcripturarum lingua, quæ manifeſta ſunt, & experimento comperta. Quod enim ait à Magiſtris Hebraicis, & cæteris, qui ſcripturas ex officio interpretantur deprauari eas ſępe, & corrumpi, id in eos reijcitur. Nam ſi tot ſunt Lectores, & Magiſtri, quot ſunt capita, multo plures erunt, qui ſcripturas adulterent, & peruertant, cum præſertim careant ſcientia, & præceptis non vtantur? Ex Phariſæorum exemplo diſcant, qui ſint ij, qui fallacias, & gloſſemata inſerant Sacris Biblijs. An volunt tot eſſe Phariſæos, quot cerdones? & Phariſęis adiicere fœminas, quas in Euangelio magiſtras non reperimus?

Tertium nugatoriū eſt; non eo ſenſū liberū eſt Dei Verbū, quòd in omnes linguas trāsferatur, ſed quod Diuinum cum ſit omnibus imperet, & dominetur; habeatque vim, & iubentis, & vetantis, & quod eius prædicatio non vni tantum genti, populoue addicenda ſit, ſed omnibus communicanda. *Euntes docete omnes Gentes.* Facere autem Verbum Dei ſcriptum omnibus vulgare, non eſt liberum facere, ſed ſeruum reddere omnium linguarum, dum quæque illud ſibi vult vſurpare, & addicere, & ſuo ſeruire ſenſui cogit. Nec illi candelabra huic luci parant, ſed modios. Certè lux vna eſt, & vnius rationis; non tot Soles, nec Lunæ ſunt, quot domus. Ex Latina Vulgata hauriant lucem, & ex vno igne lucernas accendant. *Paruuli petierunt panem.* Detur ijs panis Cathechiſmi præmanſum à doctis; ſed hæreticorum paruuli ſcorpiones petunt ad corrumpendas ſcripturas. Anne ſunt ijs dandi? Aura vitalis ſcriptura eſt; ſed aura vno aere continetur. Hæretici ventos amant, & turbines, ſuperbi, & turgidi concepto vento iactantiæ ex lectione ſcripturarum. Quid ſperandum, niſi vt ructent, & crepent. *Vndamque, auramque patentem*, habent in fontibus; bibant ex ijs, non fodiant ſibi ciſternas veteres, & lacus ſordidos, & cęnoſos, in quibus tanquam ſues volutentur.

Quartum ita procedit, quaſi omnis amor ſit rectus, & honeſtus. Amāt ij ſcripturas, vti fœminas, vt conſtuprent, & corrumpant. Virgines eas eſſe nolunt, quia oderunt ſacras, & ſanctimoniales. Abuti volunt, non vti iſto amore; is verus, & honeſtus eſt amor, qui cum religione, & reuerentia coniungitur. Ex amore illo Hæreticorum facilitas, et ex hac contemptus exiſtit. Nimia conſuetudo, et familiaritas nocet maieſtati. Gradus eſt ad diſciplinam amare Magiſtros: ſed ij omnem diſciplinam tollunt, cum omnes velint eſſe Magiſtri. Itaque vbi nemo diſcit diſciplina eſſe non poteſt; quare voluntatem deſideramus in ijs ad credendum, non libidinem ad interpretandum. Volunt cudere, quod credant, non accipere, quæ ſunt credenda. Lac il-

lud eſt à matribus inſtillatur, ſed illi matres non expectant, et vnuſquiſque ſibi Mater eſt, et Pater, & Magiſter, et omnia. Nec lacte nutriuntur, ſed veneno, quod in naturam vertunt, non tamen id ad ſalutem, vti Mitridati, ſed ad perniecm illis vertitur: quod ſi vetat ſeriptura balbutientes ſe interpretari, cur ij ab infantia Scripturas interpretari conantur? Intelligere oportet, et cuſtodire leges, et ſcripturas diuinas.

Quintum nihil probat. Nam quod aſſumit libenter damus. Fuiſſe nimirum fœminas, et interpretes, et diuinas, et Spiritu Sancto aſſlatas; ſed ex eo non deducitur hoc donum commune omnibus eſſe, ac fore debere. Imo quod eæ tam paucæ fuerint in electo populo, id argumento eſt, non cuiuſuis eſſe *adire Corinthū & cortinam.* Etiam apud nos Catholicos huiuſmodi fœminę ſanctiſſimæ fuerunt, quibus hoc Dei donum contigit, Luthgardis, Gertrudis, Mathildis, Brigitta, Clara, Catharina, Tereſia. Nec dubitamus, quin aliæ ſint, et futuræ ſint ſimiles; non ideo tamen cæteræ munus interpretandi, aut docendi vindicant, aut deferri ſibi patiuntur: Id mirum eſt, quomodo in Eccleſia Catholica, in qua tot ſunt Sacræ Virgines, et ſanctimoniales, vix vlli earum veniat in mentem Scripturas verſare, & interpretari, cum in hæreticorum conuentibus, in quibus rara Virginitas eſt, & nulla Religionis obſeruantia, vix ſit fœmina, cui non ſit permiſſus vſus ſacrarum litterarum. Omnes apud hæreticos ſunt Samaritanæ, omnes Magdalenæ; vereor tamen ne intra hydriam, & ante lacrymas. Sibyllæ tot ſeculis vna, & altera: ſciolæ iſtæ vno ſeculo centum millia paſſæ viros, non Deum. Tyrannos quo iure nos appellent, viderint. Fontes cuſtodimus, vt liquidi ſint, & puri fluant, *Apros qui turbant* abigimus; non omnibus Sacros Fontes peruios eſſe volumus, habemus Caſtellarios, qui aquas deducant, & corriuent, & diſpenſent. Concludamus illa Bernardi memorabili ſententia; à quo cum quidam minus ſobrij & temperantes vini vſum poſtularent, & exemplo Pauli illud Timotheo concedentis vterentur, reſponſum acceperunt; *Da mihi alterum Timotheum, & cibabo eum, ſi vis, etiam auro.* Bernard:

Quod vetitum ſit à nobis, promiſcuè legi, & exponi ſcripturas, nemo ſanæ mentis improbarit, qui et Lacedæmonum, & Romanorum inſtituta norit, & in Iuſtino legat Carthaginēſes Reipublicę cauſa ſtatuiſſe, ne quis Græcæ linguæ ſtuderet, quia ſibi à proditoribus eius gentis timebant; ſic ille lib. 2. Hiſtoriarum. Certè cum frequentabam fana Hæreticorum, & videbam turbam legentium, & reſonantium Scripturas, Chriſti in mentem veniebat, qui flagello è funiculis facto Cathedras vendentium columbas euertit, eiecitque de templo vendentes. Vnica eſt Columba Spiritus ſancti, nec emitur, nec venditus; *In foraminibus petræ in cauernæ maceriæ habitat.* Ibi ſanguine Chriſti paſcitur. Cæterę columbæ non ſunt, ſed raucæ *profana cura palumbes,* quæ ſedentibus in Cathedra peſtilentiæ aſſident, & obſtrepunt Veritati. Iuſtin.

CON-

CONTROVERSIA TERTIA.

De ſenſibus, & interpretatione ſcripturarum,

CAPVT I.

An Sacra Scriptura obſcura ſit?

NON ſoleo actum agere, nec plagiarius eſſe amo. Affero Authores, qui hac de re accuratè ſcripſerunt, ne *ligna in Syluam feram*. Ac primum animaduerto hæreticos negare Scripturæ obſcuritatem, eamque perſpicuam eſſe velle; non quod ita ſentiant, ſed quod ſic ſentire ſe ſimulent, vt Iudicem vitent, ad ſuumque arbitrium ſcripturam reuocent. Catholici fatentur difficilem, & obſcuram eſſe, quod eius arbitri eſſe nolunt, & Iudicium Eccleſiæ expectant. In hoc argumento doctè, &
Staplet copioſè verſantur Stapletonus de
Lindan principijs fidei lib. 11, Lindanus in Pa-
Bellarm. napolia lib 3. Bellarminus *lib. 3. de*
Becan: *Verbo Dei ſcripto à cap.* 1. Becanus
Grauina *tract. de Iudice contr.* Grauina *lib. 4. præſcript. tract. 3. Controu. 3. generali.* Hi argumenta Hæreticorum proponunt, & ſoluunt. Omnibus id commune eſt, authoritate Patrum illos obruere. Mihi illud vindico, propriis eorum armis pugnare, ac ea in ipſos conuertere, & quæ validiora ijs videntur argumenta, elidere, & refutare.

Igitur locos eiuſdem ſcripturæ, qui claram eam, & perſpicuam eſſe dicunt, opponunt. Primus eſto pſal-
Pſal. 118: mi 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Secun-
Pſal. 18 dus pſal. 18 *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* Tertium pro-
Prou: 6: uerb. 6. *Mandatum lucerna eſt, & lex lux.* At ne quis reſpondeat; legem, & præcepta clara eſſe, non reliquas ſcripturas, afferunt locum de Prophetia 1. Petri cap. 2. *Habentes firmiorem* 1. Pet. 2
propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes tanquam lucernæ in caliginoſo loco. Ex quibus patet ſcripturam lucem eſſe; qua nihil manifeſtius eſt, nec clarius. His locis vtuntur Bren- Brent:
tius, & VvitaKerus, vt probent nihil VvitaK.
eſſe in ſacris litteris obſcuritatis, quibus addunt illum Matt. 5. vbi de Apo- Matth: 5
ſtolis Chriſtus ait; *Vos eſtis lux Mundi,* quod de illorum doctrina intelligendum Sauubrandus, & Brentius affirmant. Hinc vero conficit Sauu- Sauubran
brandus, præter morem Hæreticorũ, ſyllogiſmum. Omnis lux eſt clara, & tenebras pellit; ſed Scriptura eſt lux, ergo eſt clara, & tenebras pellit. Eſt argumentum in Darij, qui eſt tertius modus primæ figuræ. Eo nos vrget Sauubrandus. Nec his teſtimoniis contenti, addunt alia duo. Vnum conflatum ex loco Deuteron. cap. 30. & Deut: 30:
Epiſtolæ ad Rom. cap. 10. *Prope eſt* Ad Ro. 10
Verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus Hos in ſyllogiſmũ vertit nouus argumentator Sauubrandus, quem ſic format. Quod propè, & intra nos eſt, facile eſt, & obuium. Sed Scriptura propè, & intra nos eſt, ergo eſt facilis, & obuia. Deducunt autem ex eo; non eſſe opus tranſire Alpes, & ire Romam ad Scripturas intelligendas. Vltimum eſto argumentum Pauli 2. ad Corinth. 4. ad Co: 2. 4
teſtimonium. *Quod ſi etiam opertum eſt Euangelium noſtrum in ijs, qui pe-*

tunt

Google

reunt eſt opertum, in quibus Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium; addita commentatione Theodoreti in Ezechielem producto huiuſmodi loco. Non omnibus igitur diuina obſcura ſunt, ſed voluntaria cęcitate laborantibus, quo teſtimonio, & ratione nihil hæretici afferte poſſunt validiùs.

Non deſunt rationes probandi, perſpicuas eſſe ſcripturas, quæ in vnā demum coire poſſunt, hoc modo conglobatam. Tota doctrina fidei, & morum in ſcripturis continetur. Hęc omnibus pateat neceſſè eſt. Quorſum enim Deus obſcuritatem affectat, aut qui velit occultare documenta, quæ tradit? aut quorſum præcipit ea, quæ non propalat? aut quo nos iure condemnet ignorantes quæ præcipit? Sanè et anſam præbet errandi obiiciendo obſcura, et occaſionem excuſandi affert obſcuritate inuoluendo præcepta, quorum ignorantiam excuſemus. Vel igitur Deus eſt auarus bonorum, dum ea ſubtrahit, vel iniuſtus culparum Iudex, dum nobis imputat, quæ ſcire non vult. Præterea ſi ſcripturæ difficiles per ſe ſunt, nunquam vitio cæcitatis cordis tribui poterunt delicta, nec pœna peccati erit, ſed ſcripturarum natura ipſa ignorantia. Hæc ſparſim. Illud collectum, & in forma. Scriptura Sacra conſtat ex verbis ſignificatiuis; ſed verba ſignificatiua debent eſſe clara, & perſpicua, ergo Scriptura Sacra debet eſſe perſpicua, & clara; maior conſtat, minor patet, quia finis locutionis eſt declaratio cōceptuum, ergo niſi iſti intelligantur, carebit recto fine locutio. Cum ergo Deus in ſcripturis loquatur, niſi perſpicuè loquatur à recto fine deuiabit, quod eſt à diuina veritate alienum. Conſequentia tenet. Hoc argumento exempla illa ſua Hæretici tenent, tuenturque.

Catholica tamen ſententia eſt: Scripturam Sacram multis in locis difficilem, & obſcuram eſſe, atque adeo interpretatione, ac expoſitione indigere, Ita communiter Patres, tum Græci, tum Latini, quos accuratè citant Stapletonus de medijs interpretandi *Contr. 6. lib. 11.* & Bellarmin. *lib. 3. de Verbo Dei ſcripto*. Grauina *lib. 4. preſcript. tract. 3. Controu. 1. generali*. Becanus *opuſculo de Iudic. controu*. Inter quos optimè Auguſtinus ſæpè à Stapletono citatus. Apud hos Authores, & locos obſcuros, & rationes cur obſcuri ſint oportet videre, nec enim addi ijs quidquam poteſt. Ex Veteri teſtamento tres duntaxat eligo locos.

Staplet: Bellarm: Grauina

Becan: Auguſt:

Primus eſt, pſalm. 18. *Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua*. Interprete Hieronymo in Epiſt. ad Paulinum; *Lex*, inquit, *ſpiritualis eſt, & reuelatione opus eſt, vt intelligatur*. Secundus, Prouerb. 25. *Gloria Dei eſt celare Verbum, & gloria Regum inueſtigare ſermonem*. Commentatore Gregorio Magno homilia in Ezechielem; *Honor eſt hominum ſecreta abſcondere, & gloria Dei myſteria ſermonis eius aperire*, Tertius Iſaiæ 19. *Et erit viſio eius, ſicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti litteras, dicent: lege iſtum, & reſpondebit, non poſſum, ſignatus eſt enim*; Expoſitore Origene lib. Philocaliæ. c. 2. Hæc verba non modo de Apocalypſi, & Iſaia dicta eſſe exiſtimandum eſt, verum etiam de vniuerſa Scriptura diuina, quæ plena eſt ænigmatibus, & parabolis, & obſcuris ſermonibus. Hi veteris teſtamenti loci ſunt.

Pſal: 18: Hieron. Prou: 25 Gr: mag: Iſai: 19 Origen.

In nouo ſunt plures, & efficaciores. Primus eſto ille Matthæi, vbi Chriſtus ad Phariſæos *Erratis*, inquit, *neſcientis Scripturas*; Nam ſi Phariſæi errabant ex ignorantia ſcripturarum, id enim eſt *neſcientes*, difficilis earum erat intellectus. Secundus Lucæ 24. In quo diſcipuli à Chriſto diſcunt Reſurrectionis myſterium, & audiunt, *O ſtulti, & tardi corde ad credendum*, quibus idcirco Chriſtus *aperuit ſenſum, vt intelligerent Scripturas*, certè ſi lux Scripturarum eſſet, illi cæci non eſſent. Quod ſi erant quomodocunque tandem eſſent, non ſemper patent ſcrituræ. Huc pertinet illud Ioan. 5. *Scrutamini ſcripturas*. Ecquis enim, niſi abdita, abſtruſaque ſcrutatur?

Matth. Luc: 24 Ioan. 5:

Ter-

Act:5 Tertius inuictus eſt locus Actorum 5. in quo habetur hiſtoria de Eunucho Candacis Reginę legente Iſaiam, nec intelligente. Ad quem Philippus. *Putaſne intelligis, quæ legis? Cui Eunuchus reſpondet. Et quomodo poſſum, niſi aliquis oſtenderit mihi?* Ex qua interrogatione, & reſponſione conſtat aliud eſſe legere, aliud intelligere ſcripturam; perinde autem eſſet, ſi clara eſſet. Supereſt præter alia 2: Pet:3 egregium teſtimonium ex epiſt. 2. Petri cap. 3. vbi Petrus de Epiſtolis Pauli ait. *In quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles deprauant, ſicut cæteras Scripturas.* Nam eo perſpicuè probatur, tum in Paulo, tum in reliquis ſcripturis difficultatem eſſe, cum illa deprauatio à difficultate proueniat: ſed quoniam hæc epiſtola à pleriſque hæreticorum reiicitur, minus ea vtor ad confutandum errorem.

His teſtimoniis adiungamus argumenta. Primum in Sacra Scriptura multi ſunt de eadem re diuerſi, imo & ſpecie contrarii loci, quorum concordia non eſt facilis Igitur ſaltem in his erit obſcuritas, et difficultas. conſequentia tenet, antecedens latè & accuratè oſtendit inductione facta, Becan. Pater Becanus *lib. de Iudice Controu.* Ego duo producam exempla, alterũ Prou:16 veteris, alterum noui teſtamenti. Prouerb. 16. dicitur. *Ne reſpondeas Stulto iuxta ſtultitiam ſuam*, & ſtatim reponitur, *Reſponde Stulto iuxta ſtultitiã ſuam*; quo quid poteſt eſſe ſpecie pu- Mat.10.10 gnantius? Matth. 10. num. 10. habetur *Nihil tuleritis in via non peram, neque calceamenta, neque virgam.* Et Marc:6:5 Marc. 6. n. 5. *Præcepit eis; ne quid tollerent in via, niſi virgam tantùm.* quæ videtur contradictio, niſi aptè tollatur. Secundum. Si ſcriptura obſcura erat, quare Herodes, vt de aduentu Chriſti certior fieret omnes principes Sacerdotum, et ſcribas populi congregauit, et interrogauit, Matth:2 *Vbi Chriſtus naſceretur*? Cur Chriſtus toties locos de ſe, ſuaque tam diuinitate, quam humanitate ſcripturarum protulit, & expoſuit? Et Phariſæos, quid in eis contineretur edocuit? Cur ſi quæ loquebatur Chriſtus erant verba diuina, & ille mundi lux erat, non percipiebantur tamen ab audientibus, imo ne ab Apoſtolis quidem intelligebantur? Quibus id Chriſtus repoſuit, *Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?* Tertium, quæ ſunt luce clariora ea prorſus patent, nec indigent expoſitione, non ſunt igitur luce, vt volunt, clariora. Propoſitio eſt euidens, probatur aſſumptio multis exemplis hominum doctorum, qui conſulebant alios ſe doctiores, aut quos putabant ſe doctiores eſſe, cuiuſmodi fuit Hieronymus erga Nazianzenum, & Auguſtinus erga Hieronymum, & plurimi apud vtrumque qui eos per Epiſtolas de varijs locis ſcripturarum conſulebant, quarum libri Hieronymi, & Auguſtini Epiſtolarum ſunt pleni, & videri poſſunt in tractatu illo Becani de Iudice ſcripturarum. Thecon: Auguſt: Becan:

Quartum; non eſt minus difficilis veritas ſupernaturalis ſcripta in Bibliis ſacris, quàm ſit naturalis ſcripta in libris profanis. Sed hæc indiget ſtudio, & ope magiſtri, ergo & illa indigebit; maiorem nemo negauit, minorem omnes, qui artes addiſcimus, experimur; quis ergo illud conſequens inficietur? Certè ridiculum eſt dicere, nullam fermè ex profanis artibus ſine difficultate haberi poſſe, poſſe autem ſcripturam. Atque huc ſpectat totum argumentum Auguſtini contra Honoratum Manichæum ſuſtinentem perſonam Hæreticorum, & gloriantem his verbis. *Scripturam cum legerem per me ipſe cognoui.* Cui Auguſtinus perſonam Catholicorum gerens, *Nullus*, ait, *imbutus poetica diſciplina Terentianum Maurum ſine Magiſtro attingere audet. Aſper etiam, Cornutus, Donatus, & alij innumerabiles requiruntur, vt quilibet Poeta poſſit intelligi.* Auguſt:

Quintum, licuiſſe ſibi, immo, & decuiſſe putarunt Philoſophi ſenſa ſua verborum inuolucris tegere, & reddere difficilia, ne vulgata vileſcerent, ſoliſque ingenioſis paterent: Cur id non

de-

deceuiſſet, & licuiſſet Diuinę ſapientię Maieſtati, vt ne contemptui ex facilitate eſſet obnoxia? Itaque Orpheus, Muſæus, priſci Theologi fabulis, Pythagoras, & Socrates Hieroglyphicis, & ænigmatibus ſua dogmata inuoluerunt, Zeno, & Heraclitus, imo Arceſilas, & Philo occultis verborum ambagibus veritates occultarunt: ac ipſe Ariſtoteles auſcultatorio dicendi genere præcipuam doctrinæ ſuæ partem de induſtria obſcurauit, vel indignante Alexandro, quod illum Theſaurum ſcientiæ obrueret, ne pateret, teſte Gellio, & Plutarcho apud Fonſecam in proęmio Methaphiſicę c. 2. Hoc vetus Academia, hoc noua teſte Cicerone in ſuis Academicis, & Auguſtino in ſuis, inſtitutum tenuit, vt dignitatem ſuam ſeruarent. An iſtorum erat doctrina pręſtantior, & pretioſior Diuina, quæ in ſcripturis continetur, vt illa occultaretur, hæc omnibus exponeretur? Certè nemo id cordatus affirmarit, ne Margaritas ante porcos temere abijci poſſe aſſeueret.

Gel: Fonſeca

Tullius Auguſtin:

Sextum; Ipſimet Hebræi, quibus multum hæretici deferre in interpretando ſolent, teſtantur ſcripturam eſſe obſcuram, & difficilem, adeo vt expectandum Elię aduentum dicant, quo demum Doctore earum intelligentiam aſſequantur, vt ſcribit Elias in Thisbe, & in Syro Chaldæo. Hac de cauſa tot commentaria excogitarunt ad exponendas ſcripturę difficultates, inter, quæ Peruſchin, & Medraſchin ſatis celebrantur. Accedit inter eos cautum eſſe, ne quis ante annos triginta primũ caput Geneſeos, & Canticum Canticorum, & initium, & finem Ezechielis Prophetæ attingeret, quòd vellent ſeruare illa arcana pro ſingulari reuerentia cuſtodita, quod obſeruat Hieronymus Epiſtola ad Pammachium. Verum hæc communia ſunt cum alijs argumenta. Ad propria venio petita ex ipſa met ſchola Hæreticorum, quos ſuo met iudicio cogam fateri ſcripturam eſſe difficilem, & obſcuram.

Eli. Rab.

Hieron:

Primo quia ipſi teſtimonia ſcripturarum diuerſis, & contrarijs ſumunt, ac exponunt ſenſibus. Vnum eſto illud, ac celebre Euchariſtiæ. *Hoc eſt corpus meum*, quo nobis Catholicis nullum eſt manifeſtius. Illud tamen Hęretici reddiderunt obſcurum. Nam Lutherus proprio; Caroloſtadius, Zuinglius, & Caluinus figurato ſenſu, ſinguli tamen diuerſimodè acceperũt. Alterum eſto adhuc inſignius propter antiquitatem diſcordiæ. *Ego & Pater vnus ſumus*, quod per ſe ſatis perſpicuum eſt, & videtur: proindeque nos Catholici eo docti ſumus, Patrem, et Filium vnius eſſe, eiuſdemque naturæ. At vero Hæretici iam olim diuerſa, et contraria opinando tenebroſum reddiderunt. Ariani negando vnitatem naturæ, affirmando diuerſitatem ſubſiſtentiarum; Sabelliani affirmando etiam vnitatem Perſonarum; ex quo patet vel obſcurum eum fuiſſe locum, vel Hæreticos in media luce caligaſſe.

Matt. 26.

Ioan: 14.

Secundo, quia apud quos multa ſũt, & diuerſa placita, ijs non poteſt eſſe vna perſpicua, & manifeſta regula ſentiendi; ſi enim perſpicua, vti lux eſſet, nemo ad eam non oculos ſuos, greſſuſque dirigeret. Videmus autem Hæreticos ſequi regulam, vt aiunt, ſcripturæ, ſectis tamen, placitiſque differre, imo totis inter ſe ſcholis diſſidere. Quod eò magis argumentum vrget, quò illi vehementius clamant nullam aliam ſentiendi regulam habere, niſi ſcripturam. Propoſitum patet inductione per omnes Hæreticorum ſectas facta. Nam Lutherani, Zuuingliani, Caluiniani, Anabaptiſtæ, Presbiteriani, Arminiani, Gomariſtæ, & cæteri, ſcripturam ducem hábere ſe clamanr. Ea tamen duce diuerſi abeunt. Quos ego inſequor hoc dilemmate. Vel ſcriptura clara non eſt, vel ipſi cæci ſunt. Vtrum malint, dicant. Primum nolunt, ergo malint ſecundum.

Tertiò: ipſi & contra nos, & contra oppoſitos ſibi hæreticos Scripturæ locis argumentantur. Hoc autem facere non poſſunt, niſi fateantur Scripturam eſſe obſcuram. Igitur Scriptura obſcura eſt. Propoſitio conſtat; Probatur

tia aſſumptio. Lux quippe contrario rarer, nec lux lucem redarguit, aut extinguit, imo iuuat, & auget. Cum enim lucernæ (cui Scripturam ſimilem dicunt) lucerna accedit, lux maior efficitur. Igitur ij argumentando ex Scriptura contra profitentes Scripturam non opponunt lucem luci, atque adeo diuerſum aliquid à luce afferunt; id enim nequit eſſe, niſi obſcurum, ergo argumentando obſcuritatem fatentur: namque ſolæ tenebræ luci opponuntur, quamuis non contrariè, ſed priuatiuè. Non eò hæc dico, quod in Scripturis tenebras eſſe velim, ſed quod velim eſſe obſcuritates, & difficultates, vnde proueniunt rationes argumentandi, quæ à luce peti non poſſunt.

Quartò: dum maximè negant nos Catholicos in Scripturarum luce verſari, ſeque in ea verſari affirmant, confirmant obſcuritatem Scripturarum. Nam negare nequeunt nos Catholicos Scripturas, & legere, & allegare: vel ergo huiuſmodi Scripturæ ſunt lux, vel non ſunt. Si dent primum, verſamur in luce, quod negant. Si ſecundum, iam ergo apud quos Scripturæ ſunt, tenebræ ſunt, ergo Scripturæ lux non ſunt? Nec enim lux patitur tenebras, atque adeo nos Catholici, dum Scripturas habemus, & interpretamur in tenebris ſumus; quod eſſe non poſſet, ſi Scriptura lux eſſet, cum vbi eſt lux, tenebræ eſſe non poſſint.

Quintò. Quæ ſunt clara, & perſpicua per ſe apparent, nec indigent alio lumine; ij autem ita cum Scripturis agunt, vt illuſtrare illas conentur, illatis tot verſionum, interpretationum, & expoſitionum voluminibus, & luminibus, ergo hoc ipſo fatentur Scripturam lucem non eſſe. Vel certe dicant illam tot librorum mole obrui, ac proinde obſcurari, & extingui, quod malumus obtinere. Sanè ſi Scriptura lux eſſet apud eos eſſe deſineret, iniecta tanta farragine, & copia verſionum.

Tandem non iam argumentis noſtris, ſed ſuis eos teſtimonijs refellamus. A capite *Hydræ* præcipuo incipiamus. Lutherus *præfat. in pſalm.* ſic ait. *Scio impudentiſſimæ eſſe temeritatis eum, qui audeat profiteri vnum Scripturæ librum à ſe in omnibus partibus intellectum.* Quò ergo impudentiæ euaſerunt Lutherani, qui totam Scripturam à ſe intelligi, & dicunt, & iactant? Et in colloquijs menſalibus fol. 2. *In Scripturis*, inquit, *vix ſcimus A, B, C, & adhuc non rectè.* Cur ergo elementarijs pueris Biblia tradunt? *Et lib. de Concil. pag. 12.* ſic ſcribit. *Ante viginti annos coactis ſunt contemnere Patrum commentaria, cum ſcriptura legenda eſſet in ſcholis, & magnò ſudare veram, & germanam ſententiam quæro.* Modeſtus vir *ſudauit, & alſit*, imo & obriguit. Illud autem eſt luculentum teſtimonium, quod narrat Aurifaber dediſſe Lutherum paulo ante mortem, cum iam viciniam ignis æterni ſentiret anno 1546. idque ſcriptum pro teſtamento reliquiſſe. *Virgilium in Bucolicis non poteſt intelligere, niſi qui fuerit quinque annis paſtor. Virgilium in Georgicis non poteſt intelligere, niſi quinque annis Agricola. Ciceronem in Epiſtolis nemo integrè intelligit, niſi viginti annis ſit verſatus in aliqua Republica inſigni.* Conſtat ergo nullum eorum librorum Lutherum intellexiſſe. Addit: *Scripturas ſanctas ſciat ſe nemo deguſtaſſe ſatis, niſi centum annis cum Elia, & Eliſeo, & Ioanne Baptiſta, cum Chriſto, & Apoſtolis Eccleſias gubernarit. Hanc non tu Diuinam AEneida tenta, ſed veſtigia pronus adora.* Vnde ſequitur Lutherum ne guſtaſſe quidem Scripturam, cum Eliæ, & Eliſei, & Baptiſtæ conſuetudine caruerit, nec ſit vnquam cum Chriſto, & Apoſtolis verſatus, imo Auguſtini, qui cum omnibus fuit, inſtitutum, reliquerit, vt cum Bora habitaret, ſed ſcimus eum ab Antichriſto Scripturarum interpretationem accepiſſe, vel ab eo potius Antichriſtum accepturum.

Palinodiam cum Magiſtro canit Brentius in Confeſſ. Vuitembergenſi cap. de ſacris Scripturis, & Kemnitius *in exam. ſeſſ. 4. & Centur. 1. Centur.*

Luther.

Aurifab.

Luther.

Brent.

Kemnit.

Centur. l. 11. c. 4. Columna 52. Ex Caluiniſtis Vvitakerus q. 4. c. 1. & Suuibrandus lib. 4. de Principijs Chriſtianorum dogmatum. Ex quibus ſic Vvitakerus, *Concedimus multa loca obſcura eſſe, & Scripturas egere explicatione, & ob hanc cauſam miniſtros Dei audiendos eſſe, & Scripturæ peritiſſimos eſſe conſulendos.*

Vvitaker.

Suuibrand. Et Suuibrandus, *Aſſerimus donum interpretationis eſſe in Eccleſia neceſſarium; fatemur enim in Scriptura multa loca obſcura eſſe, vt non tantum idiotis, ſed etiam doctiſſimis quibuſque negotium faceſſat; nec à nobis niſi in altera vita perfectè cognoſci poſſit.* Ingenioſi iuxtà, & ambitioſi ſunt hæretici. Viderunt ſi prorſus; & conſtanter negarent obſcuritatem, ſuperfluum fore ſuum Magiſterium; ne hoc igitur deſerere cogerentur (amant enim Cathedras) ita ſe gesſerunt, vt tantùm obſcuritatis relinquerent, quantũ ſatis eſſet ad Cathedras retinendas. Id autem quamuis contra iudicium ſuum dixerint minus curarunt, quod ad rationes ſuas pertinebat iudicium illud occultare, ne vulitatem amitterent. Ambiguè loqui ijs familiare eſt. Oracula ſunt quia in vtramque partem poſſunt intelligi; nempe ab Apolline didicerunt. Itaque non eſt opus noua impugnatione Hæreticorum, cum ipſi ſe, tanquam Andabatæ, vulnerent. Argumenta oportet ſoluere, & locos refutare quorum fons eſt lux illa affectata, inde enim omnia argumenta procedunt. Igitur damus ijs lucem eſſe Scripturam, ſed ſpiritualem, non corpoream; ſimilem Deo, & Verbo Dei; adeoque interdũ *inacceſſibilem.* Nempe ſupra naturam eſſe illius intelligentiam, quòd nitatur fide, quæ obſcura eſt. De qua illud verè dicitur *Credite, & intelligetis.* Falluntur hæretici, dum hanc lucem familiarem, & peruiam cum hac noſtra viſibili faciunt, quemadmodum Manichæi qui Solem hunc oculis expoſitum, Chriſtum eſſe dixerunt; non ſe hunc ille dixit Solem cùm lucem Mũdi ſe dixit, nec Scriptura lux eſſe aſſeritur corporea, cum lux eſſe affirmatur. Oportet vtrobique ſpiritum cogitare. Sed agè concedamus, ijs eſſe lucem, & Solem; Etiam hic abeſt noctibus, nec ſemper lucet. Quid? quod ſæpe nubibus obducitur, & interdum deficit, & cum patet oculos infirmos ſe intuentes non illuſtrat, ſed ferit. Præterea quot, qui in carcere, ac tenebris ſunt eius aſpectu carent? non omnes ſolem intueri poſſunt. Probent ſe Aquilas. Quid ſi nos illos noctuas eſſe probemus? non vbique Sol lucet. Eſt quibus tormento ſit, non adiumento. *Qui immittat ruptis Titana cauernis in loca infera: manes torquebit.* His immixti Hæretici viuunt inter Eumenides noctis filias; *ſedent in tenebris, & in vmbra mortis* ſecundæ.

Locis occurramus obiectis. Primus lucernæ id tantum probat; cum acceſſa fuerit, lucem daturam inter pedibus ingredientis. At oportet accendi eam, & ab eo, qui claudus non ſit, vt ea prælucente ambulare poſſit. Præterea lucerna hæc laterna eſt, atque adeo latet, nec palam lucet; qua refutantur Hæretici loco vrentes. Quid? quod ij lucernam hanc flatu ſuperbiæ extinguunt, & in tenebris manent? Quid? quod ei modium parant? Illud rectè in eos vertitur, *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Quod non oculis, ſed pedibus lucernã accendunt, nempe lucem pedibus viſuri, non oculis. In illam ergo impingunt, & cadunt, & calcant pedibus, quam in palmis geſtare deberent. Opponimus autem huic loco illum *Illumina oculos meos,* & illum *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis,* & quos pro noſtra ſententia adduximus.

Secundus locus obiectus; *Præceptũ Domini lucidum illuminans oculos* nihil conficit contra nos Catholicos; loquitur enim de præceptis, quæ ſunt perſpicua, & clara; non omnia autem, quæ ſunt in Scripturis præcepta ſunt. Quo item modo reſpondetur tertio *Mandatum lucerna eſt, & lex lux;* patet autem mandatum cum vel rationis lumine accenditur; ſunt enim præcepta legis naturalis, quæ omnibus patent, quid ergo mirum ſi ſcripta in lege Pſal. 118. Prouerb. 6

lege reſplendeant?

Loco autem quarto D. Petri redarguuntur potius, quam confirmantur, nam non dicitur ſermo Propheticus *clarus*, ſed *firmus*; nec lucet niſi attendentibus; attentio autem eſt ſtudioſa, & voluntaria. Videant cuiuſmodi lux ſit, ad quam inſpiciendam opus eſt diligentia, ac ſtudio. Lucerna quæ lucet in caliginoſo loco non omnia illuſtrat. Angulos ſæpe relinquit obſcuros, nec ad remotiora pertingit. Exiſtimo autem hæreticos longiſſime à Veritate recedere, nec eius radijs afflari. Accedit, quod tam alta caligo eſſe poteſt, vt à tenui, ac remiſſo lumine diſſipari nequeat: nebulę denſiſſimæ Soli obſiſtunt, & conſpectum, lucemque eripiunt; nec dubito quin hæretici in tenebris Ægyptiis ſpiſſiſſimis verſétur, quas palpare queant, & tangere. Hac merſi caligine, ne Solem quidem intueantur.

Teſtimonium Chriſti de Apoſtolis *Vos eſtis lux mundi*, de illorum prædicatione intelligitur, quæ lux eiuſdē cum ſpirituali doctrina naturæ eſt, explicata verbis, confirmata miraculis, expreſſa exemplis, voluntariè tamen accepta, non neceſſariò hauſta; cui luci opponuntur tenebræ Hæreticorum, quæ ſi verę tenebrę ſunt luci Apoſtolicæ opponuntur. Argumentum Sauubrandi ſic ſoluitur; maior eſt falſa, ſi vniuerſaliter de omni luce etiam ſpirituali, & metaphorica procedat. Eſt enim lux fidei obſcura, & quę Myſteriis arcanis conſtat; Minor eſt inepta, cum ſupponat ſcripturam eſſe lucem viſibilem. Conſequentia nihil colligit. Loci Deuteronomii, & Pauli agunt de præceptis, quæ non ſunt impoſſibilia iuuante gratia diuina, nec quicquam faciunt ad cauſam. Vnde corruit argumentatio Sauubrandi, quę alia ratione eſt abſurda; nam quod prope nos eſt, ſæpe non videmus, cum ſæpe cæſpitemus, & quod in ore eſt, non videamus, ſed audiamus, ideſt verba, cum loquimur. Quod ſi Sauubrandus de verbis non loquitur, dicat an viderit aliquando ſui oris cœlum, aut gulam, quæ eſt intra os. Diſcat ergo argumentari. Locus Pauli vltimus ad Corinth. probat noſtram doctrinam, cum affirmet opertum eſſe multis Verbum Dei, atque adeo lucem iis non eſſe, ſi enim lux foret videretur; quod ſi hoc à cęcitate cordis proueniat, non ſolis opus eſt oculis ad illam aſpiciendam, ſed corde, & voluntate, quibus non ſolet lux iſta, de qua loquuntur corporalis videri. Certè hæretici eam non vident; ſi enim viderent, idem nobiſcum ſentirent, & crederent.

Matth. 5

Rationibus ita ſatisfacimus; Documenta, & præcepta ad doctrinam, moreſque neceſſaria patent in ſcripturis ſecundum Auguſtinum lib. 2. de doctr. Chriſtiana, *In iјs*, inquit, *quæ apertè in Scriptura poſita ſunt, inueniuntur illa omnia, quæ continent Fidem, Spem, atque Charitatem, moreſque viuendi.* Deinde iſta ſatis à Parentibus & Magiſtris inculcantur, & abundè in Catechiſmo traduntur. Non ſemper eſt opus ad fontes ire, nec matres filiolos, cum ſitiunt, ad fontes amandant; domi habent hydrias, è quibus eos potent. Deus multa myſteria obſcura eſſe voluit, vt conſuleret maieſtati, & exerceret ingenia, & ſuperbiam noſtram frenaret. Itaque fidei reuelationem obſcuram eſſe voluit ad meritum. Ecquis enim videndo lucem mereretur? Itaque non ex Auaritia fecit, ſed ex Prouidentia; declarauit præcepta, reſeruauit myſteria. Doctores tamen, & Magiſtros dedit, qui exponerent; noluit, vt omnes Magiſtri eſſent. Tolleretur omnis diſciplina ſublata diſcendi difficultate. Neminem excuſat ignorãtia, cum lex pateat tot modis propoſita, & declarata. Multa ſunt, quæ viliter ab imperitis ignorantur, non omnibus omnibus omnia noſſe datur, nec opus eſt ad ſalutem conſequendam ſcripturas totas callere; ſed hæretici ſciunt quę non licet, quæ licet ignorant. Contendunt perſpicuas eſſe Scripturas, vt illarum ſe peritos oſtendant, & inde ſuperbiant; quam ſit hoc Chriſtianum videant. Certè Scriptura iubet, *non*

Auguſt.

 altum

Digitized by Google

altum ſapere, ſed timere.

Ad argumentum in forma propoſitum ſic reſpondetur. Scripturam conſtare verbis, & ad intelligendum eſſe factam, ſed non ab omnibus promiſcuè, ſed ab ijs, qui Sacram Scripturam teneant, eique ſtudeant; nec enim omnia verba vnius linguæ, alius eiuſdem linguæ percipit, nec vna lingua communis eſt omnibus; oportet tenere, & verba, & ſenſum ad intelligentiam linguarum. Eſt prætereà idioma ſacrum plenum ſenſibus arcanis, & diuinis, quæ opus eſt Cœleſti lumine illuſtrari, ac perſpici; alioquin omnibus erunt nota præcepta, & dogmata ſcientiarum, quod ea verbis ſignificantibus traduntur. Itaque in forma diſtinguenda Minor. Scriptura conſtat terminis ſignificatiuis, ſecundum ſe, concedo; quoad omnes, nego. Oportet ſtudere, & audire, & petere gratiam à Deo, vt rectè intelligatur. Quod ſpectat ad finem intelligentiæ, certum eſt Deum velle intelligi Scripturam, ſed modo non vulgari, ita vt naturali ſenſu percipiatur. Arduus eſt finis, & ſupra naturam noſtram, & intra gratiam. *Hæc* eſt opus ad eum conſequendum, Nemo ſine illuminatione, ac inſpiratione diuina intelligit Diuina. Orandum eſt, pulſandum eſt, vt nobis liber iſte ſignatus aperiatur.

CAPVT II.

An plures, & quot ſenſus habeat Scriptura?

SCriptura Diuina, ſicut & aliæ humanæ, conſtat verbis, & rebus per illa ſignificatis. Eo fermè diſtinguitur, quod in humanis verba ſola ſunt ſigna, res autem ſunt ſignificata. In diuina verò, & verba, & res plerumque ſunt ſigna rerum aliarum. Recepta eſt D. Auguſtini doctrina libri de Magiſtro, & libr. 1. & 2. de Doctr. Chriſtiana, quamuis ſola verba ſigna ſint propter res inſtituta, res item ali- Auguſt.

quando eſſe aliarum ſigna rerum; vti Ramus appenſus (vulgari vtor exemplo) reſpectu vini vendibilis, illius ſignum eſt, cum res ſit. Quod autem res ſint etiam ſigna verborum, acutè probat Auguſtinus lib. de Magiſtro. Si quis enim alienigena, quid ſignificet gladius ignoret, monſtratus gladius id ſignificabit, ac res erit ſignum verbi. Prætereà res pro verbis ponuntur teſte Auguſtino lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 3. quemadmodum cum Duces Romani motis Aquilis, & Draconibus ſignificabant militibus, quid ſentirent, & quid vellent, imperabant. Hinc eſt illa celebris ſignorum, apud Auguſtinum locis citatis diuiſio in audibilia, & viſibilia; quorum audibilia per verba, viſibilia per ipſas res proponuntur; eſt autem illa inter verba, & res differentia, quod nullum eſt verbum ſine ſignificatione, cum omnia ſint ad ſignificandum inſtituta; rerum verò plures nihil ſignificant, cum ſint naturâ ſua ſignificata verborum: vti apparet in hiſtoria Annibalis, quæ nihil aliud eſt, quam res geſta, & omnis fermè profana hiſtoria ſic habet. Auguſtin.

Obſeruandum primo, quemadmodum duplex eſt verbi ſignificatio, vna propria, & altera tranſlata, & ambæ ex hominum placito, ita in re; quæ aliam ſignificat duo eſſe conſideranda; naturam rei, quæ illi ineſt citra cogitationem hominis, & rationem ſymboli, ſeu ſigni, quæ illi aduenit ex inſtituto hominis. V. G. apud priſcos oliua pacem, equus bellum ſignificabat. Nempe res erat vtraque, & ſignum. Secundo, ex verbis proprijs oriri ſenſum proprium, & literalem, qui eſt primus; ex tranſlato exiſtere methaphoricum, qui eſt ſecundus, & ſupponit primum. V. G. riſus eſt proprius hominis, florum tranſlatus; hinc eſt illa propoſitio, flores rident per methaphoram. Ex metaphoris autem conficitur ſenſus allegoricus, qui eſt in ſententijs; eo enim metaphora differt ab allegoria, quod illa eſt in vno tantum verbo, hæc in multis. In rebus autem res ipſa, quæ

Digitized by Google

natura eſt; & ſignificata, fit ſignum alterius rei ex hominum inſtituto, cuiuſmodi erant ſymbola, & Hieroglyphici Aegyptiorum; & apud Romanos fuit baculus Bruti, & terra quam

Liuius l. 1.

pro matre oſculatus eſt, & Ianus, qui erat ſignum temporis. Tertio, quemadmodum vnius verbi multiplex eſſe poteſt ſignificatio, vti vocis gallus, ita etiã vnius rei variæ eſſe poſſunt ſignificationes, nam equus, apud Virgilium lib. 3. & belli, & pacis ſymbolum eſt lilium ſpei, & candoris, & breuitatis vitæ, apud Poetas. Qua de re in Rhetorica accuratè Cyprianus Suarez.

Cyprian. Suarez

Quando igitur verba ſignificant rẽ nudam, quæ ſymbolum non eſt, manent intra naturam rei, & vnicam habent ſignificationem litteralem, vti eſt Scipionis Victoria de Pœnis, quãdo autem ſignificant rem, quæ eſt ſignum alterius, retinent ſuam ſignificationem erga rem, & innuunt aliam quæ eſt rei ad aliam rem. Dico autem, innuere, quia ſignificatio illa ſymbolica rei iam ſignificatæ per vocem non eſt propria vocis; nam nomen *oliua* non ſignificat pacem, ſed rem, quę ſignificata nomine *oliuæ* ſymbolum eſt pacis; quod diligenter obſeruandum, quia ex eo pendet quæſtio de ſenſibus Scripturæ, vti apparebit, nec id video à quoquam obſeruari, cum multum faciat ad quæſtionem. Itaque affirmo ſenſum ſymbolicum à re ſignificatum non eſſe vocis, ſed rei ſignificatæ per vocem; ratio eſt, quia res quando ſunt ſymbola, & ſigna aliarum, habent ſe inſtar verborum, quatenus ab hominibus referuntur ad ſignificandas alias res pro eorum voluntate, atque adeo ſunt ſigna ex inſtituto, vti apud Romanos lapis finis milliarij, & terminus agrorum, qui lapides cum eſſent, & dicerentur, non voce, ſed re ipſa ſignificabant finem milliarij, & limitem agrorum viſui, non auditui; Idque ex placito hominũ ſic volentiũ.

Hac doctrina premiſſa venio ad quæſtionem. In Sacrã Scriptura ſunt voces, & res. Voces autem ſigna ſunt rerum, vt in alijs ſcriptis. Res autem maxima ex parte ſunt ſigna aliarum rerum, & quod rarum eſt in aliarum gentium litteris, id in ſacris frequens eſt; nam cum Deus author fuerit Scripturę, quæ eſt à Spiritu Sancto dictata, & omnis ad doctrinam fidei, morumque ordinata, voluit non ſolum verbis, ſed etiam factis homines erudire; *Quæcumque enim*, ait Paulus *ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt*. Præterea cum vetus teſtamentum ad nouum, & lex ad gratiã, & Prophetia ad Chriſtum dirigerentur, oportebat, quæ in veteri teſtamento gerebantur eſſe typos, & figuras eorum, quæ in nouo gerenda ſunt: *Omnia quippe* authore Paulo *in figura contingebãt illis*; quin imo & ipſamet verba erant figuræ, quod eius linguę author erat Deus, vti apparet in nominibus Adam, & *Eua*, & Patriarcharum, quę omnia ſymbola ſunt rerum, vti obſeruat Auguſtinus; non enim illa nomina ſolam perſonam ſignificant, ſed rem vltra perſonam, vti Abraham Patrem Gentium; quo ſpectat illud Geneſeos 2. *Quod vocauit Adam, hoc eſt nomen eius*, declarabant enim nomina naturas rerum quas ſignificabant. Hoc autem ſolus Deus, qui nouerat facere potuit, vel eius afflatu mortales, vnde apparet res eſſe figuras, & ſymbola, vbi vel ipſa nomina figuræ, & typi ſunt. Quare Aegyptii, quorũ litteræ plenæ fuerant doctrinæ moralis res in ſymbola vſurparunt, & Hieroglyphicis vſi ſunt, forte quod ab Hebræis id acceperunt. Hinc deducitur Scripturam Sacram abundare ſenſibus, cum in ea, et voces pronuntiatæ ſignificationes, et res geſtæ figuras multiplices habeant.

D: Paul:

Auguſt.

Geneſ. 2

Quot, et qui ſint ſenſus è nobilis, & vetus quæſtio eſt. Triplex diuiſio celebratur. In prima ſenſus vniuerſaliter ſumitur, & ſecatur in ſenſum litteralem, & ſpiritualem; ceu membra oppoſita, & diuerſa. Oppoſita vti cum Paulus dixit: *Littera occidit, ſpiritus autem viuificat*. qua ratione Iudæis accidit, qui multas Prophetias de Chriſto nolunt intelligi, quod

Paulus.

ſoli

Digitized by Google

ſoli litterę adhærent, vti agnus Paſchalis, & ſerpens æneus, quæ cum ſint Chriſti ſymbola. Iudæi de Chriſto nolunt accipere, quos ob id re-
Athanaſ: prehendit Athanaſius ſerm. In illud Euangelij *profecti in pagum*. Diuerſa: vti cum Paulus dixit Agar, & Saram Vetus, & Nouum teſtamentum ſignificare, & petram ligno percuſſam Chriſti crucifixi ſymbolum eſſe; vti
Auguſt: obſeruat Auguſt. *lib. 4 de Gen. ad litt. cap. 4.* qui plura exempla adducit. Ratione horum ſenſuum dicitur Scriptura; *Liber ſignatus intus, & foris*.
Hieron: Ezech. 2: Apocal. 5 Philo. Nazian. Ezechiel. 2. & Apocal. 5. Interprete Hieronym. Eos autem Philo lib. de vita Theorica, & Nazianzenus ad Neſium comparant Corpori, & animæ, vt litteralis ſit inſtar corporis, ſpiaitualis inſtar animæ. Eſt autem in hac diuiſione ſenſus litteralis omnino grammaticalis inhærens litteræ, & ſignificationi litterarum, & vocum præcisè, veluti cum Agar ſignificat ſeruã, & Sara Dominam eius; ſpiritualis vltra litteram tendit, & tranſit ad ſignificationem ſpiritualem, qua Agar ſignificat vetus; Sara nouum teſtamen-
Gregor: rum; qua de re optimè Gregorius 2. Moral. cap. 5. *Sacra Scriptura dum narrat textum, prodit Myſterium*; Sensum huiuſmodi ſoli litteræ addi-
Hieron: ctûm acutè, carnem dixit Hieronymus
Auguſt: *in Comment. ad Galat.* quo ſpectat illa ſententia Auguſtini *lib. 3. de Doctrina Chriſtiana cap. 5. Cauendum eſt, ne figuratam locutionem ad litterã accipias; cum enim ita accipitur, carnaliter ſapitur*.

Secunda diuiſio eſt: ſenſus litteralis, in proprium, & figuratum: ille ex verbis propriis oritur, hic ex transla-
Auguſt. tis; de quibus Auguſtinus *lib. 2. & 3. de Doctrina Chriſtiana*. Exemplo ſit locus, *Non alligabis os boui trituranti*, qui propriè de boue, translatè de Miniſtro Euangelii laborante dicitur
D: Paul. authore Paulo 1. ad Cor. 9. Eſt aliud inſigne exemplum in voce *Principium*
Geneſ. 1. Geneſ. 1. *In principio creauit Deus Cælum, & terram*. Ibi enim principium pro initio temporis propriè ſumitur, & translatè pro Verbo Diuino filio Dei, & vtrumque ſenſum litteralem
Auguſt: eſſe vult Auguſtinus; à quo is locus ſæpè vſurpatur; ex quo apparet ſenſum figuratum eſſe ſpeciem litteralis, vti riſus florum, cum tropicus ſit, litteralis eſt tamen, dum metaphoram accipit à riſu hominis; deinde quis negat *Oues* propriè ſignificare pecora, & tamen oues in verbis Chriſti Ioan.10.
Ioan. 10. *Oues meæ vocem meam audiunt* translatè acceptæ litteralem ſenſum efficiunt, cum eo tantum Chriſtus loqueretur; nec enim de pecore loquebatur. Multa huiuſmodi exempla affert Auguſtinus *lib. de Geneſ. ad litter 8. cap. 4. & 5.*

Tertia partitio eſt celeberrima in litteralem, allegoricum, tropologicum, anagogicum. In qua litteralis ſumitur præcisè pro grammaticali, & proprio, vti diſtinguitur à tranſlato, & figurato, cuiuſmodi eſt hiſtoricus V. G. librorum Regum; quo exẽ-
plo vtitur Auguſtinus. Hi autem qua- Auguſt.
tuor ſẽſus, & ſi ab antiquioribus Patribus, præſertim Auguſtino *lib. de Geneſ. imperfecto. & 1. de Geneſi ad litteram c. 1.* his fermè nominibus appellarentur, à nemine tamen clarius
expreſſi, quam ab Eucherio *lib. de for-* Eucher:
mis ſpiritualibus. *Quatuor ſunt*, inquit, *Diuinarum expoſitionum genera Hiſtoricum, Tropologicum, Allegoricum, & Anagogicum*, eoſque ibi perſpicuè diſtinguit, & exponit. Cuius ore lo-
quitur Adhelelmus *lib. 4. de laudibus* Adhelel.
Virginitatis, ea ratione, qua D. Tho- D: Thom:
mas 1. *p. q.* 1. *a.* 10. quem Scholaſtici ſe-
quuntur. Auguſtinus his quatuor Auguſt:
duos addit ſenſus *lib. de Geneſi imperfecto, cap. 2.* Analogicum, et Aetiologicum; Analogicum, quo veteris, et noui teſtamenti congruentia demonſtratur. Aetiologicum; cum dictorũ, factorumque cauſæ redduntur; rectè quidem; ſed hi accedunt potius ſenſibus, quam noui ſenſus ſunt. Idcirco S. Thomas eorum non meminit, cum ſenſus Scripturæ diuiſit, et expoſuit.

Litteralis igitur ſenſus, ideſt grammaticus, vel hiſtoricus, is eſt, quem voces naturales reddunt, vel ſtatim di-

citur,

Digitized by Google

eitur. *Vixit Adam; Genuit Sem, Sacrificauit Noe; Iudicauit Samſon, Regnauit Saul*. Allegoricus is, qui voces, vel rem ad figuram refert; voces, vt agnum, leonem, petram ad Chriſtū, Oues, & Hædos ad electos, & reprobos reducit. Tropologicus, qui ad doctrinam morum litteram confert; vti cum Chriſtus *Volatilia Cœli* ad noſtram fidem confirmandam, & ſollicitudinem auferendam propoſuit; & cum *lilia* ad doctrinam Prouidentiæ Diuinę conuertit. Anagogicus eſt is, qui rem temporalem ad æternæ beatitudinis ſignificationem reuocat. Quo ſenſu *Hieroſolyma terreſtris* cœleſtem patriam, *& requies in terra promiſſionis* Sāctorum beatitudinem ſignificat.

Vnus adhuc ſupereſt ſenſus, qui dicitur per accōmodationem, quando vnus locus ob ſimilitudinem trahitur ad alios, non quòd ipſe typus ſit alterius, ſed quòd ei accōmodari ita poſſit, vt in rem videatur quadrare; quemadmodum ſolet *Eccleſia* facere in Epiſtolis Miſſæ, & in lectionibus, & antiphonis, & reſponſoriis Breuiarii accommodando Sanctis Nouis, quę de veteribus Scriptura dicit: cu-

Eccleſ. 44.

iuſmodi eſt illud: *Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi.* Quod cum de vno ſit dictum, imo & alios videatur excludere, ad plures tamen trahitur, & accommodatur; ſed de hoc ſenſu infra latius. Manet ergo quatuor eſſe apud Catholicos Scripturæ ſenſus; Litteralem, Allegoricum, Tropologicum, Anagogicum. Qua ratione Animalia Ezechielis, & Euangelia quatuor notæ, & ſigna dicuntur; nam quatuor animalia, & Euangelia quatuor hos ſenſus referunt, niſi fortè ab iis repræſentan-

Ezech 1.

tur. Nec deſunt, qui putent quatuor latinæ Eccleſiæ Doctores his quatuor ſenſibus reſpondere. Rem exponamus. Primum animal Hominis faciem gerens Matthæum repræſentat; eſt autem homo ſymbolum litteralis ſenſus. Leo, qui Marcum refert gerit typum ſenſus allegorici; Bos, qui Lucę figuram agit tropologicum adūbrat. Aquila, quæ Ioannem reddit, Anagogicum exprimit. Qua item ratione Hieronymus Matthæo ob litteralem; Ambroſius Marco ob allegoricum; Gregorius Lucę propter tropologicum; Auguſtinus Aquilæ propter anagogicum comparantur. Tandem hi quatuor ſenſus vulgaribus verſibus celebrantur; quos quia hæretici irrident, volo proponere, & probare, vt ijs doleant oculi.

Littera, geſta docet; quid credas,
Allegoria;
Moralis, quid agas; quò tendas,
Anagogia.

Nos vno includimus.

Geſta, fidem, mores, cœlum: Scriptura reponit.

De ijs ſenſibus perſpicuè, & accuratè D. Thom. *p. p. quæſt. 1. art. 10.*

D. Thom.

Et quidem hueuſque omnes Catholici Scholaſtici Doctores cum Patribus conſentiunt. Ab his Hæretici primum, mox à ſe quoque diſſentiunt.

Porphyr.

Igitur Porphyrius, apud Euſebium *lib. 3. cap. 17.*

Celſus.
Moy: Barcepht

Celſus, apud Originem *lib. 4.* & antiqui Hæretici, apud Moyſen Barcepham *lib. 1. de Paradiſo cap. 3* multitudinem ſenſuum negarunt.

KiKerm:
VvitaKer
Morton:
Hunnius:
Sauubran.
Eraſm:

Secuti Kikermannus in Syſtemate *Theologico 1. cap. 9.* Vvitaker. *q. 5. c. 2.* Morton. *lib. 5. Apolog.* Hunnius *lib. 3. de principijs 3. Controuerſia*. Suuibrandus c. 10. Omnibus pręluſit Eraſmus in pſalmum 22. vbi irridet quadrigam iſtam ſenſuum, & ſubſannat D. Thomam, & Lyram eam inuehentes, & reprehē-

Lyra

dit verſus illos a nobis prolatos, & à priſcis Theologis celebratos; & in Comment.

D. Dion.

Super D. Dionyſium vocat doctrinam allegoricam, *otioſorum hominum ſtudium*, & ait D. Dionyſium ludere in allegorijs. Probare ſuā hæreſim multis contendunt, ſed vitrea fracta ſunt; nec opus eſt cum his hominibus argumentari, cum ipſi ſibi contradicant, ſeque expugnent.

Biblia Anglicana

Nam Biblia Anglicana excuſa an. 1576. in Epiſtola ad fratres Anglię, Scotiæ, et Hibernię plures in Scriptura ſenſus eſſe affirmant.

Geneuenſ:
Zanch.

Idem ſentiunt Geneuenſes in diſputatis Geneuę. Præterea Zankius de Sacra Scriptura; Sauubrandus item, et VvitaKerus à ſeipſis de-

ficiunt

ficiunt, faſſi Scripturam typicam eſſe, et figuratam atque adeo præter litteram myſteria ſignificare.

CAPVT III.

Quæ & qualis ſit iſta diuiſio in quatuor ſenſus, & an ſit adæquata?

OMnes hanc diuiſionem Catholici aſtruunt: ſed cuiuſmodi ſit variè exponunt. Primo igitur quærітur quid ſit diuiſum? ſecundo, an genus ſit? Tertio, an membra diuidentia ſint ſpecies, & quæ? Quarto an ſit iuſta, & adæquata in hæc membra diuiſio? Quoad primum communis ſententia eſt, eſſe ſenſum genericè ſumptum, prout communis eſt ad litteralem, & myſticum; de quibus redit quęſtio: vtrum diuidantur in alias formas, ſeu ſpecies? Et quidem myſticus in tres illos diuiditur, Allegoricū, Tropologicum, Anagogicum. An litteralis diuidatur? quæſtio eſt. Sunt qui negēnt plures eſſe litterales ſenſus

Medina Ribera cum Medina *lib.6. de recta in Deum fide cap.25.* & Ribera *cap.11. Oſeæ.* Verum communis eſt affirmantium ſententia

D. Auguſ. cum Diuo Auguſtino *lib. 12. confeſſ. c.30. & 31. & lib.11. de Ciu. cap.19. & lib.3. de doctrina Chriſtiana cap.27.*

D. Thō & Diuo Thoma *prima parte q.1. ar.10. & quæſt.4. de potentia art. 1. & in 4. diſt 12. art.2.* Cuiuſmodi

Paul. Bur. ſunt Paulus Burgenſis in additione ſuper vtrumque prologūm Lyrę.

Caſtro Caſtro *lib.2. contra hæreſes c.3. & lib.2. de S. Scriptura.*

Abulenſis Abulenſis *in c.13. Matth. q. 28.*

Bellarm. Bellarminus *lib.3. c.3.*

Grauina Grauina *lib.4. de præſcription. controu.2. generali art.2.*

Vaſquez Vaſquez *in 1. p. diſp.17. c.2.* Multi autem loci in exemplum afferuntur: Illi celebriores ſunt. Primus

Pſal. 2. pſalmo 2. *Filius meus es tu ego hodie genui te.* qui de æterna Verbi Diuini generatione, & temporali eiuſdem incarnatione, natiuitate, & reſurrectione, ideſt tripliciter, ſumitur. Intellexit enim de Incarnatione D. Paulus, & de Reſurrectione *Act. cap.13. & ad Heb. 1.* Act. 13. Ad heb: 1. Secundus *Geneſeos 1. In principio creauit Deus*; Geneſ 1: nam illud nomen *principium* ſignificat initium temporis, initium rerum, & Filium Dei, qui principium Ioan. 8. dicitur; *Ego principium qui & loquor vobis.* Ioan. 8. Tertius Iſaiæ 53. Iſai: 53: *Verè languores noſtros ipſe tulit*, vbi languores tum pro peccatis noſtris, pœniſque ijs debitis, tum pro morbis corporalibus, quos ſanauit Chriſtus apud Matthæum cap 8. ponuntur, qui Matth: 8. Euangeliſta eum locum de Chriſto ſanante languidos intellexit. Quartus eiuſdem eodem capite; *Generationem* Iſai: 53: *eius quis enarrabit?* cuius duplex eſt ſenſus, alter de generatione æterna ex Patre, alter de temporali ex Virgine. Quintus Danielis 9. *Et erit in templo abominatio deſolationis*, qui de Dan: 9. Antiocho Epiphane Rege, & de vaſtatione templi ſub Tito, & de Antichriſto trifariam ſumitur; qui loci cum ab omnibus fermè recipiantur, à Vaſquez Vaſquez tamen diſp. 18. vno excepto reijciuntur, quòd nolit eos duplicem ſenſum litteralem habere. Itaque vnum tantum, quamuis ægrè admittit, in quo illum probare non poſſum; ſi enim iſtos locos non admittat, vix ſuam poterit exemplis tueri ſententiam, quæ ſanè his eliſis nutabit, & corruet; ſed has de re mox accuratius, nunc aliud agito;

Qui ſit ſenſus litteralis? Hæc enim eſt cauſa, & caput quæſtionum. Prima ſententia, & communis eſt, eum eſſe litteralem ſenſum, quem voces immediatè ſignificant, ideſt, grammaticum. Cum autem vocum duplex ſignificatio ſit, propria, & tranſlata, vt patet in voce *riſus*, qui in homine proprius, in flore translatus eſt, an vterque ſit litteralis? ambigitur. Primus videtur eſſe litteralis, ſecundus non ita, cum ſit alienus, & à primo in alium mutetur. Hoc tamen non obſtat, quo minus ſit etiam litteralis, cum ſignificet ex inſtituto hominum, qui voluerunt vocem illā à proprio ſenſu transferre, vt venuſtius, & elegantius dicerent. Vnde translatio nihil detrahit de propria ſignificatione, ſed ei

addit

Digitized by Google

addit aliam, quæ methaphorica ſit, litteralis tamen. Ita duæ erunt ſpecies ſenſus litteralis, vna proprij, altera tranſlati; nam ſignificatio riſus prima, & propria eſt hominis viua, & animata, ſecunda florum tranſlata, muta, & inanimata. Afferamus vtriuſque in ſacris litteris exemplum. (Geneſ.1) *Creauit Deus hominem: maſculum, & fæminam fecit eos*. Hæc ſunt generis proprij; illa tranſlati. *Os ex oſſibus meis, Caro de carne mea: erunt duo in carne vna*. Iterum. *Leo de Sylua* proprius, *Leo de Tribu Iuda*, tranſlatus.

Animaduerto tamen in verbo tranſlato perire proprium ſenſum; nec eſt enim verum Leonem proprium eſſe in homine, cum dicitur Leo eſt; nec riſus eſt in floribus, cum dicimus flores rident. In rebus autem quando ſunt ſigna aliquanta diuerſitas eſt; quia res ſecundum ſe nihil ſignificat, ſed muta quędā natura eſt, vti lapis, & lignum; quæ quando ſumuntur ad ſignificandū retinent ſuam naturā, ſed transferuntur in ſymbolū, quod eſt extra naturā rerum, quæ non in ſe, & vt aiunt, phyſicè, mutatur, ſed ex inſtituto traducitur ad ſignificandum, & moraliter tantum, & extrinſecè mutatur. Petra virga Moyſi percuſſa cum produxit aquam, & ſerpens ęneus erectus, cum aſpicientes ſanabat; & Chriſti ſymbolum erat, nihil de natura ſua amiſit. Nec agnus Paſchalis, aut manna cum ad Crucis, & Euchariſtiæ myſterium ſunt tranſlata, tales naturæ eſſe deſierunt.

Igitur litteralis ſenſus eſt, qui patet in verbis, & rebus; myſticus, ſeu ſpiritualis, qui latet in ijſdem; veluti cum dicimus, Leo, ſenſus vocis patens eſt *Fera*, latens *Homo fortis*. Sunt autem ambo litterales iuxta placitum loquentis.

Hæc de verbis, & rebus. De ſententijs, & geſtis eadem eſt ratio; ſunt enim integræ ſententiæ, & hiſtoriæ, quę propriè, & hiſtoricè, ſunt quæ myſticè, & ſpiritualiter, ſunt quę vtroque modo ſignificent. Illa Geneſis 24. (Geneſ.24) *Palearum, & fæni multum eſt apud nos* propria eſt ſententia. Illa vero. *Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum*. Metaphorica eſt, & Myſtica; nec enim Deus, vel oculos, vel aures habet. Illa: *Ex Aegypto vocaui filium meum*, & eſt propria de populo Iſrael, & myſtica de Chriſto intellecta. Ex his apparet aliquando vnum tantum eſſe litteralem, & proprium ſenſum, vti in prima ſententia de paleis, & fæno, quæ non videtur habere alium; & vnum item litteralem tranſlatum, vti in ſecunda; nam Deus oculos, & aures propriè non habet, habet metaphoricè; aliquando ambos, & proprium, & tranſlatum, vti in tertia ſententia, in qua filius propriè de populo Iſrael, de Chriſto myſticè accipitur; Aduerto autem hiſtoriam Scripturæ ferè ſemper ſenſu proprio, & grammaticali accipiendam eſſe; vti eſt Regum hiſtoria libris quatuor, & duobus Paralipomenon contenta.

Igitur non omnis, nec ſolus proprius ſenſus verborum, & ſententiarum eſt litteralis. Non omnis; quia vidimus Deum dici habere oculos, & brachium, & dolere, & indignari, cum hoc ſit falſum in proprio ſenſu. Non ſolus, quia in tertio exemplo vidimus populum Iſrael, & Chriſtum filium vocari. Vnde rectè Lyra obſeruat (Lyra) hunc grammaticalem ſenſum multoties in Scriptura deſiderari, & multos eo locos carere, qui intelligi grammaticè, & propriè nequeunt; quare hic litteralis non eſt ſenſus. Quis ergo ſit inquirimus. Et quidem D. Thomas (D.Thō) *1. p. q. 1. art. 1. & in corpore, & ad 3* ſecutus Patrum, præſertim Auguſtini doctrinam ſtatuit eum eſſe, quem *Deus ſacræ ſcripturæ author intendit*; quę communis Theologorum ſententia eſt, & Abulenſis (Abulenſ:) *in c. 13. Matth. q.* 28. Sixti Senenſis *lib. 3. Biblioth. c. 2.* & Pauli Burgenſis (Paul:Bur) in additione ad vtrumque prologum Lyrani, & alij quos citat, & ſequitur Vaſquez (Vaſq:) *d. 15. c. 3.* & Suarez (Suar.) *d. 5. de fide*. Ex quo ego deduco litteralem ſenſum non eſſe grammaticalem; nam hic ſæpe eſt extra mentem Authoris, cum ſignificet res propriè in grammatico ſenſu; quod ſi grammaticalis dicatur me-

taphoricus, iam tum non dicitur propriè grammaticalis, ſed rhetoricus, & allegoricus, V. G. ſi illa verba *oculi, brachium. aures, manus Dei* ſumantur vti ſonant, ille eſt ſenſus propriè grammaticalis, qui nõ eſt intentus à Spiritu Sancto; ſi autem ſumatur pro prouidentia, potentia, & actione Dei, tunc metaphoricè, & allegoricè dicuntur, atque adeo ad mentem Spiritus Sancti; qua in re obſeruãdum, ſenſũ iſtum grammaticalem eſſe veluti naturalem, cum ſit ab hominibus impoſitus ad ſignificandas res naturales, & geſta, vti in rerum natura acciderunt, quorum narratio verbis illis exponitur. Eſt autem iſte ſenſus grammaticalis etiam intentus, & directus à Deo, & tanquam materialis reſpectu rei ſpiritualis, ideo illum materialem ſenſum ſuperius appellaui.

Hac, quæ omnino vera eſt, ſuppoſita doctrina, ſtatuo ſenſum grammaticalem interdum eſſe litteralem, interdum non eſſe; nam quando continet phraſes, quæ non poſſunt eſſe iuxta mentem Spiritus Sancti veræ, vti in allatis proximè exemplis vidimus, nõ poteſt dici ſenſus Scripturæ: quando autem ſignificat res geſtas, & alias materiales, quæ veræ ſunt, & verè dicuntur, vti eſt hiſtoria Regum, tunc eſt ſenſus à Spiritu Sancto intentus, tanquam materia, & fundamentum ſenſus ſpiritualis. Vnde rectè dicit Auguſtinus lib. 83. quæſtionũ quæſt. 65. hiſtoricum ſenſum nõ perire, quando cum allegorico iungitur. Et affert exemplum Iſmaelis, & Iſaac, quorum hiſtoria ſignificat duo teſtamenta, & Lazari mortui, & ſuſcitati, qui eſt typus pænitentiæ. Auguſti

Hinc ſequitur omnes ſenſus allegoricos, & myſticos, qui ſunt ad mentem Spiritus Sancti, qui eſt author Scripturæ, eſſe litterales. Patet; quia ille eſt ſenſus litteralis Scripturæ, quem author intendit, ſed Spiritus Sanctus eſt author Scripturæ, ergo quos ſenſus ſpiritus intenderit, ij erunt litterales. Conſtat Syllogiſmus, ſi conſtet, qui ſint ſenſus ab eo intenti; nõ eſt autem dubium eſſe ſpirituales; hi autem sũt illi tres, Allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus; ergo hi ſunt etiam litterales. Vnde conficitur ſub litterali ſenſu contineri, & hunc eſſe genus ad alios tanquam ad ſpecies. Hæc ratiocinatio mihi videtur demonſtrationem includere.

Duo tamen obſtant; primum nouitas, quia nemo vnquam ante me dixit hos eſſe ſenſus litterales, imo nemo non dixit ſenſum litteralem eſſe ſpeciem ab illis myſticis contra diuiſam, cum omnes numerent quatuor ſpecies, litteralem, allegoricum, tropologicum, anagogicum, quod ſi nos modo dicimus litteralem ſenſum eſſe genus, duo noua dicimus, nempe genus eſſe, quæ erat ſpecies, & alios tres ſenſus naturam amittere, & è myſticis in litterales tranſire. Secundum, hanc noſtram ſententiam placituram hæreticis, qui ſenſus myſticos irrident, & litteralem tantum ſenſum in ſcriptura eſſe contendunt, quos proximo capite citauimus; quibus addo Rullum Baſileenſem *diſp.* 5. *de verbo Dei c.* 277. vbi ſic, *figmentum*, inquit, *ſcholaſticorum de quadrupulcis ſcripturæ ſenſu repudiamus*; his ergo nos videmur conſentire hac noſtra, & inſolenti ſententia. Rul. Baſ.

Reſpondeo tamen tutus, & certus; me rectè, & cum Patribus, & D. Thoma ſentire, & omnino ab hæreticis diſſentire. Admitto enim omnes hoſce receptos in Eccleſia ſenſus myſticos, quos reijciunt hæretici, Allegoricum, Tropologicum, & Anagogicum, imo & eos litterales dico, quo magis Hæreticis contradico, meque ijs fortius oppono, cogoque fateri hos ſenſus, quos illi ea ratione negant, quod nullum ſenſum, niſi litteralem volunt, vt apparet ex Vvitakero *q.* 5. *cap.* 2. & Mortono *lib.* 5. *Apologiæ*; & Rullo *diſp.* 5. *de Verbo Dei c.* 277. Hos igitur cum ego litterales eſſe probem, negandi rationem Hæreticis aufero. Præterea ſenſum illum primum litteræ inhærentem proprium, & hiſtoricum prorſus aſtruo, & grammaticalem appello, & eò tantum differo, quod quem communiter ſenſum litteralem Vvitak. Morton. Rullus

ap-

appellant, ego grammaticum dico,& nomine litteralis, tum iſtum, tum myſticos ſenſus afficio, illumque genus ad quatuor haſce ſpecies conſtituo; in quo nihil eſt, aut temere, aut ineptè dictum, imo omnia ex doctrina Patrum ſunt deſumpta.

Et quidem Patres omnes docent Scripturam myſticos, & ſpirituales habere ſenſus, eoſque rectà intendi à Spiritu Sancto, eoſque eſſe plures; ex quo apparet illos eſſe litterales. Hæc tria conſtant, & expreſsè tradit
Nazianz. Nazianzenus in Apologia; vbi ait. *Cantica canticorum, & alia huiuſmodi ſecundum litteram detrimentum afferre*
Chryſoſt. *poſſe*. Et Chryſoſtomus *homil.37. in Geneſ.* vbi ſic. *Scripturæ mos eſt, vt in paratis verbis plurima ſæpe multitudo*
D. Aug: *ſenſuum inueniatur*. D. Auguſtinus ſæpe, ac perſpicuè. Dò vnum locum *lib. contra mendacium c.10.* in quo ita. *Omnes parabolæ, & figuræ non ad proprietatem accipiendæ ſunt*. Et infra *locutiones, actionesque Prophetarum ad ea, quæ verè ſunt intelligenda referendæ ſunt*. Qui Patres negant has Scripturas eſſe ad litteram accipiendas; vnde ſequitur ſenſum earum vernm, & germanum eſſe myſticum; hic erit litteralis; alioqui manebunt ſine vllo ſenſu litterali. Id autem manifeſtè do-
D.Th: cuit D. Thomas quod *lib.7. q 6. a.15.* his verbis. *Totum id ad ſenſum litteralem pertinet, quod ex ipſa verborum ſignificatione rectè accipitur*. Accipitur autem triplici illo modo, Allegorico, Tropologico, & Anagogico; ergo triplex eſt ſenſus litteralis. Idem habet eodem articulo ad 5. vbi affirmat *ſignificationem, quæ per ſimilitudines Propheticas deſignatur eſſe litteralem*; hæc authoritatis ſunt.

Probo autem manifeſta ratione, omnes hos ſenſns myſticos, eſſe litterales. Conſtat vnum locum Scripturæ poſſe habere plures ſenſus litterales. Hi autem non poſſunt eſſe niſi myſtici, ergo hi ſunt litterales. Maior eſt certa, eamque ſupra multis authoribus oſtendimus, præſertim Auguſti-
D. Th: no, & D. Thoma, quem ſequuntur Doctores ſcholaſtici *ad 1.p. q.1.a.10.* minor patet; quia litteralis ſenſus prout diſtinguitur à reliquis eſt vnus tantum, & incapax multorum, cum inhæreat litteræ, quæ vnius tantum materialis ſignificationis eſt. Ergo ſi hic tantum litteralis ſit, vnus erit, non plures ſenſus litterales; quæ ratio altera demonſtratio videtur.

Exempla vero locorum, qui plures habent litterales ſenſus, multa ſunt apud Auguſtinum libris à me capite Auguſt:
ſuperiori adductis; præſertim *lib. 12. confeſſ. c.30. & 31. & lib. de Geneſ. ad litteram imperfecto, & contra Manichæos*. Afferunt ea Bellarminus *lib.3.* Bellarm:
c.3. & Grauina *lib.4. præſcription. à* Grauin:
fol.457. & Vaſquez *diſp.18. in 1. parte* Vaſq:
& ſanè quos ex hoc authore adduximus, omnes ij ſunt litterales loci, multiplici litterali ſenſu abundãtes, quamquam ille inuitus repugnet. Inter quos eminet ille. *Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Qui de generatione æterna Verbi, de Incarnatione temporali, de reſurrectione eiuſdem poſt mortem triplici modo ad litteram intelligitur.

Supereſt ſenſus per accomodationem, qui eiuſmodi eſt; quando vnus locus Scripturæ trahitur ad aliquam rem ob ſimilitudinem, quam cum illa habet illuſtrandam, ita vt vnus alteri applicetur locus, ac ita accommodetur, vt inuicè ſibi reſpondeant. Exemplum illius vulgare eſt illa Eccleſiaſt. Eccl.44:
44. de Noe ſententia. *Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi*, quam Eccleſia multis ſanctis ſolet accommodare; volunt autem authores quidam cum Vaſquez *prima* Vaſq.
parte diſp.14. c.1. hunc ſenſum non intendi, nec dirigi à Spiritu Sancto, ſed ab accommodante proprio marte fieri; qua ratione is ſenſus Diuinus, & ſpiritualis eſſe non poteſt, niſi forte ab eo, qui Spiritum ſanctum habeat, accommodetur; quæſtio igitur eſt, vtrum huiuſmodi ſenſus ſit in Scriptura?

Prima ſententia eſt affirmans Ian- Cor. Ianſ.
ſenij in concordia Euangelica cap.11. qui ait locos illos Oſeæ.1. *Ex Ægy-* Oſea 1.
pto vocaui filium meum. Et Iſaiæ 29. *Populus hic labijs me honorat*. Et Iſaiæ Iſai: 61

6. Auditu audietis, & non intelligetis.
Pſal:77: Et pſalm.77. *Aperiam in parabolis os meum*, nec litteraliter, nec myſticè eſſe intelligendos, ſed ab Euangeliſta
Matth. 2: &15:&13: Matthæo *c.2. & c.15. & 13.* vbi citantur per accommodationẽ accommodari. Secunda negat hos locos dici per accommodationem, quòd omnes ſint à Spiritu Sancto ad Chriſtum relati; atque adeo eſſe vel litte-
Abulenſ. rales, vel myſticos. Ita Abulenſis *q. 77. ſuper Matth. c.2.* Tertia ſententia media eſt, & ait quoſdam locos eſſe per accommodationem, quoſdam non
Iſai:29: eſſe; eſſe illos duos; *Populus hic labijs me honorat*. Iſaiæ 29. & Matth. 15.
Matth:15: *Et auditu audietis, & non intelligetis*. Iſaiæ 6. Matthæi 13. non eſſe illos:
Pſal 77: *Aperiam in parabolis os meum*. Oſeę 1.
Oſeæ 1. Matth 2. Itaque duos illos priores eſſe accommodatos, poſteriores myſticos. Ita Vaſquez *diſput. 14 cap. 4:*
Vaſq. Grauina *& 5* & Grauina *lib. 4. præſcription. fol* 475.

Mihi illud videtur: nullum omnino eſſe ſenſum in ſacris litteris accommodatitiũ tantùm, ex ijs, qui ad aliud à Sacris Euangeliſtis, & Apoſtolis referuntur; ſed omnes eos eſſe vel litterales, vel myſticos in communi ſententia, & in noſtra propria litterales. Id autem ſic probo. Spiritus Sanctus author erat omnium illorũ ſenſuum, eoſque ad futura dirigebat, & prouidebat eos à ſacris ſcriptoribus eſſe myſterijs applicandos, & accommodandos, ergo voluit illos ſenſus intendere, dirigere, & accommodare; ſi autem voluit, iam omnes illi ſunt ſpirituales, & intenti à Spiritu Sancto, ergo Diuini, & Diuinitus afflati; & quidem de ijs locis vbi Euangeliſtæ dicunt id factum eſſe, vt impleretur, *quod dictum eſt per Prophetam*, nemo ferme dubitat, quin ſint litterales, vel myſtici, vel accommodatitij. De alijs dubitant, quamquam pauci ſint in Euangelio, qui illa clauſula, vel ſimili careant.
Vaſquez Vaſquez vnus eſt ex ijs, qui ambigunt de duobus locis. Alter eſt
Iſai:29: Mat:15: illc: *Populus hic labijs me honorat* Iſaiæ
Iſai.6: 29. Matth. 15. Alter: *Auditu audietis*
Mat: 13: *& non intelligetis*. Iſaiæ 6. Matth. 13.

Ego autem miror, quòd de his quiſquam ambigat; nam de illo primo ita Chriſtus Matth. 15. *Benè prophetauit* Mat:15:
de vobis Iſaias: Populus hic &c. Erat ergo prophetia de futuro, & ad Chriſti tempus relata, non igitur erat per accommodationem, ſed per directionem factã in Propheta à Spiritu Sancto; quod miror Vaſquez negare dum non vult Prophetam de illo populo, quem tunc increpabat Chriſtus, propheraſſe. Et multo magis miror noluiſſe eum alterum locum *Auditu audietis, & non intelligetis*: litteraliter aut myſticè, ſed per accommodationem intelligere, cum Chriſtus manifeſtè Matth. 13. dicat; *adimpletur in eis* Mat:13:
prophetia Iſaiæ dicentis, Auditu &c. Itaque affirmò omnes hos ſenſus eſſe vel litterales, vel myſticos de communi, de mea autem ſententia litterales. Vnde non ſequitur quando alij ſcriptores non Canonici, vel concionatores locos Scripturæ ſacræ in res ſuas trahunt, & accommodant, eorum ſenſus eſſe Diuinos, & à Spiritu Sancto intentos, cum multum interſit inter ſcriptorem ſacrum, & non ſacrum, Canonicum, & vulgarem.

Ad calcem animaduerto, quando Sacer textus dicit *Scripturam eſſe impletam*, non per accommodationem dicere, ſed ſenſu, vel myſtico, vt communiter authores volunt, vel litterali, quemadmodum affirmat Abu-
lenſis *in cap.* 13 Matth. *q.* 28. quem etſi Abulenſis
in eo lapſum Vaſquez dicat *d.* 14. *c.* 4. Vaſquez
cum illo nos tamen labi malumus, quam cum Vaſquez in gradu conſiſte-
re, præſertim cum Lyram ſibi con- Lyra
trarium habeat Vaſquez *in 2 prologo Bibliorum*, imo & D. Thomam ſuper D: Th:
Matth. c. 2. quem ſequitur Grauina Grauina
fol. 475. Nec eſt, quod Vaſquez nos vrgeat teſtimonio Ioannis Apocaly. 11. de Elia, & Enoch accipientis locum Zachariæ 4. *Hi duo ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra*, quamuis enim
Zacharias de Ieſu Sacerdote, & Zo- Zachar:4:
robabele loquebatur, tamen de Elia, & Enoch prophetabat, vti Lyranus
docet, & Stunica, & Grauina teſtan- Stunica
tur.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT IV.

Quod ſit optimum genus interpretandi?

CVm Scriptura obſcura, & alta, eiuſque ſenſus multiplex ſit, non cuiuis, aut illa tota, aut omnes illius ſenſus patent. Itaque interpretatione ad intelligentiam opus eſt. Lutherus hoc præfracto ſuo ingenio,
Luther &duro ore negat. Fatetur tamen multos eam latere, nimirum, vel impios impudentes, vel pios imprudētes, vel pios ex permiſſione Dei errantes, ex quo ſequitur Patres, aut impios, aut pios cæcos fuiſſe; Lutherum autem ſolum, & pium, & oculatum, quod certè, non niſi talpæ affirment. Brentius tamen, & Illyricus in claui con-
Brent. cedunt, Magiſtris opus eſſe, eoſque his extremis temporibus Chriſtum Eccleſiæ, ex Lutherano Grege prouidiſſe; ex equo nempe Troiano proditores, cuius author fuit *doli fabricator* Lutherus. Sed qui ſunt hi Magiſtri dubium reddiderunt ſectæ, quæ ex illo equo diuerſæ prodierunt, cui ex aduerſo Caluinus, & alij Antichriſti ſe ſe oppoſuerunt, & interpretandi munus ſibi arrogarunt. Omnium ergo illa vox eſt, priuato ſpiritu interprete Scripturas exponi. Itaque ex propriis cum Diabolo, qui ex *proprijs* loquitur, & *mendacij pater eſt*, lo-
Ioan. 3 quuntur, & quot ſunt capita tot ſententias ſcripturis imponunt; ſuo quiſque Marte intelligit, & impugnat, bello indicto Spiritui ſancto, qui non eſt diſſenſionis Spiritus, ſed pacis.

Veritatis ergo Regulam, quæ vna & communis eſſe debet, priuatorū iudicium conſtituunt, & *ſe ipſos prædicant*, vt ait Irenæus l. 3. c. 2. *Veritatis Regulā deprauantes*; ab Auguſtino
Irenæus: Auguſt: prorſus diuerſi, qui *lib. 12. Confeſſ. cap. 15.* contrà ſentit his verbis. *Veritas tua Domine, nec mea eſt, nec illius, aut illius, ſed omnium, quos ad eius communionem publicè vocas, terribiliter admonens nos, vt nolimus eam habere priuatam, ne priuemur ea.* Bellè; perindè enim eſt priuatam eam facere, ac priuari ea. Commune ergo eſſe debet Scripturarum iudicium, & in communione Eccleſiæ ferri. At opponunt Heretici: Eccleſiam ex hominibus componi, qui errare poſſunt. Ita opponunt; quaſi ipſi homines non ſint, ſed Angeli in luce verſantes; non hoc abnuimus; quod ſcimus Satanam in Angelum ſe lucis transfiguraſſe. Is eſt Lutherus, qui lucem Scripturam dicit. Homines ſunt in Eccleſia, qui rectè interpretantur, quòd in ea ſunt Eccleſia, quam Spiritus ſanctus afflat, & regit. Cuius caput eſt Petrus, à quo audimus, quod *omnis Prophetia propria interpretatione non fit*. Homines erant quibus inſpiratæ ſunt Scripturæ, & *Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines.* At ſunt homines Diaboli, qui id negant, fratres Marcionis, qui primogenitus Diaboli appellatus; hi
Sequuntur ſpiritum, & nihil vident; D. Hier.
quæ ſunt verba Ezechielis à D. Hieronymo in eum locum de Hæreticis
intellecta. Rectè in hanc rem Tertul- Tertull.
lianus; *vbi apparuerit eſſe veritatem diſciplinæ, illic erit veritas Scripturarū; Si Hæretici ſunt, Chriſtiani non ſunt*; nam Chriſtiani nullum ius ſibi vſur-
pant in Chriſtianas litteras. Et Ori- Origen
genes hom. 31. in Lucam. *Conſidera illum qui loquitur, cuius ſententiæ, cuius voluntatis ſit; ſi enim ſententia Hæreticus eſt, & ſub ouis pelle Lupus latitat, Diabolus in eo loquitur.*

Amotis ergo hæreticis, quibus vt Auguſt.
ait Auguſtinus ſermone 147. de tempore, *vtis hominibus carnalibus tota regula intelligendi eſt conſuetudo cernendi*. Certas quaſdam regulas proponamus quas ſecuti iuſtam, & idoneam ſcripturarū intelligētiam aſſequamur.

Prima eſt: ipſa Catholica communio in Romana Eccleſia; extra quam fides & ſana doctrina eſſe non poteſt. Hanc regulam tradunt Patres, & im-
primis Auguſtinus *lib. de vtilitate cre-* Auguſt.
dendi, & lib. contra Epiſtolam fundamenti; & lib. 3. contra Fauſtum. & libro de agone Chriſtian. Duas ex multis ſententias affero. Vna eſt *lib. 4. contra Fauſtum cap. 2. Vos iſta non in-*

telli-

Digitized by Google

telligitis, quia ſicut propheta dicit, niſi crediderit is non intelligetis: non enim eſtis eruditi in Regno Cœlorum, ideſt in Eccleſia Chriſti vera Catholica. Altera contra Parmenia. l.2.c. 10. ad Donatiſtas. *Si turbari in intelligendis ſcripturis nolunt, ad Catholicum refugiant intellectum, quia non inueniunt exitum reſponſionis, dum irretiuntur crimine Schiſmatis.* His nos docet Auguſtinus Scripturas extra Eccleſiam intelligi non poſſe. Audiamus docentem in Eccleſia poſſe, & debere omnino intelligi. lib. de Agone Chriſtiano, ait. *In Catholica fide bene inſtructus, & vera fide munitus in Scripturis intelligendis decipi non poteſt.* Tanti eſt hæc regula:
Chryſoſt: quam Chryſoſtomi volo authoritate confirmare. Is homil. 8. in cap. 5. ad Hebræos ſic. *Propter hoc*, inquit, *fidem ſuſcepimus, vt non cogamur innumeris hæreſibus adhærere.* Eadem eſt
Cypriani Cypriani doctrina contra Iudæos lib. 1. vbi ait. *Nihil poſſe intelligere Iudæos de Scripturis, niſi prius crediderint in*
Cyrill: *Chriſtum.* Concinit Cyrillus Alexandrinus lib. 11. cap 25. in Ioan. vbi ſic dicit. *Dogmatibus Eccleſiæ inhærentes, ac rectam fidei Regulam non prætereũtes, ſpeculamur quantum in nobis ſitum eſt.* Hanc etiam regulam tradit, &
Origenes commẽdat Origenes lib. Periarchon, vbi multis eam confirmat.

Secunda Regula. Traditio expoſitionum à Patribus, & eorum diſcipulis accepta, quæ ſummæ ſolet eſſe au-
Origen. thoritatis. Hanc tradit Origenes *tr. 29. in Matthæum.* & Clem. Alexand.
Clem. Al. Hieron: Auguſt: *lib. 7. Stromat.* & Hieronym. *in Epiſt. ad Cteſiſontem.* & Auguſtinus ſæpè, ac imprimis *lib. de vera Relig. cap 1. & lib. 3. cap. 2. contra Fauſtum.* Inſignia hac
Ambroſ. in re ſunt verba Ambroſij *lib. 3. cap. 7.* de fide ad Gratianum. *Seruemus præcepta maiorum, ne hæreditaria ſignacula auſi rudi temeritate violemus: librum Sacerdotalem, quis noſtrum reſignare audeat ſignatum à Confeſſoribus, & multorum iam Martyrio conſecratum è Magni*, vti Ambroſius, viri maiorum præcepta obſeruabãt, hæretici præ illo nani contemnũt, quod ſe omnibus maiores putant. Ambro-

ſio Caſſiodorus grauis author conſen- Caſſiod.
tit his verbis; *ad Diuinam Scripturam aſcendamus per expoſitiones probabiles Patrum velut per quandam ſcalam viſionis Iacob, vt eorum ſenſibus prouecti ad cognitionem Dei efficaciter peruenire mereamur.* Per hanc D. Augu- Auguſtin.
ſtinus cum eſſet Aquila maluit aſcendere, quam vo are, vti apparet in diſputatione contra Iulianum *lib. 1. 2. & 6.* In quibus ſemper ſuas ſententias, ac expoſitiones munit authoritate Iulian.
Patrum, quos Iulianus, aut negligens ignorabat, aut ſuperbus contemnebat, more hæreticorum, qui imitantur Diabolum per aera Chriſtum ad pinnaculum templi rapientem, non per ſcalam interiorem portantem; Luther.
qua in re impudentiſſimus Lutherus fuit, qui libro contra Regem Angliæ affirmat ſua ſe dogmata de Cœlo habuiſſe. Sanè cum Lucifero iam Serpente ceciderant, quo cum tertius hic Cato è Cœlo lapſus eſt. Huius Diſcipulus Kemnitius pari, & præcipiti Kemnit:
auſu dixit. Interpretationem ſcripturę ex ipſis fontibus, non ex ciſternis humanarum commentationum eſſe petendam. Impudenter, ac ſi Patres Eccleſiæ, ſordidæ ciſternæ ſint, & ij fontes non viderint. Apageſis hunc aprum.

Tertia Regula; Pietas, & modeſtia, & demiſſio animi Diuinas illas veritates, & venerans, & amplectens, quæ non temere tentandæ ſunt, ſed religioſè tractandæ. Hanc præſcribunt Interpretibus Patres tum Græci, Baſil.
tum Latini. Baſilius in Exameron. Origen:
hom. 2. & Epiſt. 76. Origenes *hom. 31.* Clem: Al:
in Lucam. Clem. Alexandr. *lib. 1. Stro-* Hieron.
mat. Hieronym. *in cap. 31.* Ezechiel. Tertull:
Tertull. *in præſcript.* Ac imprimis Au- Auguſt:
guſtin. *lib. 3. Confeſſ. cap. 5.* ſic ait. *Inſtitui intendere animum in Scripturas Sacras, vt viderem quales eſſent, & ecce video rem non compertam ſuperbis. neque nudatam pueris, ſed inceſſu humilem, ſucceſſu excelſam, & velatam myſterijs. & non eram ego talis, vt intrare ad eam poſſem; tremor enim meus refugiebat modum eius, & acies mea non penetrabat interiora eius. Nam*

ille

illa erat, quæ creſceret cum paruulis,
ſed ego indignabar eſſe paruulus, & fa-
ſtu turgidus mihi grandis eſſe videbar.
Quod tamen Auguſtinum terrebat,
in eo Luthero, & Caluino animos fe-
cit nimius tumor, & faſtus vento, &
plauſu temerè collectus; nec enim ij.
Auguſtini acumen,& doctrinã æqua-
re poterant, præ iſta Aquila noctuæ.
Vtinam eum, & tunc timentem, &
poſtea cum iam eſſet Epiſcopus in-
terpretantem audirent. Sic enim ille,
Auguſt. *Intelligam eam Pater bone, da mihi hæc*
ſubterpoſito, quia ſubterpoſitis ſolidaſti
ea. Deprimit ſe, & deiectus petit ex-
poni, ſibi à Deo, quæ elatus ſcire de-
ſperauerat. Memor illius ſenten-
Matth:11. tiæ. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus, &*
prudentibus, & reuelaſti ea paruulis,
Ita Pater. Quem rogabat; à quo, &
Antonius litterarum rudis in deſerto
didicit, & Bernardus leuiter tinctus
litteris in ſyluis accepit.

Quarta regula. Diligens ſtudium,
aſſidua lectio. & accurata obſeruatio
phraſium,& modorum loquendi ſcri-
pturæ cum exacta locorum inter ſe
collatione. In hac conueniunt om-
nes,tum Catholici, tum Hæretici;ſed
hi ſolam, & certam eſſe volunt, nos
nec vnicam,nec infallibilem dicimus,
ſed multum conducere ad intelligẽ-
tiam ſcripturarum affirmamus. Ita
D:Clem. Irenæus Hilarius Baſil: Chryſoſt. Auguſt: Hieron: D. Clemens *Epiſt.* 5. & habetur 37.
cap. relatum. & Irænæus *lib.* 2. *c.* 47.
& Hilarius 1. 2 *de Trinit.* & Baſilius
Aſcetico *cap.* 167. & Chryſoſtom. in
Geneſ. *homil.* 13. & Auguſt. *de doctri-*
na Chriſtiana præcipuè *lib.* 3. in quo
proponit regulas Tychonij, ceu cla-
ues ad Scripturas aperiendas, *& lib.*
83. *quæſtionum quæſt.* 19. *& 66.* &
Hieronym. *comment.* in Ioelem ad il-
lud. *Effundam de ſpiritu meo, ſuper*
omnem carnem. Multi hanc in rem
afferuntur ab hæreticis loci, ſed im-
portunè, quod ijs abuti volunt. Ego
vnum ex Baſilio in Aſcetico produco.
Baſil: *Quæ ambiguè, & obſcurè videntur di-*
ci in quibuſdam locis Sacra Scriptura,
in alijs locis, quæ aperta ſunt, & perſpi-
cua explicantur. Et alterum ex Au-
Auguſt. guſtino *lib.* 2. *de doctrina Chriſtiana c.* 9.
Obſcuritatis locutionis de manifeſtatio-
nibus ſumuntur exempla, & quædam
certarum ſententiarum teſtimonia du-
bitationem de incertis auferunt, in quo
memoria valet plurimum. Et *lib.* 3. *cap.*
28. docet; controuerſias Scripturæ ex
eadem Scriptura vbicunque inuentis,
atque adhibitis earum teſtimoniis ter-
minari.

Quinta Regula, linguarum ſacra-
rum præcipuò Hebraicæ, Chaldaicę,
Syriacę, & Arabicæ notitia, & inſpe-
ctio codicum, & verſionum, & ani-
maduerſio variarum lectionum, &
earum inter ſe collatio; hæc item eſt
probabilis, iuuans, & conducens ad
rectè interpretandum, de qua con-
ſentiunt omnes tum Catholici, tum
Hæretici. Primam partem Hierony- Hieron;
mus indefeſſo ſuo in addiſcendis lin-
guis ſtudio confirmat. Secundam Au- Auguſt:
guſtinus, qui in codicibus inſpicien-
dis, & verſionibus, & lectionibus in-
ter ſe conferendis diligentiſſimum ſe
probat, eoque defectum linguarum
ſuppleuit, vti apparet ex illius libris,
præſertim de Doctrina Chriſtiana, de
conſenſu Euangeliſtarum, & de Ci-
uit. Dei, & de quæſtionibus in varios
libros Scripturarum.

Sexta Regula. Diſſenſio ab Hære-
ticis; & eorum placitis, & deteſtatio
nouitatis, & inſolentiæ interpretandi;
quò enim quis ab Hęreticis remotior
fuerit eò ad rectè interpretandi modũ
propriùs accedet. Itaque oportet,
quæ illi, & ſentiunt, & tradunt, ſcire,
vt ſummoperè ea fugiantur. Primnm
Schiſma, quo ſe à capite Eccleſiæ, qui
eſt Papa, viua fidei regula, & rectæ
interpretationis norma, & à Chriſti
corpore myſtico præciderunt. Secun-
dum, Conciliorum, & Patrum, &
communionis Fidelium contemptio.
Tertium ſuperbia, & arrogantia, qua
Scripturarum arbitriũ ſibi vendicãt, &
priuato ſpiritu Interpretantur. Quar-
tum, deprauatio textuum; & corrup-
tio locorum Sacrarum Scripturarum,
nam quod non poſſunt ad ſuos erro-
res interdum probandos trahere, id
conantur lacerum, ac diſcerptum ad
placita ſua nefaria detorquere. Quin-
tum;

Digitized by Google

tum ; Scripturæ Sacræ in propatulo propoſitio, eiuſque vulgatio, quaſi nihil inter eas, & prophana ſcripta interſit, & promiſcuè ab omnibus exponendæ ſint. Omitto vitiorum colluuiem, & ſordes morum, vitęque inhoneſtæ, in quibus volutantur, & puros illos Sacrorum Bibliorum fontes conſpurcant. Nam in balneis, in popinis, in fornicibus, inganeis verbum Dei ſæpè exponunt; et commentantur, non illud interpretantes, ſed *cauponantes*, ceu bacchanalia inſtituerét, inter pocula coronata, et pateras ſpumantes ſaturi, ac ebrij de ſenſu Scripturarum diſputare ſolent, quo verbo *cauponari* vſus eſt Apoſtolus 2. ad
2.Cor.21 Corinth. 2. aduerſus eos, qui Scripturas adulterant, & corrumpunt, in
Hieron: quos apte vertimus illud Hieronymi tom.2. Epiſtolarum aduerſus Vigilantium. *Non eſt eiuſdem hominis aureos nummos, & Scripturas probare, deguſtare vina, & Prophetas, & Apoſtolos intelligere.*

Matth.5 Maneat ergo Scripturas, vti authore Deo factæ ſunt, ita nonniſi eo donante exponi, quod donum Dei earum interpretatio ſit. Id tamen Hæreticj ſua iſta inſolenti, et abſurda ratione interpretandi effecerunt, vt appareret Scripturam, altam, et profundam eſſe, quod in ea intelligenda errarunt, et errando hęreſes condiderunt; vt enim ait grauiter Augusti- August:
nus *lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 17. Hæreſes eſſe non poſſent, ſi non etiam perperam Scripturæ intelligi poſſent.* Vt autem rectè intelligantur, et fideliter exponantur, Eccleſia, et illius caput Romanus Pontifex audiantur, qui iuſtus, et legitimus Iudex eſt Controuerſiarum Sacræ Scripturæ. Qua de re Stapler:
multa Stapletonus *controuerſ. 6. lib. 10.* Bellarm.
& 11. Bellarm. *lib. 3. de Verbo Dei.* Be- Becan:
canus *de Iudice Controuerſiarum.* Gra- Grauina
uina *lib. 4. de præſcriptionibus tract. 3.* Suarez
controu. 3. generaliſſima, Suarez *diſp. 5. & 10.* de fide. Et nos in teſſera Pontificia Londini excuſa.

Digitized by Google

LIBER TERTIVS.
DE FIDE DOGMATICA, PRACTICA, ET VSVALI.

CAPVT PRIMVM.

De Neceſſitate Fidei ad Salutem.

QVONIAM *Fides* Authore Paulo ad Rom. 10. *Ex auditu, auditus autem per Verbũ Fidei*. Scire oportet, quid audiendum ſit de hoc Verbo, quid credendum, ad ſalutem animi conſequẽdam. Suppono duplicem eſſe neceſſitatem; alteram medij, alteram præcepti. Medii eſt neceſſitas ſimpliciter, & vniuerſalis, id eſt de re ſine qua nemo obtinere finem poteſt, vti baptiſmi neceſſitas, ſine quo nemo ſaluari poteſt. Præcepti minor eſt, nempe ex ſuppoſitione, & minimè vniuerſalis, vti eſt neceſſitas Euchariſtiæ, ſine quo Sacramento ſaluantur multi.

Quæſtio eſt: vtrum Fides ſit mediũ ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem? Pelagius negauit, quòd diceret infantes eſſe incapaces Fidei, & carere peccato originali, ac proinde ſaluari ſine Fide. De adultis dubium eſt, quid ſenſerit? Patribus Ieſuitis putantibus; illum nullam gratiam ſupernaturalẽ agnouiſſe. Thomiſtis contra exiſtimantibus, agnouiſſe, ſed in meritis naturæ fundatam. Ego inter vtroſq; medius, Author ſum Pelagium, cùm primum errauit vix vllam gratiam excitantem ſupernaturalem poſuiſſe, non excluſiſſe tamen iuſtificantem, atque adeò Fidem ſupernaturalem admiſiſſe. Vtrum verò poſteà argumentis Auguſtini conuictus gratiam aliquam excitãtem agnouerit, & poſuerit, quæſtio eſt ab hoc loco aliena: in qua nos olim Thomiſtis ſubſcripſimus, & quidem meo iudicio iure, nã Pelagius tandem gratiæ neceſſitatem, etiam tranſeuntis agnouit, & conceſſit, vix tamen ad operandum ſimpliciter, ſed omnino ad facilius operandum.

Catholicorum nonnulli putarunt: quoſdam ſine Fide ſaluari, ſi qui nimirum, nihil de Fide audire potuerũt, & tamen ſola ratione naturali Deum agnouerunt, ac ſecundum eam bene vixerunt. Ita ſentit Andreas de Vega

And: Vega: Soto

lib.6.in Concil.Triden.c. 20. *&* 21. & aliquando Sotto *l.2 :de natura,& gratia cap.*11.Sed poſtea mutauit ſententiam , *in* 2. *edit. & in* 4. *diſt.*1.*q.*2. *ar.* 3. *& in fin.* 4. *retract.* 4. idque obſeruat Cardinalis de Lugo *de fide d.* 12. *ſect.*1. *nu.*2. Tres Patres idem videntur docuiſſe Clemens Alexandrinus *lib.6.Strom.* & Origenes multis in locis. & Chryſoſtomus *hom.*37.*in Mat.*

Clem:Al: Origen: Chryſoſt.

D:Thom:

Fauet D.Thom.2.2.*q.*89.*art.*6.*in corp.* dum ait : puerum , cum accedit ad tempus vſus rationis teneri deliberare de ſeipſo,& conuertere ſe ad Deũ , eoque ipſo gratiam conſequi , & remiſſionem originalis peccati. Cum autem loquatur etiam de pueris infidelibus , qui ſe conuertunt ad debitũ finem naturalem , ſignificare videtur eos , ſine Fide gratiam conſequi , ac deinde ſalutem æternam. Non deſunt loci Scripturæ. Primus ſit Pauli ad Rom.1. vbi ſupponit in gentilibus dari cognitionem naturalem. *Inuiſibilia*, inquit , *Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* Et addit eos peccaſſe non adorando , & glorificãdo Deum , ita cognitum , *cum cognouiſſent Deum , non ſicut Deum glorificauerant*,ex quo ſequitur,ſi glorificaſſent ſaluandos eſſe.

Secundus locus eſt ad Rom.2.*Gentes , quæ legem non habent, naturaliter , quæ legis ſunt faciunt*,adiuncto ſequẽti , *factores legis iuſtificabuntur* , ergo ij gentiles , qui naturaliter bene viuãt iuſtitiam , & ſalutem conſequentur. Accedit ratio probabilis. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*,& neminem vult perire , ſed multi ſunt homines , quibus Fides annunciari ſtante rerum curſu potuit, ergo hi alio modo ſaluandi ſunt. Maior eſt Pauli , minor item eiuſdem dum ait , 2. Teſſal. 3. *Non omnium eſt Fides*, & iterum: *quomodo audient ſine prædicante?* Conſequentia eſt in forma.

Hæc tamen ſententia ſuſtineri nequit. Oppoſita eſt certiſſima : & me Authore veritas Fidei , pro qua ſit concluſio. Fides eſt neceſſaria neceſſitate medij ad ſalutem æternam , quæ ſine illa non poteſt dari. Animaduerto autem loqui me de hoc ſtatu rerum , non de potentia abſoluta , cùm , quod obſeruat Suarez *d.*125.2.*num.*3. aliter Deus diſponere ſi vellet potuerit. Patet ex Scripturis. Abacuch 2. *Iuſtus ex Fide viuit.* Quem citat Paulus ad Rom.1. ad Galat.3. *Ex Fide iuſtificat gentes Deus*. Ad Epheſ.3. *Gratia eſtis ſaluati per Fidem.* Ad Hebr. 11. *Sine Fide impoſſibile eſt placere Deo.* Tandem omiſſis aliis. Marci 11. *Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur.* Suadet hoc ſymbolum Apoſtolorum, & ſymbolum Athanaſij , quod illa ſententia clauditur. *Hac eſt Fides Catholica , quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit ſaluus eſſe non poterit.*

Symbolũ Athanaſii

Conc.Tr.

Eſt hęc doctrina Concilij Trid.ſeſſ. 6. cap.7.dicentis *Baptiſmus eſt Sacramentum Fidei ſine qua nulli vnquam contigit iuſtificatio.* Et c.8. loco Pauli ad Rom.5. adducto ait. *Fides eſt humanæ ſalutis initium, & radix omnis iuſtificationis , ſine qua impoſſibile eſt placere Deo.* Conſentiunt omnes Patres, præcipuè S.Auguſtinus magnus Fidei , & gratiæ cum Paulo defenſor *Epiſt.*57.93.*&* 157 *& l.*1.*de merit. & remiſſ.peccat.cap.*19:*& l.de cor.& grat. cap.*7. & alibi.

Auguſt:

Fidei autem nomine intelligitur ſupernaturalis Authoritate Diuina nixa, quę Dei donum eſt. Ita docet Concil.Triden. *ſeſſ.6.can.* 3. *de Iuſtif.* poſt Mileuitanum , & Arauſicanum , ex Diuo Auguſtino *toto lib de prædeſt. ſanctor.& principio libri de bono perſeu. & l.2.de grat.Christi à cap.*4. Ratio eſt, quia Fides eſt oſtium gratię , & initiũ iuſtificationis , ergo non poteſt eſſe quid naturale. Nam hæc erat hæreſis Semipelagiana: vti patet ex Auguſtino *l de prædeſt. Sanctor.* & Epiſtolis Proſperi , et Hilarii ante ipſum poſitis affirmabat enim initium Fidei eſſe naturale noſtris viribus acquiſitum , et initium iuſtificandi à natura ipſa deſumi ; quæ omnino hęreſis eſt. In quo olim errore fuerat Auguſtinus, et quẽ poſtea animaduertit , et ſæpiſſimè retra-

Conc.Tr: Mileuit Arauſic: Auguſt: Proſper. Hilarius:

tra-

tractauit. Confirmatur ex eo, quia
Fidei noſtrę in hac via reſpondet viſio
Dei in Patria; hæc autem eſt omnino
ſupernaturalis, ergo et illa talis eſſe
debet, vt præmium merito reſpon-
deat.

Et quidem in adultis fidem requi-
ri conſtat, tum actualem, tum habitua-
lem. De Infantibus quæſtio eſt, an
& quomodo Fidem habere dębeant?
Nam actualis propriæ non ſunt capa-
ces; habitualis autem ſequitur actua-
lem, vnde qui caret actu, & habitu
videtur carere. Reſpondendum ta-
mon etiam infantibus Fidem eſſe ne-
ceſſariam ad ſalutem, nullumque ſi-
ne Fide ſaluari. Certum igitur eſt in-
fantes baptizatos inter fideles nume-
rari. Quomodo autem Fideles ſint
dubitatur. Auguſtini ea perpetua
doctrina eſt, ijs etiam Fidem actua-
lem Eccleſię applicari, atque adeo ſuo
modo actualiter credere, ac docet eos
vti peccatum alienũ originis ex Ada-
mo media generatione contrahunt,
ita Fdem alienam Parentum, Mini-
ſtrorum; & Eccleſiæ per regeneratio-
nem participare; vt ſicut ijs Adę pec-
catum nocuit, ita & Fides Eccleſiæ
proſit; quod definit contra Pelagium
lib. 3. de pecc. mor. & remiſ. in prin.
retorquens illud argumentum Pela-
gij: non potuiſſe paruulis nocere pec-
catum Adami; cui ita reſpondebat
Auguſtinus vt diceret: ſicut hi pueri fi-
deles ſunt, ac dicuntur per fidem mi-
nime actualem, & propriam, ſed Ec-
cleſiæ, & Chriſti, ita peccatores eos
eſſe per contractionem alieni peccati
Auguſt: ab Adamo transfuſi. Ida docet Au-
guſtinus *lib. 10. ad litter. de Geneſi c. 14.*
& ſerm. 14. de verbis Apoſtoli c. 58. &
Bernard. D. Bernardus *epiſt.* 77. vti notat Sua-
Suar. rez *d. 11. ſ. 2. n. 4. de Fide* igitur. Infans
baptizatus etiam ab Hæretico fidelis
eſt per Fidem actualem, & per Fidem
habitualem propriam; & gratiam iu-
ſtificantem recipit per baptiſmum, &
Chriſto incorporatur. Eſt autem Fi-
des illa & gratia habitualis, quia illi
actualis propriæ capaces non ſunt:
Innoc. III quod docuit Innocentius III. in capi-
te *Maiores* de *baptiſmo*.

Adultis autem neceſſariam eſſe
vtramque Fidem tum actualem, tum
habitualem omnino conſtat. De ha-
bituali patet, cum habitus Fidei ſit pri-
ma pars iuſtificationis, quæ cum ſit
forma permanens includit habitus Fi-
dei, Spei, & Charitatis, quorum pri-
mus eſt Fidei. Vtrumque diſcimus
ex Paulo I. ad Corinth. 13. *manet Fi-*
des, ſpes, Charitas: manere habitus per-
manentes ſignificat, quorum primus
eſt Fides, licet ſummus ſit Charitas.
Et ad Rom. 3. *Iuſtitia Dei per Fidem*
Ieſu Chriſti. Et 5. *Iuſtificati ex Fide*
pacem habeamus ad Deum. Qui loci
Fidem habitualem continent, quę per-
tineat ad iuſtificationem. Hoc tradit
Concilium Tridentinum *ſeſſ. 3. can.* Conc: Tr:
12. appellans *Fidem iuſtificantem*, &
negans eam eſſe, quam Hæretici Fidu-
ciam dicunt, & affirmans eſſe intelle-
ctualem virtutem & habitum creden-
di. Ac perſpicuè docuerat eadem
ſeſſ. cap. 7. loquens de Sacramento
baptiſmi *quod eſt*, inquit, *Sacramentum*
Fidei, ſine qua nulli vnquam contigit iu-
ſtificatio, hæc enim intelliguntur de
Fide habituali, quæ in baptiſmo datur
etiam infantibus actualis Fidei inca-
pacibus. Et paulo poſt. *In ipſa iuſti-*
ficatione cum remiſſione peccatorum hæc
omnia ſimul infuſa accipit homo per Ie-
ſum Chriſtum, cui inſeritur, Fidem, Spē
& Charitatem. Et inferius. *Hanc*
Fidem ante baptiſmi Sacramentum
catechumeni ab Eccleſia petunt cum
petunt Fidem. Hanc eandem vocat
cap. 8. *initium, fundamentum, & ra-*
dicem omnis iuſtificationis: ſine qua im-
poſſibile eſt placere Deo. Eſſe autem
iſtam habitualem conſtat ex eo quod
dixerat Concil. c. 7. *Fidem non amitti*
per omne peccatum; quod niſi de habi-
tuali Fide intelligi non poteſt. Hæc
fuerat Auguſtini doctrina *epiſt. 15. &* Auguſtin.
lib. 83. quæſtionum q. 76. vbi *fidem ſine*
operibus; quam Iacobus *c. 2.* ſuæ Ca-
nonicæ dicit *inanem*, vacuam appel-
lat. *Et ſerm. 53. de Temp. otioſam*
vocat. *Et præfat. in pſalm. 31. Fidem*
non otioſam, ſed viuam affirmat eſſe
eam, quæ per dilectionem operatur,
eſtquè omnium Patrum ſententia cō-

ſtans. Imò ſunt multi Authores qui aſſerunt hoc ipſum de Fide credendũ eſſe, neminem ſine fide habituali iuſtificari poſſe. Suar. Vti eſt Suarez *l. 6. de grati*, cum alijs quos allegat. Vaſq. Quanquam Vaſquez *in* 1. 2. *d.*187. *cap.*2. *& d.*203. dicat id eſſe omnino certũ, ſed non eſſe de fide. Certè Suarez *tom. de fide d.*12. *ſ.*1. *n.*3. ait: certum eſſe ſine habituali fide neminem ſaluari; vbi non dicit eſſe de fide; ſed vtcunque hoc ſit, illud conſtat, neminem adultum ſine habituali fide, aut iuſtificari viuum, aut ſaluari mortuum. Bellarm. Qua in re conueniunt Vaſquez, & Suarez, & Bellarminus *lib* 1. *de iuſtif.* & cæteri omnium Scholarum Theologi.

Fidem item actualem neceſſariam eſſe adultis, manifeſtum eſt; quia adulti non iuſtificantur, niſi ſe diſponant per proprios actus liberos. Primus autem actus ad iuſtificationem concurrens, & diſponens, eſt fidei, à qua incipit omnis iuſtitia iuxta Auguſtinũ *epiſt.* 105. *&* 157. & alibi. Auguſt. D. Th. Idem docet D. Thom. 2 2. *q.*2. *a.*3. *ad* 1. *& q.*10. *a.*1. *ad* 4 Et interpretes ibi, & Vaſq. Suar. Granad. Vaſquez *d.*187. *&* 203. & Suarez *de fide d.*12. *ſ.*2. & Granad. *tr.*10. *d.*1. *n.* 9. Rationes autem duæ ſunt. Prima à priori quia ſine Charitate nemo iuſtificatur; ad hanc autem requiritur Fides, quæ ſola eſt actus proportionatus intellectus, ducens voluntatẽ ad amorem Dei. Secunda ab exemplo, quia amor patriæ ſupponit viſionem Dei, ergo & amor viæ fidem Dei, cuius extra patriam viſio eſſe non poteſt. Aliæ autem cognitiones non ſunt proportionatæ, quòd naturales ſunt, cum Charitas ſit ſupernaturalis, ad quam idcirco ſola fides poteſt & debet concurrere. Suar. Vaſq. Quam doctrinam tradit Suar. *de fide d.*13. *ſ.*1 *n.*5. & Vaſq. *d.*203. *tom.*2. *in ſ.*12.

Sed quæres: an ſufficiat fides in voto ad hanc iuſtificationem? etenim baptiſmus in voto ſatis eſt ad ſalutem. Reſpondetur non ſufficere in voto, ſed neceſſariam prorſus eſſe fidem in re. Ratio eſt quia, fides eſt medium intrinſecum, baptiſmus autem extrinſecum: extrinſeca autem ſuppleri poſſunt per intrinſeca, quæ ſunt anima illorum. At verò intrinſeca non poſſunt ſuppleri per alia. Nec enim Charitas alio actu, qui charitas non ſit ſupplebitur, nec per votum, quod nec fides, nec charitas eſt. Vnde votum quod non eſt fides non poterit ſupplere fidem, quæ eſt formaliter actus intellectus, cùm votum ſit actus voluntatis. Præterea ante fidem ſaltem inchoatam nullus eſt actus ſupernaturalis, ergo illud votum non eſt ſupernaturale, atquè adeò nequit ſupplere actum fidei: ita manet ſoluta quæſtio iuxta doctrinam Suarij *d.*12. *ſ.*2. *n.*50. & Cardin. de Lugo *d.*12. *ſ.*1. Suar. Lugo

CAPVT II.

Quæ & qualis ſit iſta Fides neceſſaria ad ſalutem?

COntentio hic erit cum Hæreticis, & cum quibuſdam Catholicis. Igitur Hæretici per fidem intelligunt non illam Theologicam, quæ eſt virtus intellectualis, cuius actus ſunt aſſenſus reuelatis ob Authoritatem Diuinam, præcedente pio affectu voluntatis, ſed fiduciam quandam firmam, & certam de miſericordia Chriſti, & ſalute æterna, & hanc prorſus eſſe ad iuſtificationem, & beatitudinem conſequendam neceſſariam. Ita Lutherus *ſerm. domini ſecun. quadrageſ. & in aſſert. ar.*5. *&* 55. Luther. & Caluinus *l.*3. *inſtit. c.*2. §. 9. Caluin. Melant. & Philip Melanchton in locis commun. de vocabu. fidei, & in præfat. ad ſecun. tom. Luth. & Kemnitius 1. *p. Exam.* Kemnit. Concilij Tridentini aiunt enim, piſtis græce, & *fides* latine aſſenſum credentis minime ſignificare, & cum ijs hac in re ſentit Valla Grammat. *lib.* 5. *Elegant.* Laur. Val. Itaquè irridẽt fidem noſtram Catholicam in aſſenſu ſupernaturali poſitã, non quòd negent non aſſentiri veritatibus, ſed quòd dicant iſtos aſſenſus, nec requiri, nec conducere ad ſalu-

tem,

Digitized by Google

Centur. tem, vti tradunt Centuriatores centuria 1. *l.* 1. *c.* 4. vbi ſic fidem definiunt. *Fides eſt fiducia miſericordiæ propter* Caluin. *Chriſtum*. Vnus Caluinus fatetur fidem eſſe in intellectu, ſed negat eſſe aſſenſum pium; vult enim vt ſit certa notitia, & explorata obtinendi regnũ cælorum: & damnat catholicos docentes ſatis eſſe ad fidem aſſentiri reuelatis, etſi ea minime percipiamus, quòd putat neceſſe omnino eſſe percipi, & ſciri. Caluinus tamen cum alijs hæreticis conuenit in eo, quod obiectum illius notitiæ ſit Diuina miſericordia, qua certi ſumus non eſſe Vaſq. ſaluandos, vti notat Vaſquez *in* 12. *d.* 209. *c.* 4.

Catholici non negamus fidei vocabulum variè accipi. Acceptiones Suar. autem diligenter affert Suarez *d.* 1. *de fide ſ.* 1. & Bellarminus *lib.* 1. *de iuſtif.* Bellarm. Valent. Vaſq. & Valentia *d.* 1. *q.* 1. *punc.* 1. Vaſquez 12. *d.* 209. Sumo id quod meum eſt: Fidem propriè, tum latinè, tum græcè ſignificare aſſenſum datum veritati, & authoritati, qua ratione *habere fidem alicui* latiniſſime dicitur, vt perinde ſit *habeo tibi fidem*, ac *credo dictis a te*, quo nihil frequentius eſt in authoribus idoneis latinitatis, & hac ratione ad ſolum intellectum ſpectat. Accipitur etiam fides pro fidelitate in dandis, & reddendis promiſſis, quæ ſatis item eſt communis acceptio, & vtraque in ſacris literis inuenitur.

Illud diligentius inquirendum. Vtrum fides fiduciam ſignificet? Nam multi ex Catholicis negant reperiri Bellarm. Sotus in ſacris, vti Bellarminus *l.* 1. *de iuſtif. c.* 11. & Sotus *l.* 1. *de nat. & gra. c.* 6. & Suarez *d.* 1. *ſ.* 1. *n.* 8. vt melius reſiſtãt hæreticis. Alij affirmant vti Vega in Vega Tridentino *c.* 28. *& q.* 1. *de iuſtif.* & Caſal. Ianſen. Caſalius *de quadri. iuſt.* 1. *p. l.* 2. *c.* 5. & Ianſenius *in concordia cap.* 32. 35. quos ſequor motus tribus locis. Primo Iacobi *c.* 1. *poſtulet autem in fide nihil hæſitans*, hic enim fides fiduciam ſignificat. Et Lucæ 17. *ſi habueritis fidem*, non enim ibi de fide dogmatica agit, ſed de fiducia miraculi. Et Matt. 14. *modicæ fidei quare dubitaſti?* vbi non reprehenditur Petrus propter dubitationem circa Myſteria, ſed circa miraculum. Præterea Concilium Tri- Conc. Tr. dentinum *ſeſſ.* 6. *c.* 7. *&* 12. damnans errorem hæreticorum de ſufficientia, & neceſſitate fiduciæ ad ſalutem non curat vocabulum, ſed quam illi vocãt fidem *fiduciam* appellat. Verum quidem eſt videri voluiſſe corrigere vocabulum, & maluiſſe fiduciam appellari. Sed illud tamen non improbauit. Imo Diuus Thomas 2. 2. *q.* 129. D. Th. *a.* 6. *in Corp.* ait *fiduciam à fide deriuari*, & paulo poſt fidem *opinionem vehementem* vocat, vel ex dicto alterius, vel ex conſideratione propria, qua ratione à fiducia vix diſtinguitur. Vnde Interpretes Thomiſtæ ſolent fidem pro fiducia item ponere, & in ijs Vaſ- Vaſq. quez *diſp.* 219. *c.* 9. *&* 4. *& diſp.* 270. *c.* 3. De hac autem fiducia conſtat authore D. Thoma 2. 2. *q.* 129. *art.* 6. *in* D. Th. *Corp. & ad* 2. *&* 5. ſpem importare. *Eſt ergo* inquit *fiducia ſpes roborata ex aliqua firma opinione*. Qua ratione differt à fide credente: nam hæc ſupponit piam voluntatem, eamque ſubſequitur. Fiducia vero ſupponit fidem, & addit voluntatem ſequentem, itaque in fide actus volũtatis eſt prior, in fiducia poſterior.

Expoſita notione fiduciæ duabus concluſionibus rem definio. Prima ſit Fides neceſſaria ad vtramque ſalutem tum gratiæ, tum gloriæ eſt fides dogmatica qua credimus myſteria, & veritates reuelatas à Deo. Secunda fiducia hæreticorum nec ſufficit, nec requiritur ad ſalutem; atque adeo conſtat non eſſe illam fidem, quæ eſt medium neceſſarium ad iuſtificationem, & gloriam. Prima concluſio tradita eſt à Concilio Tridentino Canone 12. Conc. Tr. In quo diſtinguit fidem iuſtificantem à fiducia hæreticorum. Eſt autem propria fides quę aſſentitur ob authoritatem diuinam Myſterijs & rebus reuelatis, quam hiſtorialem vocant hæretici, nos dogmaticam vocamus; & verſatur circa omnes veritates tum hiſtoricas, tum doctrinales à Deo reuelatas, quæ omnino ab alia fiducia diſtincta eſt fides. Et probatur diſtinctio ex ipſamet Petri Confeſſione

Matth.

Matth. 16. *Tu es Chriſtus filius Dei viui*. Quæ ſane fuit Confeſſio diuinitatis Chriſti, non fiducia de Miſericordia Chriſti. Et ex alia Diui Thomæ Ioan. 20. *Dominus meus, & Deus meus*. Cui Chriſtus reſpondit *quia vidiſti me Thoma credidiſti*. Et ex illo loco Ioan. c. 17. *Hoc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*. Hęc fides eſt finis Euangelij iuxta Ioan. cap. 21. *Hæc ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus Chriſtus eſt filius Dei*. De hac loquitur Paulus ad Hebr. 11. *Accedentes ad fidem oportet credere, quia eſt*. Qui loci ſunt pro fide aſſentiente expreſſi, hos præter alios afferunt Bellarminus *l. 1. de iuſtif. cap. 4. ad 11.* & Vaſquez *diſp. 209. cap. vlt.* & Suarez *diſp. 1. ſect. 1. & diſp. 12. ſect. 8.* Quod autem hæc fides includat veritates hiſtoricas apparet ex teſtimonio Pauli ad Hæbr. 11. *Fide intelligimus aptata eſſe ſecula Verbo Dei*.

Ioan. c. 21 Paulus ad Heb. Bellarm. de Iuſtif.

Ratione probatur. Quia Fides aſſentiens, quæ eſt neceſſaria ad ſalutem diſtinguitur à virtute ſpei. Sed illa fiducia hęreticorum non diſtinguitur ab ſpe, quia illam ſaltem includit: ergo non alia Fides eſt diſtincta à Fiducia. Maior eſt certa. Minor eſt ſuperius probata: conſequentia tenet. Hoc verò huius rei argumentum practicum manifeſtum. Omnes Fideles adulti tenemur credere Symbolum Apoſtolorum, & omnia, quæ in Sacris Scripturis continentur; At in ſymbolo ſunt Myſteria, in Scripturis veritates reuelatæ, & narrationes, quę omnia ſunt obiecta Fidei cognoſcentis, & aſſentientis non fiduciæ præſumentis hæreticorum. Ergo non hæc Fiducia, ſed illa Fides neceſſaria eſt ad iuſtitiam, & gloriam. Deinde probatur à contrario. Contra Fidem eſt negare Myſteria Fidei, & ea non credere, ergo Fides erit illa credere, & confiteri. Aſſumptum patet ex negatione Petri, qui ideo peccauit contra Fidem, quia negauit Chriſtum, nō quia deſperauit. Conſtat ex illius verbis Matth. 26. *Non noui hominem*. Præterea Chriſtus æternam ſalutem

Matth. 26.

promiſit credenti, damnationem minatus eſt non credenti. Marci vltimo. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur*. Quod autem iſta Fides ſit cognitio, & aſſenſus patet ex alio loco Matth. 10. *Qui me confitebitur coram hominibus, confitebor, & ego eum coram Patre meo*. Qui actus confeſſionis, reſpondet cognitioni, & aſſenſui, non fiduciæ, & Spei. Hæc eſt recepta, & Catholica doctrina, vti oſtēdit Bellarminus, Vaſquez, & Suarez proximè citati, & Valentia de fide d. 1. lib. 1. p. 1.

Marc. vlt. Matt. 10

Secunda concluſio. Fiducia hæreticorum, nec ſufficit, nec requiritur ad ſalutem. Antequam illam probem aduerto, concluſionem loqui non de virtute Spei, ad quam diximus fiduciam theologicam pertinere (hæc enim eſt fiducia Catholicorum, quæ ſpem ſupernaturalem includit) ſed de illa præſumptione gratiæ, & gloriæ, quam hæretici ſe habere dicunt credentes ſe eſſe iuſtos, & ſaluos fore, quam ideirco fiduciam hæreticorum appellauimus, vt eam diſtingueremus à virtute fidei, & ſpei theologicę; igitur non ſufficere fiduciam ad ſalutem, patet ex eo, quod ne ipſa quidem fides dogmatica, & Catholica ſola ſatis eſt ad ſalutem, quia ſine operibus mortua eſt, vti docemur ab ipſamet Sacra Scriptura, et Eccleſia Catholica, ergo multo minus ſufficiet illa fiducia hæreticorum. Ac ita definit Concil. Trid. *ſeſſ. 6. cap. 9. & Can. 12. 13. & 14.*

Valentiā Conc. Trid.

Non eſſe autem neceſſariam, docet idem Concilium iiſdem locis, imo damnat eandem, quod præſumptio ſit, & ſtatuit neminem ſine ſpeciali reuelatione Dei certum eſſe poſſe de ſua iuſtificatione, et ſalute, et dicit anathema iis qui affirmant neceſſariā eſſe hanc fiduciam ei, qui velit iuſtificari, et ſaluari. In quam ſententiā cap. 12. *Nemo*, inquit, *quamdiu in hac mortalitate viuitur de arcano diuinæ prædeſtinationis Myſterio. vſque adeo præſumere debet, vt certò ſtatuat ſe omninoeſſe in numero prædeſtinatorum*,

vum; quaſi verum eſſet, quod iuſtificatus, haud amplius peccare non poſſit, aut ſi peccauerit certam ſibi reſipiſcentiam promittere debeat. Nam niſi ex ſpeciali reuelatione ſciri non poteſt, quos ſibi Deus, elegerit. Atque hanc eſſe

D: Th:

mentem Scripturæ probat D.Thom. 1.2.qu.112.art.5. ex illo loco Eccleſiaſtici 9. *Neſcit homo vtrum amore, aut odio dignus ſit.* Et ibi Interpretes,

Vaſquez Valentia: Suar: Bellarm: Maldonat Stapleton Ripalda: Curiel:

et inter eos latiſſimè Vaſquez d.200, et Valentia *d.1.quaſt.1.p.1.* et Suar. *lib.8. de gratia c.6* et Bellarminus *de Iuſtif.l.1.* multis capitibus, et Maldonatus in Matth.c.9.Stapleton. *l.8.controu.c.19.*Ripald.*to.2.l.6.d.vlt.* Curiel. *q.113.ar.4.dub.1.*

Refutatis hæreticis; cum quibuſdam Catholicis pugnandum, qui certum quoddam genus Fidei inuehere conantur distinctum à Fide Chriſti, quam Eccleſia Catholica profitetur.

Ripalda

Atque vt me tandem aperiam, author eſt Ripalda nouæ cuiuſdam ſententiæ, quam iuuat perſpicuè afferre, et impugnare. Is igitur tomo de ente ſupernaturali diſp.20.latiſſimè probat dari in lege naturę intra notitiam Euangelii cognitionem Dei, et rerum ſupernàturalium intrinſecè ſupernaturalem, eamque genus quoddam Fidei eſſe non ſtrictæ, vti eſt Catholica, ſed latæ, quia eſt in genere ſupernaturali; & probabile exiſtimat hanc Fidem latam ſine ſtricta ſatis eſſe ad iuſtificationem, & ſalutem. Ita expreſsè ſect.22. & vltima eius prolixæ diſputationis. Totum eius fundamẽtum eſt neceſſitas gratiæ ſufficientis Gentilium, quæ cum illis omnino adeſſe debeat, vt ſaluari poſſint, eamq; ille contra Vaſquez naturalis ordinis eſſe nolit., ſupernatutalem ponit. Idque multis ex Paulo, & reliquis ſcripturis, & Patribus teſtimonijs ductis confirmat. Non affirmat tamen abſolutè hanc ſententiam, ſed in medio relinquit, tanquam probabilem, & tutam. Quam iterum innuit 2. tomo lib.6. diſp. vltima. Sed eam ibi ita proponit, vt dicat ex natura rei ſufficere ad ſalutem: verum ex lege Dei ſatis non eſſe, ac proinde ſtrictam fidem eſſe neceſſariam. Vnde apparet eum tentando, & experiendo poſuiſſe illam ſententiam, & probabilem reddere voluiſſe.

De qua ſic cenſeo. Illam Ripaldæ opinationem ſuſtineri non poſſe, nec cum illius doctrina benè cohęrere. Probo primam partem, primò. Quia illa cognitio ſupernaturalis, quam latam fidem vocat, ſi eſt diſtincta à noſtra Fide ſtricta, non eſt Catholica Fides. Ergo non eſt vera Fides, quæ requiritur ad iuſtificationem. Patet Aſſumptum, quia ſola, & Catholica Fides, & ſtricta, eſt ea quæ requiritur ad ſalutem, & nulla alia præter hanc ſufficit, vti habetur in principiò, & fine Symboli Athanaſii. In principio enim: *Quicunque ait vult ſaluus eſſe ante omnia opus eſt, vt teneat Catholicam Fidem.* In fine autem ſic. *Hæc eſt Fides Catholica, quam niſi quiſque fideliter firmiterquę crediderit, ſaluus eſſe non poterit.* Symbol: Athan:

Probo ſecundò. Quia omnes ij, qui ante legem, & Euangelium ſalui facti ſunt, habuerunt eandem fidem legis Euangelicæ, non aliam; ergo falſo alia adſtruitur. Antecedens patet ex teſtimonijs Pauli ad Eph.4.*Vna Fides, vnum Baptiſma*, Vbi vnum baptiſma ſignificat vnum baptizandi genus eiuſdem rationis. Quare vna Fides, vnum Fidei genus ſignificat. Nec dixeris triplicem eſſe baptiſmũ fluminis, flaminis, ſanguinis. Nam hæc materialis diuerſitas eſt; vnde vna eſt Fides omnium baptizatorum. Alterum teſtimonium, & perſpicuum eſt 2. ad Corinth.4. *Habentes eundem ſpiritum Fidei.* Quo docemur omniũ in quacunque lege credentium eandem eſſe fidem, quomodo ergo diuerſa, & alterius generis fides inducitur? Tertium item manifeſtum ad Rom.4. *Ex Fide in Fidem*: id eſt in diuerſis legibus, & de eadem fide ad eandem fidem proceſſum eſt. Præterea vna tantùm Fidei ratio habetur & traditur in Scripturis, quæ eſt Chriſti, & per Chriſtum, & in nomine Chriſti. Si huiuſmodi eſt illa de qua Ripalda loquitur, ea non poteſt eſſe,

Paulus ad Eph:

2; ad Cor 4:

niſi

Digitized by Google

niſi Catholica, & Chriſtiana. Si eſt alia, ad ſalutem certe non ſufficit, *Non enim eſt aliud nomen ſub Cœlo in quo nos oporteat ſaluos fieri, niſi Ieſu Chriſti*, vti Petrus clamat Act. 4.

Petrus Actor. 4.

Probatur tertio. Quia illa fides Ripaldæ cum ſit actus ſupernaturalis ex illuminatione ſupernaturali, non poteſt eſſe niſi Catholica, & Chriſtiana fides, ergo præter eam non eſt alia, nec enim ad fidem amplius requiritur, quàm motiuum authoritatis diuinæ ſupernaturali lumine propoſitum.

Probatur quartò. Quia omnis cognitio Dei, & Myſteriorum vel eſt naturalis, vel ſupernaturalis fidei, ita vt quæ ſit ſupernaturalis, hęc ſit fides, vel inchoata, vel perfecta, nec tertium membrum hactenus inuexerunt Theologi.

Probatur quintò. Quia gratia ſupernaturralis vnius tantùm generis eſt, nempe ſupernaturalis morio per Chriſtum, ergo & Fides vnius tamen generis erit ſupernaturalis per Chriſtum.

Probatur ſextò. Quia omnis amor Dei ſupernaturalis eſt Charitas, ergo omnis cognitio Dei ſupernaturalis citra diſcurſum (de hac enim agimus) eſt Fides. Itaque nemo vnquam excogitauit tria genera amoris Dei, ſeu Charitatis, ſed duo, vnum naturale, aliud ſupernaturale: neque diſtinxit hoc vltimum in duo genera ſupernaturalia, ſed dicto ſemel eſſe amorem ſupernaturalem, intelligit eſſe charitatem. Sic de fide dicendum; quicunque ſit aſſenſus ſupernaturalis ob reuelationem diuinam, eum eſſe fidem propriam Catholicam. Tandem nullus vel Societatis, vel alterius Ordinis author præter Ripaldam hanc doctrinam inuexit.

Partem ſecundam; nempe non ſibi cohærere doctrinam Ripaldæ oſtendo. Primo, quia Ripalda d. 114. ſect. 4. num. 81. docet. Notitiam intrinſecè ſupernaturalem, ſiue euidentem, ſiue obſcuram, ſine gratia non haberi. Quid ergo deeſt ad iſtam notitiam obſcuram ex gratia, vt ſit ſtricta Fides? Euidens enim ſi qua in via datur, Fides eſſe nequit, quia *Fides eſt argumentum non apparentium*, euidẽs autem eſt apparentium. Secundò, quia diſp. vltima ſect. 32. num. 456. tradit actum charitatis, etiam in Gentili haberi non poſſe ſine fide, & per fidem haberi oportere. Igitur eo authore non poteſt dari Charitas, nec iuſtificatio ſine fide noſtra, & Catholica de qua ibi. Et in fine num. 457. Affirmat actum charitatis ex natura rei cum actu Fidei connexum eſſe: ergo ad actum charitatis neceſſario ſupponi debet fides. Tertio, quia diſp. 137. ſect. 5. ſtatuit poſſe hæreticum culpabiliter contemnentem authoritatem Eccleſiæ cum erroribus ſuæ ſectæ aſſentiri propter reuelationem diuinam alijs Myſterijs, & hunc eſſe actum Fidei. Ex quo ſequitur ſi iſte aſſenſus eſt fidei in hæretico, etiã illos eſſe poſſe, qui ob authoritatem diuinam ab infideli eliciantur, cum ſint ſupernaturales, atque adeo non bene ſecum in hac doctrina Ripaldã cohærere. Admittit enim hæreticũ illum carere habitu Fidei, vti etiam caret infidelis: ſicut ergo ille elicit actus fidei, ſine habitu, ita hic eliciet illos actus ſupernaturales, qui ſint Fidei, ſine habitu, ac proinde erunt actus fidei, quod negarat.

Ripalda.

Itaque dupliciter meo iudicio peccat Ripalda. Primo, quod confundit fidem inchoatam cum fide lata, & fidem perfectam cum fide ſtricta. Pater enim actus inchoatos, & imperfectos fidei, etiam eſſe actus fidei ſtrictæ. Sunt ſanè, ſed non ſunt perfecti, cuiuſmodi erant illi Cornelij Cẽturionis, & quales ſunt actus Fidei ſtrictæ, qui diſponunt, & tendunt ad perfectam fidem, quam ille ſtrictam vocat, qui ſanè ſunt minoris perfectionis ante fidem habitualem infuſam. Peccat ſecundo, quod affirmat hanc fidem latam ſufficere ad ſalutẽ. Quod eſt falſum. Si enim Cornelius aut Gentilis quiſpiam cum illa tantum moreretur minimè ſaluaretur, quia illa inchoata, & imperfecta fides non ſufficit ad iuſtitiam, nec ad ſalu-

ſalutem, vti apparet. Quomodo ergo ait Ripalda eos, qui eam fidem latam habent ſaluari poſſe, ac debere? Cum fides illa lata ad ſummum ſit ſtricta inchoata. Ex quo item conſtat eum peccaſſe putando illam fidē eſſe æqualem ſtrictæ, & perfectæ, cum eam dicat ſufficientem ad ſalutem: ſatis enim perfecta eſt illa Fides, quæ adultum ſaluat. Illud item diſplicet in Ripalda, quod ait *diſp. 10. ſect. 25. num. 122.* S. Iob, & alios amicos eius ante legem Moyſi in media gentilitate cognouiſſe Deum, & illi placuiſſe, perinde ac Iob cum illis Gentilibus ſit computandus, qui ſine Fide ſtricta ſaluantur: cum Iob maxime Catholicus fuerit, & Chriſtum agnouerit, & prænunciauerit Redemptorem, & ſtrictiſſimam Fidem habuerit. Quare iſtam Fidem ſaluantem Ripaldæ reiicio, quæ quidem nimis lata eſt. Sine faſtidio enim & moleſtia, ſine labore, ac ſudore; facili, & roſea quadam via, plana, & ſpatioſa non per anguſtam, & difficilem homines ad vitam ducit, præter Euangelii veritatem. Id quidem ſequitur ex opinione Ripaldæ, vt nos Catholici optemus eſſe in eo ſtatu Gentilium. Nam ſi ita ſaluantur in lege naturæ cum illuſtrationibus ſupernaturalibus, vel datis a Deo, vel procuratis ab Anglis, multo certè nobis Catholicis feliciores ſūt, & meliores Magiſtros, & nobiliores habent Deum, & Angelos, cum mortales, & miſeros homines nos habeamus. Certe illi egregium ſalutis compendium faciunt, ſine onere præceptorum, ſine vſu tor Sacramentorum, quibus ad ſalutem indigemus. Liberat nos Ripalda obligatione mittendi ad eos prædicatores; quid enim opus eſt Gentilibus, prædicatoribus Euangelicis, ſi Angeli iis annunciant Euangelium? Vnum capere non poſſum, quomodo illi ſine baptiſmo ſaluentur? Sed Angeli, inquiet, ex nubibus exprimēt aquam, vt ij baptizentur. Quamquam ne baptiſmo quidem indigent, qui ſine fide ſaluantur. Non enim ergo fidem dixero eam, quæ non eſt Ieſu Chriſti, nec Crucis ligno nixa ſtat. Omnis alia præter hanc non eſt fides, ſed ſapientia humana, quæ euacuat Crucem Chriſti. Sic ego de Ripaldæ ſententiæ iudicaram, cum Cardinalem de Lugo eam examinantem legi *tomo de Fide. d. 12. ſect. 1.* & Hurtadum. *d. 40. ſect. 6.* quorum hic eam excuſat: ille primum conatur excuſare, deinde impugnat, & difficilem, & duram ex parte eſſe iudicat, & alia ratione confutat, nihil tamen de mea, quam tuleram, cenſura iis authoribus lectis mutandum mihi eſſe duxi, nec opinor, iniuria. Sed lectoris eſto iudicium.

S. Iob.

CAPVT III.

Obiecta propoſita primo capite, & alia quædam noua ſoluuntur.

ANtequam reſpondeam argumentis ſuppono 1. *Non omnium eſſe fidem* vti docet Paulus 2. ad Theſ. 3. *Non omnium*, inquit, *eſt fides*. Quod ſit ſpeciale donum Dei, vti probat Auguſtinus *libro de Prædeſt. SS. & de bono perſeu.* Secundo poſſe dari ignorantiam omnium Myſteriorum fidei, imo & ipſiuſmet Dei, quemadmodum nos in noſtra ſingulari quæſtione de poſſibilitate mandatorum probauimus complurium authorum teſtimoniis: quorum vnus eſt Vaſquez *in 1. p. tom. 1. d. 20. c. 1. n. 1.* vbi multos Atheos numerat, & Suarez *in ſum. lib. 1. de eſſent. Dei c. 1. n. 19. & tract. de Prædeſt. l. 4. c. 3. n. 18. & tom. 1. de Relig. lib. 6. c. 6.* Quibus nunc addimus P. Recupitum latiſſimè id demonſtrantem *lib. 1. de exiſtentia Dei q. 3* Sentimus enim eum eoDeum eſſe ſolum per ſe notum quo ad ſe, non quo ad nos. Vt idem diligenter oſtendit ex D. Thoma, & Scoto, & multis exemplis Atheorum confirmat; loquitur autem Recupitus de ignorantia negatiua, quæ eſt incogitantia, & inaduertentia de Deo quam ipſe affirmat dari poſſe negans de po-

Paulus 2. ad Teſſal.

S. Auguſt.

Digitized by Google

fictiua,quæ tamen facile admittitur ab alijs, vti idem probat *q.7. c.2.* Quanquam de hac item non ſit improbabile ſaltem aliquo tempore,& in aliquibus barbaris inueniri poſſe, quales ſunt,qui à pueris idololatriam Parentum tenuerunt,& nihil vnquam de vero Deo audierunt, imo & cum audiſſent credere tamen noluerunt, & in idololatria perſeuerarunt. Imo Pater Hieronymus Ferranti *d.1. q.42.* ait dari poſſe ignorantiam inuincibilē de ipſamet idololatria. Eſſe autem,& fuiſſe nationes ſine vlla Dei notitia tradit Paulus Iouius Nouocomenſis Epiſcopus in Elogijs.Elogio de Chriſtophoro Columbo. Cui conſentiunt ſummi duo Theologi Suarez, & Vaſquez.Suarez enim *tract. de prædeſtin. l.4. c.5. n.18.* ſic ait *Inueniuntur multi gentiles qui penitus ignorarunt omnia etiam illa, quæ de Deo naturaliter cognoſci poſſunt, ita vt neque apprehenſionem,neque conceptionem illorum habuerint.* Vaſquez autem ſic *in 1. p. to. 1. d.10. c.7. n.1. Inter peſſimos homines non deſunt qui aut negent vnum eſſe Deum,aut quod peius eſt ipſum eſſe negent.* Addo Hieronymum Ferrantinum Anconitanum *to. de Theor. & pract. diſp. diſp.1. q.42.* fatentem *poſſe infidelem inuincibiliter eſſe idololatrā exiſtimando Solem, & Lunam veros Deos eſſe.*

Ferrant:

Paul: Io.

Suar.

Vaſq:

Ferrant:

- Tertiò: qui Deum inuincibiliter ignorat, etiam poſſe inuincibiliter ignorare peccatum, quod ratio peccati ſine ratione offenſæ diuinæ eſſe nequeat,ac proinde ad peccatum neceſſarium ſit Deum cognoſcere,quem offendas. Id autem nos exactè probauimus in eadem illa quęſtione cum Cardinali de Lugo tomo de Incarnatione *diſp.9. q.1. art.6.* & P. Sforza Pallauicino *in 1:2. diſp.9. q.1. art.6.* qui hoc perſpicuè tradunt, imo & reprehendunt Ioannem de Salas, quod dixerit, poſſe dari peccatum mortale ſine cognitione Dei, & contrariam ſententiam cenſura notarit.

Lugo Sforza

His ſuppoſitis.Reſpondeo ad argumentum. Ac Primum ex authoritate Pauli ſoluitur duobus modis: primò concedendo loqui de cognitione naturali Dei parte per Creaturas viſibiles, & admittendo multos Gentiles eam habuiſſe; ſed tamen non coluiſſe Deum ita cognitum; imo & ita cognitum contempſiſſe, & ideo damnatos: non tamen hinc ſequi ſaluandos eſſe eos cum ſola illa cognitione,nam ad ſalutem ampliùs requiritur quàm ad damnationem. Infans enim qui moritur ſine baptiſmo,perit, nec tamē ſaluatur ſine baptiſmo re accepto, quanquam Parentes ſaluari eum, & velint, & precentur. Quod autem culpentur ij Gentiles, quia non coluerunt Deum, idcirco eſt,quia ſi voluiſſent ex viribus naturæ, vti poterant, non ponerent impedimentum gratiæ, quæ illis affulſiſſet, ſi Deum colerent, non quod illa bona opera naturalia eſſent diſpoſitio, aut conditio ad gratiam (quod dici nequit) ſed quod ita auferretur impedimentum, & obex poſitus gratiæ. Hæc eſt communis reſponſio Theologorum ex illo proloquio *Facienti quod in ſe eſt Deus non denegat auxilium gratiæ &c.* quos enumerat Vaſquez *1. p. diſp.91. c.10.* qui volunt ad ſe trahere Diuum Thomam, quem Caietanus impellit in eādem ſententiam: ſed Vaſquez rectè negat eum ijs ita ſenſiſſe in eodem *c. n.63. & in 2.2. diſp.199. cap.2. nu.7:* Hanc vero ſolutionem affert, & probat Valentia de Fide *diſp.1. quæſt.2. puncto 3.* Nec eſt improbabilis,dummodo excludat omnem rationem meriti, & diſpoſitionis, & conditionis. Quod ſane difficile eſt. Quare illa mihi nunquam explicatio arriſit. Aduerto autem hic de nouo: Malè ex eo loco deduci iſtam Dei naturalem cognitionem communem omnibus eſſe, quòd Paulus videatur vniuerſaliter loqui. Nam etſi Creaturæ omnibus expoſitæ ſint, non tamen omnibus occurrit, aut in mentem venit,quid ſignificent, id eſt Deus. Itaque Paulus locutus eſt de hominibus ſecundū ſtatum, & conditionem eorum, verbi gratia Sapientum, & minus Barbarorum: imo in eo loco ſignificat de Philoſophis eſſe locutum, & oſtendunt

Vaſquez

Valentia

illa

illa verba *dicentes ſe eſſe ſapientes.* Vnde Pater Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 6. cap. 6.* affirmat *ignorantiam Dei inuincibilem poſſe contingere in aliquo gentili, qui & nullam rectam conſtitutionem habet, neque per ſe philoſophari valet: vt multi nunc inueniuntur in Aethiopia, Braſilia, & alijs ſimilibus regionibus.*

Alio modo ſoluitur illud argumentum ſecundò intelligendo illud teſtimonium Pauli de notitia Dei inchoata per fidem aliquam ſupernaturalem, qua Deus certos quoſdam homines irradiauit, cui cum non reſpondiſſent, vti poterant, adiuti auxilio ſupernaturali, quod ijs cum illa inchoata fide dabatur, & puniti, & indurati, & damnati ſunt. Id autem inde colligo primò. Ex modo loquendi Pauli, *Deus illis manifeſtauit;* deinde, *Sempiterna quoque eius virtus, & Diuinitas.* Hæc quippe notitia ſapit fidem. Tertiò illos *Veritatem Dei in iniuſtitiā detinent, & cum cognouiſſent Deū, non ſicut Deum glorificauerunt, & commutauerunt veritatem Dei in mēdaciū.* Præterea ex inflicto ſupplicio apparet culpam fuiſſe maximam, & contra fidem. *Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ, & tradidit illos in reprobum ſenſum,* nec ſolum *facientes*, ſed etiam *conſentientes* damnantur; quod certè nimis exaggeratum eſt pro culpa Gentilium ex ſolo lumine naturali. Tandem hoc efficaciter probo, ex eo quod Paulus ſupponit, ſi ita Deum colerent, vti cognouerunt, eos ſaluos eſſe futuros, vti aduerſarij concedunt, qui cultus debuit eſſe ſupernaturalis, ac proinde ortus ex fide ſupernaturali; nam ex viribus ſolius naturæ ſaluari non poſſunt. Accedit, quod Paulus proximè dixerat, *Iuſtitia reuelari ex fide in fidem*; & *iuſtum ex fide viuere;* ex quo immediatè tranſit ad iniuſtitiam eorum hominum, qui non cognouerunt Deum, de quibus ait *veritatem Dei in iniuſtitia detinent.* Igitur ſi illa iuſtitia erat *ex fide*, iſta iniuſtitia eſt contra fidem, atque adeo hi malè operantes agebant contra fidem, ex quo apparet eos neque ſine fide ſaluandos, neque niſi ob mala poſt habitam fidem facta damnandos.

Paul. ad Rom.

Secundum Pauli teſtimonium ad Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent naturaliter, quæ legis ſunt faciunt;* duas habet expoſitiones. Prima eſt Paulū loqui de Gentilibus in lege naturæ ex proprijs naturę viribus legem naturalem ſibi innatam ſeruantibus; quæ expoſitio duplex, adhuc eſt ex parte obiecti, id eſt legis; vel enim tota lex ſeruari poteſt à gentilibus ſine gratia, vel pars aliqua legis. Caietanus de parte aliqua legis ſolum intelligit, aſſerens Gentiles poſſe aliqua præcepta naturalia implere. Sed hæc interpretatio eſt aliena, etenim Paulus loquitur de obſeruatione totius legis, *per quam factores*, ait, *legis iuſtificabuntur*, quæ obſeruatio opponatur obſeruationi legis ſcriptæ, vt tota lex naturalis toti lege ſcriptæ reſpondeat. Igitur hæc prima interpretatio de obſeruatione totius legis naturalis ſine gratia, placuit Theologis magni nominis, qui dicunt Paulum docere totam legem naturæ ſeruari poſſe à Gētilibus ſine gratia, & horum exemplo Iudæos confundere. Animaduertunt tamen hi authores ſatis non eſſe ad ſalutem æternam iſtam legis naturalis obſeruantiam; fatentur enim opus eſſe gratia, ſed aiunt hanc non defuturam Gentilibus legem naturalem ſeruantibus. Hanc probat Pater Suarez cum multis alijs, quos citat *tom. 1. de grat. cap.* 8. & inuehitur in P. Vaſquez, quod dixerit nullum ex antiquis Patribus præter Caſſianum eam tradidiſſe; hoc autem dixit Vaſquez *tom. 2. in 1. 2. diſp. 190. cap.* 15. Vbi contrariam expoſitionem docet, quæ eſt integra ſecunda expoſitio.

Paul: ad Rom:

Suarez

Vaſq:

Hæc ſecunda tradit Paulum loqui de Gentilibus, qui extra legem Moyſi naturalem legem cum auxilio gratiæ obſeruant, & fideles ſunt, quanquam natione Gentiles; quæ certè communis eſt Patrum præſertim Latinorum expoſitio, & Auguſtini germana *lib. 1. de ſpiritu, & littera c.* 27. & illius diſcipulorum Proſperi *cap.* 22

Auguſt:

Fulgent. Anſelm: Beda Valent: Vaſq:

contra Collatorem. Fulgentij *lib. de Incarn. & grat. cap.* 25. Anſelmi, & Bedæ in Paulum, & D. Thomę tum in Epiſtola Pauli, tum 1.2.*q.*109.*ar.*4. *ad* 1. quam ſequitur item Valentia *de fide diſp.*1.*q.*2.*punct.*2. & Vaſquez *to.* 2. *in* 1. 2. *diſ.* 190. *cap.* 15. quibus nos olim aſſenſi ſępè ſumus in alijs de gratia Auguſtiniana tomis, & modo aſſentimur, ac proinde negamus eo loco quidquam contra neceſſitatem fidei probari, imo quia Paulus eo capite dixit *factores legis iuſtificandos* non potuit loqui de Gentilibus ſine gratia, & fide legis præcepta facientibus, nam hi certè minimè per illam præcisè legem iuſtificantur, quod eſt inuictum contra primam Suarij ſententiam argumentum.

Paul 1: Timoth: 2.

Ad rationem illam probabilem ductam ex loco Pauli. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, in meis de Auguſtini gratia libris ſæpè, & accuratè reſpondi. Nunc dico breuiter multifariam exponi hunc locum. Primò, non omnino vniuerſaliter de omnibus indiuiduis hominum, ſed de omnibus ſtatibus hominum, quod vulgo dicitur intelligi de genere hominum; non de ſingulis generis; vt ſenſus ſit: Deum velle ſaluari aliquos de quocunque genere, & ſtatu hominũ V.G. de nobilibus, de obſcuris, de ſapientibus, de inſipientibus, de ſecularibus, de eccleſiaſticis: ſecundo de ijs, qui ſaluantur, quaſi dicat, *Vult ſaluari omnes, qui ſaluantur*, vti cum dicimus de vnico Magiſtro in Ciuitate, *hic Magiſter docet omnes huius Ciuitatis*, non quod doceat omnes Ciues, ſed quod omnes, qui diſcunt, docet. Tertio, Deus vult omnes homines ſaluos fieri per nos, vt omnibus prædicemus, vt omnes exhortemur ad ſalutem, quibus modis exponit Auguſtinus, & probat S. Thom. & alij Patres, quos in libris noſtris citauimus, Et optimè obſeruat, & docet Guilielmus Eſtius *in* 1. *diſt.*46. *& in loco Pauli* 1. *ad Timoth.*2. *num.*3. Interim vide Similing. *tract.*3. *d.*6. *qu.* 12. & Suarium *de Incarnat. diſp.*41 *ſeſſ.*4. & Vaſquez 1.*p.diſ.*96. *cap.*2. & Aluarez *lib.*5. *diſp.*33.

Eſtius: Simiſing. Suar. Vaſq:

Sunt item aliæ rationes explicandi locum magis Scholaſticè. Prima, Deum velle ſaluare omnes homines voluntate ſigni, ideſt à ſigno colligi Deum voluiſſe ſaluare omnes, quia vidimus effectus huius voluntatis in Redemptione Mundi, & in Sacramentis, quæ inſtituit, in medijs, quæ tribuit hominibus ad ſalutem æternã, non quod omnibus, & ſingulis in re voluerit applicari, ſed quod de ſe illa remedia applicari poterant, erantque ad ſalutem inſtituta, & ordinata.

Secunda, *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, quantum eſt ex ſe ante peccatum, vti apparuit in ea voluntate, qua condidit Adamum innocentem, quo in ſtatu voluit ſaluari omnes; vnde ratio damnationis non fuit Dei voluntas, ſed hominis peccantis contra voluntatem Dei; qui ſi poſtea voluit damnari aliquos, fuit ex voluntate conditionata obiecti, poſito nempe peccato ab homine, quæ voluntas dicĩ propriè nequit Diuina abſoluta, ſed conditionata poſita conditione peccati ex parte hominis, quæ quidem expoſitio idonea eſt, & placet Eſtio comm. in Paul. ac ſine dubio eſt Damaſceni *lib.* 2. *de Orthodox. fid. cap.* 29. vnde facilis eſt diſtinctio; *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, voluntate antecedente peccatum, concedo, voluntate conſequente peccatum nego; ſeu: Deus vult omnes homines ſaluos fieri, quatenus homines, tunc concedo, quatenus peccatores, tũc nego; qua ratione Vaſquez non timet dicere *p. p. diſp.* 96. Deum nolle aliquos in hoc ſtatu naturæ peccatricis ſaluari, nempe infantes, qui in vtero matris moriuntur, quod nullum ijs remedium eſt à Deo promiſſum ad ſalutem æternam in ſingulari. Itaque ex illo Pauli loco non concluditur Deum omnibus indiuiduis hominum voluiſſe media ſalutis poſt peccatum originale applicari; quod docent Heſſelius, & Eſtius comment. in Paulum; qui cum Vaſquio ſentiunt.

Eſtius. Damaſc. Vaſq: Heſſelius:

Sed hinc tamen exiſtit forte, & va-

lidum

lidum argumentum. Si fides neceſſaria eſt ad ſalutem, & nemo ſine illa poteſt ſaluari, eaque donum eſt Dei; quod non omnibus datur, qui ea carent, damnari nullo iure poſſunt. Quomodo enim damnentur, qui culpa carent? Nec enim peccant non credendo, quia credere non potuerunt. Huic argumento reſpondent, quidam concedendo totum: & neceſſitatem fidei in omnibus, & impoſſibilitatem credendi in multis; & conſequenter hos non poſſe ſaluari, atque adeo damnari debere; ſed non propter hoc peccatum, nec enim peccant non credendo, cum omnino inuincibiliter ignorent, quod per ſe patet admiſſa ignorantia, & latè oſtendit Card. de Lugo *tom. de Incarn. d.5. ſec.6.* & Pallauicino *in 1.2.d.2.q 2.a.2.* (LugoCar. Sfortia Pallauic.) Dicũt alii ſi homines non cognoſcant vllo modo Deum, quod initio ſuppoſitum fuit, non peccabunt mortaliter, ac proinde propter ſolum originale peccatum; & forte propter aliquod veniale damnabuntur, vel ad ſolam pœnam damni: vel item ad leuiſſimam ſenſus ob veniale adiunctum. vti manifeſtè docet idem Pater Sforza Pallauicinus *in 1.2.diſp.2.q.2.a.2.* vbi concedit pleroſque adultos mori in Gentilitate cum ſolo peccato Originali; quem caſum Aegidius ConinK (Coninch.) non reputat impoſſibilem *tom. de fide diſp.14.dub.11.* Verum hinc oritur inſtantia: multis impoſſibilem eſſe ſalutem æternam, quod non videtur concedendum. Quare melius reſpondetur, & argumento, & inſtantię prouocando ad Iudicia Dei. Multis quippe infantibus moriẽtibus in vteris matrũ, & in media barbarie natis baptiſmus applicari nequit, qui omnino dãnantur; vnde quidam inferunt, quomodo hi ſaluari nequeunt, ita & illos non poſſe; vtrique enim damnãtur, iuxta ſententiam Sforzę Pallauicini; propter peccatum Originale, *ex quo omnes in condemnationem*, teſte Paulo. Nec in iſta damnatione eſt aliqua iniquitas, vel iniuſtitia, nam peccatum originale eſt coniunctum, cum priuatione gratię; qua Deus hominem priuare poteſt, non ſolum ſanctificante; ſed etiam excitante, & ſufficiente, quemadmodum fatentur graues authores Ieſuitæ, vti eſt Vaſquez *p.p. diſp.193. cap.21.* (Vaſq.) qui rurſum *diſp.96.cap.2.* de facto negat paruulis extinctis intra ventrẽ matris ſufficientem gratiam dati, & cum eo ſentit Becanus *opuſc.9.cap.4. Et* (Becan.) in ſumma Scholaſtica *cap.10.q.6.num.6.* quam ſententiam ſępè, ac perſpicuè tradit Guilielmus Eſtius commentar. in Paulum locis infra citandis. De huiuſmodi autem adultis, qui nihil de Deo nouerunt eadem videtur eſſe ratio, quæ de infantibus; ſic enim vixerunt, ac ſi infantes eſſent, cum baptizari non potuiſſent, nec peccare noſſent, nec poſſent ob ignorantiam inuincibilem; vnde non erat ratio dandi gratiam ad vitandum peccatum. Itaque Pater Suarez *diſp. 8. de pœniten. ſeſſ. 1. aſſertione* 2. ait. *Addo non eſſe cenſura dignum, qui dixerit, ita ſe gerere Deũ cum aliquibus hominibus, vt non det illis actualem excitationem ſupernaturalem, propter eorum peccata, vel in aliquo, vel in toto vitæ tempore; non eſt enim ab hac ſententia alienus D. Thomas 2.2.q.2.a.2.a.5.ad 1. & q.10. art. 1. iuncto corpore cum ſolutione ad ſecundum.* (Suar.) (D. Th.) Et multi authores Catholici negant peccatoribus induratis omne auxilium ſufficiens, quos idem Suarez refert *ibid num.1.* & Vaſquez *in p.p.diſp.97.cap.2.* (Suar. Vaſq.) quamuis ego illos hac in re non ſequor.

Aliud argumentum eſt. Auxilium ſufficiens omnibus dari, ijs autem hominibus, quibus nulla Dei datur notitia, omnino negari, quod fieri nequit. Communis reſponſio eſt ijs ſatis eſſe lumen naturale ad cognitionem quandam naturalem Dei, qua ſi bene vtantur adfuturum ijs ſupernaturalis gratiæ auxilium, quo ſaluentur. Sed hæc reſponſio, & ſuſpecta eſt, & deſtruit noſtram ſuppoſitionem; ſuſpecta; quia illa operatio recta ex ſolo lumine naturæ habet ſe tanquam diſpoſitio, & conditio ad gratiam, & eſt ratio habendi illam, quod eſt

eſt initium quoddam meriti in natura ponere, atque adeo ſuſpectum Semipelagianiſmi. Deinde deſtruit ſuppoſitionem; quia nos ſupponimus illis gẽtilibus aliam cognitionem naturalem Dei deeſſe, quæ ſanè eſt prima irradiatio gratiæ. Itaque recurrendum, ſi hoc faciendum ſit, iterum ad iudicia Dei, qui certè poſt peccatum originale nemini facit iniuriam, ſi neget gratiam re ipſa applicatam; quæ eſt manifeſta Auguſtini doctrina negantis gratiam iſtam communem omnibus, quam Patres eius Diſcipuli ſequuntur,

Vaſquez

vt ingenuè fatetur Vaſquez *1.p.diſput.97.cap.6.* de quo videndus

Alarc.

Alarcon *tract.de prædeſt.d.2.cap.8.§.3.* qui cum magiſtro ſuo Vaſquio ſentit,

Eſtius

& Eſtius infra citandus. Et nos in noſtro Scrinio latè probauimus, eamque ſententiam multis argumentis probabilem fecimus, authoreſque illius nonnullos idoneos protulimus, qui authore Suario proximè citato cenſurari non poſſunt, cum præſertim loquantur de Gentilibus, qui omnino habent ignorantiam inuincibilem Dei, & peccati; & cum ſolo originali moriuntur. Qua ratione non tenetur Deus illis auxilium gratiæ dare, quod omninò neceſſarium eſt ad merendum, & euitandum peccatum, quod ſine gratia vitari nequit; cum igitur hi homines non nouerint, nec meritum, nec peccatum ex profunda, & inuincibili ignorantia, auxilio ſufficienti non egent, quod tamen communiter admittitur; ſaltem videntur non habuiſſe auxilium illud ſufficiens in ſingulari applicatum, nam in cauſis vniuerſalibus omnibus datur ex parte Dei auxilium ſufficiens.

Erit autem aliquis, qui probare velit illud auxilium omnibus in ſingulari applicatum difficile videri, hoc argumento. Si hoc auxilium gratiæ ſufficientis omnibus prorſus hominibus commune eſt, tollitur differentia legum, & ſtatuum, & gratuita Dei donatio, & euertitur prædicatio Euangelij. Probatur aſſumptum, quia ſi omnes Gentiles poſſunt naturali lumine bene operari, & ideo gratiam habere, quid opus fuit lege ſcripta? quid opus eſt lege gratiæ? cum lex naturæ illud præſtet ſine doctrina legis, & Euangelij? aut quid relinquitur legi gratiæ ſpeciale, ac proprium; imo facilior, & nobilior erit ſalus in lege naturæ, quod ſupra tetigimus contra Ripaldam. Præterea ſi Gentiles ſine Sacramentis ſaluantur, manifeſta fit iniuria legi gratiæ. Dicent tamen alij facilius peccare gentes, & difficilius ſeruare legem naturæ. At hoc ipſum negant arguentes. Ignorantia quippe eos excuſat à peccatis, præſertim vbi gratiæ non reſiſtunt, quæ vna eſt ex cauſis peccatorum noſtrorum, nec ſatis aduertunt ad malum morale, quod vix agnoſcunt; ſine aduertentia autem nullum eſt peccatum, & vbi deeſt pulſus, & motus gratiæ ſuggerentis obligationem benè operãdi ad victoriam peccati, rarò peccatur; vnde Gentiles plurimi, qui hoc modo ſe habuerint magis liberabuntur à peccatis, quam peccabunt. Sed rurſus obijcient, hos poſtquam habuerint auxilia gratiæ cũ illa aduertentia eſſe peccaturos, & tùm ſæpius caſuros, & damnandos. Sed reponent arguentes ineptum hoc eſſe, facere nimirum gratiam ijs occaſionem ruinæ, & petram ſcandali, & minus præſidij in gratia ad benè viuendum ponere, quam in natura. Itaque per vires naturæ peruenient ad gratiam, cum viribus gratiæ cadẽt in peccatum, nec perſeuerabunt in gratia accepta, nec peruenient ad gloriam. Quo quid abſurdius? Certè ſi hoc ita eſt, dicent hinc effici, vt magis nobis deſiderandum ſit eſſe Gentiles, quam illis eſſe Catholicos. Facit hoc locus inſignis P. Gabrielis Vaſq. Vaſquez

tom.2. in 1. 2. diſputat. 189. *cap.* 15. *num.* 127.

Argumentantur ſecundò. Si hoc auxilium gratiæ commune omnibus eſt, & nemini negatur ex lege Dei per Chriſtum, fruſtra fiunt orationes pro infidelibus, vt reducantur ad fidem, & legem gratiæ, imo & pro fidelibus, quibus à Deo gratiam poſtulamus; ſed tota Eccleſia orat pro his, & pro illis,

ergo

ergo iſta gratia non eſt ex lege ſtabilita, ſed gratis, & pro libito Dei donata. Reſpondent quidam: per has orationes non poſtulari gratiam ſufficientem, ſed efficacem. Refellitur reſponſum, quia multi ex Theologis, qui aſſerunt iſtam gratiam ſufficientem communem, non eam diſtinguunt re ab efficaci, ſed aiunt eſſe indifferentem, & ſumere efficaciam à voluntate, ergo in horum opinione illa diſtinctio locum non habet; deinde in omni ſententia Infidelibus ſaltem poſtulatur prima gratia, & multæ aliæ, quæ efficaces ex natura ſua non ſunt; poſtulantur enim illuminationes, & inſpirationes communes Gentilibus, imo & externæ prædicationes, quę ex ſe non ſunt efficaces; quando autem Eccleſia petit illuminari Gentiles, non diſtinguit modos iſtos illuminationis efficacis, & ſufficientis: ſed indifferenter poſtulat, & procurat ijs audientiam Euangelij, quæ ad ſufficientem gratiam plerunque pertinet; quod ſi hæ Gentes ex natura ſua, & lege Dei ſtata habent iſtas illuſtrationes, non tam rogandus eſt Deus, vt eas tribuat, inquiunt Authores opponentes, quam rogandi ſunt ipſi, vt eas recipiant, & ſuo conſenſu efficaces reddant in ſententia illorum, quos proximè inſinuaui, authorum recentiorum, & aliorum, qui certè conſequenter dicere debent nec ſufficientia, nec efficacia auxilia petenda eſſe à Deo, cum ſufficientia ſemper adſint, & efficacia ſint in poteſtate operantis, cum ab illius conſenſu deſumantur.

Argumentantur tertiò. Lectis diligentiſſimè hiſtorijs Gentilium, tum Græcorum, tum barbarorum, nihil occurrit quod indicet notitiam fidei ſupernaturalis, imo omnia ſunt plena ſuperſtitionis, & idololatriæ, & ipſimet clariores, & qui meliores videntur ſacrificant Diis ſuis, eoſque magis colunt, vt apparet in Camillis, Mãliis, Decijs, Fabijs, Papyrijs. Per quã ergo rimam intrauit gratia? Certè nec in vita, nec in morte inuenimus mentionem gratiæ, & luminis ſupernaturalis: vti videre eſt in vita & morte Alexandri, cum præſertim multi, vtì Decij, ſe deuouentes in ipſamet morte idolis ſe dediderint. Si autem Gratia ſufficiens aliquibus erat danda, his certe Decijs, & alijs ſimilibus danda fuit, qui boni viri & frugi fuerunt. Sanè qui conſideret magnos illos tum Gręcos, tũ Romanos viros, Heroes dictos, & videat illis non fuiſſe data hæc Sacramenta, hæc præſidia ſalutis, hęc lumina fidei, quæ multi miſeri homines Chriſtiani habemus, & quibus abundamus, compungetur, & mirabitur altitudinem iudiciorum Dei: & ſentiet hac in re deficere rationes humanas; & vti gratia eſt ſupra naturam, ita & donum gratiæ eſſe ſupra rationes naturales, et rationem dandi eam, non ſequi naturam, ſed in Dei gratis donantis voluntatem eſſe referendam. Vnde D. Thomas 1. *p. q.* 23. *a.* 5. *in corp. grauiſſime* dixit. *Quare hos elegit in gloriam & illos reprobauit, non habet rationem niſi Diuinam voluntatẽ.* Vnde Auguſtinus dicit ſuper Ioann. *Quare hunc trahat, illum non trahat, noli velle dijudicare, ſi non vis errare.*

Argumentantur quartò ex loco ſcripturę, vti putant validiſſimè, et probant multis adultis deeſſe auxilia gratiæ ſufficientis; afferunt locum Euangelij Matth. 11. *Væ tibi Corozaim, Væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone facta fuiſſent ſigna, quæ facta ſunt in te, forſitan in cilitio, & cinere pœnitentiam egiſſent.* Docet, aiunt, Chriſtus Tyrios, et Sidonios ſi habuiſſent ea auxilia, quæ illi Iudæi habuerunt, conuertendos eſſe. Supponit autem Chriſtus Tyrios, et Sidonios illis auxilijs caruiſſe, atq; adeò pęnitentiam, non egiſſe; hoc conſtat ex verbis Chriſti, quibus ſuppoſitis, ita formant Syllogiſmum. Gratia, quæ defuit Tyrijs, et Sidonijs erat gratia, quæ data erat Iudæis, ſed hæc erat gratia ſufficiẽs, ergo Tyriis, & Sidoniis defuit gratia ſufficiẽs. Maior eſt certa, cõſequentia eſt in forma, ſi minor probetur. Minor autem probatur, quia gratia ſufficiens eſt illa, qua quis accepta non operatur, ſed hæc erat gratia data Iudæis; ergo illa erat gratia ſufficiens. In maiori eſt

ri eſt definitio gratiæ ſufficientis. Minor autem eſt veritas Euangelica, nam Iudæi cũ illa gratia non egerunt pœnitentiã, ergo illa erat gratia ſufficiẽs, ſed hæc deerat Tyrijs, & Sidonijs, ergo illi ſufficienti gratia caruerunt.

Reſpondebunt tamen alii authores, diuerſas eſſe gratias ſufficientes, vnam maiorem, alteram minorem, & argumentum ſolum probare Tyrios, & Sidonios non habuiſſe illam gratiã maiorẽ ea ſufficiente, quam Iudęi habuerunt. Verum hoc non admittent multi authores gratiæ ſufficientis, qui dicunt hanc gratiam ſemper reponere potentiam in actu primo, & in proxima potentia ad operandum, in quo non poteſt eſſe latitudo, & diuerſitas ſecundum eorum ſententiam; quod ſi nihilominus contendant eſſe diuerſam, & vnam maiorem alia ſecundum ſe, tunc illi inferunt. Igitur maius erat auxilium datum Iudæis, quam Tyrijs, & Sidoniis, in quo hi gentiles erant fraudati; ſi enim haberent illum exceſſum ſufficientis gratiæ, quam Iudæi habuerunt omnino ſaluarentur, ergo per Deum negantem illum maiorem exceſſum ſtetit, quo minus ſalui fierent, vnde iam illa gratia tranſiret in efficacem. Imo Deus neutris benè prouidit, nam Iudæis eam dedit gratiam, cum qua non ſunt conuerſi, & Gentilibus non dedit ẽam, cum qua certè conuerterentur. Sed adhuc reſiſtent dicendo, gratiam, quæ in vno eſt ſufficiens, in altero eſſe efficacem, ac proinde gratiam, quæ erat ſufficiens in Iudæis, potuiſſe eſſe in Sidonijs efficacem.

Reſpondebunt alij, ſe nolle id negare (etſi contrarium ſentiant) nec enim hoc pertinet ad quęſtionẽ, quia non quæritur, an illa gratia, quę erat ſufficiẽs in Iudæis, futura eſſet efficax in Tyrijs, & Sidonijs? de quo non eſt dubitandum. Sed quæritur quænam erat illa gratia ſufficiens Tyriorum, & Sidoniorum tam parua, quæ minor erat gratia ſufficiente Iudæorũ, & tãto minor, vt in illis effectũ nõ haberet; cũ tamẽ alia ſufficiẽs habitura eſſe ẽtũ eſſet? Si tandem euadant dicendo gratiam gentilium eſſe ſufficientem, ſed minorem tamen alia Iudæorum, tunc contra illos inferunt, etiam gratiam efficacem eſſe maiorem ſufficiẽte ſecundum ſe, & dari vnam gratiã efficacem maiorem alia, quod ij certè non admittunt, quia negant cum libertate voluntatis, quam omninò conſtituunt in indifferentia ſtare poſſe hanc virtutem gratiæ ex ſe efficacis; nam cum indifferens voluntas eſſet, & veluti in æquilibrio bilãcis conſiſtere debeat, & in vtramlibet partem ęqualiter ſuſpenſa, neceſſe eſt, vt à maiori gratia non inclinetur, non poteſt autem non inclinari, quando gratia fuerit vehementior, & cum iſta inclinatione illa, opinor, indifferentia voluntatis minimè poteſt conſiſtere.

Audiamus Patrem Vaſquez 1. 2. *d.189.cap.15.nu.127.* Obſeruandum autem eſt in omni tentatione occurrente, vt liberum nobis relinquatur arbitrium, debere relinqui notitiam, vtriuſque partis, nempe boni, & mali. Nam vt diximus ſupra diſputatione 10. cap. 3. Quoties homo conſentit tentationi non attendens eſſe malum, & peccatum ei conſentire, tunc non imputatur ei ad peccatum: quia non dicitur in eam libere conſentire libertate requiſita ad genus moris. Hęc tamen propoſitio vtriuſque partis, nempe boni, & mali non ſemper fit eodem modo. Nam aliquando bonum, quod retrahere nos deberet à conſenſu in delectationem, ita acriter proponitur, vt re ipſa remoueat à conſenſu, & tunc ſine dubio gratiæ Dei peculiari deputari debet, vt explicatum eſt. Aliquando vero ita ſe offert, vt re ipſa non reuocet voluntatem à conſenſu, & tunc ſi aſſignari poteſt aliqua talis propoſitio minima, quæ requiritur, vt ſeruetur libertas arbitrii, non debet gratiæ Dei adſcribi: nam talis minima cogitatio neceſſario debet eſſe cum tentatione, & ex illa oritur, vt ſeruetur libertas, quæ alioquin ſine ea non ſeruaretur, & maior gratia eſſet tali minima cogitatione non præueniri. Sic enim conſentiens tentationi, nec

atten-

attendens ad oppoſitum non peccaret. Aliæ vero vehementiores propoſitiones boni contra tentationes etiamſi re ipſa non abducant à tentatione: nihilominus dici poſſent auxilia gratiæ ſufficientia, licet non efficacia. Quia liberè Deus vehementius talibus cogitationibus animum pulſat, quam deberet, vt ſeruaretur integra libertas: & de hac exiſtimo loquutum fuiſſe Paulum Oroſium à nobis allegatum cap.9. huius diſputationis. At vero ferè omnes alij, cum dicunt neceſſariam eſſe gratiam Dei, vt ſingulas tentationes vincamus, de congrua cogitatione, qua re ipſa vincimus tentationem, loquuntur, & de eo genere neceſſitatis, quod inferius capite ſequente explicabimus. Ita Vaſquez.

Tandem illud videtur difficile, quomodo Turcis, & Iudæis detur Gratia ſufficiens? cum ij audito Chriſti nomine indignentur, & ſæuiant, & ipſamet prædicatio occaſio ſit perſequendi, & occidendi Chriſtianos, & maiori odio Chriſtum inſectandi, vti & legimus, & audiuimus, & ſepè vidèmus. Nec dici poteſt illam ipſam prædicationem eſſe gratiam ſufficientem. Hoc enim recidit in errorem Pelagii dicentis Gratiam eſſe legem atque doctrinam. In ea enim prædicatione nihil eſt aliud, quam externa illa propoſitio legis, & doctrinę Chriſtianæ, quam illi abominantur, & cuius mētione ſuccenſent, ac iraſcuntur, & furūt. Certe difficile videtur doceri illud eſſe gratiæ Auxiliū, quo Turcę, & Iudæi, non iuuantur, ſed præcipitātur.

Sic vltro, citroque arguunt, & reſpondent authores. Summa noſtræ ſententiæ eſt, hanc quæſtionem eſſe arduam; & in hac vita ſolui non poſſe, & exclamandum cum Diuo Paulo! *ò altitudo diuitiarum! ò homo tu quis es, qui reſpondeas Deo?* quam reſponſionem ſæpè adhibet Auguſtinus; eaque ſecundam quæſtionem lib. 1. ad Simplicianum concludit, ad cuius mentem ſic P. Henriquez grauis Societatis IESV Theologus, & Magiſter Soarij *lib. vltimo. de fine hominis c.11.*

Paulus

Auguſt.

Vera, & communis Theologorum ſententia eſt: nullam ſupponi cauſam motiuam, aut conditionem præuiſam à Deo, ex parte hominis, qui ſaluatur, vt immutabili Dei voluntate diligatur, & prædeſtinetur ad vitam æternam, & ad media omnia efficacia: ſed quicunque hominū cum effectu ſaluabuntur, ij quadam excellenti certa, & antecedenti prouidentia Dei ſupernaturali ſunt gratis ſelecti de maſſa corruptionis, & prædeſtinati ob Chriſti meritum, ante præuiſum illorum vitæ diſcurſum, & rationis vſum: atque adeo ante præuiſum deceſſum in gratia perſeuerante, aut vllum iſtius hominis opus liberum præmio, & dilectione dignū. Tota vero ratio eſt libera Dei voluntas. Qua pleraque alia prouidit non ob aliam cauſam ex parte rei prouiſæ, quam quia ſic voluit, & Matth. 11. quia ita placitum fuit, apud Deum: qui iure dicere poteſt, illud Poetæ, ſic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Teſtimoniis Patrum Græcorū, quę contra ſunt adductæ c. 1. reſpōdetur.

Illos Patres minus eſſe in hac materia de gratia audiendos, cum ante Pelagium fuerint, quando huiuſmodi quæſtiones de gratia minus erant perſpectæ, & ventilatæ; & quidem priores duo, magiſter Clemens, & diſcipulus Origenes non multum ſunt credendi. Chryſoſtomus vero, quòd magiſter fuerit Caſſiani non eſt in rebus gratiæ tantę authoritatis, quantæ in aliis materiis eſſe ſolet; vti demonſtrat Pater Vaſquez *p.p. diſp.89. c. 4. & diſp.91. cap.8. & 9.* qua de re audiendus eſt Alarcon *tract.4. de prædeſt. diſp.4. cap.11. Hæc docuerunt*, inquit, *Chryſoſtomus, & alij antiquiores Patres, antequam Pelagius ab Orco proſiliret, contra quem è Cœlo adſtitit Auguſtinus pro Catholica Eccleſia, & cum Patres illi, abſque vlla ſuſpicione erroris nondum exorti docerent prædeſtinationem ex arbitrio pendere videbantur Pelagio fauere.* Noſtræ ſententiæ Auguſtinus eſt author, de quo ita Vaſquez *diſp.89. in 1. p. cap. 1. Auguſtinus vti dixi, inter cæteros Eccleſiæ Patres* in

Vaſq:

Alarcon.

Vaſq:

in materia de gratia, & prædeſtinatione non aliter, quam Sol inter cætera minora Sydera præfulget; multo autem melius nobis eſt cum Auguſtino, quam cum alijs ſentire. Et cap. 3. referens plures Patrum Græcorum ſententias, ſententiæ Auguſtini contrarios ſic ait. *Horum tamen authoritate, quanquam alioquin maximi momenti eſt, hanc ſententiam nollem confirmare, exiſtimo namque eos contra Auguſtini doctrinam ſenſiſſe.* & cap. 4. idem perſequens argumentum ait; *Tametſi aliorum Patrum authoritas in omni cõtrouerſia magni ponderis apud omnes eſſe debeat, in hac tamen, de qua nunc agitur, vnus pro multis mihi ſemper erit Auguſtinus.* Vaſquio ego aſſentior; & addo ſententiam Eſtij in comment. in cap. 9. Epiſt. ad Rom. *S. Thomas, & alij Theologi iam allegati ſuam doctrinam ex Auguſtini ſcriptis poſt Scripturam ſacram potiſſimum ſtabiliunt.* Et concludo verbis Henriquez *lib. de Fin. homil. capit.* 11. eodem capitulo. Hæc ſententia plane conſtat ex multis D. Auguſtin. locis; cuius authoritatem concilia, & Pontifices venerantur, & ipſi hæretici refellere non audent. Atque in hac re de prædeſtinatione, & gratia Dei, vnus Auguſtinus valet pro mille teſtibus; cum in ea Patres in Conc. Mileuit., Arauſic., & Triden. mutuentur illius non tantum ſententias, ſed verba. Hic autor ſentiendi grauiſſimus, conquerentibus de hac hominum diſcretione, aliquando opponit, id Roma. 9. *O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? an non poteſt figulus ex eadem maſſa facere, &c.* & in toto ferè inſigni lib. de prædeſt. Sanct. quẽ tanquã elaboratũ ſe habuiſſe præ oculis ſcribit, dũ ederet lib Retractationum ſic ille.

Eſtius.

Henriq.

Sed quoniam latè, ac ſolutè multa diſputando magis, quam definiendo diximus, & non eſt moris in ſcholis hæc incerta, & veluti pendentia relinquere, & ad iudicia Dei confugere, ſummam facio. Primum dico. Probabile eſſe, dari poſſe ignorantiã inuincibilem omnium myſteriorum ſupernaturalis Fidei, & hanc eſſe cõmunem ſententiam authorum, quos refert, et ſequitur Suar. *de Fid. d.* 17. *ſect.* 3. & 2. & Lugo *de Fid. d.* 19. *ſect.* 1. & Sanchez *lib.* 1. *Decal. cap.* 16. *num.* 3. Hurtado *d.* 65. *ſect.* 2. Caſtr. Pal. *tract.* 4. *d.* 1. *p.* 11. *num.* 4. & Coninch. *d.* 14. *d.* 11. & *d.* 18. *dub.* Secundo dico. Non eſſe improbabile, quoſdam barbaros Gentiles, etiam de Deo, vti eſt author naturæ, ignorantiam inuincibilem habere poſſe, quod ex Suario, & Recupito, & Hieronymo Ferrantino, & Card. Pallauicino, & Paulo Iouio citatis probauimus, qui authores ſequuntur D. Auguſtinum *tract.* 106. *in Ioannem*, vbi ait in nonnullis ita deprauatam eſſe naturam, vt Deũ mundi authorem ignorent. Quibus Peſantius ferme, & Sancius accedũt. Coninch vero d. 18. dub. 2. & Peſant. 2. 2. *q.* 10. *a.* 1. *d.* 4. *concl.* 2. & Vaſquez 1. 2. *d.* 122. *nu.* 3. & Lugo *tomo de Incarnat. diſ.* 5. *ſect.* 6. *num.* 107. fatentur poſſe aliquos breui tempore Dei omnimoda notitia carere. Dico tertio. Sententiam multorum Theologorum eſſe hoſce barbaros, ita ignorantes Deum non peccare vlla in re mortaliter, quamuis malè agant moraliter, quia ſeparabilis eſt ratio offenſæ diuinæ, per quam conſtituitur propriè peccatum mortale à ratione malitiæ, quæ ſumitur ex deuiatione à recta ratione, quæ non conſtituit præcisè peccatum mortale. Ita expreſsè docet Cardinalis de Lugo *tom. de Incarnat. d.* 5. *ſect.* 5. contra Salas latiſſimè probans cum ignorantia inuincibili die ſtare non poſſe peccatum mortale, & adducit pro ſe D. Thomam, & Bonauent. & alios antiquos, & ex recentioribus Bellarminum, Suarez, Aegydium Luſitanum, Leſſium, Coninch, Zumel, Henriq. quem Cardinalem hac in re ſequitur, Card. Sforza Pallauicinus *in* 1. 2. *d.* 9. *q.* 1. *ar.* 6. qui addit illam ignorantiam non ſolum liberare à mortali peccato, ſed etiam à veniali. Affero verba ipſius: *Cæterum*, inquit, *omnes iſtæ ſententiæ, vt patet, includunt in regula peccati mortalis, & venialis conceptum aliquem Dei, atque adeo ex ijs luculen-*

Cardinal. Lugo.

tulentiſſimè) ſequitur, nec rum peccatum futurum, vel Deo non cognito; vel non exiſtente, ac proinde non futurum etiã malum moraliter) vt poſt quod nemo veterum excogitauit vnquam commiſſi poſſe ſine peccato.

Dico quarto: Ex hac ſententia ſequi eos, qui morerentur in hac inuincibili ignorantia ituros ad locum pœnę damni, & propter ſolum peccatum originale damnandos, quod ſanè admittit Pallauicinus *in 1.2.d.2.q.2.a.2.* quo in loco fatetur poſſe damnari, imo de facto damnari, ſine pœna ſenſus morientes ante omnè peccatum mortale: vbi videtur concedere mori ſaltem cum veniali, præter originale, ſolum quippe mortale peccatum excludit, cum poſſit vtrumque, et loquitur de eo, qui habeat ſufficientem notitiam Dei ad committendum peccatum, nec tamen committat mortale. Cui modo dicendi non repugnat Coninch. *d.14.dub.11.nu.277.* Hoc autem conſectarium non videtur eſſe improbandum cũ à Theologo celeberrimo, & Rom. Inquiſit. Cẽſore & nunc Card. digniſs. affirmetur. Animaduerto tamen qui cũ originali coniunctum habeat veniale, eum aliqua pœnam ſenſus leuem paſſurum.

Sforza Pallauicinus

ConinK.

Obſeruo deinde tertio, hinc quæſtionem exiſtere. Prima, quomodo ſtante iſta doctrina ſuſtineatur voluntas illa Dei generalis ſaluandi omnes homines? Huic ſupra ſatis opinor fecimus: ſed nunc de nouo volumus ſatisfacere verbis grauiſſimi viri Guilelmi Eſtii *in comment. epiſt. 1. ad Timoth.* vbi ex octo, quas affert expoſitionibus ſextam, & ſeptimam maximè probat. *Sexta*, inquit, *expoſitio eſt Deum velle omnes homines ſaluos fieri, quatenus vult, & facit pios homines velle, ſeu deſiderare omnium ſalutem: cum enim ipſa Dei voluntas ſit nobis occultiſſima rectè, & conuenienter hoc eum velle dicimus, quod vult in ſuis amicis, qui ſunt homines Dei, idque non tantum præcipiendo, vt velint, ſed etiam hoc ipſum in eis operando, quemadmodum eam rem doctè explicat Auguſtinus lib.22. de Ciuit. Dei. cap.1. & 2. & lib. de Correpț. & Grat. c. 15. Atque hunc ſenſum affert B. Thomas ſecundo loco in commentario. Nec dubium, quin hic ſenſus admodum congruat inſtituto, & contextui Apoſtolico.* & paulò poſt. *Septima expoſitio, ſextæ eſt vicina, ſecundum quam dicitur Deus omnes homines velle ſaluare, quia præcipit à nobis agi, vt omnes ſaluentur. Et aptiſſima eſt hoc intellectu probatio Apoſtoli: pro omnibus eſt nobis orandum quia Deus præcipit, vt omnium ſalutem velimus, & agamus. Octaua expoſitio eſt Deum velle omnes ſaluos fieri, quatenus media, quædam & auxilia generalia contulit, ac propoſuit humano generi in vniuerſum, quibus nimirum poſſint homines ad ſalutem perduci, licet hæc ad ſalutem conſequendam, abſque alijs medijs, & auxilijs ſpecialibus minimè ſufficiant.* Hanc ſequi Proſperum *ad obiect. Vincentian. reſponſ. ad 1. & 2. & lib. 2. de vocat. gent.* & placet Heſſelio, affirmat. Minus tamen probatur Eſtio.

Guilelm. Eſtius

Secunda. Quomodo hi homines ſaluari poſſint? quibus nec eſt fides, nec notitia Dei veri. Hæc omnino nexa eſt cum tertia. Vtrum gratia ſufficiens vniuerſalis ſit, & omnibus nemine excepto detur? Et quanquam hæc quæſtio ſit de vocabulo: nemo enim Catholicus negat dari à Deo inſtrumenta, & media ad ſalutem æternam inſtituta, & ſe omnibus patentia, vti ſunt pręcepta Sacramenta, motiones, inſpirationes: quæ ſolent appellari auxilia in cauſis vniuerſalibus: quidam tamen, cum videant iſta non ad omnes peruenire, nec ijs in indiuiduo applicari, negant hoc ſatis eſſe, vt dicatur dari omnibus auxilia ſufficientia, alijs contra affirmantibus ſatis id eſſe: vnde de nomine contentio eſt. Et quidem de infantibus mortuis in vteris matrum Vaſquez perſpicuè, & conſtanter negat dari ijs auxilia ſufficientia. Ita *1.p.q.5.c.6. & d.96.c.6. & d.96.c.2. & 3.* & ibi *n.7.* impugnat illum modum dicendum dari ijs auxilium in cauſis vniuerſalibus, & inter alia affirmat hanc eſſe Auguſtini Proſperique ſententiam. Et *n.7.* con-

Vaſq.

Digitized by Google

cludit. *Ratione probatur quoniam certum eſt abſque aliqua negligentia, & culpa parentum aliquos paruulos vi ſola natura in vtero aut extra tam citò mori, vt nulla humana diligentia eis ſubueniri poſſit. Vbi ergo Deus eis prouidit remedia ſufficientia, quæ aliorum cura ipſis applicari poſſent? dicunt aduerſarij in cauſis naturalibus quæ ex ſe ſufficientes erãt vt paruuli in lucem ederentur, & baptiſma reciperent, at vero quia Deus permiſit alijs contrarijs cauſis eas impediri, ideo non potuerunt paruulis remedia prodeſſe, non quod ex ſe Deus expreſſe voluerit applicationem remedij impedire. Ceterum effugium hoc inutile eſt. Primum quia licet Deus ſolum permiſiſſet partum infantium naturalibus cauſis impedire, hoc ſatis erat vt diceremus remedia ſufficientia quæ humana diligentia poſſent applicari paruulis non conceſſiſſe quamuis expreſſe ea non negaſſet. Deinde quis audeat dicere ordinem illum cauſarum, qui partum infantis impediuit, vel in tali tempore & loco natum interemit, non fuiſſe ſpeciatim, & minutim à Deo præſtitutum & ordinatum? nam ſi ex duobus paſſeribus qui aſſe veneunt vnus ex illis non cadit in terram ſine Patre veſtro. Matthæi 10. quis aſſerat aliquos paruulos aut in vtero materno aut extra ſine Dei prouidentia ordinante interire? &c.* Aſſentitur Vaſquio

Becanus Becanus *in ſum. Scholaſt. c. 10. q. 6. n. 6. & in opuſculis opuſc. 9. c. 4. n. 1.* vbi. *Tria ſunt certa. Primò Infantes propter defectum vſus rationis non poſſe vti gratia actuali, ac proinde eam ipſis non conferri. Secundò non habere eos in noua lege aliud præſidium ordinarium quo ſaluentur, præter baptiſmum. Tertiò multos hoc præſidio deſtitui ex diuina diſpoſitione, & voluntate præſertim eos, qui ſola vi naturæ moriuntur in vtero materno, aut qui in lucem editi citius decedunt, quam aqua poſſit adhiberi.* Hi duo Authores Ieſuitæ de infantibus loquuntur.

Eſtius De Adultis Guilielmum Eſtium audiamus. Is Commentar. in caput 10. Epiſt. ad Roman. exponens illa verba Pauli. *Quomodo audiẽt ſine prædicante. Satis oſtendunt,* inquit, *hæ duæ interrogationes Apoſtoli, ſicut, & duæ ijs reſpondentes propoſitiones paulò inferius poſitæ: Fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti: non omnibus hominibus à Deo dari ſufficiẽs auxilium ad ſalutem, vt quidam putant. Conſtat enim plurimos eſſe, atque etiam multo plures olim fuiſſe præſertim ante Chriſti aduentum quibus de fide ad ſalutem neceſſaria nihil eſſet prædicatum. Quos proinde ſufficiens auxilium habuiſſe quo ſalui fierent dici non poteſt: cum teſte Apoſtolo credere non poſſint homines niſi prædicantem ea quæ credenda ſunt audiuerint.* Et commentar. in cap. 7. Epiſt. 1. ad Corinth. *Sed vnus quiſque proprium donum habet ex Deo: alius quidem ſic: alius vero ſic. Ideſt alius tale, alius autem tale. Non ſignificat omnes homines aliqua habere dona à Deo. Nam multi ſunt, inquit Hugo Victorinus in quæſtione huius loci, quibus nihil collatũ eſt vnde ſaluari poſſint; quod notent qui gratiam omnibus ſufficientem introducunt, ſed de Fidelibus agit Apoſtolus &c.* Et Commentarijs in cap. 10. eiuſdem Epiſt. ad illum verſum *Fidelis autem Deus. Verum,* inquit, *conſtat quamplurimis hominibus præſertim infidelibus & in profundũ peccatorum demerſis non eſſe poſſibile tentationes omnes ſuperare, niſi potentia multum remota: nempe quatenus adhuc in via huius vitæ conſtituti dũ vtiliter pro eis orari poteſt Deo miſerante poſſunt ad bonum cõuerti, & tentationibus euadere ſuperiores. Sed neque promiſſio Diuina de non permittenda ſupra vires tentatione pertinens ad omnes homines inuenitur in ſcripturis alia, quàm qua Deus adiutorem ſe promittit afflictis, & tentatis. Atqui non ijs ſimpliciter omnibus promittit, ſed petentibus. Ait enim. Petite & dabitur vobis: Et omnis qui petit accipit. Matth. 7. Quàm multi verò tentati non petunt, imo quam multi nec petere poſſunt? Ij maximè qui Deum non nouerunt? Nam quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Roman. 10. Sanè quod ad hunc locum attinet, non dicit Apoſtolus: Fidelis Deus qui neminem ſinit, ſed qui vos non ſinit tentari ſupra id quod poteſtis: Ex quo ſatis apparet*

paret

paret, quod ſententiam ſuam reſtrictam eſſe velis ad certum genus hominum, vt pote vel ad fideles, vel ad iuſtos, vel ad electos. Eſt autem optimus commentarius eorum qui de electis exponunt. Et rurſum poſt duas columnas ad finem eius verſus. *Poſſent, ait huc & alia multa ex alijs ſcripturis, & Patribus afferri quibus oſtendatur non omnibus hominibus, nec ſemper adeſſe vires, quibus tentationi reſiſtant.*

Eſtius

In Commentario autem ad cap. 2. Epiſt. ad Titum verſ. 11. *Apparuit Gratia Dei &c. Eam apparuiſſe dicit omnibus hominibus, non quod omnibus, ac ſingulis toto mundo hominibus innotuiſſet, ſed quia per Apoſtolos palam mundo prædicata iam erat, vt ſalutem afferent omni generi hominum, ne ſeruis quidem exceptis. Vnde non fauet hic locus eorum opinioni, qui dicunt ſingulis quibuſque hominibus gratiam adeſſe ſufficientem ad ſalutem. Quod ſi verum eſſet, tum non modo tempore Apoſtolorum ac deinceps apparuiſſet hæc gratia cunctis hominibus, ſed ab initio mundi. Quod conſtat alienum eſſe a ſententia loci.* Iterum commentatus illum verſum cap. 8. ad Hebræos: *Quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo. Aquinas* inquit *exponens hæc verba. Hanc quaſi rationem ſubijcit, quia ſcilicet non erat ſcriptum in cordibus eorum: nõ quod hæc propriè cauſa fuerit pacti non ſeruati, ſed quia Deo non ſcribente legem in cordibus eorum ſeruare eã non poterant. Itaque hæc eius ratio procedit à negatione cauſæ neceſſariæ ad negationem effectus. Tale eſt quod dicit Dominus ad Iudæos. Vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis: ideſt ex prædeſtinatis ad fidem. Ioan. 10. Notanda ſunt hæc aduerſus opinionem quorundam exiſtimantium omnibus adeſſe ſufficiens auxilium gratiæ Dei ad ſeruandam eius legem.* Similia habet in Commentar. cap. 3. Epiſt. 2. Petri, & in Comment. Epiſt. Iudę ad finem ex ſententia Sancti Thomæ.

Hanc Eſtij doctrinam omnino ante illum tradidit Bannez *in 1. p. q. 23. a. 3. concl. 7. 8. 9.* decerpo ex multis verba ſeptimæ Concluſ. in princip. *Si*

Banez

vtamur verbo dare prout eſt correlatiuum verbi accipere, Deus non dat omnibus hominibus etiam venientibus ad vſum rationis auxilium ſupernaturale gratiæ præparantis, vel ad credendum, vel ad pænitentiam agendum, & oſtendit eſſe mentem SS. Auguſtini, & Thomæ. Vnde bene illum pro hac ſententiã citauit Suarez *tomo 4. de Pænit. d. 8. de Pænit. ſ. 2. aſsert. 2.* Eandem concluſionem Bannez ponit conceptis verbis Aluarez *lib. 11. d. 112. n. 7.* & omnino probat eo citato: & ait cum eo. *Hoc auxilium multis non datur in pænam præcedentis Originalis ſaltem peccati*, & communem Thomiſtarum ſententiam dicit, & expreſſam S. Auguſtini & Thomæ. Pater vero Suarez *tom. 2. de Gratia l. 4. c. 13.* ait nonnullos Thomiſtas ſentire, multis etiã adultis deeſſe auxilium ſufficiens. Idem tradit P. Sebille *l. 2. c. 2.* Ex his apparet hanc de Gratia ſufficienti omnibus communi quæſtionem eſſe de nomine, nam omnes fatentur eſſe quidem à Deo parata dona, & Sacramenta, & inſtrumenta Gratiæ, quę certè à multis nec audita, nec cognita ſunt. Igitur his non ſunt in re applicata. Qui dicunt ſufficere illud primum ad gratiã ſufficientem, affirmant dari. Qui applicationem vlterius requirunt, negant. Vtrique de re conueniunt, de nomine diſſentiunt.

Aluarez

Thomiſtę

Sebille:

Vnum, hic eſt certiſſimum *Chriſtum pro omnibus, ac ſingulis mortuum eſſe.* Alia quippe, ac longe diuerſa quæſtio eſt. *Mortuus eſt* enim pro omnibus, & ſingulis Chriſtus, & pro ijs ſuum ſanguinem Patri obtulit faciẽs, quantum in ſe erat, ſed Pater non acceptauit pro omnibus. Præter alios germanos ſenſus, de quibus Eſtius locis citatis *commentar. in c. 2. epiſtol. Timoth. 1.* & Vaſquez *d. 97. cap. 3.* & nos in Cort. Theſi vlt. & Super Bullam Innocentij X. & in Scrinio accuratiſſimè contra Ianſenium diſputauimus.

Eſtius

Vaſquez

CAP.

CAPVT IV.

Quæ Myſteria, & quomodo ſint credenda?

PRæmittendum primò, tres fuiſſe ſtatus ab Orbe condito iuxta numerum legum in quibus homines ſaluari poterant. Primum in lege naturæ ante legem ſcriptam. Secundum in lege ſcripta ante legem gratię. Tertium in lege gratiæ, vſque ad finem Mundi. De ſingulis ſeorſim agendum. Nam Theologi communiter volunt, vt diuerſus numerus Myſteriorum, & diuerſus modus credendi in ſingulis ad ſalutem neceſſarius ſit.

Præmittendum ſecundo. Duos eſſe modos credendi, alterum explicitum, alterum implicitum. Explicitus is eſt quando res fidei diſtinctè, & immediatè proponitur, & in ſe & propter ſe creditur. Vti ſunt iſta myſteria, quæ in ſymbolo Fidei recitantur v. g. *Credo in Deum Patrem, & in Ieſum Chriſtum eius Filium, qui conceptus, natus, & paſſus eſt.* quæ ſanè explicitè, & diſtinctè, & audiuntur, & creduntur. Implicitus ille eſt quando obiectum credendum non proponitur diſtinctè, nec immediatè, ſed confusè, & inuolutè, nec attingitur in ſe, ſecundum ſuam rationem certam, & perfectam; ſed modo quodã confuſo, & imperfecto, vti cum aliquis credit Deum ſaluare homines: non audit tamen, nec credit, quomodo ſaluet, an per ſe, an per Angelum, nec habet notitiam Incarnationis, nec Paſſionis Chriſti. Et hæc eſt vera expoſitio horum modorum ſumpta ex

Auguſt: Auguſtino *lib. 9. contra Fauſtum cap.*

D: Greg: 14. Et ex D. Greg. *lib. 2. mor. cap.* 29. Ex quo deſumpſit Magiſter *in 3. diſt.*

D: Thom: 25. ita D. Thomas 2. 2. *q. 2. art.* 6. &

Valentia: Valentia *diſp. 1. punct. 3.* à quo ego ali-

Suar: quantulum differo, & Suarez *diſput. 12. ſect.* 4. quo cum prorſus conſentio.

Quæſtio nunc eſt: quæ, & quomodo Fidei Myſteria in primo ſtatu legis naturę eſſent credenda? Communis ſententia eſt, Credenda omnino eſſe (loquimur autem de lumine ſupernaturali) Deum, & vnum eſſe, eumque Remuneratorem eſſe. Probantur hęc obiecta ex Paulo ad *Heb.* Paulus ad Heb. 11:

11. *Aſcendentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & inquirentibus ſe Remunerator eſt*. Et videtur conſtare ex ratione naturali; quia hæc ipſa dictat, Deum eſſe, & vnum eſſe, & vltimum finem, ac beatitudinem Creaturarum eſſe. Hoc autem eſſe credendum ſupernaturali Fide oſtendit D. Tho. 2. 2. D. Th:

2. *quæſt. 2. art. 4. & 5.* & eum eo Interpretes inter quos Valentia *diſp. 1. puncto* 3. & Suarez *diſp. 12. de Fide ſect.* 3. Valentia: Suar.

qui ait: duo illa Prima ad Deum in ſe, & ſecundum ſe, Tertium ad Deum in ordine a Creaturas pertinere. Vtrum autem ex vi huius Teſtimonii Pauli ſit obiectum explicitum, Deum punire peccata, quatenus Remunerator dicitur? non ſatis explicant Authores. Ego non dubitem affirmare, nam Remunerator virtutis, eſt quid relatiuum ad punitorem peccati, quæ duo mutuo ſe reſpiciunt; & ſunt ſimul more relatorum. De Iuſtificatione autem, vtrum hæc ſit obiectum explicitum, ex eo, quod ait Paulus, *inquirentibus ſe Remunerator eſt*, (nam inquiri ab homine Deum ſupernaturali modo ſine auxilio gratiæ Dei eſſe non poteſt,) nihil inuenio perſpicuè dictum à Theologis; tantùm Suarez, ait includi in Suarez. Conc: Tr:

obiecto Dei Remuneratoris, cũ Deus ſit author Iuſtitiæ, & Remiſſionis peccatorum, & citat pro hac re Concilium Trid. *ſeſſ. 6. cap. 6.* cum dicit *in initio iuſtificationis neceſſarium eſſe moueri in Deum tanquam in iuſtitiæ fontem*. Quod ſanè verum eſt, ſed non eſt ſatis ad quæſtionem vtrum hoc explicitè ſit credendum? Et ſanè retento termino Suarij, id eſt *includi*, non videtur eſſe explicitum: nam id quod explicitum eſt patet, non includitur; certum eſt tamen hæc duo Iuſtificare, & Remittere peccata, inuolui, & includi in remuneratore. Vnde ego addidi alia ver-

ba

Digitized by Google

ba Pauli *inquirentibus*, quæ videntur expreſsè ſignificare virtutem inquirentium, quę ſupernaturalis eſſe debet, ac proinde donum Dei ex gratia. Sed non exiſtimo hanc veritatem explicitè in loco Pauli contineri, ſed implicitè, & confuſè: nec enim inquirere Deum, expreſsè dicit gratiam iuſtificantem, nec remiſſionem peccatorum, imo ne gratiam quidem actualem, ſed ab ea præſcindit.

Igitur hęc prima ſententia in lege naturæ ſolùm requirit fidem explicitam vnius Dei quoad ſe, & vltimi finis quo ad nos, in ratione entis & ſtatus ſupernaturalis. Cæterorum autem Myſteriorũ, vti eſt Trinitas perſonarum, Incarnatio Verbi, Crucifixio Chriſti negat neceſſariam eſſe explicitam fidem, affirmat ſufficere implicitam & confuſam. Hanc ſententiam Suarez communem dicit Suarez *diſp.* 12. *ſ.* 3. *n.* 13. Et extra Controuerſiam eſſe ait Valentia Valentia *diſp.* 1. *q.* 2. *puncto* 4. Et pro ea citat multos authores qui fermè ſunt iidem quos adducit Suarez. Non dubito quin ſit inter recentiores Theologos recepta, & ſcio nonnullos antiquos eam docuiſſe. Miror tamen Suar. Valentiam pro ea Auguſtinum citare. Miror item P. Suarez affirmare D. Th. in eadem eſſe ſententia: quod infra examinandum, cùm protulero meum in hac Controuerſia iudicium.

Circa ſtatum legis Moyſi: communis item ſenſus Scholaſticorum eſt, ſatis fuiſſe illam fidem explicitam propriam legis naturæ, nec fuiſſe opus fide Trinitatis, aut Incarnationis, aut Crucis explicita in lege Moyſi ad ſalutem. Eandem quippe rationem eſſe de Gentilibus, & Iudæis qui fuerunt ante aduentum Chriſti. Imo addunt poſt Chriſti aduentum ante legem gratiæ promulgatam, non fuiſſe neceſſariam explicitam Chriſti fidem, ſed implicitam ſatis fuiſſe, cum perinde eſſet non promulgari legem gratiæ, atque non obligari à lege gratiæ. Itaque ſufficere illam fidem quæ ſufficiebat ante aduen- Valent. tum Chriſti. Ac ita docent illi duo no- Suar. biles Theologi Valentia, & Suarez citati locis à me adductis. Argumenta quibus hanc ſententiam ſuadent pauca ſunt. Nec Suarez qui iis abundare ſolet, aliis vtitur quàm congruentiis & coniecturis. Nititur autem maximè argumento negatiuo, quod non conſtat de illa obligatione credendi explicitè in Chriſtum, quare illam nõ eſſe imponendam. Locos autem Scripturarum affert duos. Primum ad Corinth. 10. *Bibebant autem de ſpirituali conſequenti eos petra. Petra autem erat Chriſtus*, ex quo probat Suarez notitiam Chriſti obſcuram, & figuratam fuiſſe. Secundum ad Galat. 3. *Priuſquam veniret fides ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat*, ex quo ille & Valentia deducunt fidẽ Chriſti in occulto apud Iudæos fuiſſe, & tamen per vmbras quaſdam & figuras erupiſſe. Addit autem Suarez tempore legis ſcriptæ ad ſummum fuiſſe neceſſariam fidem Chriſti ex præcepto, & in voto: non autem ex neceſſitate medij. Valentia vero cum eodem Suarez animaduertit multos iuſtos ante aduentum Chriſti de Chriſto fidem explicitam habuiſſe, non quod eſſet neceſſaria, ſed ex abundantia quadam ob inſignem illorum virorum ſanctitatem. Hęc ſunt quæ communiter recipiuntur, & dictantur in Scholis Theologicis, & diſcipulis à præceptoribus traduntur. Mihi tamen ſcripturas accuratè legẽti, Patreſque præſertim Auguſtinum, eiuſque Diſcipulos verſanti aliud videtur. Itaque author cum his ſum, In omni prorſus lege neceſſariam fuiſſe fidem Ieſu Chriſti Redemptoris explicitam, & omnes quicunque fuerunt ab Orbe condito iuſtos per hanc fidem iuſtificatos, & per eandem poſt mortem ſaluatos fuiſſe. Idque diligenter probarè volo, primum ex ſcripturis, deinde ex Auguſtino, & aliis Patribus, poſtremò argumentis ex ſacris fontibus deductis. Ex Theologis item cuius ſententię Diuum Thomam Ducem et authorem me habere puto quod ipſius teſtimoniis infra palam faciam. Ex recentioribus autem vnum prò hac ſententia citat P. Suarez *diſp.*

12.

Paul Cor:
Paul: Gal.

11. *ſect.* 3, *n.* 13. nempe Cordubam in quæſtionaiio *lib.* 1. *q.* 5. *ad* 3.

Io: 15. Primus locus ſit ille Ioan. 15. *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*. Qui locus cum cognitione vnius veri Dei ſimul notitiam Chriſti Saluatoris coniungit. Act. 4. Secundus eſto Actorum 4. Vbi cum Petrus dixiſſet *In Nomine Domini noſtri Ieſu Nazareni* adiunxit, *Et non eſt in aliquo alio ſalus, nec enim aliud nomen ſub Cælo datum eſt hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri*, vbi ait *datum eſt* de preterito referendo ad homines indefinite *hominibus*, pręterea illud *ſub Cælo* terminus eſt, qui vniuerſalitatē tēporum, et locorū ſignificat. Nec hi duo loci infirmantur ex eo quod ſunt ſcripti, et adducti poſt aduentum Chriſti, et quod Ioannes ſuo dicat *miſiſti* de præterito, quòd videtur referendum ad futuros poſt Chriſtum, et Petrus ſuo de præſentibus videatur loqui, non de pręteritis hominibus, cum Petrus dicat *Oporteat nos ſaluos fieri*: quaſi hæc verba non pertineant ad præteritos. Suar. Valentia. Nam aduerſarij noſtri vti eſt Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 3. *num.* 2. et Valentia *diſp.* 1. *q.* 2. *puncto* 5 ex primo loco Ioannis probant cognitionem Dei per fidē eſſe neceſſariam omnibus, ergo etiam inde deducant, *quæ coniuncta eſt fides Ieſu Chriſti*, omnibus neceſſariam fore. Deinde vterque locus præſertim ſecundus magnam vim habet ad perſuadendum neceſſariam omnino fuiſſe fidem explicitam Chriſti; cum dicatur *non eſt in aliquo alio ſalus*, quæ propoſito negatiua eſt, & excluſiua alterius modi conſequendi ſalutem.

D. Paul. Sed omnis euaſio tollitur conferendo hos duos locos cum alijs Pauli ad Hebr. 11. & ad Rom. 1. & 2. ad Cor. 4. Igitur ad Hebr. proponens definitionem fidei; *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum argumentum non apparentium* ait. *In hac teſtimonium conſecuti ſunt ſenes* quo manifeſtè ſignificat Patres antiquos illam fidei ſubſtātiam habuiſſe, numerando autem eos ad Hebr. ab innocente Abele vſque ad Moyſen habuiſſe fidem Chriſti Filij Dei Redemptoris conſtat. Igitur, & omnes alij habuerunt, qui vixerunt in lege naturæ. Eos item qui vixerunt in lege Moyſi vſque ad Euangelium eiuſdem fidei fuiſſe, ſatis docet Paulus in eodē capite ad finem, vbi commemorat Iudices & Prophetas populi Iſrael, & inſignes iuſtos qui paſſi ſunt Martyrium pro lege Dei; de quibus ait. *Sancti per fidem vicerunt regna, adepti ſunt repromiſſiones*. Et ad finem capitis expreſsè loquitur *de reſurrectione mortuorum*: & concludit *eos omnes teſtimonio fidei probatos non accepiſſe tamē repromiſſionem*, quam nos accepimus in lege gratiæ, ideſt, non vidiſſe aduentum Chriſti, quem ipſi expectauerant. Quòd autem ea expectatio eſſet cum fide, & cognitione Chriſti explicita, patet ex initio ſequentis capitis 12. vbi ſic. *Ideoque, & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium curramus inſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum*. Quo nihil manifeſtius dici potuit. Vocat enim illos quos capite 11. recenſuerat teſtes fidei ſuæ, quæ erat de Chriſto prorſus explicita, & huius fidei ait *Ieſum eſſe authorem, & conſummatorem*. Hoc eſt *authorem* in Patribus antiquis, & *conſummatorem* in Apoſtolis, de qua fide dixerat eodem cap. 11. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*, & in hac Enochum placuiſſe Deo, quę eſt fides iuſtificans in qua nos in lege gratiæ ſaluamur. Qui certè loci validi ſunt, & omnino fiunt inuicti, ſi cum Paul. ad Rom. locis capitis 1. ad Rom. & 2. ad Corinth. 4. coniungātur. Nam 3. ad Roman. loquens de Euangelica & explicita in Chriſtum fide. *Virtus eſt*, inquit, *Dei in ſalutem omni credenti. Iudæo primum & Græco*. Ecce fides Euangelica: mox ait. *Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem* id eſt iuſtificatio in omni credente tum antiquo aliarum legum, tum nouo in noua, ex fide in fidem continuata apparuit. *Sicut* inquit *ſcriptum eſt. Iuſtus autem ex fide viuit*. Hæc autem fides erat Chriſti prædicta a Propheta Abacuch, Abac. qui de Chriſto manifeſtè vaticinatur, dum ait. *Apparebit in finem, &*

non

non mentietur. Si moram fecerit expecta eum, & infra: *qui incredulus eſt, non eſt recta anima eius. Iuſtus autem ex fide viuit*. Quod teſtimonium citat
Paul. Paulus, & amplicat ad fidem Chriſti
in lege gratiæ, quæ erat illa quam
in iuſtis ante aduentum Chriſti Abacuch requirebat. Locutum autem
fuiſſe Abacuch de fide explicita Chriſti Redemptoris, conſtat ex illius Prophetia; in qua apertiſſimè de Chriſti
Redemptione, Cruce, & Paſſione lo-
Abact. 3. quitur cap. 3. vti omnes Interpretes
obſeruant. Nemo ſane tam clarè ſal-
Abac: 3. uatoris nomen poſuit vti ille. Cap. 3.
Exultabo in Deo Ieſu meo. Nemo tam
perſpicuè Myſterium Crucis expoſuit:
cornua in manibus, ibi abſcondita eſt fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.
Quod in argumento huius Prophetiæ vetera Biblia animaduertunt. Igitur ex hac fide in fidem affirmat Paulus proceſſiſſe Sanctorum hominum in omni lege iuſtificationem. De eadem
Paul: Cor: dixerat Paulus 2. ad Corinth. 4. *habentes eundem ſpiritum fidei*, citato Da-
Pſal. 115: uide Pſal. 115. *Credidi propter quod locutus ſum*. Quem credidiſſe in Chriſtum explicitè, prorſus conſtat. Acce-
Ad Gal. 2. dit locus Pauli inſignis ad Galat. 2.
Non iuſtificatur homo niſi per fidem Ieſu Chriſti, & opponendo hanc operibus legis, ſignificat omnibus, qui in ea lege vixerunt, fuiſſe neceſſariam. Mitto alio teſtimonia. His enim, opinor, probata manet hæc noſtra de Fide Chriſti explicita in omni lege doctrina. Itaque nullam aliam fidem ſufficientem ad ſalutem agnoſcit Scriptura, ſiue ſalus ſit inchoata iuſtificationis, ſiue conſummata beatitudinis.

Conc: Tr: Poſt Scripturam eſt Concil. Tridentin. *ſeſſ. 6. c. 1.* vbi ait *Omnes gentes in præuaricatione Adæ innocentiam perdidiſſe, & ſub poteſtate diaboli, ac mortis vita fuiſſe, vt non modo gentes per viam naturæ, ſed ne Iudæi quidem per ipſam etiam litteram legis Moyſi, inde liberari, aut ſurgere poſſent*. Atqui Iudæi in lege ſecundum litteram habebant Meſſiam tanquam Regem, & liberatorem expectandum, nec poterant tamen in hac fide legis ſecundum litteram iuſtificari, ergo alia fide Chriſti Redemptoris explicita indigebant. Cap. autem 2. docet Chriſtum Ieſum & ante legem, & legis tempore multis Sanctis Patribus declaratum, ac promiſſum. Vnde ſequitur hos Patres obligatos fuiſſe ad habendam de Criſto fidem explicitam: hi autem alios docere poterant, & debebant, vt in Chriſtum crederent modo debito, & qui fidei Chriſti explicitè æquipolleret: duo enim modi ſunt credendi explicitè, vti ſtatim declarabimus. Tandem cap. 7. de Bapt. ait. *Quod eſt Sacramentum fidei ſine qua nulli vnquã contigit iuſtificatio*. Diſtinctè loquitur de fide Baptiſmi, quæ eſt in adultis fides Chriſti explicita; & ſine hac negat vllum hominem adultum ſaluum fuiſſe, qui locus omnes omnium legum homines comprehendit. Non ait autem ſine Baptiſmo nemini ſalutem contigiſſe, ſed ſine fide Baptiſmi, quia Baptiſmus voto ſuppleri poteſt, fides non poteſt Tandem ſeſſ. 5. Can. 3. vtitur loco Petri Act. 4. *Non eſt aliud nomen ſub Cælo*.

Eſt autem hæc propria, & indubitata Auguſtini ſententia. Ac miror S. Aug:
eſſe Theologos qui cum Valentia in Valent:
oppoſitum Auguſtinum trahant, nixi Suar;
vno loco lib. 19. contra Fauſtum cap. D: Aug:
14. Quem iure Suarez non recipit, quod vidit nihil iuuare: tomo de fide ſect. 3. n. 14. ad finem. Igitur D. Auguſtinus lib. 3. de peccato originali cap. 26. & lib. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 31. & lib. 3. cap. 4. & lib. 15. contra Fauſtum cap. 24. & & lib. de cor. & gratia cap. 7. & lib. de Prædeſt. SS. cap. 7. & lib. 1. ad Simplicianum q. 2. & lib. 18. de Ciuit. cap. 47. & epiſt. 89. docet fidem expreſſam Chriſti Redemptoris omnibus iuſtis neceſſariam fuiſſe, & neminem ſine illa ſaluatum. Affero tria teſtimonia manifeſta. Primum lib. 18. de Ciuit. cap. 47. in quo affirmat in lege naturæ multos fuiſſe iuſtos fide Chriſti clara & expreſſa præditos: ac inducto in exemplum Iobo, eum æquat omnibus ex Iudæa ſanctis, qui Chriſtum prænuntiarunt, aitque multos ei ſimi-

Digitized by Google

les de Gentilibus Fideles inuentos. Tum; *Hi*, inquit, *Deo placuerunt pertinentes ad ſpiritualem Hieroſolymã, quod nemini conceſſum fuiſſe credendum eſt, niſi cui diuinitus reuelatus eſt vnus Mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus, qui venturus in carne ſic antiquis Sanctis prænuntiabatur, quemadmodum nobis veniſſe nuntiatus eſt, vt vna eademque fides per ipſum omnes in Dei Ciuitatem, in Domum Dei, in Dei templum prædeſtinatos perducat ad Deum.*

[August.] Secundum produco ex epiſtola 169. ad Hilarium q. 5. *Antiquos iuſtos quicunque eſſe potuerunt, non niſi per eandem Fidem liberatos, per quam liberamur & nos, per Fidem ſcilicet incarnationis Chriſti.* Tertium ex lib. 2. contra duas epiſtolas Pelagianorum c. 21. *Quantalibet fuiſſe virtutis antiquos prædices iuſtos, non eos ſaluos fecit, niſi Fides Mediatoris, qui in remiſſionem peccatorum ſanguinem fudit, ipſorum enim vox eſt: Credidi*
[Paul: Ap.] *propter quod locutus ſum Pſalmo 115. Vnde ait, & Apoſtolus Paulus 2. ad Corint. 4. Habentes eundem ſpiritum Fidei ſecundum quod ſcriptum eſt credidi propter quod locutus ſum, & nos credimus propter quod & loquimur: Quid eſt autem eundem ſpiritum, niſi quem illi quoque habuerunt qui iſta dixerunt?* Quę eſt perſpicua Auguſtini in omnibus ſcriptis ſuis ſententia, quam Patres eius Diſcipuli ſequuntur. Præterea D. Hieronymus comment. in locos Pauli ſupra citatos, & Gregorius Magnus homil. 19. in Ezechiel. Citatur etiam à Cardinali de Lugo, Nazianzenus oratione 20. de Machabæis; ſed hic de Martyribus loquitur, vti fuerunt Machabæi, quorum neminem ait ſine Fide in Chriſtum Martyrium facere potuiſſe. Allegatur inſuper à Suario D. Ignatius Patrum antiquiſſimus in Epiſtola ad Philadelphienſes; ſed locus obſcurior eſt, quamuis noſtram doctrinam ſignificet.

[D. Hieron. Gregor: Magnus: Lugo Cardin. Nazianz. D; Ignat.]

Eam vero iam argumentis probemos, tum rationis, tum authoritatis. Primum ſic. In omni lege iuſtificatio & ſalus fiebat authore Chriſto, & virtute ſanguinis eius. Debebat ergo cognoſci author, & amari, & coli: eſt enim abſurdum, à quo acceperis beneficium, eum ignorare. Secundum. Illi iuſti habebant Fidem iuſtificantē dogmaticam de myſteriis ſupernaturalibus ſibi reuelatis, & illa Fides donum Dei erat, cum ergo reuelatio Chriſti incarnati, & paſſi eſſet vnum ex præcipuis Myſterijs, non erat vlla cauſa, cur Deus hoc Myſterium, quod erat Fidei fundamentum non reuelaret. Tertiũ. Chriſtus finis eſt omniũ legum, & caput totius corporis Eccleſiæ, ergo non debuerunt illæ leges carere notitia ſui finis; & Eccleſia illa, quæ vnum Corpus efficit cum Chriſto notitiam ſui Capitis debuit habere. Quartum. Si Deus ex communi Patrum ſententia Angelis in Cœlo creatis, quorum Chriſtus Redemptor non erat, eum tamen incarnandum reuelauit, quomodo eum non reuelaret hominibus, quorum Redemptor erat futurus? Iſta ſunt argumenta à ratione petita.

Hęc ſunt ab authoritate. Primum In principio Mundi Deus manifeſtè prædixit Adamo Chriſti Incarnationem, & ædificationem *Eccleſiæ*. Cap. enim Geneſ. 3. dixit *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius; ipſa conteret caput tuũ.* [Geneſ. 3.] Quod (vti ſupra in controu. de Scripturis notauimus) ſpectat ad Incarnationem. Et Geneſ. 2. *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* [Geneſ. 2] Quod Paulus de Eccleſia à Chriſto ædificata ſibique deſponſata intellexit. [Paulus.] Imo nullum magis Myſterium in ſacris litteris commendatum eſt, nullum pluribus, & clarioribus ſignis expreſſum; quàm Incarnationis, & Redemptionis; nullum magis à Patribus cognitum, & Prophetatum, quod ipſemet Chriſtus teſtatus eſt in Euangelio, & Apoſtoli in Actis, & Epiſtolis, qui ſemper Phariſæos ſcripturis conuincebant.

Secundum argumentum. Non poterat deeſſe illa notitia Fidei Chriſti in vtraque lege tum naturę, tum ſcri-

ptæ;

Digitized by Google

ptæ; fuiſſe autem in vtraque patet ex eo, quod Adamus habuit notitiam expreſſam Chriſti, & Filiis ſuis haud dubiè tradidit. Noè autem poſt diluuium eandem habuiſſe Fidem nemo Theologus dubitat; igitur eam poſteros ſuos docuit. Abraham vero Pater credentium manifeſtè Chriſtum venturum agnouit, eumque deſiderauit dicente Chriſto Ioan. 8. *Abraham Pater veſter exultauit, vt videret diē meū*, quod de verbi incarnati aduentu cōmuniter explicant Interpretes. Tandem cognouiſſe Chriſtum Patriarchas illos Filios, & Nepotes Abrahæ omnino conſtat. Igitur in lege naturæ Chriſti Fides explicita deeſſe non potuit.

Ioan. 8.

Tertium, non erat, nec difficilis, nec noua huiuſmodi reuelatio Chriſti Redemptoris, cum inter Gentiles Iob ante legem ſcriptam exactiſſimè eam habuerit, & in libro ſuo expreſſerit, vti docet Auguſtinus *lib.* 18. *de Ciuit. cap.* 47. Et inter Samaritas muliercula aquæ baiula Meſſiam diſertè vocauerit, & cognouerit Ioann. 4. & doctam ſe, & peritam myſterij Redemptionis oſtenderit. Inter Iudæos etiā Herodis tēpore ſub Natiuitatē Chriſti Legiſperiti, poſtea vulgares homines; imo & cæci, & claudi Chriſtum venturum, antequam præſentem haberent, nouerant. Cur ergo tam occultum tamque remotum à notitia hominum faciunt hoc Myſterium? Quo nihil erat inter Iudæos notius, & celebratius.

Auguſt. Ioan. 4.

Confirmatur ex S. Auguſtino *de Ciuitate lib.* 13 *cap.* 11. & D. Thoma 2. 2. *q.* 2. *a.* 7. *ad* 3. qui docent Gentilibus factam fuiſſe reuelationem de Chriſto v. g. Sibyllis, vt patet ex ijs, quæ prædixerunt. Affert autem ibidem D. Tho. exemplum mirabile ex hiſtoriis, vt ait, Romanorum, tempore Conſtantini, & Helenæ, hominis inuenti in ſepulchro cum aurea lamina in pectore iis verbis inſcripta. *Chriſtus naſcetur ex Virgine, & ego credo in eum. O Sol ſub Helena, & Conſtantini temporibus iterum me videbis.*

S. Auguſt. D. Th.

Quartum, ducitur ex ſacra Euangelii de Magis Hiſtoria, qui Stella duce venerunt ad adorandum Chriſtum ex eo, quod habebant notitiam illius prophetiæ Balaami. *Orietur Stella ex Iacob*. Quæ ad Gentes emanauerat, ac proinde notitia Chriſti Redemptoris; quam vt animaduertit Card. de Lugo *tomo de Fide d.* 12 *ſect.* 4. probabile eſt habuiſſe non ſolos Iudæos, ſed etiam Gentiles, qui circa aduentum Meſſiæ fuerunt a Deo illuminati, vel opere Iudæorum, vel Angelorum, teſte Lugo ex D. Dionyſio quem citat.

Matte. 2. Card. de Lugo.

Quintum, Omnes qui ſaluantur, Chriſtiani eſſe debent, faciunt quippe vnum Corpus cum Chriſto, & vnam cum eo capite Eccleſiam conſtituunt. Quod certè ſtare nō poteſt cum ignorantia Chriſti. ¶Non ſufficit autem dicere in Cœlo cogn ituros Chriſtum eſſe, nam ibi non erit Fides: quę eſt prima confirmatio huius argumenti, nam cognitio Patriæ reſpondet Fidei, quomodo ergo in Patria habebunt ſaluati cognitionem Chriſti, ſi Fidem Chriſti in terris non habuerunt? Igitur vt habeant in Patria Chriſti viſionem, debuerunt in via Chriſti habere Fidem. Confirmatur ſecundo, eo quod Chriſtus dixit ſe eſſe *lucem veram, quæ illuminat omnem hominem*, & eſſe *viam, veritatem, & vitam*, & neminem venire ad Patrem niſi *per eum*, ſi autem aliqui ſaluantur ſine Fide, & notitia Chriſti per aliam lucem, per aliam viam, per alium Mediatorem ad ſalutem perueniunt.

Digitized by Google

CAPVT V.

Examinantur & explicantur magis iſtæ ſententiæ & quæſtio perſpicuè reſoluitur.

PRobato vniuerſaliter Fidem Chriſti explicitam in omni lege eſſe neceſſariam tamquam medium ad ſalutem; oportet examinare, & exponere, quomodo intelligitur iſta doctrina, & quomodo impugnetur alia. Nam magna pars huiuſce quæſtionis videtur eſſe de vocabulo, & magna varietas eſt in ea opinionum. Igitur vt clarè procedamus aduertimus cum Patre Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 2. *num.* 16. & Card. de Lugo *diſp.* 11. *ſect.* 4. *num.* 83. Quatuor modis poſſe haberi notitiam de Christo Redemptore. Primus eſt cognoſcendo in generali Deum eſſe Iuſtificatorem, & Saluatorem abſtrahendo à perſona ſaluantis, & mediis ſaluandi. Secundus cognoſcendo aliquam perſonam Mediatoris inter Deum, & homines, non determinatam tamen, & certam, ſed confuſam, non declarando, an ſit Angelus, vel homo, vel Deus. Tertius, quando cognoſcitur perſona Mediatoris credendo illum eſſe Deum, qui aliqua ratione poſſibili, & congruente mediet inter Deum, & homines, non ſpecificando tamen Incarnationem, & Paſſionem. Quartus, quando iam apparet Ieſus Chriſtus Filius Dei incarnatus, & natus, & paſſus in indiuiduo, vti hodie credimus. Ita fermè explicat Aegidius ConinK *diſput.* 14. *dub.* 9. *num.* 130. Quamquam tres modos tantum ponat. Illi duo primi modi ſunt, & dicuntur impliciti: tertius eſt mixtus ex implicito, & explicito: quartus eſt omnino explicitus.

Suar. Card: de Lugo

ConinK.

Igitur authores communiter affirmant; illos duos priores modos omnino implicitos ſatis fuiſſe in lege naturæ, imò & in lege Moyſi ad ſalutem; Ita Valentia *diſp.* 1. *quæſt.* 2. *puncto* 4. & Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 3. *num.* 17. Idque probabilius credit Lugo *diſp.* 12. *ſect.* 4. cum multis alijs quos adducunt. Imo dicit Suarez nu. 17. certiſſimum eſſe Fidem explicitam tertio, vel quarto modo non fuiſſe ante aduentum Chriſti neceſſariam ad ſalutem: quæ ſententia fermè recepta eſt in ſcholis. Sed ea mihi placere nequit, & quoad primum modū diſplicet Aegidio de ConinK, qui eam latè impugnat *diſp.* 14. *dub.* 9. & contrarium tenet num. 147. in ſecunda concluſione.

Valentia Suarez Card: de Lugo

Aegidius de ConinK

Impugno autem ego duos illos modos. Primum ſic. In illo primo modo tam confuſa, & obſcura eſt notitia Mediatoris, vt neque in communi, neque in ſingulari vllatenus appareat, quomodo ergo ſatis ad ſalutem cognoſcitur, ſi minimè cognoſcitur? Patet diſcurſus, quia de Chriſto Redemptore multo magis expreſſa Fides, quam de alijs Sacramentis, & Myſterijs requiritur. Sed in eo primo modo non magis exprimitur Chriſtus, quam alia Myſteria, & Sacramenta, imò ſunt omnia confuſa, & obſcura, ergo non ſufficit illa propoſitio, & cognitio ad ſaluandam Fidem Chriſti. Secundò; quia non ſatis videtur eſſe credere Deum in ſcientia, & potentia ſua habere Redemptorem, & media ſaluandi, ſed neceſſe eſt credere illa actu poſuiſſe. Non enim noſtra Fides verſatur circa ſcientiam, & potentiam Dei, qua ſciat, & poſſit facere Myſteria, & media Fidei, ſed circa Myſteria facta, & determinata. In illo autem primo modo ſūt omnia illa obiecta in ſtatu poſſibili, qui ſtatus non eſt ſatis ad obiecta Fdei conſtituenda. Ex quo apparet primum illum modum non eſſe idoneum.

Secundum ſic impugno. Chriſtus eſt certa perſona, & determinatum obiectum, ſed in ſecundo illo modo Chriſtus, nec eſt certa perſona, nec determinatum obiectum, ergo non eſt obiectum Fidei Chriſti. Dicent eſſe implicitè. Contra, quia eodem modo eſt implicitè in eo obiecto Angelus, vel alia Creatura; ergo per illum

lum ſecundum non magis creditur in Chriſtum, quam in Angelum, vel aliam creaturam, cum in omnes credatur æquè implicitè. Secundò, quia illa Fides conformatur cum ſuo obiecto; at obiectum eſt indifferens ad Chriſtum, & non Chriſtum, ergo & Fides erit indifferens ad vtrumque, quod eſt abſurdum. Explicatur: quia homo ille, qui credit illo ſecundo modo ſi interrogetur, quid credat, dubitabit, ſed ille, qui dubitat de obiecto Fidei non habet Fidem de tali obiecto, ergo ille homo non habebit Fidem de Chriſto. Tertio, quia ille ſecundus modus proponit quoddam indiuiduum vagum, quod indignum eſt credi Fide, eſt enim potius de quodam phantaſmate, quam de certa perſona, atque adeo alienum à reuelatione Fidei. Summa harũ rationum eſt, quia ex vi credendi implicitè duobus illis modis multa creduntur implicitè, quæ nec ſunt, nec erunt, ac proinde Fides illa Chriſti implicita non magis erit de Chriſto, quam de aliis, quæ non erunt, nec ſunt obiecta Fidei. Certè non eſt huiuſmodi Fides illa, quam Sacra Scriptura de Chriſto habendam eſſe docet. Nam hæc ita Chriſtum proponit, & in eum credi iubet, vt excludat, & iubeat non credere alia, quæ non ſunt Chriſtus. Vnde improbat illam Fidẽ implicitam, quæ cum Chriſto admittit alia obiecta, quæ non ſunt Chriſtus. Nam ſi credo primo, vel ſecundo modo in Redemptorem, prout eſt communis Angelo, & creaturis, credo in ea quæ ingrediuntur in iſtum conceptum communem, & multa diuerſa à Chriſto obiecta admittuntur, contra eum modum credendi, quem requirit diuina Scriptura. Quare miror Suarium dixiſſe; hanc de Fide implicita duobus illis modis ſententiam, eſſe certiſſimam; cum expenſis hiſce rationibus ægrè videatur eſſe probabilis, & certè niſi obſtaret authoritas, ego vix probabilem illam exiſtimarem.

Quod attinet tertium modum, qui partim eſt explicitus circa perſonam, partim implicitus circa modum Redemptionis de illo ita ſentio. Si non determinet perſonam illam ad naturam hominis, ſed relinquat illam indifferentem ad Angelum, vel aliam creaturam ſatis non eſſe ad Fidem de Chriſto. Idque probant rationes adductæ. Si autem determinet ad hunc hominem, etſi non determinet media, quibus ille redempturus ſit, probabile iudico ſatis eſſe, ita credere in Chriſtum. Sed hic modus non poteſt dici Fides implicita, ſed explicita de Chriſto, & implicita de mediis. Dico autem probabile propter authoritatem communis ſententię. Sed ſi interroger quid ſentiam: hac concluſione ſatisfacio.

Concluſio. In omni lege tum naturæ, tum Moyſi, tum gratiæ neceſſaria fuit neceſſitate medii omnibus ad ſalutem Fides Chriſti Incarnati, & Paſſi explicita. Cætera ſatis fuit implicitè, & in alio credere. Hęc quoad primam partem, omnino ſequitur ex reiectione aliorum modorum. Quoad ſecundam partem probatur, quia Redemptio facta eſt per Crucẽ, & ad eam Incarnatio fuit ordinata; nam ideo incarnatus eſt Filius Dei, vt hominem redimeret pretio ſui ſanguinis, ita vt ſumma ſalutis noſtræ Crux ſit. Ergo Si Chriſtus incarnatus diſtinctè, & noſci, & credi debet, etiam debet noſci, & credi crucifixus. Suadetur, quia tota ſcriptura figuris Crucis plena eſt, & lex ſcripta referta ſacrificiis Chriſtum crucifixum ſignificantibus. Illud Patriarchæ ante Moyſen, illud poſt Moyſen Prophetę Myſterium prædixerunt: illud idem Apoſtoli prędicarunt, & Euangeliſtæ ſcripſerunt; hic erat ſcopus doctrinæ & prædicationis Pauli, vt ex illius Epiſtolis apparet. Hæc eſt manifeſta Auguſtini ſententia, vbique in eius operibus expreſſa; ſemper enim mortis; & Crucis meminit. Do duos locos inuictos. Primus eſt, ex libro de nat. & grat. cap. 2. & 44. ſecundus, lib. 2. de gratia Chriſti, ſiue de peccato originali cap. 24. Propono primum locum. In eo libro, cap. 2. poſito caſu D. Auguſ

in quo

in quo quis nihil audiuit de fide Chriſti, eum ſaluari non poſſe Auguſtinus affirmat. *Quodſi*, inquit, *fieri poteſt, aut potuit: hoc ego dico quod de lege dixit Apoſtolus ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Si autem non gratis Chriſtus mortuus eſt ergo omnis humana natura iuſtificari, & redimi ab illa Dei iuſtitia hoc eſt à vindicta nullo modo poteſt, niſi per fidem, & Sacramentum Sanguinis Chriſti*. Argumentatur Auguſtinus more ſuo ex effectu ad fidem. Colligit enim ex eo, quòd Chriſtus per Crucem nos redemerit, neceſſariam eſſe fidem Myſterij per quod facta eſt Redemptio. Quod optimè obſeruat AEgidius Conink *diſp.* 14. *dub.* 9. *num.* 154. & apparet in hoc eodem libro de natura, & gratia cap. 44. vbi ſic. *Ea quippe fides iuſtos ſanauit antiquos, quæ ſanat & nos, id eſt Mediatoris Dei, & hominum, hominis Chriſti Ieſu, fides Sanguinis eius, fides Crucis eius, fides mortis, & Reſurrectionis eius*. Antea meminerat Redemptionis, ex ea nunc infert fidem Reſurrectionis, ceu vnum ex alio probaretur.

Auguſt.

AEgidius ConinK

Auguſt:

In libro autem ſecundo de peccato originali cap. 2. citatò loco Actorum 4. *Non eſt aliud nomen ſub cœlo in quo oporteat nos ſaluos fieri*, addit. *Itaque ſine illa fide, hoc eſt ſine fide vnius Mediatoris Dei, & hominum hominis Chriſti Ieſu, ſine fide inquam Reſurrectionis eius, quam Deus hominibus definiuit, quæ vtique ſine Incarnatione eius, ac morte non poteſt veraciter credi, ſine fide ergo Incarnationis, & Mortis, & Reſurrectionis Chriſti nec antiquos iuſtos vt iuſti eſſent potuiſſe mundari, & Dei gratia iuſtificari veritas Chriſtiana non dubitat; ſiue in iis iuſtis quos Sancta Scriptura commemorat, ſiue in iis iuſtis quæ illa quidem non commemorat, ſed tamen fuiſſe credendi ſunt vel ante diluuium, vel inde vſque ad datam legem, vel ipſius legis tempore, non ſolum in filijs Iſrael ſicut fuerunt Prophetæ, ſed etiam extra eundem populum, ſicut fuit Iob*. Quæ teſtimonia tam ſunt pro noſtra concluſione perſpicua, vt negari omnino nequeant. Probationes adductæ ſunt capite proximo, quibus addo: maxime hoc ad Chriſti Redemptoris gloriam pertinere, vt ſicuti omnes per illius Sanguinem, & Crucem ſaluantur, ita & omnes per fidem eiuſdem Myſterij & cum fide ſaluentur, ac vti nemo ſine illo pretio ſaluatur, ita ſine Illius fide nemo ſaluetur.

Aug.

Confirmo autem eam Auguſtini, & noſtram ſententiam ex abſurditate, in quam incidit oppoſita; quia paulatim deſcendit ad negandam fidem Chriſti explicitam, ita vt in lege gratiæ communiter non ſit neceſſaria ad ſalutem. Aiunt enim Authores aduerſarij, multos hoc tempore legis gratiæ ſaluari ſine hac fide explicita; qua ratione confundunt legem gratiæ cum lege naturæ & ſcripta, ij præſertim, qui dicunt iuſtos inſignes ante Chriſti aduentum obligatos fuiſſe ad illam fidem explicitam, non autem alios minores, tunc enim nullam faciunt diſtinctionem inter has leges, & legem gratiæ. Hoc autem admittunt Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 4. *n.* 5. & ConinK *diſp.* 14. *dub.* 9. *concl.* 6. & Cardinalis Lugo *diſp.* 12. *ſect.* 4. Idcirco Pater Valentia *diſp.* 1. *ſ.* 2. *p.* 4. fatetur in lege gratiæ fidem explicitam Chriſti incarnati, & paſſi requiri omnino neceſſitate medij ad ſalutem, nulla facta diſtinctione inter maiores, & minores, doctos, & indoctos Catholicos: quod etiam iudicat probabile Conink illa *d.* 14. *n.* 134. imo *n.* 163. vbi illã non deſerit, ſed oppoſitam ſententiam æquè probat. Quare hoc argumento maximè vrgeo cõtrarios, quia in noua lege maior requiritur Chriſti cognitio, & expreſſior fides, quàm in cæteris legibus, ſed niſi omnes fidem expreſſam de Chriſto habere debeant, non erit expreſſior fides, ergo illa ſententia non eſt idonea. Maior videtur certa ex perfectione legis Gratiæ, & fidei poſt aduentum Chriſti. Minor patet, quia ſi in lege gratiæ tantum maiores, & doctiores tenentur credere explicitè Chriſtum incarnatum, & paſſum, reliqui autem implicitè, hoc etiam modo teneri dicunt in legibus naturæ, & ſcripta Aduerſarij; ac proinde nihil ſingulare tribuunt legi nouæ, imo eam

Suar: ConinK Car. Lug. Valentia

ConinK

cum

cum reliquis euulgant,& communem faciunt.

Et quoniam multi Authores diſtinguunt inter neceſſitatem medij, & præcepti, & aiunt fidem iſtam Chriſti explicitam requiri non neceſſitate medij, ſed præcepti. Affirmo loqui me de neceſſitate medij circa hos articulos Incarnationis, & Paſſionis, neque hæc duo Myſteria eſſe, aut fuiſſe vnquam de neceſſitate ſolum præcepti. Itaque pronuncio ſemper & fuiſſe, & eſſe, & fore neceſſaria ſimpliciter ad ſalutem, ac neminem ſine illorum notitia explicita ſaluum fuiſſe, aut ſaluandum eſſe. Alia Myſteria dico eſſe de neceſſitate præcepti, quia non ſunt capitalia, & in his continentur.

Pauli ad Hebr. 11. Nunc ſupereſt ad argumenta reſpondere. Primum obijcitur locus Pauli ad Hebr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia Deus eſt, & quia Remunerator eſt*, vbi duo tantum credenda proponũtur, nullum autem ex his eſt Chriſtus incarnatus, & paſſus. Cui duobus modis reſpondeo. Primò Paulum dicere *Accedentem* illa duo primum eſſe credirurum, nimirum cũ primò venit ad fidem, & accedit ad Deum, & incipit credere, id enim eſt *accedentem*. Secundò Paulum locutum fuiſſe de duobus Myſterijs capitalibus, non negando alia, quæ ſunt veluti differentiæ contrahentes illa duo generica ad Incarnationem, & Paſſionem, vnde ſicut ille qui proponit genus non negat differentias contrahentes, ita nec D. Paulus negauit Myſteria particularia, quæ toties in ſuis epiſtolis credenda proponit.

Pauli ad Galat. Secundò obijcitur locus ex epiſtola ad Galat. c. 3. *Priuſquã veniret fides ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat*. Reſpondetur D. Pauli ſenſum eſſe, legem ſecundum litteram, gratiæ, & fidei opponi, & Iudæos qui nudam litteram legis attendebant, non intelligere Myſteria quæ ſciebant, donec tandem veniret fides Chriſti præſentis, & Authoris gratiæ, qui velamen litteræ aperiret. Quare locus nihil nocet fidei explicitæ, tum quia D. Paulus non affirmat Iudæos per litteram legis aliquam de Chriſto habere fidem, imo negat ijs omnem fidem Chriſti, quia per nudam litteram haberi non poterat. Tum, quia D. Paulus in eodem capite affirmat Abraham ante legem habuiſſe veram fidem, & omnes qui cum eo crederent per eandem fidem eos eſſe filios Abrahæ. *Qui ex fide* inquit *ſunt, ij ſunt filij Abrahæ*. Et *ex fide* inquit *iuſtificat Gentes Deus*. Ideſt ex fide quæ fuit in Patre Abraham; huic ergo fidei opponebatur fides Iudæorum, ergo non erat vera fides, vti nuda littera legis non erat gratia, quia & fides, & gratia per Chriſtum erat, in quem promiſſum Abraham Pater credebat. *Abrahæ*, inquit, *ſunt dicta repromiſſiones*. Et *Abrahæ per repromiſſionem donauit Deus*. Vnde hic locus potius contra Aduerſarios eſt, & retorquetur. Galat. 3

Tertium miror potuiſſe placere Suario: eſt autem 1. ad Corinth. 10. *Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus.* Cum ex eo potius probetur, eos qui bibebant habuiſſe fidem Chriſti, cuius illam figuram ſpiritualiter intelligebant, & Chriſtum in ea cognoſcebant. Et confirmatur ex eo quod air Diuus Paulus *non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo*. Quod argumento eſt illa beneficia ſpiritualia fuiſſe, ſed his eos non bene vſos fuiſſe. Itaque non negar Paulus eos intellexiſſe Myſteria, ſed cum intellexiſſent malè egiſſe, cum quidam idolatraſſent, quidam luſiſſent, quidam fornicati fuiſſent, quidam murmuraſſent. Et addit illa *in figura contigiſſe* ad correctionem noſtram. Vnde illud *in figura contingebant*, non cadit ſuper eos, quaſi nihil intelligerent, quaſi intra figurã eorum notitia maneret, ſed ſupra res, quas agebant, & ijs contingebant, quæ erant ad doctrinam noſtram: quia ad nos erudiendos tendebant. D. Pauli Suar.

Solutis locis ſcripturarum nullum extat validum à ratione argumẽtum, niſi, quia durum videtur obligare omnes iuſtos ad explicitam fidem; quod

mihi

mihi non magis durum eſt, quàm obligare eos ad charitatem ſupernaturalem. Si ergo hanc neceſſario habituri erant, etiam fidem illam explicitam Chriſti habituri fuerant. Sed dicent: negari non poſſe multos hodie Catholicos in lege gratiæ homines ruſticos confusè credere Myſteria Chriſti, & ſufficere illis credere implicitè quę credit Sancta Mater Eccleſia; quo argumento nos vrgent Aduerſarij. Quibus reſpondeo primò, etiam hos ruſticos teneri credere explicitè Incarnationem, & Paſſionem Chriſti, quamuis non penetrent iſta Myſteria, nec alia conſequentia credant niſi implicitè cum Eccleſia. Reſpondeo ſecundò. Aliud eſſe credere implicitè quod alter explicitè credit, aliud eſſe tantùm per ſe implicitè credere. Nam qui implicitè tantùm per ſe credit, cōfusè & inſufficienter credit illud quod explicitè credendum erat, cum illud nec directè credat, nec indirectè. At ille qui credit implicitè in ſe Myſterium quod alius cognoſcit explicitè, & cum illo vult illud cognoſcere, virtute huius deſiderij credit illud indirectè explicitè. Itaque hic modus credendi eſt implicitè in ſe, & explicitè in alio. Quod ſi hoc volunt Aduerſarij, probabile erit hoc ſufficere ad ſalutem etiam in Myſterijs Chriſti Incarnati, & Paſſi ante aduentum Chriſti. Sed aduertant hoc non eſſe implicitè duntaxat credere, ſed etiam credere explicitè in alio, vel per aliū. Vnde non multùm cum ijs litigabimus, cum admittant directè fidem implicitam, & indirectè explicitam. Sed ſimpliciter affirmamus, multo melius eſſe debere, teneri omnes in omni lege credere explicitè Incarnationem & Paſſionem Chriſti in ſe, cætera autem Myſteria in alio, hoc eſt in Eccleſia, & cum Eccleſia.

Duo ſuperſunt. Primum: quomodo credenda ſit Reſurrectio Chriſti? Vult enim Sanctus Auguſtinus explicitè credi. Et ego cum illo ſentio, quia hoc Myſterium eſt perfectiuum Redemptionis, & pertinet ad Deum Remuneratorem. Quod ſi ego non poſui niſi tantum duo Incarnationem, & Paſſionem, ideo fuit, quia Reſurrectio eſt complementum, & effectus Paſſionis Chriſti iuxta illud D. Pauli: *Chriſtus factus pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illum.*

Aug.

Paulus

Secundum: qua ratione credendum ſit Myſterium Trinitatis? De quo reſpondent communiter Doctores: eodem modo quo creditur Incarnatio, & Paſſio Chriſti. Et iuxta ſuas ſententias vtrumque Myſterium ęquè requirunt ad ſalutem. Vti videre eſt in Suario *d.12. ſ. vlt. in fine num.25.* & Conink *di.14. d 9. concl.6. num.180.* & Valentia *d.1. q.2 p.5.* Ego vero dico. In lege gratiæ Myſterium Trinitatis explicitè credendum. In lege autem naturæ, & Moyſis ſatis fuiſſe credere explicitè Patrem, & Filium in ſe, & per ſe. Spiritum autem Sanctum implicitè per propriam fidem, & explicitè per fidem aliorum. Ratio huius differentiæ in perſonis eſt, quia Perſona Spiritus Sancti minus eſt expreſſa in ſcripturis. Denique quia cognitio Mediatoris omninò erat cōiuncta cum Perſona Filij, non poterat autem credi Filius Mediator, niſi etiam Pater crederetur. Hanc autem differentiam poſtquam excogitatā reperi apud Cardinalem Lugo *diſp.12. ſect.4. num.105.* cuius hęc ſunt verba. *Licet ad credendam explicitè Incarnationem neceſſe ſit cognoſcere Patrem, & Filium, non tamen Spiritum Sanctum, niſi ad quandam circumſtantiam, non omnino neceſſitate medij neceſſariā.* Optimè autem docet Diuus Thomas *2.2. q.2. a.8. in Corp.* non poſſe credi Myſterium Incarnationis Chriſti ſine fide Trinitatis.

Suarez
Conink
Valentia

Cardinal. Lugo.

D. Thom.

Abſoluta quæſtione: inquirendum manet de ſententia D. Thomæ, quem Aduerſarij pro ſe citare ſolent. Equidem non puto eum ab Auguſtino diſſentire, ac proinde ſentio noſtrum eſſe. Igitur *2.2. q.1. a.8. in Corp.* ait. *Ea per ſe eſſe credenda, quæ nos beatificant, & ducunt ad beatitudinem: hac autem eſſe Trinitatem Dei, & humanitatem Chriſti.* Quæſt. autem 2. art.5. affir-

D. Thom.

affirmat hæc eſſe credenda explicitè *quæ nos beatos efficiunt*: hoc eſt illa duo *Trinitatem, & Incarnationem*. His poſitis *art.6. in Corp.* declarat Myſterium Incarnationis, & Paſſionis eſſe obiectum per ſe credibile, & infra addit. *Poſt peccatum Adæ fuit explicitè creditum Myſterium Incarnationis Chriſti, non ſolum quantum ad Incarnationem, ſed etiam quantum ad Paſſionem, & Reſurrectionem: non autem in ſtatu innocentia ante peccatum*. Tandem *q.2. art.7. ad 3.* ait quod multis Gentilium facta fuit reuelatio de Chriſto, vti nos ſupra animaduertimus. Vnde apparet D. Thomam voluiſſe, vt hæc duo Myſteria explicitè cognoſcerentur, & crederentur.

Verum in alijs locis videtur Diuus
D.Thom: Thomas diſſentire, cum explicat neceſſitatem credẽdi in particulari: nam *q.2. art.1. in Corp.* ait *Sacrificia ſignificantia Paſſionem Chriſti maiores explicitè cognoſcebant, minores autem ſub velamine*. Hic tamen locus facilè ſoluitur. Aliud eſt enim explicitè credere Chriſtum paſſum, aliud intelligere illius figuras, vnde poterant maiores & rem, & figuram noſſe, minores autem rem tenere, & figuram ignorare.

Secundus locus difficilior eſt ea-
D.Thom. dem *q.2. art.7. ad 3.* vbi ſic D. Thomas. *Si qui tamen ſaluati fuerunt quibus reuelatio non fuit facta, non fuerunt ſaluati abſque fide Mediatoris, quia etſi non haberent fidem explicitam, habuerunt tamen fidem implicitam in diuina prouidentia credentes Deum eſſe liberatorem hominum ſecundum modos ſibi placitos*. Reſpondetur intentum Diui Thomæ hic eſſe, probare neminem ſine fide Mediatoris ſaluari poſſe, idque vt in omni ſententia concluderet, dixit, vel explicitè, vel ſaltem implicitè credi oportere, non quòd ſentiret, quòd fides implicita ſufficeret, ſed quòd in caſu quod ſufficeret, dabatur per eam fides Mediatoris. Vnde ſub conditione loquitur *ſi qui ſine fide explicita ſaluati ſunt, non omnino ſine fide ſaluatos*, quod dixit quia videbat opinionem de fide implicita probabilem eſſe, quod nos etiam admittimus, cum tamen oppoſitam ſequamur. Itaque ex hoc loco contra noſtram ſententiam nihil concluditur.

Tertius difficillimus putatur in eadem *q.2. art.8. in Corp. Eodem* inquit *modo quo Myſterium Incarnationis Chriſti ante Chriſtum fuit explicitè creditum à maioribus, implicitè autem, & quaſi obumbratè à minoribus, ita & Myſterium Trinitatis*. Et iterum reſponſione ad 2. *Dicendum quod ante Chriſti aduentum fides Trinitatis erat occultata in fide maiorum, ſed per Chriſtum manifeſtata eſt Mundo, & per Apoſtolos*. Reſpondetur D. Thomam hic non agere de neceſſitate fidei quoad Myſterium principale Incarnationis, & Paſſionis, ſed quoad alia Myſteria Chriſti, & figuras horum duorum Myſteriorum: quæ tria non oportebat credi explicitè, nec ea reuelabantur niſi maioribus, eo modo quo ſupra expoſuimus locum de ſacrificijs & figuris Paſſionis Chriſti. De his ergo agit D. Thomas & ait à maioribus explicitè credita fuiſſe, quibus reuelabantur, non autem à minoribus, quibus occultabantur. Et ita explicandus ſecundus locus in reſponſione ad ſecundum: nempe alia Myſteria Chriſti ante ipſius aduentum occultata fuiſſe minoribus, imo, & fortaſſe maioribus, & poſt Chriſtum manifeſtata, vti erat Natiuitas ex Virgine, Circumciſio, Adoratio Magorũ, Transfiguratio, & Aſcenſio, & multæ aliæ Circumſtantiæ Incarnationis, & Paſſionis, quæ tantùm in lege gratiæ fuerunt reuelata, et nobis credenda ſunt ex præcepto, illis autem ante nos in alijs legibus naturæ, & Moyſi, nec præcepta, nec credenda.

BB CAP.

CAPVT VI.

Vtrum ſola fides ſine operibus ſatis ſit ad ſalutem, Opinio Hæreticorum.

FIdem ſolam ſine bonis operibus ſatis eſſe ad iuſtificationem, & beatitudinem (vtramque ſemper intelligo) vetus olim, & noua poſtea hereſis fuit; in hac conueniunt, & noui, & veteres excludendo opera à neceſſitate ſalutis. De fide autem, cuiuſmodi ea ſit? noui ab antiquis diſſentiunt. Etenim nemo antiquorum per fidem intellexit, niſi dogmaticam, de qua nos hactenus egimus. Quales fuiſſe nonnullos tempore Apoſtolorum hæreticos, ſcribit Auguſtinus lib. de fide & operibus cap. 14. et Valentinum, vti refert Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 1. et Epiphanius lib. 1. cōtra hæreſes cap. 32. et lib. 1. compendij hæreticarum fabularum cap. de Valentino, et poſtea Eunomium, et AEtium tradit Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 54. Hi tamen veram rationem fidei nouerunt, quamquam in excluſione bonorum operum errarint. Noui hæretici in vtroque errarunt, et excludendo opera, et admittendo fidem, dum aiunt eſſe fiduciam de miſericordia Dei, et iuſtificatione et ſaluatione propria, vti ſupra oſtendimus: imo non conueniunt de modo quo fides ad iuſtitiam ſatis ſit, nam Lutherus in cap. 2. epiſtolæ ad Galat. vult eam fidem eſſe formalem iuſtificationem, quem ſequuntur Vvitembergenſes. Cæteri communiter tradunt formalem iuſtificationis cauſam eſſe iuſtitiam Dei, et Chriſti nobis imputatam, cuius manus, et inſtrumentum eſt fides, applicans nobis illam iuſtitiam. Nam hoc ipſo quo quis firmiter confidit remiſſa ſibi eſſe peccata, ſtatim iuſtitiam Dei, et Chriſti apprehendit, et ad ſe trahit, et iuſtus fit. Ita Caluinus in Antidoto Concilij Tridentini ſeſſ. 6. et ex Lutheranis Saxonici à Magiſtro ſuo diſcrepātes. Cum quibus incautè ex parte ſenſerant Canonici Colonienſes Catholici, et boni viri, ſed minus cauti, et docti, vti notat Vaſquez *in 1. 2. diſp. 202. cap. 1. & diſp. 210. cap. 1. n. 3.*

Auguſt: Iren. Epiph Luth: Vvitemb Caluinus Vaſq:

Verum quidem eſt multos ex his hæreticis bona item opera admittere ſimul cum iſta ſua fide, ſed non tanquam diſpoſitiones, vel cauſas iuſtificationis, ſed tanquam comites, et ſigna illius fidei iuſtificantis. Ita Melāchthon in locis communibus, et Caluinus in Antidoto art. 10. ſeſſ. 6. et Bucerus in libello reſponſionis oblato Carolo V. à Lutheranis Ratiſbonę cap. 5. cuius Bucerus author extitit, et Vvitembergenſes in Colloquio Altemburgenſi. Lutherus vero in cap. 2. ad Galat. et tomo 1. ſuorum oper. diſputatione. *Vtrum opera faciant ad iuſtificationem?* propoſit. 3. Omnia prorſus opera à fide excluſit, et nuda fide contentus fuit. Quem ſequuntur Saxonici rigidi Lutherani, ſed cum ſuo Luthero tam hac in re varij, et inconſtantes, vt quatuordecim opiniones de forma iuſtificationis habuerint, quem admodum ijs obijcit Oſiander hæreticus in libro quem inſcripſit cōtra Nycticoracem. Imo rurſus in libro quem ſcripſit contra Melanchthonem viginti ſententias refert de forma iuſtificationis diſcrepantes. Sed vna illa fiducia ſemel concepta potens apud eos eſt ad omnia iſta ſupplenda. Hunc hęreticorum errorem proponit et refutat validiſſime Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. de iuſtificat. penè per totam vti ſuo loco apparebit. Videamus hæreticorum fundamenta quibus excludunt neceſſitatem bonorum operum [illegible].

Melan Caluin Bucerus Vvitem Luther Saxonici Oſiand Conc Tri

Præcipuum fundamentum eſt, vti aiunt, Scriptura: cuius teſtimonijs vtuntur. Ea duplicis generis ſunt. Quædam quæ ſoli Fidei iuſtificationē aſſignant. Alia quæ opera excludunt. Primi generis hęc ſunt Matth. 9. & Lucæ 7. *Fides tua te ſaluam fecit*, & Lucæ 8. *Crede tantum, & ſalua eris.*

Matth 9 Lucæ 7. Lucæ 8.

&

Ioan. 1. & Ioan. 1. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius.*
ad Rom. 5 ad Rom. 5. *Iuſtificati ex Fide pacem*
Actor. 13 *habeamus ad Deum*, & Actorum 13.
In hoc omnis qui credit iuſtificatur. &
Ioan. 5 1. Ioan. 5. *Omnis qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus ex Deo natus eſt*. &
Marc. vlt. præcipuè Marci vltimo. *qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur*. hæc ſunt primi generis.

Secundi generis huiuſmodi ſunt:
ad Rom. 3 ad Rom. 3. *Excluſa eſt gloriatio tua, per quam legem? factorum? Non. Sed per legem Fidei*. & ibidem. *Arbitramur iuſtificari hominem per Fidem ſine ope-*
ad Rom. 4 *ribus legis*. Ad Rom. 4. *Si Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum*. Quod in-
ad Gal. 2 fert tamquam abſurdum. Ad Galat.
ad Ephe. 2 2. *Scientes, quod non iuſtificatur homo ex operibus legis*. Ad Eph. 2. *Gratiâ ſaluati eſtis per Fidem, non ex operibus*
ad Tit. 3 Ad. Titum 3. *Apparuit benignitas, & humanitas ſaluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitia, quæ fecimus nos*.
ad Phil. 3 Ad Philipp. 3. *vt inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed eam quæ eſt ex Fide*, & iterum ad
ad Rom. 11 Rom. 11: *Si gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non eſt gratia*. Quæ teſtimonia videntur opera excludere.

Addunt ſcripturis Patres. Quorum hinc inde locos excerpunt, plerumq; obſcuros, & ambigui ſenſus, quos
Origen. detorqueant. Ex Græcis citant Ori-
Baſil. genem in caput 3. epiſtolæ ad Rom.
Chryſoſt. Baſilium homilia de humil. Chryſoſtomum homil. de Fide, & lege naturę. & homil. 3. epiſtolæ ad Titum.
Theophil. Teophylactum in caput 3. ad Galat. vbi perſpicuè, ait, *Fides ſola habet in ſe iuſtificandi virtutem*. Ex Latinis
Hilar. Hilarium Can. 8. in Matth. Ambroſ.
Ambroſ. ſermo 45. & in caput 3 ad Rom. & 4. & 9. vbi ait, *Sola Fides poſita eſt ad*
Auguſt. *ſalutem*. Auguſtinum lib. 1. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 22. & lib. 83. quæſtionum. quæſt. 76. &
Leo: Leonem epiſt. 70. & ſerm. 4. de Epi-
Bern. phania, & Bernardum ſerm. 22 in Cantica; quos locos integros affert

Vaſquez Vaſquez *diſp.* 210. *cap.* 1. & Bellarmi-
Bellarm. nus *lib.* 1. *de iuſtificatione cap. vltimo*.

Rationes afferunt aliquas non tam antiqui, quam noui hæretici, quas ego ab ijs in Gallia, Angliaque acce-
Lutherus pi. Prima ſit illa Lutheri, ſed malè ab eo formata lib. de libertate Chriſtiana, quia Fides omnia implet mandata, dum credit, & ſperat omnia ſe mandata per illam fiduciã in Chriſto completa habere. Deinde, quia Fides tribuit maximum honorem Deo ſperando in verbo eius.
Oſee 2 Confirmat ex dicto Prophetæ Oſee cap. 2. *Sponſabo te mihi in Fide*. Ex quo apparet Fidem copulare animam Deo, quod eſt officium charitatis.

Secunda, illa fiducia eſt virtus humilitatis, quæ nihil ſibi tribuit, & omnem ſpem iuſtitiæ, & ſalutis ponit in Deo, quem ſolum iuſtum eſſe fatetur, & ab eo iuſtificationem petit, & ſperat, & quaſi humili manu eam apprehendit.

Tertia, quia bona opera noſtra nulla ſunt, cum ſimus inutiles ad bonum ob naturam vitiatam, & infectam peccato originali, quo tota eſt corrupta, ita vt quidquid agimus peccatum ſit. Sola fiducia eſt bona, quia ſperat in Deo, poſtquam de ſe deſperat.

Quarta, quia dato, quod bona opera eſſe poſſint, iſta non ſunt neceſſaria ex parte noſtra ad iuſtificationem, cum tota ſint gratia Dei, & beneficium ipſius, vnde dixit Paulus ad
ad Rom. 3 Rom. 3. *Iuſtificati gratis, per gratiam ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu*.

Quinta, quia Chriſtus mortuus eſt pro nobis ad ſufficientiam, & efficaciam, eiuſque ſanguis eſt lytrum, & pretium noſtrum, quo redempti ſumus, eſtque infiniti meriti, & valoris: ergo nihil aliud eſt neceſſarium ex parte noſtra ad iuſtitiam, & ſalutem.

Sexta, Iniuria eſſet Sanguinis Chriſti iſta neceſſitas operum, cum detrahat valori eius, quaſi inſufficiens fit ſit ad ſatisfaciendum; ergo tam longè abeſt à veritate neceſſaria eſſe ope-

ra noſtra, vt ea iniuriam faciant ſanguini Chriſti.

Septima, Peccatum originale, quod eſt principium, & radix omnium aliorum, totum aufertur per Chriſtum, ſine vlla cooperatione noſtra, vti apparet in paruulis, qui non ſunt capaces actionis propriæ; ergo & peccata actualia, & propria omnium adultorum per ſolam Chriſti virtutem ijs non cooperantibus remittuntur.

His rationibus ſuam hanc hæreſim defendunt hodie in Gallia Caluiniani, & in Germania Lutherani, & cæteri, qui in eodem ſunt errore, ſtatuuntque opera non ſolum non eſſe neceſſaria, ſed omnino à ſalute excludenda; itaq; ſufficere affirmant ſolam illã ſuam fiduciam in miſericordia, & ſanguine Chriſti, quę cum in nobis inhærere non poſſit tamquam gratia intrinſecè afficiens, nobis extrinſecè aſſiſtit per imputationem, & attributionem; accommodatur enim nobis, ac noſtra quodammodo fit per illam fiduciam, qua nobis illam applicamus. Itaque in opinione hæreticorum nulla eſt forma intrinſeca iuſtificans, nam iuſtitia Dei, & Chriſti eſt tantum aſſiſtens, & imputata, fiducia vero non eſt forma iuſtificans, ſed applicans iuſtitiam.

CAPVT VII.

Proponitur ſententia Catholica, & probatur.

VT præcidamus nodos, qui obijci poſſent ex parte ſenſuum, in quibus ſumitur fides, ne elabantur Hæretici dicentes, ſe non loqui de Fide Dogmatica, ſed de fiducia, & locos ſcripturę eludant explicando de altera fide; aduerto primò: Fidem, quãuis olim apud veteres hæreticos pro dogmatica ſumeretur, hodie apud nouos, non poſſe eo ſenſu ſumi, ſed tantum pro fiducia, cum aliam ij Fidem non cognoſcant, quare non poſſe illos eo effugio vti; nam quicunque locus Scripturæ ſolam fidem ſufficere ad ſalutem negat, negabit ſanè ſufficere fiduciam, quæ ſola fide, apud ipſos habetur. Secundò: quæcunque tandem fides afferatur, ſemper monſtrabimus illi neceſſariã eſſe bonorum operum concomitantiam, qua ratione nullum prorſus effugium remanebit.

His præmiſſis aio: tam certam eſſe, & patentem hanc in ſacris litteris veritatem, vt mirer homines ſui compotes illam non videre, cum ea, vel manibus tangi poſſit; quare ſi vellemus eam teſtimoniis Scripturarum probare, tota nobis ſcriptura transferenda eſſet. Certè Euangelia, & Acta, & Epiſtolę Canonicæ, hac doctrina plenæ ſunt; nec minus Pſalmi, & libri Sapientiales, & omnes Agiographi, eandem inculcant. Imo & libri Hiſtorici virtutum exemplis documenta litteris tradita confirmant. Id cuilibet ſcripturam ſumenti præ manibus, eamque vbicunque contigerit aperienti, patebit; ſemper enim occurret teſtimonium aliquod pro neceſſitate bonorum operum, quo hæretici refutentur. Qui experiri velit conſulat Caſtrium *lib. de hæreſ. verſ. fides*, & Sotum *lib. 2. de nat. & grat. c. 3. vſque ad* 8. Vegam *in opuſculo de Iuſtific. quæſt. 1. &* 3. & Hozius *in Confeſſ. Catholica cap.* 5. & Bellarmin. *lib. 1. & 3. de iuſtificat.* qui multos affert (Ecquis enim omnes poſſet?) & Vaſq. 1. 2. *d.* 10. *cap.* 3. qui illos enumerat, & paucos proponit; quem ego imitabor, ſed alia via incedam.

Caſtro
Sotus
Vega
Hoſius
Bellarm:
Vaſquez:

Ac primum pro veteri teſtamento ſunt tabulæ legis, quæ vel fractæ ſtrepitu ſuo clamant, & præcepta diſpertiunt. In Euangelio beatitudinem Chriſtus promittit benè operantibus. Math. 5.
Matth. 5. *Beati pauperes, Beati mites*: Poterat dicere breuius: *Beati credentes*, ſi ſola fides ſufficeret. & cap. 17. 17
Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Opera vero re exhibita, & beatitudinem per ea acquiſitam monſtrat Chriſtus cap. 25. *Percipite Regnum*; 25
Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare,

care, ſitiui, & dediſtis mihi bibere. In Gehennam autem non operantes præcipitari docemur, in eodẽ loco: *Ite maledicti in ignem æternum*, &c. Prima ad Corinth. Paulus affirmat *fornicarios, & ſimiles regnum Dei non poſſidere*. Huius veritatis cortina eſt caput 13. eiuſdem epiſtolæ, vbi fundit Charitatis oracula, eamque fidei, & ſpei anteponit, *maior autem horũ eſt Charitas*. Pro reliquis ſatis eſt Iacobi Epiſtola, quæ hanc refutat amentiam; cuius hoc fulmen ſentiunt cap. 2. *Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt*.

Paul: Corinth:

Iacob: Canon.

Patres omnes, docti, & in ſcripturis verſati eandem veritatem accipiunt, & confirmant, vt videre eſt in authoribus citatis: neque id Hæretici negant; nam illos, quos citant norunt à ſe detorqueri, vti infra monſtrabimus. Vrget eos Auguſtinus tota mole lib. de fide, & operibus, qua obrui eos neceſſe eſt. Excluſi à Scripturis, & Patribus ad Concilia prouocare non poſſunt, quæ omnia hæreticis contradicunt. Iuuat ex Trident. ſeſſ. 6. quod maximè horrent, tormẽta in eos authoritatis explodere. Primum eſto, Canon nonus. *Si quis dixerit ſola fide impium iuſtificari, &c. anathema ſit*. Secundum, Canon Duodecimus, *ſi quis dixerit fidem iuſtificantem, nihil aliud eſſe, quam fiduciam Diuinæ Miſericordiæ peccata remittentis propter Chriſtum, vel eam fiduciam ſolam eſſe, qua iuſtificamur, anathema ſit*. Tertium, Canon quartuſdecimus, vbi ad finem. *Si quis dixerit hac ſola fide abſolutionem, & iuſtificationem perfici anathema ſit*. Quartum, Canon decimuſnonus. *Si quis dixerit nihil præceptum eſſe in Euangelio præter fidem, cætera eſſe indifferentia, neque præcepta, aut nihil pertinere ad Chriſtianos, anathema ſit*. Demum Canone 28. definitur, *Fidem non amitti per omne peccatum, & interdum manere fidem non viuam*; quo argumento probatur, Fidem poſſe manere ſine gratia, vti manet è corpus ſine anima, quod dixerat Apoſtolus Iacobus ſupra citatus.

Auguſt.

Trident.

Rationibus ſuadetur hæc veritas Primò, quia ideo Deus legem naturę dedit, & ſcriptam addidit, & præcepta impoſuit; & Chriſtus legem nouam condidit, vt præcepta ſeruarentur, & bona opera fierent; ergo bona opera ſunt neceſſaria ad iuſtificationem, & ſalutem. Patet conſequentia; quia alioquin leges illæ eſſent otioſæ, & earum præcepta inutilia. Secunda: Si ſola fiducia ſaluaret, nihil amplius Deus exigeret ad ſalutem, ſed Deus exigit bona opera, vti proximè vidimus, ergo ſola fides ſine bonis operibus non ſufficit. Tertia: Chriſtus, & Apoſtoli docuerunt ea, quæ neceſſaria erant ad ſalutem: docuerunt autem non ſola myſteria Fidei, ſed opera bona, & præcepta, ergo ea ſunt vltra fidem neceſſaria. Quarta: omnis honeſtas, & virtus moralis conformis eſt lumini naturali, & rectę rationi, adeo vt Gentiles homines virtutibus præditos magni facerent, illiſque ſtatuas, & aras erigerent; igitur indignum eſt homine ratione vtente excludere bona opera, & virtutes, quæ vel ab infidelibus requirebantur. Quinta; ſi ſanguis Chriſti ſolam fidem requireret; & hæc non poſtularet concomitantiam bonorum operum, occaſio eſſet hominibus prauè, & ſceleratè viuendi, quod eſt omninò contra rationem, & alienum ab innocentia ſanguinis Chriſti: aſſumptum conſtat, quia ſi ſola fiducia ſanguinis ſaluaret homines, hi non curarent bona opera, & naturam ad vitia ducentem ſequerentur, & omni ſe libidine, & ſcelere inquinarent. Sexta; quia quò maior eſſet illa fiducia eò magis homines peccare deberent, vt magis de Deo confiderent; nam quò maiora eſſent peccata, maius meritum videretur eſſe de miſericordia Dei fiduciam habere, ac proinde quò maiores peccatores homines eſſent, eò iuſtiores, & ſanctiores eſſe poſſent; cum in illa fiducia ſita eſſet tota ratio virtutis, & ſanctitatis. Septima; quia hoc modo tollitur tota diuerſitas graduum, & ſtatuum, virtutum, & perſonarum, Apo-

ſtolo-

ſtolorum, Martyrum, Virginum, Confeſſorum, cum ſola fiducia vtramque in virtute paginam faciat, & ad eam omnia merita redigantur. Aſſumptum patet, quia admiſſo illo errore, quo plus quis habet de fiducia in miſericordia Dei, & ſanguine Chriſti ſine vlla alia ſpecie virtutis, eò plus habet ſanctitatis. Itaque omnes aliȷ gradus virtutum euerruntur. Octaua; quia hac ratione tolluntur merita Sanctorum, & inæqualitas beatitudinis, cum præter hanc fiduciam nullum meritum ſit, & ſola fiducia beatos faciat, quæ cum ſit vna, & vnius generis virtus, omnes Beatos æquales faciet; atque adeo omnes beatorum ordines confundentur. Nona; quia hinc orta eſt illa libertas licenter, & effrenatè viuendi, quæ in Luthero, & Caluino, & ſequacibus fuit. Hac enim ſententia, tanquam prætextu vſi ſunt ad libidinem ſuam explendam, vti eorum vita probauit. Hinc tot Monachi exeucullati, tot Sacerdotes adulteri, tot Moniales prophanatę. Itaq; quot Hæretici facti ſunt, tot ſunt argumenta contraria huic ſententiæ de temeraria iſta fiducia; & quot Catholici ſancti, & honeſti ſunt, tot ſunt documenta huius Catholicæ veritatis.

CAPVT VIII.

Hæreticorum argumenta ſoluuntur.

NVlla in re turpius errarunt hæretici, quàm in hac de iuſtificatione ad ſalutem excluſis operibus per ſolam fidem ſententia, cum ſit omnino contra ſcripturam. Erroris illos Paulus conuincit 1. ad Corinth. 6. *Nolite errare, neque fornicarij, neque Idolis ſeruientes, neque molles, &c. Regnum Dei poſſidebunt*; errant ergo authore Paulo Hæretici in iis admittendis ad Regnum Dei cum ſola illa prodigiali fiducia; atque id vt omnino pateat, obiecta Hæreticorum ſoluamus. Paul. Cor.

Primum ex Euangelio; *fides tua te ſaluam fecit*, duobus locis, Matth. 9. & Luc. 8. vno & eodem ſenſu ponitur; Lucæ autem 7. longè alio ſenſu de Magdalena ſumitur. Nam illa vox *ſaluam* in illis primis duobus locis ad ſalutem corporalem pertinet, quam mulier fluxum ſanguinis paſſa orabat. In tertio vero apud Lucam ſpiritualem ſalutem ſignificat. Hac diſtinctione facta reſpondetur, de ſalute corporali dictum eſſe à Chriſto *Crede* ideſt, *Confide, valebis*, quod nihil facit pro hæreticis, qui de ſalute ſpirituali loquuntur, cum aiunt ad ſalutem eam fidem ſatis eſſe. Tertius autem locus contra illos eſt, quia Magdalena doluit de peccatis, & *dilexit*, atque adeo non ſola fide ſalutem animæ cõſequuta eſt, cum Chriſtus dixerit *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. Itaque fides Magdalenæ coniuncta fuit cum operibus, ſed quia fides dux eſt operum bonorum; ideo Chriſtus dixit. *fides tua te ſaluam fecit*. Imo illud; *fides tua* talem fidem ſignificat, quæ erat cum contritione, & charitate coniuncta; & de hac rectè pronuntiauit Chriſtus, *te ſaluam fecit*, dent nobis ſimilem fidem hæretici, & nos ei ſalutem tribuemus. Matth. 9 Luc. 8 Luc. 7

Ille locus Luc. 8. non habet, *Crede tantum, & ſalua eris*, ſed *ſalua erit*. Loquitur enim Chriſtus Iayro Patri puellæ mortuæ pro eius reſurrectione roganti, dum ergo dicit, *crede tu*, & illa *ſalua erit* poſtulat fidem in patre, & ſalutem in filia; quod certè rem non continet. Nec enim hic agitur de ſalute propria, nec de ſpirituali, ſed de aliena, & corporali. Itaque ſalus erat aliena à credente, & fides aliena à ſananda; quod non poteſt quadrare in rem præſentem, niſi fortè velint hæretici, vt fides aliena ſufficiat ad ſalutem propriam, quod prorſus negant, imo interdum errant negando, dum nolunt alienam fidem prodeſſe paruulis baptizatis. Luc. 8.

Locum Ioann. 1. *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius*, truncant vt ſolent hæretici, Ioan. 1.

Addant

Addant quod ſequitur, *qui non ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex volũtate viri, ſed ex Deo nati ſũt*; quo bona opera ſignificantur, & præcipuè charitas, quę nos filios Dei facit. Alius ſenſus eius loci eſt, credere in nomine eius, ſignificare fidem perfectam, & formatam operibus bonis, non mortuam ſine operibus.

Rom 5

Teſtimonium ad Romanos 5. *Iuſtificati ex fide pacem habeamus ad Deũ*; non dicit iuſtificari ex ſola fide, nec per ſolam fidem, *ſed iuſtificati ex fide*, hoc eſt incipientes iuſtificari à fide, quę eſt principium, & radix gratię, ſine qua nemo iuſtificatur. Illud *pacem habeamus ad Deum*, infirmat ſenſum hæreticorum; ſi enim fides ſola iuſtificat, cur Paulus exhortatur ad pacem habendam cum Deo? Debuiſſet dicere, *Pacem habemus*, non, *habeamus*. Igitur ſermo erat de iuſtificatione inchoata, cui pax, & charitas adhuc deerat.

Act 13

Locus Actorum 13. *in hoc omnis, qui credit, iuſtificatur*, nihil iuuat, quia non affirmat, ideo iuſtificari, quia credit; ſed eum ſolum iuſtificari poſſe, qui prius credit: & diſtinguit credere à iuſtificari, quaſi diceret omnis, qui credit, iuſtificari poteſt per charitatem, & gratiam, vel qui credit incipit iuſtificari. Eadem eſt expoſitio loci

1 Ioan 5

Epiſtolę primæ Ioan. 5. *omnis qui credit, quia Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt*. Addo: ex Deo natum eſſe fidelem, qui per fidem regeneratur à Deo, qui eſt primus gradus iuſtificationis *accedentem* quippe *ad Deum oportet credere*; ſed melior eſt expoſitio hoc modo procedens, *qui credit Ieſum eſſe Chriſtum, & factis probat, ex Deo natus eſt*, qui enim bona opera non habet, Chriſtum non confitetur, ſed negat iuxta illum, *factis autem negant*. Perinde ac malè operari, ſit negare Chriſtum, & bene agere confiteri.

Mar vlt

Vltimus locus Marci vlt. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit*. De fide viua, & formata debet intelligi; Chriſtus autem ſolius fidei, & baptiſmi meminit; quia ſunt media neceſſaria ad ſalutem, & à quibus omnis ſalus incipit. Et vno verbo: omnes hi, & ſimiles loci intelliguntur eo modo, vt ſenſus ſit in ſola fide Catholica ſaluti locum eſſe; omnes alias fides, & leges, & modos credendi inutiles eſſe, quo pacto ſolemus dicere in ſola fide Catholica datur ſalus, negando dari in ſecta Iudaica, Mahometana, Lutherana, & Caluiniana.

Argumenta ſecundi generis, quæ ſumpta ſunt ex Paulo, & excludunt opera legis, difficultatem habent, non quod negent neceſſitatem bonorum operum abſolutè, ſed quod negent talium operum legis neceſſitatẽ. Difficile enim eſt intellectu quænam Paulus appellet opera legis, & quomodo ea excludit à iuſtificatione. Cum præſertim videatur Iacobo Apoſtolo contradicere, qui opera requirit eadem, quæ Paulus videtur excludere. Et quoniam hæc eſt vna de grauiſſimis difficultatibus ſcripturæ, & quæ maxime torquet ingenia, opus eſt eã accuratius ſoluere. Igitur Iacobus D Iacob
cap. 2. perſuadet bona opera eſſe omnino neceſſaria, & ſolam fidem ad ſalutem non ſufficere, & vtitur exemplo Abraham. Paulus vero ad Rom. D Paul
3. & 4. perſuadet ſalutem non eſſe ex operibus legis, ſed ex fide, vſus eodem exemplo Abraham. Conferamus locos: ait Iacobus. *Abraham non ne ex operibus iuſtificatus eſt offerens filium ſuum ſuper altare? Vides quomodo fides comparatur operibus eius, & ex operibus fides conſummata eſt? & impleta eſt ſcriptura dicens. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad Iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt? Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum?* Huic loco cõtrarius omnino videtur Paulus; cum enim dixiſſet cap. 3. ad Rom. in fine *Arbitramur iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis*: confirmat hoc exemplo Abraham, *ſi enim*, inquit, *Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum; quid enim dicit ſcriptura. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam?* & toto cap. probat, Abraham

Iacob

quia

quia credidit Deo iuſtificatum eſſe:
Ideo, ait, *ex fide* perinde ac *non ex*
operibus. Huc ſpectant omnes alij lo-
ci, quos adduximus in argumentis
Galat. 2 hæreticorum ad Galat. 2. ad Epheſ. 2.
Ephes 2 ad Titum 3. ad Philip. 3. ad Rom. 11.
Titum 3 in quibus Paulus negat Iudæos ex
Philip 3 operibus ſaluos eſſe. Hęc autem vi-
Rom 11 detur manifeſta horum inter ſe Apo-
ſtolorum contradictio.

Tota controuerſia pendet ex ſenſu,
in quo ſumuntur opera; nam ſi eorum
vnus, & idem ſit ſenſus contradictio
erit, non erit ſi diuerſus. Dico ergo
diuerſo ſenſu à Paulo, & Iacobo hic
opera ſumi; Paulus agit de operibus
legis precisè ex virtute legis factis ex-
cluſa gratia, quæ nullo modo iuſtifi-
care, nec ſaluare poterant, cum ſine
fide, & gratia Chriſti nihil proficeret
ad ſalutem. Idcirco ferè ſemper ad-
dit ex operibus legis, vt ea tantum
excludat; & gratiam, & opera facta
ex gratia, & fide Chriſti inducat. At
vero Iacobus loquitur de operibus
factis in virtute fidei, & gratiæ Chri-
ſti, quæ omnino ſunt ab ijs operibus
legis, de quibus egerat Paulus, diuer-
ſa. Hoc ſenſu omnis tollitur contra-
dictio, & veritas currit, omiſſis lon-
giſſimis periodis Thologorum, qui
Vaſq: hanc difficultatem tractarunt; ex qui-
bus nemo, opinor, P. Vaſquio rem do-
ctius, & accuratius expoſuit in prima
Bellarm ſecundæ diſp. 210. cap. 8. Cui longè
cedit Bellarmin. lib. 4. de iuſtificatio-
ne c. 18. Apparet autem veritas huius
expoſitiones ex ipſo met Paulo, qui
niſi hoc modo intelligatur, ſecum ipſe
pugnabit; nam in ſuis epiſtolis opera
opponit operibus, & negat vna ſal-
uare, & altera affirmat ſaluare, ergo
diuerſo ſenſu ſumitur. Patet aſſum-
Philippen ptum ex vno loco ad Philip. 3. vbi ſic
vt inueniar, inquit, *in illo, ideſt Chriſto*
non habens meam iuſtitiam, qua ex le-
ge eſt. ſed illam qua eſt fidei, vbi non
vult iuſtitiam legis, & vult iuſtitiam
fidei, quod illa non iuſtificaret, hæc
maximè, quod egregiè obſeruat Au-
Auguſt. guſtinus libro de gratia & libero ar-
bitrio cap. 12. Et eſt ſenſus alterius lo-
Roman ci ad Rom. 10. *Ignorantes Dei iuſtitia*,
& ſuam volentes ſtatuere, iuſtitia Dei
non ſunt ſubiecti; vocat iuſtitiam Dei
ex fide, & gratia; vocat *ſuam*, quæ eſt
ex viribus naturæ; quæ duæ iuſtitię ita
opponuntur, vt illa ſaluet eum; alia
minime: eodem Auguſtino Interprete
libro de gratia, & libero arbitrio cap.
12. Huc facit locus ad Titum 3. *non* Titum 3
ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, id
eſt iuſtitiæ ex viribus naturæ, & legis,
ſed ex operibus miſericordiæ, & gratiæ,
quæ inchoantur à fide.

Hæc expoſitio conciliat optimè lo-
cos Pauli inter ſe; ea vero germana,
& propria eſt D. Auguſtini *lib. 83. qq.* Auguſt.
q. 76. Vbi hos duos locos interpretan-
do conciliat; & conſentit *lib. de grat.*
& libero arbitrio. cap. 12. & præfat. in
pſalm. 31. & lib. de ſpirit. & littera cap.
4. & 13. & 14. & 29. & lib. de Prædeſti.
Sanctorum cap. 7. & lib de fide, & ope-
ribus. Vnum autem excerpo ex Au- Auguſt.
guſtino locum ex illa q. 76. *Non ſunt*
ſibi contraria duorum Apoſtolorum ſen-
tentiæ Pauli, & Iacobi, cum dicit vnus
iuſtificari hominem per fidem ſine ope-
ribus, & alius dicit inanem eſſe fidem
ſine operibus, quia ille dicit de operibus,
quæ fidem præcedunt, iſte de ijs, quæ
fidem ſequuntur. & alterum lib. de
grat. & lib. arbit. cap. 7. *homines non*
intelligentes, quod ait Apoſtolus Paulus
arbitrantur hominem iuſtificari per fi-
dem, ſine operibus legis, putauerunt eũ
dicere, & ſufficere homini fidem, etiam
ſi malè viuat, & bona opera non habeat,
quod abſit, vt ſentiret vas electionis. Seraphin
Ita cum Auguſtino Seraphinus Cu-
miranus in conciliat. locorum com-
munium contrapoſitione 9. & Vaſqu: Vaſquez
cum vtroque diſput. 210. cap. 8. nec
diſſentit Bellarminus, quamquam Bellarm
minus exactè procedat, nec Auguſti-
num his locis citet *lib. 4. de iuſtificat.*
cap. 18. ac ex his manent omnia loca
ſcripturæ ſoluta. Non omiſerim ta- Vaſquez
men, quod obſeruat Vaſquez *diſput.*
210. cap. 19. num. 72. & 73. Ex hac in-
terpretatione colligi nullum bonum
opus virtutis moralis ſine aliqua fidei
illuſtratione, & gratiæ inſpiratione
fieri. Ratio eſt, quia ideo Paulus ope-
ra ex viribus ſolius naturę, & legis
reiicit,

reijcit, quia non erant ex fide, & gratia. Igitur ſola hæc bona eſſe putanit, quæ ex fide, & gratia ſunt; audiamus Vaſquez. *Qua ratione autem Paulus excludat hæc opera à noſtra iuſtificatione non eodem modo explicant Catholici; quidam enim, qui cenſent fieri poſſe à nobis aliqua opera ſtudioſa ſecundum modum virtutis ſine ſpiritu gratiæ intus mouentis, fatentur quidem poſſe ex proprijs viribus, & ſola notitia legis ſcripta, aut extrinſecus ſoſonantis fieri alqua bona opera, ea tamen non ita valere apud Deum, vt aut per ſe iuſtificent, aut iuſtificationem à Deo impetrent; & ideo optimo iure dixiſſe Paulum ex his operibus neminem iuſtificari apud Deum, niſi ea opera ſint ex ſpiritu fidei. Ego vero exiſtimo nuſquam Paulum conceſſiſſe talia opera, nam ſi talia opera ex nobis ſine ſpiritu gratiæ mouentis per ſanctam cogitationem haberemus, ſequeretur poſſe nos initium præbere ex nobis noſtræ iuſtificationi primæ, vt emundaremur à peccato, ſicut diſp. 190. c. 11. fusè probauimus*; deinde affirmat, *ea opera, quæ tantum fiunt ex viribus naturæ, & legis ſine vllo ſpiritu gratiæ videri quidem bona, ſed non eſſe*; & concludit, *Hi* (ideſt Infideles, & Iudæi) *ex ſola natura, & lege operantes pro iuſtitia habent opus ex ſe bonum, etiam ſi ſine prauo fiat, quod quidem ex ſola legis, ſine ſpiritu gratiæ obſeratione fieri poteſt*; & addit; *Negat Paulus ex ſola legis notitia, aliquem ſeruare ea, quæ* August: *lege præcipiuntur*. Quæ Vaſquij doctrina omnino eſt Auguſtini *lib. 4. contra Iulian. c. 3.* & alijs locis, quos, nos in cortina noſtra citauimns, quæſt. ſingulari de neceſſitate gratiæ.

Sed obiter aduerto duo. Primum eſt Vaſquez ex parte defeciſſe ab Auguſtino, dum ait ex ſolo auxilio naturali per Chriſtum opera bona moralia fieri. Hoc enim auxilium naturale; nec eſt fides, nec gratia, quod alienum eſt à doctrina Pauli, & Auguſti- Vaſq: ni, & propterea nos Vaſquez loco cor- Suar tinæ citato reprehendimus cum Suario *tomo 1. de grat. lib. 1. cap. 17. & 18.* Alterum eſt non ſine iniuria moder- nos quoſdam authores Auguſtini interpretationem ad locum Pauli Rom. 14. *Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt*, de fide Chriſti intelligentis, reprobare, quales ſunt Bellarm. *lib. 5. ca. 10.* & Suarez *tom. 1. de grat. lib. 1. cap. 6. num. 16.* Imo & Vaſquez *in p. 2 diſp. 59. cap. 2. & diſp. 191. num. 15.* Cũ Auguſtini interpretatio ſit etiam Gregorij, & Bernardi, & aliorum Patrum Auguſtini diſcipulorum, vti in Cortina noſtra probauimus *q. 3 ar. 2.* Loci Bernardi ſunt *ſerm. 30. & 51. in Cantica*, omnino expreſſi. Itaque ex huius capitis doctrina probatum manet, quidquid boni, & honeſti operis fit, id omne ab aliqua fide Chriſti, & gratia procedere; quod perſpicuè docet Gregor. Magnus *lib. 2. in Ezechiel hom. 16.*

Bellarm Suar Vaſquez Bernard Gre. mag.

Sed iam expediamus argumenta à ratione deducta. Primum Lutheri futile eſt, quia per ſolam fiduciam in Deo non implentur præcepta virtutis, quæ in rectè operando conſiſtunt; ſed Luhterus hæc obſeruabat per ſolam illam fiduciam cum ſua Bora; et de hac ſine dubio intellexit illud Prophetæ. *Sponſabo te mihi in fidem*. Hac enim ductus illam Virginem, deſponſatam prius Chriſto, ſibi deſpondit, & corrupit, & ex Virgine meretricem fecit, & præceptum caſtitatis egregiè impleuit. Magna quippe virtus eſt iſta fiducia, quæ omne virtutis & vitij diſcrimen tollit. imo cum ea nulla virtus, ſed omnia vitia ſtare poſſunt. Sed hanc ego non dicam fiduciam, ſed impudentiam.

Secundo reſpondeo fiduciam illam hereticorum non eſſe humilitatem, ſed maiorem humilitate, ideſt inaninatem, & vacuitatem totius virtutis; tantum enim de Deo heretici confidunt, vt omnem virtutem abhorreant, vnde non humiles, ſed vacui, & inanes per illam fiduciam fiunt, omni fundamento vanæ gloriæ ablato: do enim hoc iis nihil habere, vnde poſſint ex virtute ſuperbire, cum tamen ſuperbi ſint.

Tertium ſoluitur dicendo hæreticos nulla bona opera agnoſcere: quia

 nul-

nulla habent, quę vitam æternam mereantur, vnde de ſe iure deſperare poſſunt; imo & ſe cum Iuda ſuſpendere, quod tamen non faciunt, quia viuere luxuriando malunt; quare paucos hæreticos legimus, ſibi necem conſciuiſſe. Sed bene eſt, quia multos, vti Latherum Diabolus ſuffocauit; verum illi forte confidunt Deum etiam ab inferis eos liberaturum.

Quartò reſpondetur; Hæreticos iure agere, dum totam iuſtitiam in Deum referunt, & nihil ſibi intrinſecùm attribuunt; eo tamen modo iuſtificantur, qui nihil in iis ponat, nec illos mutet. Itaque ſanctitas extra illos eſt, & ſola vitia intra illos ſunt; quod ſi fiducia inſtar manus eſt, qua Iuſtitiam Chriſti apprehendunt, hac ratione præſtat illos elephantos eſſe, vt longiore manu vtantur, & melius, ac fortius iuſtitiam iniecta Proboſcide apprehendant.

Ad quintum, ſerio dicimus virtutem ſanguinis Chriſti infinitam eſſe; ſed non idcirco nobis ſine nobis profecturam; profecit ſolus ſanguis ad tollendum obicem gratiæ per peccatum Adami poſitum, ſed non ſolus ſalutem noſtram operatur, ne otioſi ſimus, ſed ei cooperando rectè agamus, data nobis per ipſum gratia; qua nos excitat ad bene operandum, & iuuat operantes, & iuſtificat merentes; nec enim Deus per Chriſtum brutos nos fecit, ſed humano more voluit operari; alioqui, ſi quod ſanguis Chriſti eſt infiniti valoris nos liberat à rectè operando, etiam quod Deus eſt infinitæ virtutis nos eximet à naturalibus operationibus faciendis; quare non video, cur hæretici manducent, & bibant, & veſtiantur, ſi à Deo poſſunt nutriri, veſtiri, & conſeruari, ſed iĳ tamen comeſſantes, & potantes, & ſcortantes cooperantur Diabolo, & nolunt, vt nos Chriſto ieiunantes, & caſtè viuentes cooperemur.

Sextum, ſoluitur admittendo peccatum originale totum ſine nobis ſæpè remitti per Chriſti ſanguinem, ex eo quod obex gratiæ eſt; & aliena voluntate commiſſum naturali via propagationis contrahitur. Vnde, cum actuale, & proprium non ſit, licet omnibus inſit, rectè per per alienum meritum aufertur; nec tamen ſine cooperatione noſtra, cum ſit neceſſe applicari Sacramentum Baptiſmi, & fuerit neceſſe alia in aliis legibus adhiberi, etiam in paruulis. At peccatorū actualium alia ratio eſt, quæ cum ſint propriis actibus commiſſa indigent omnino actibus contrariis noſtris, contritionis, & attritionis, & Sacramentis, quibus ex virtute ſanguinis Chriſti ineſt vis ſanctificandi, ſimul cum diſpoſitione noſtra, quæ fit ex gratia per Chriſtum data, & obtenta, ſine qua iuſtificari non poſſumus; de quo in materia de Gratia latè, & accuratè diximus. Igitur conſtat illam fiduciam hæreticorum eſſe temeritatem impudentem, & impudentiam temerariam.

Cæterum bona opera neceſſaria eſſe ad ſalutem, tum ſcripturæ, tum Patres, tum omnis Eccleſia clamat, ac ipſa met ratio dictat, & huius obligationis conſcientia noſtra peccates morſu quodam intimo ſalubriter monet, quem ſi non ſentiunt hæretici planè obducto callo indurruerunt, quo nullum malus malum homini poteſt accidere. Certè nos Catholici, qui veram fidem, & habemus, & profitemur, omnino teſtamur eam non ſatis eſſe ad iuſtitiam, & ſalutem, quod credamus poſſe illam in nobis mortuam ſine charitate, & gratia inueniri, & ſolitariam ſine bonis operibus, imo & cum peccatis mortalibus conſiſtere; atque adeo hominem fidelem ſine charitate tamen, & bonis operibus morientem damnari; vti ſtatuit Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. in Conc: Tri quo eſt huiuſmodi canon, quo caput hoc terminatur. *Si quis dixerit amiſſa per peccatum gratia, ſimul & fidem ſemper amitti, aut fidem quæ remanet, non eſſe fidem veram, licet non ſit viua; aut eum qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum, anathema ſit.* Can. 28.

CAPVT IX.

An, & quomodo detur præceptum confitendæ, & profitendæ fidei actibus externis?

DVo ſunt de fidei confeſſione præcepta: alterum negatiuum de nunquam neganda fide, quod eſt perpetuum, & vniuerſale, quod nunquam liceat negare fidem; alterum affirmatiuum de illa cum opus fuerit profitenda, quod non eſt perpetuum, nec vniuerſale, non enim obligat ſemper, ſed pro tempore, & occaſionibus, de quo D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 3. *art.* 2. Primum de negatiuo, deinde de affirmatiuo dicendum. E. Thom.

Non defuerunt hęretici, qui licere, dixerunt, interdum negare fidem; quales fuerunt Helceſeitæ teſte Valentia *quæſt.* 3. *punct.* 2. & Suarez *diſp.* 14. *ſect.* 1. & Lugo *diſp.* 14. *ſect. item* 1. Sed exploduntur ab omnibus, cum Chriſtus dicat Matth. 10. *Qui negauerit me coram hominibus negabo eum coram Patre meo*. Idque Martyres tot linguis, quot plagis teſtantur. Docet autem Auguſtinus *tract.* 113. *in Ioannem*; *Non ſolum negare Chriſtum, qui neget illum eſſe Deum, ſed etiam, qui neget ſe eſſe Chriſtianum*. Qua ratione Petrus Chriſtum negauit. Hac de re Suarez *lib.* 6. *contra Regem Angliæ. cap.* 9. *& de fide d.* 14. *ſect.* 1. ex Concilijs, & Patribus, præſertim Auguſtino, & Cypriano. Duobus autem modis negari fides poteſt, vel directè, & clarè per verba, & ſigna clara; vel indirectè, & occultè, ita vt appareat negatio per ſigna ſufficientia. Vtrunque peccatum eſſe contra Fidem conſtat, de reliquis per quæſtiones dicam. Helceſc. Valentia Lugo Suar. Auguſt. Suar.

Prima quæſtio eſt, vtrum liceat aliquando negare ſe eſſe Chriſtianum, aut Papiſtam, cum pro eodem ſumuntur? Antequam reſpondeam, aduerto: duplici modo poſſe quempiam de hoc rogari, vel cauſa cognoſcendæ religionis, vel nationis. Rogatus hoc ſecundo ſenſu poteſt negare ſe eſſe Chriſtianum, & Papiſtam, perinde enim eſt, ac negare ſe eſſe Hiſpanum, aut Italum; at quando rogatur cauſa Religionis cognoſcendę, tunc non licet negare. Ita Azor *tom.* 1. *inſtit. lib.* 8. *cap.* 27. *q.* 1. *&* 2. & Sanchez *lib.* 2. *decalogi. cap.* 4. *num.* 8. & Suarez *diſput.* 14. *ſect.* 2. & Lugo *diſput.* 14. *ſect.* 2. Exceptiones poſtea afferemus. Azor Sanch Suar. Lugo

Secunda quæſtio, licitum ne ſit Chriſtiano, qui Sacerdos eſt, aut Religioſus negare ſe eſſe talem, etiam quando religionis cauſa rogatur? Reſpondetur affirmatiuè cum Caietano *in ſumma. verſ. habitus*; & Suarez *diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 11. & Sanchez *lib.* 2. *decal. cap.* 4. *num.* 11. & Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 32. Ratio eſt, quia Chriſtianus non conſtituitur in ratione fidei per illos gradus Sacerdotis, & Religioſi, ergo licitè poteſt negare ſine offenſa fidei illis carere; deinde quia latius patet Chriſtiana Religio, quam illi gradus, ergo quamuis ſe ab illis excludat; adhuc tamen remanet intra Corpus Chriſti, & Eccleſiam Catholicam. Caiet. Suar Sanch Lugo

Tertia quęſtio, An liceat aliquando Chriſtiano interrogato, ſit ne Turca, vel Lutheranus affirmare ſe talem eſſe. Pater Suarez loco citato, ait licere interdum, idque etiam ſine mendacio, quando ille, qui rogat vult cognoſcere, non cuius religionis, ſed cuius nationis ſit. Cardinalis de Lugo negat hoc ſine mendacio fieri poſſe. Ego Suàrio aſſentior, quia hic militat eadem ratio in prima reſponſione adducta. Si quis enim putat Armenos eſſe Turcas, & Saxones omnes eſſe Lutheranos, & rogat Chriſtianum Armenum, vel Saxonem, vtrum ſit Turca, vel Lutheranus non cogitat de Religione, ſed de natione: cur ergo nō licebit eo ſenſu citra omne mendacium Turcam ſe, vel Lutheranum eſſe affirmare? Idque tandem Suar. Lugo

fateturé Lugo, poſtquam vexauit Suarium *num.* 24. Eiuſdem ſententiæ eſt ConinK *diſp.* 15. *dub.* 2. *n* 10.

ConinK

Quarta quæſtio eſt; Vtrum liceant verba æquiuoca, quæ contineant tergiuerſationem, & tacitam negationē? Reſpondetur minimè ex ſe licere, & probatur teſtimonio Chriſti Lucæ 9. *Qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet.* Erubeſcere autem eſt tergiuerſari, & ambiguè, & perplexè loqui. Vnde Cletus Epiſt 7dib. 2. Epiſtolarum S. Cypriani; *qui fallaces in excuſatione præſtigias quærit, negauit.* Et Auguſtinus relatus cap. quiſquis 11. q. 3. *Qui metu poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſupra ſe prouocat.* Hanc doctrinā tradit Suarez *ſect.* 3. *num* 7. & Granado *tract.* 11. *ſect.* 2. *num.* 6. & Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 2. *n.* 36.

Luc 9 — Cletus — Auguſt. — Suar — Granado. — Lugo

Quinta quæſtio eſt, vtrum, & quatenus liceat fugere tempore perſecutionis contra fidem graſſantis? In hac longius immorari eſt opus. Igitur fuga ex natura ſua licita eſt, & Chriſtus probat cum dixit; *Si vos perſequuntur in Ciuitate iſta fugite in aliam.* Et Chriſtus ipſe ſæpè fugiendo, & vitando mortem docuit licere fugam. De Paulo, item conſtat Damaſco, è muro à ſuis per ſportam demiſſum fugiſſe; nec erubuiſſe in Epiſtolis id fateri. Vnde mirum eſt Tertullianum tanti iudicij virum negaſſe licitam eſſe fugam tempore perſecutionis; contra quem errorem, de quo ille libellum edidit, Sancti Patres ſcripſerunt; Athanaſius in Apologia de fuga, illuſtris ipſe ſæpè fugitiuus, & Cyprianus *lib. de lapſis, & epiſt.* 56. & egregiè omninò Auguſtinus *epiſt.* 180 *ad Honoratum, & tract.* 46. *in Ioannem.*

Tertull: — Athanaſ: — Cyprian: — Aug.

Dixi autem ex natura ſua licitam eſſe fugam, quia ex circumſtantijs interdum licita non erit; vti non licuit Apoſtolis in horto comprehenſo Chriſto; quia non debuerunt eum relinquere, quo præſente, nihil timere debuerant; & multo minus licuit illi ex numero 40. Martyrum, qui ex palude gelata, in quam cum alijs coniectus eſt pro fide, fugit, nam hic planè retroceſſit, & ex conuentione cum Tyranno factâ apertè negauit fidem; qua ratione etiam Paſtor non poterit interdum licitè fugere, nempe ſi propter eius abſentiam oues perituræ ſint, aut grauiter periclitari debeant. Imo aliquando tenebitur Paſtor fugere, nimirum cum illius ſola perſona quæritur, & nihil nocetur ouibus, ad quas conſeruandas ſaluti ſuæ conſulit, & contrà perſona priuata tenebitur aliquando non fugere, ſi eo fugiente non ſit, qui fidelibus adſit, & conſulat; vti notant Suarez *diſp.* 14. *ſect.* 3. & ConinK *diſp.* 15. *dub.* 5. & Lugo *diſp.* 14. *ſec.* 2. qui duo reprehendunt Peſantium *in q.* 3. *a.* 2. *ad* 1. *concluſ.* 2. *S. dixi initio*, quòd non rectè ſenſerit dum ait; Paſtorem tempore perſecutionis non poſſe latere, ſed teneri cum vitæ periculo in omni euentu ſuam fidem profiteri. Quem refellit mons Soracte, vbi Syluester, & cryptæ Romanæ, vbi Vrbanus, & alij Pontifices Sanctiſſimi latuerunt. Contra Peſantium clamat orbis, qui Athanaſium fugientem vidit, recepit, & probauit.

Suar: — ConinK — Lugo — Peſanlius

Animaduerto autem fugam certa quadam ratione ſignum item fidei eſſe; nam qui fugit fatetur ſe rationem habere fugiendi, quia fidelis eſt; nec enim fugeret, niſi eſſet talis; vnde in fugā præciſè non eſt ratio negandi ſe eſſe Chriſtianum, ſed nolendi ſe manifeſtare propter alias cauſas, quæ poſſunt eſſe iuſtæ, & conuenientes.

Circa fugā quæritur primo: Vtrum quando Tyrannus iubet, vt Chriſtiani omnes ſe prodant, & manifeſtent, vt cognoſcantur, & diſcernantur à cæteris, teneantur Chriſtiani comparere? Concluſio eſt negatiua, quia in ea occaſione nemo obligatur ad profitendam fidem, nec illa eſt negatio fidei, cum ſingularis nemo fidem neget. Eſt tantum mera negatio proteſtationis fidei publicæ, quæ cum ſit affirmatiui præcepti non ſemper obligat. Ita AEgidius Conink *diſp.* 15. *dub.* 5. *num.* 87. *& q.* 2. Suarez *diſp.* 14. *ſect.* 3. *n.* 2. & Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 42.

ConinK — Suar — Lugo

Secundo quæritur; vtrum iubente Ty-

Tyranno, vt omnes Chriſtiani ſui regni, aut ciuitatis certo genere veſtis vtantur, vti Romæ Iudæi vtuntur, teneantur Chriſtiani parere? Concluſio item negatiua eſt propter rationem proximè adductam, nam illa omiſſio non eſt fidei negatio, ſed mera omiſſio manifeſtationis, quæ in illa circumſtantia non obligat. Ita Suarez, Conink, & Lugo citati, & Sanchez *lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 24. & alij, quos referunt.

Suarez
Lugo
Conink
Sanchez

Maius dubium eſt, vtrum rogatus, an ſit Chriſtianus poſſit diſſimulare, tergiuerſari, & omninò ſe ſubtrahere? Reſpondeo duobus modis id poſſe accidere; primò, ſi interrogetur à Iudice authoritatem publicam habente. Secundò, ſi interrogetur ab homine priuato non habente authoritatem, nec gerente publicam perſonam. Primo modo nunquam licet tergiuerſari, vel diſſimulare apparenter ad negationem, quia interrogatio fit à perſona habente publicam authoritatem ad inquirendum in eo foro externo, & obligatio Confeſſionis vrget tunc in eo iudicio, & pertinet ad honorem Chriſti. Secundo autem modo, quando priuata perſona interrogat, poteſt interrogatus diſſimulare, tergiuerſari ſubtrahendo ſe, & dicendo, *quid ad te? agamus aliud, tua non intereſt*. Ita Valentia 2.2. *diſp.*1.*q*:3. *puncto primo*. & Sanchez *lib.*1. *in decalog. cap.*4. & Suarez *diſp.*14.*ſect.*3. & Lugo *diſp.*14. *ſect.*2.

Valentia
Sanchez
Suarez
Lugo

Coninch
Lorca

Verumtamen P. Conink *diſput.*15. *dub.*5. & Lorca *in ſecunda ſecundæ diſp.* 24. *num.* 21. *&* 22. aiunt poſſe interrogatum diſſimulare tum coram priuata perſona, tum coram publica, nec admittunt iſtam diſtinctionem, quia nulla poteſt eſſe authoritas hominis ad interrogandum Catholicum de fide ſupernaturali, nec iſte reus ab illo fieri poteſt; deinde addunt hominem Chriſtianum poſſe fugere, ne interrogetur, ac proinde etiam poſſe diſſimulare interrogatum. Sed hæc opinio mihi non placet vlla ratione; non prima; quia tunc eſt occaſio confitendi fidem; nec dari poteſt alia vrgentior, ergo tunc obligatio eſt fatendi, quando non fateri perinde eſt, ac negare; præterea quando Chriſtianus capitur, & trahitur ad Tribunal, & fit reus, iam in eo foro ſubditus eſt, quanquam in interno non ſit, & ita in eo foro tenetur fidem confiteri: non ſecunda, quia antequam aliquis capiatur fugere licitè poteſt, cum omnino iuris ſui ſit, & videatur fugere ne pericula vitæ incurrat; at vero ille qui iam eſt captus in aliena eſt poteſtate, & quando negat interrogatus, vel tergiuerſatur, cōfeſſioni fidei immediatè detrahit. Quare magis placet ſententia Hurtadi *diſp.*48. §.15. *&* 20. vbi ait eum, qui non confitetur fidem videri negare, quod quamquam vniuerſaliter verum nō ſit, in eo tamen caſu, quo quis authoritate publica interrogatur, veriſſimum puto. Et ita docet D. Thomas 2.2. *q.*3. *a.*2. Et Author imperfecti apud Chryſoſtomum hom.25. *Non ſolum*, inquit, *ille proditor eſt veritatis, qui tranſgrediens veritatem palam mendacium loquitur, ſed etiam qui non liberè veritatem pronuntiat, quando oportet*.

Hurtado

D: Thomas
Auth. Imperf. apud Chryſoſt

Quare hoc præceptum confitendi fidem in hiſce circumſtantijs magis videtur eſſe negatiuum, quàm affirmatiuum, cum perinde ſit fidem in eo euentu non confiteri, ac negare. Multum autem intereſſe, interroget ne priuatus, an Iudex, animaduertit præter citatos Laiman *de fide tract.*1. *c.*11. *nu.* 3. vbi hæc duo diſtinctè docet; ſi quis priuatus roget, poſſe diſſimulari; ſi magiſtratus, non poſſe; citatque Lopez, Azor, Valentiam, Becanum, & Ioannem Molanum de fide hæreticis ſeruanda lib.4. cap.9. & Nauarrum comm. in cap. *humanæ aures q.* 3. *de fide*. Quin Toletus lib.4. cap.1. ſummæ negat licere rogatum ab aliquo infideli de fide Catholica tacere, ita vt tacendo negare videatur nulla facta diſtinctione perſonarum; ſed illa tamen diſtinctio inducenda prorſus eſt, & probanda.

Layman

Nauarrus

Toletus

Digitized by Google

CAPVT X.

Quomodo, & quatenus obliget præceptum confitendi Fidem affirmatiuum.

DAri præceptum confitendi Fidem conſtat, quod cum ſit affirmatiuum non ſemper obligat, ſed pro tempore, & occaſione. Quando autē iſta obligatio exiſtat quęri oportet.

D. Thom

D. Thomas 2. 2. *quæſt. 3. art. 2. in corp.* duos caſus ponit. Primus, quando ad honorem Dei pertinet cō feſſio, ita vt ex eius omiſſione, Dei contemptus ſequatur. Secundus, cùm vtilitas Chriſtiani, aut Gentilis populi publica confeſſionem iſtam exigit, quæ ſi non fiat omninò auertentur à Fide. Addunt quidam, apud

Layman

Layman num. 3. quando vtile eſt ipſi confitenti, ſi enim timeat ne omiſſa confeſſione pericliteetur in Fide tenetur eam confiteri. Sed hoc præterijt D. Thomas, quia in ſecundo modo includitur. Verum quidem eſt has duas cauſas, & fines non eſſe immediatè ex motiuo Fidei, ſed Religionis, & Charitatis, vti notat Coninch

Coninch
Lugo
Suar.

diſput. 15. *dub.* 4. *concluſ.* 2. & Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 4. & Suarez *diſ.* 14. *ſect.* 2. Quare hi, & alij recentiores quærunt occaſiones, in quibus ex proprio motiuo Fidei teneantur fideles Fidem confiteri.

Prima & quidem vniuerſalis eſt Baptiſmus. Obligatur enim, qui baptizatur Fidem confiteri, & profiteri. Quod adeo verum eſt, vt non ſolum in baptiſmo adultorum fiat ore proprio iſta confeſſio, ſed etiam in baptiſmo infantium ore aliorum ſit facienda, vti conſtat ex forma, & cæremoniis baptiſmi. Atque hæc prima occaſio præcepti affimatiui eſt, apud citatos authores præcipuè Suarez *diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 7. & Lugo *diſput.* 14. *ſect.* 4.

Suar.
Lugo

Aliæ ſunt vniuerſales, nec habent fermè certa tempora. Sunt tamen duæ notandæ. Altera cum quis eſt inſtitutus Prædicator, aut Miſſionarius ad externas Gentes, hic enim tenetur ad inſtituendos populos, qui veniunt ad eum, & ad illos baptizandos, tum ex officio, tum ex charitate. Altera cum quis inter fideles pręceptor eſt, & Parochus inſtituens pueros, & Cathecumenos in rebus Fidei, hic enim tenetur nihil tradere contra Fidem, ipſamque palam confiteri, & confitendo docere. Qui duo caſus habent expreſſum motiuum Fidei, quamquam poſſit eſſe coniunctum cum alijs circumſtantiis aliarum virtutum; & tum proprius eſt locus affirmatiui pręceptiui poſitiuè obligantis. Quod eò dico, quia ſuprà aduerti caſum in quo quis rogatus à Tyranno, aut Magiſtratu tenętur confiteri Fidem, etſi affirmatiuo præcepto teneatur, in negatiuum tamen reſolui. Illos duos caſus diſtinctè producit Aegidius Coninch *diſp.* 15. *dub.* 4. & Suarez *num.* 7. Lugo *à num.* 59. *ad.* 66. Quibus conſentit Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 11. *diſp.* 1. *p.* 13. *n.* 8.

Coninch
Suar.
Lugo
Caſt: Pal.

Sentit prætereà Suarez citatus *ſect.* 2. *num.* 7. Quempiam fidelem teneri aliquoties, dum viuit profeſſionem ſuæ Fidei facere exhibendo ſigna externa Catholicæ religionis, vt conſtet aliis illum eſſe Catholicum. Hoc autem affirmat cuiq; adulto baptizato quāprimum eſſe faciendum. Quod quidem placet, niſi quod non videtur diſtincta à pręceptorum obſeruatione obligatio. Nam eo ipſo, quo quis præcepta obſeruat Fieem profitetur. Verum diſtincta eſt ratio motiui, nam ſeruare præceptum immediatè cadit ſuper legem, & motiuum legis, quę præcipit, & ſumitur ex diuerſis rationibus, vel Religionis, vel Iuſtitiæ, vel pietatis. At verò illa obligatio profitendi ſe per illos actus Chriſtianum, & fidelem, eſt generale quoddam genus motiui, quod in omni illa actione includi poteſt, & proprio Fidei actu intendi. Satis tamen, opinor, eſt virtualem iſtam Fidei profeſſionem obſeruando legem facere: pauci ſunt

Suar

enim

enim qui animaduertant hoc ſe præcepto teneri, quibus ſufficit Chriſtianè viuere, & pręcepta Eccleſiæ adimplere, credentes, quæ illa docet, & nihil ab ea diſcrepantes. Hęc omnia docet perſpicuè Card. de Lugo *diſp. 14. ſect. 4.* accepta ex parte doctrina Suarii à nobis proximè adducta, & latius amplificata, addens poſſe aliquem per accidens liberari ab iſto præcepto affirmatiuo Fidei: vti Anachoretæ, Paulus Primus Eremita, Onuphrius, & alij, qui ab omni ſe conſortio hominum ſepararunt; quod ne Suarium quidem fugit, dum ait teneri eum, qui viuit inter alios fideles Fidem fateri; quaſi ſignificans alios, qui ſolitarij viuunt eximi ab eo præcepto, vti etiam obſeruauit Lugo ibidem num. 55.

Lugo
Suar
Lugo

Duo præterea ſunt alii euentus, in quibus eo pręcepto eccleſiaſtico tenentur quidam ad confitendum fidē poſitiuè, quos affert præter citatos Layman *lib. 2. tract. 1. cap. 11. num. 7.* de Fide. Primus, quando quis creatur Epiſcopus, & Paſtor animarum, vel dignitas in Cathedrali, vel Canonicus, obligatur is ad profitēdam Fidem ex Decreto Concilij Tridentini *ſeſſ. 24. c. 12. de Reſor.* Secundus quando quis Doctor, aut Regens, aut Magiſter, aut Profeſſor cuiuſcunq; litterariæ facultatis inſtituitur; ex motu proprio Pij V. qui incipit *in Sacroſancta*, & affertur à Rodriguez *tom. 2. regularium quæſt. q. 72. art. 2.* cum pœna excommunicationis contra eos, qui ſine hac præuia confeſſione illos promoueant. Qui autem ſigillatim ad hoc ex officio, & beneficio obligantur, ſcire, ſpectat ad materiam de beneficiis, & tradit Sanchez *lib. 2. in Decalogum cap. 5.* & Caſtro Palao *1. tom. tract. 4. p. 19. & alij* apud Dianam *p. 3. tr. 2. de dubijs regularium reſolut. 78.*

Layman
Trident.
Pius V.
Rodrig.
Sanchez
Caſt. Pal.
Diana

CAPVT XI.

An ſint, & quænam ſint actiones externæ, quæ repugnent præcepto confitendæ Fidei.

CVm duo ſint per quæ manifeſtatur Fides: actiones, quæ fiunt à perſona: & ſigna exterius applicata perſonæ; vt clarè procedam, materiā huiuſmodi diuido in plura capita; quorum quędam actiones, alia ſigna contineant.

Duo genera ſunt actionum. Primum indifferentium ex natura ſua, & ſolum ex occaſione ſignificantium religionem, vti eſt abſtinere carnibus die ieiunij. Secundum determinatarum ad ſignificandam religionem, vti Circumciſio. Quod attinet ad iſtas ſecundas conſtat non licere ijs vti in ſenſu formali, id eſt ad profitendam religionem falſam, ad quam ſunt inſtitutæ, nam hoc eſt eſſe formaliter hæreticum. Qui enim circumcidat ſe animo Iudaico erit Iudæus. De actionibus huius generis dubitatur, vtrum liceat ijs vti materialiter in graui neceſſitate ad vitandum periculum cum bona intentione, aliud re exhibendo, aliud animo retinendo? verbi gratia; ſi quis ſe circumcidi patiatur eo animo, vt velit pati illud vulnus pro Chriſto credendo Circumciſionem nihil prodeſſe ad ſalutem, imo obeſſe, ſed tamen ſimulando ſe probare Circumciſionem. Qua in re celebris eſt ſententia Hadriani affirmantis hoc modo licere. Ratio eſt quia illa ſimulatio nihil illicitum continet, modo abſit ſcandalum, & periculum. Quod item fermè ſentit Lorca *diſput. 24. num. 7.* Suadetur autem exemplis. Primum eſt Naamani Siri 4. Reg. 5. vbi petiit licentiam ad Heliſeo comitandi Dominum ſuum ad templum, & cum eo genuflectendi, & idolum adorandi, eamquè obtinuit dicente Propheta

Hadriani
Lorca
Reg. 4

Vade

Reg. 4. *Vade in pace*. Secundum Iehu 4 Reg. 10. Qui ad occidendum Sacerdotes Baal finxit ſe idololatram, & captos illos interfecit. Quam ob rem laudatur à Deo *quia* inquit *ſtudioſè egiſti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis*. Tertium extra ſcripturam Euſebij Martyris Epiſcopi Vercellenſis, Ambroſ. qui, vti narrat Ambroſius *ſerm.69.* Arianum ſe ſimulauit, vt nomen Dionyſij diſcipuli ſui, qui Arianis ſubſcripſerat aboleret, lepido quidem Schemate. Nam cum Ariani vellent Filium Dei eſſe minorem patre, & ijdem vellent vt ipſe poſt Dionyſium diſcipulum, & filium ſuum, qui prior iam ſubſcripſerat, ſubſcriberet: Ille dixit aſſentiri ſe Arianis, ſed pati non poſſe, vt filius qui minor erat ſe patre, primas teneret in ſubſcribendo. Cumquè illi foret permiſſum vt deleret nomen Dionyſij, eo deleto noluit ſubſcribere, remque totam expoſuit, confirmans eam à ſe compoſitam, & fictã eſſe, vt ſe, & Dionyſium filium ab ea iniuſtitia ſubſcriptionis liberaret. Quartum Petri, & Pauli ex ſententia Hieron. Hieronymi in cap. 2. Epiſt. ad Galat. & Epiſt. 86. quæ eſt 11. inter Epiſtolas Auguſtini docentis vtrumque Apoſtolum ex compoſito ſimulaſſe obſeruare legalia Iudæorum. Nam Petrus Antiochiæ cum Iudæis more iudaico manducauit, & Paulus Act. 16. Timotheum circumcidit, quod intelligeret licitam eſſe illam ſimulationem.

Verum huiuſmodi Adriani ſententia improbabilis eſt, & prope erronea; nõ enim licitum eſſe poteſt has actiones quæ ſunt propriæ ac ex inſtituto ſuperſtitioſæ ob vllum finem exercere. Ita communiter Theologi Bannez Bannez 2.2. *q.3. art.2.* & Caietanus ibi & Va- Caietan. Vaſquez Valent. lentia *d.1. q.3. p.2, dub.4.* & Nauarrus Nauar. *cap.11. num.21.* & Malderus 2. 2. *q.* Malder. *3. art.2.* & Sanchez *lib.2. in Decal. c.* Sanchez *4. num.14.* & Suarez *d.14. ſect.4. &* Suarez *lib.6. defenſionis fidei & lib.9. de legibus* Lugo Cardinal. *cap.17.* & Vaſquez 1. 2. *diſp.182. c.5.* & Card. de Lugo *diſp.14. ſect.5.* Probatur authoritate & ratione. Authoritate, quia nunquam licuit Iudæis Gentilium Sacra, & Ceremonias vlla ratione profiteri; neque Chriſtianis aut Gentilia vnquam, aut promulgata lege gratię Iudaica Sacramenta ſuſcipere; quanquam licuerit Iudæis viuente Chriſto, & illo recens mortuo Chriſtianis legalia ſuſtinere. Quod argumento eſt niſi ex ſe licita eſſent, vſum eorum licitum non fore. Vnde cum Gentilium ceremoniæ cohoneſtari non poſſent nunquam vſurpari potuerunt. Iudaica vero ſacra cum vel neceſſaria, vel tolerata fuerunt, vſum aut neceſſarium, aut licitum habuerunt. Poſtquam autem promulgato Euangelio mortifera effecta ſunt, nullomodo exerceri potuerunt. De quo exemplo paulo poſt explicatius agemus.

Ratio autem prima eſt: quia illa ſimulatio quacunquè ratione fiat, habet obiectum omnino illicitum, ergo nunquam poteſt cohoneſtari. Antecedens ſupponitur, nec enim res eſt indifferens, ſed prorſus determinata ad ſuperſtitionem, quę nulla ratione licet. Secunda eſt, quia illa ſimulatio eſt mendax fictio, quæ mendacio æquipollet, facto enim fallit, ſicut mendacium verbo: mendacium autem non licet, ergo nequè ſimulatio. *Hanc* ſecundam non probat Lugo *ſect.5. §.4.* Lugo *num.117.* Ex eo quod ſimulatio facti non ſit mendacium. Sed mihi probatur, cum ſit doctrina D. Thomæ 1. D. Thom. 2. *q.100. a.2. & q.111, a.1.* vbi agnoſcit mendacium in facto, & cum eo ſentit Vaſquez *in 1.2. d.182. c.4. n.29.* Vaſquez *& 30. & c.8. à n.67.* ad finem, quem Lugo fidenter oppono: & patet, quia ſicuti aliquis verbis decipit alios mentiendo, ita & facto decipit ſimulando, vnde ſicuti mendacium excuſari nequit, ita & ſimulatio, vbi res illicita fuerit, & purgari nequeat. Ac ita docet Auguſt. D. Auguſtinus *contra D. Hieronymum epiſt 8. & 19.*

Nec ſane video, cur ſi res ſit vni tantùm ſignificationi addicta non detur deceptio, ſi ad aliam res illa traducatur, vti Circumciſio quæ cum determinatum Sacramentum ſignificet, quando ad aliud ſignificandum transfertur, fallit ac decipit intuentes, Vnde

de ille qui circumcidatur animo ſignificandi aliud, is profectò non minus decipiet videntes, quam ille qui mentiendo decipit audientes; ex quibus apparet nullatenus licitum eſſe exercere vſum illarum rerum, quę habent determinatam ſignificationem ſuperſtitioſam.

Exemplis ita reſpondetur. Primo de Namaamo Syro 4. Regum 5. illum petijſſe rem indifferentem, ideſt comitari Dominum ſuum de more euntem ad templum, & adorantem idola manu data ſuſtinere, procumbendo, & ingeniculando ſe eum Dominus ingeniculabatur ſuper eum incumbens, quæ actio vera, & officioſa, & extra templum, & intra templum fieri ſolita: quo apparet eſſe indifferentem, quales non ſunt illę de quibus loquitur Adrianus, quæ vni tantum ſuperſtitioni ſunt addictæ; & ita exponunt illum locum interpretes, inter quos eſt
Lyra Abulenſ. Lyra, & Abulenſis.

Secundo ex libro Reg. 4. cap. 10. dicitur; Iehu ſimulantem ſe colere idola, vt prophetas Baal caperet, & occideret, potuiſſe non peccaſſe ex ignorantia putando id ſibi in eum finem licere; quo nomine illum excuſat, imo
Hieron. & commendat Hieronymus, qui putat ex zelo ſimulaſſe, quomodo multa in mentiendo excuſari poſſunt ob ignorantiam mentientium, ſed ex eo non colligi factum licere, ſed ex ignorantia licitum eſſe redditum. Vnde
Auguſt. Auguſtinus libro contra mendacium cap. 2. improbat illud factum, & D.
D. Thom. Thomas 2. 2. q. 111. ar. 1. ad 2. idem ſentit, ait tamen ideo laudari à Deo quia zelum habuit, & obediuit. *Commendatur, inquit, tamen Iehu, & remuneratur à Deo, non pro ſimulatione, ſed pro zelo quo deſtruxit Baal*, vt aduertit ibi
Caietan. Exod. 1. Caietanus quemadmodum Exodi 1. Obſtetrices mentientes laudantur, nō propter mendacium, ſed propter pietatem erga infātes Hebręos, quorum vitæ mendacio officioſo, quod putabant licere, conſulebant.

Tertio: Euſebium nō ſimulaſſe eſſe ſe Arianum, ſed voluiſſe eximere ſe à condemnatione Athanaſij ad quam cogebatur cum cæteris ſubſcribendo; cumque vidiſſet ſuum diſcipulū Dionyſium quem filium appellabat iam ſubſcripſiſſe, vt eius nomen deleret ſuumque ſubtraheret vſus eſt illo lepido effugio, nempe non debuiſſe Epiſcopos Arianos qui dicebant filium eſſe Deum Patre minorem Dionyſium filium ſuum ſibi præponere, qui hac ratione minor eſſet. Itaque nolle ſe poſt illum ſuſcribere: quo dicto Arianis perſuaſit, vt deleretur nomen Dionyſij, vt ille ſuum præponeret, eòque obtento deleuit nomen diſcipuli, nec ipſe ſubſcripſit, & hac arte Arianos deluſit; itaque nō erat illa cauſa Arianorum, ſed Athanaſij, nec ille ſe finxit ſectatorem erroris, ſed damnatorem Athanaſij, vt eum abſolueret. Et quanquam D. Ambroſio illa hiſtoria vti obiecta eſt tribuatur, ille certe ſermo nō eſt Ambroſij teſte Bellarmino Bellarm. de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Ambroſio. Rem vero ita eſſe geſtam vti nos narramus refert Baronius tom. 3. Baronius Anno Chriſti 355. Sed dato hiſtoriam aliter fuiſſe, reſpondendum Euſebium hac in re candidè proceſſiſſe, aut ex inconſiderantia, aut ex conſcientia erronea quæ eum à peccato potuit eximere. Ita reſpondent hiſce exemplis proximè citati Authores, & optimè præter eos Vaſquez 1. 2. d. 182. vbi Vaſq. hanc quæſtionem more ſuo accuratè tractat.

Quartum longiore opera indiget, Galat. 2. tamen compendio dicam. Petrus Antiochiæ Gentilibus prædicans nulla Iudaicæ legis Ceremonia vtebatur. Venerunt quidam ab Ieroſolymis Iudæi, ea occaſione ſubtraxit ſe à Gentibus Petrus, cæpitque Iudæorum more legalia ſeruare. Hoc deprehenſo Gentiles titubare cæperunt videntes ſe illis Ceremonijs non vti Doctore Petro; quibus Iudæi eodem Petro Doctore vtebantur. Itaquè ſuſpicari cæperunt illas fortè ſibi ad ſalutem deeſſe. Hoc tempore ſuperuenit Paulus, eaque re cognita improbauit factum, & Petrum ob id reprehendit data ratione quia non rectè ad veritatem Euangelij ambulaſſet, aitque

Petrum meruiſſe reprehenſionem. Ita Paulus ipſe narrat capite ad Galat.2.

Hieron. In hac quæſtione in quo alter Apoſtolorum videtur culpandus, Hieronimus,& Auguſtinus diuerſa ſenſerũt. Hieronymo viſum totam illam rem ex induſtria ab illis eſſe compoſitam & ſimulatam, vt dum Petrus Iudæis, Paulus Gentilibus fauebat, vtrorumrumque ſaluti conſulerent; itaque & Petrum ſimulaſſe obſeruationem legis, & Paulum ſimulaſſe reprehenſionem, nam Petrus obſeruando legem alliciebat Iudæos, & Paulus illum reprehendens conciliabat Gentiles, & poſtea Petrus reprehenſus à Paulo, & deſiſtẽs ab illa obſeruatione legalium monebat Iudæos illa nihil valere, ac proinde periiſſe legem ſcriptam, & ſolum Chriſtum abdicato Moyſe eſſe ſequendum. Quo fine obtento, & Petrus à ſua ſimulatiõne, & Paulus à ſua reprehenſione ceſſauit. Hæc mihi ſemper altius rem pendenti viſa eſt mens Hieronymi in ſuſtinenda hac ſimulatione, quæ minus ab authoribus eſt,me iudice, perſpecta, & explorata. Verum quidem eſt Hieronymum noluiſſe illam *ſimulationem*, ſed *diſpenſationem* appellare, quod erat honeſtius vocabulum:ſed ſenſus idem eſt,vti apparet. Nam diſpenſatio in lege eſſe non poterat, quia Hieronymus ſentit illicitam omnino eſſe illam obſeruantiam, ſi autem diſpenſatio eſſet, licitè legalia obſeruarentur.

Suar. Vnde Suarez *de fide diſputat.*14. *ſect.*4. diſpenſationem illam Hieronymi ſimulationem

Lugo intelligit. Et Cardinalis de Lugo *ſect.*4. *n.*136. ait illam diſpenſationem *eſſe prudentem diſpoſitionem*. Itaque ſimulaſſe, & finxiſſe vtrumque Apo-

D.Thom. ſtolum tenet Hieronymus. De quo ait Diuus Thomas 1.2.*q.*103.*a.*4. *ad* 1. ſenſiſſe Apoſtolos nunquam obſeruaſſe legalia,ſecundum veritatem,ſed ſolum quadam pia ſimulatione. Et pa-

Hieron. tet ex eodem Hieronymo *in Comment. epiſtola ad Galat. c.*2. *& epiſtola* 89. *quæ*

Auguſt. *eſt* 11. *inter epiſtolas Auguſtini.*

Auguſtinus contra iudicauit rem totam totam hiſtoricam eſſe, & Petrum nõ ſimulato animo finxiſſet obſeruantiam legalium, ſed verè obſeruaſſe, quod ſciret licere tunc illam obſeruantiam, at minus prudenter ſe geſſiſſe ſeparando ſe à Gentilibus, & præbendo iis occaſionem putandi obſeruationem legalium eſſe neceſſariã ad ſalutem, & *cogendo*, vt ait Paulus ſuo exemplo *Gentes Iudaizare*,& ideo à Paulo verè, ac iure reprehenſum, quia *non rectè*, inquit, *ambulabat ad veritatem Euangelij*, in quo reprehenſibilis erat. Ratio autem diuerſitatis harum opinionum inde manauit, quod Hieronymus credidit legalia ſtatim poſt mortem Chriſti mortifera, & illicita fuiſſe, Auguſtinus contrà putauit fuiſſe tantùm mortua,ſed pro tempore licita. Quod ex eorum exemplis conſtat; quæ ſæpè inter ſe comparaui in aliis meis libris, ac imprimis Teſſera Pontificia aduerſus Thomam Anglum q.1.ar.1. Obſeruat hoc diligenter D. Thomas q.103.ar. 2, qui ait conuenientius Auguſtinum iudicaſſe; & in comment. Epiſtolæ ad Galat. vbi ſequitur Auguſtini expoſitionem. D.Thom. Et quidem animaduertendum eſt, ſicuti inter ſe Petrus,& Paulus diſcordarunt, & alter ab altero eſt reprehenſus; ita, & Hieronymum, & Auguſtinum diuerſis inter ſe pugnaſſe ſententiis,Hieronymum defendendendo factum Petri, & Auguſtinum improbando illud cum Paulo,cum eo diſcrimine, quod vterque Apoſtolus de iure rectè ſentiebat iudicando legalia tunc licere. Hieronymus verò exiſtimauit non licere,in hoc ab vtroque Apoſtolo diſſentiens, Auguſtinus exiſtimauit licere vtrique Apoſtolo conſentiens.

Verum rectius omnino ſentit Auguſtinus,& multo quam Hieronymus melius, cum quo tamen ſentiunt quidam Patres Græci:inter quos eſt Origenes, & Chryſoſtomus, quos pro ſe citauit Hieronymus Epiſtola 89.quæſt. 11. apud Auguſtinum, & Caſſianus collat.17 c.10. in fine. Orig. Caſſian. De quibus id obſeruo hos qui cum Hieronymo cõueniunt in ea opinione fuiſſe, mendacium officioſum licere, patetque ex

Chry-

Chryſoſt Chryſoſtomo homil. 53. in Geneſim, & Caſſiano loco citato. vt obiter ſugillem Suatium, qui ait Auguſtinum (Suar) non rectè intellexiſſe Hieronymum, quaſi hic tribuerit mendacium Petro & Paulo in ea ſimulatione, eumque nititur excuſare, quod etiam facit Lugo (Lugo) diſp. 14. ſect. 5. §. 4. Hieronymus quippè exiſtimauit illos ſimulaſſe, idque licuiſſe; & quamuis ille ſe purget in ea epiſtola 89. dicens ſe propoſuiſſe ſententias aliorum, eas tamen ſic proponit, vt ſequatur. Imo & vult Auguſtino ſententiam ſuam imponere, dum ait illum ſecum ſentire, quòd affirmet Paulum legalia obſeruaſſe. Sed non aduertit Auguſtinum iudicaſſe ea licere, atque adeo non ſimulaſſe Paulum, ſed illa verè exercuiſſe. Cuius oppoſitum cùm iudicaret Hieronymus affirmabat illorum obſeruationem ſimulatam fuiſſe. Huius rei (D. Thom) author eſt D. Thomas q. 102. ar. 2. ad 2. quamuis non improbet Hieronymum; (Vaſquez) quem tamen Pater Vaſquez improbat, & omninò probat Auguſtini ſententiam illa diſp 182.

(Auguſt.) Cuius ego ſententiæ Auguſtinianæ ſummam facio. Docet primò legalia licuiſſe etiam poſt Chriſti mortem, vſque ad legem gratię promulgatam, eorumque vſum Iudæis permiſſum. vt *Synagoga cum honore ſepeliretur*, & exemplis Apoſtolorum Act. 16. & 21. & 24. confirmat. Docet ſecundò Petrum verè ſeruaſſe legalia, neque in in hoc peccaſſe, nec ob id reprehenſionem Pauli incurriſſe, ſed quia recedendo à Gentilibus, & communicando cum Iudæis ſcandalizauit illos, & anſam dedit ſuſpicandi ſibi quoque licere Iudaico more viuere. Docet tertio, Paulum, & vera narrare, & iure, ac merito Petrum reprehendiſſe, vt ipſemet Paulus teſtatur ad Galat. 2. Et quidem hanc ſententiam Auguſtini, quoad omnes has tres partes omnes penè Theologi vno Adriano (Vaſquez) excepto (vti dicit Vaſquez *d.* 182. *c.* 2. *ad finem*) ſequuntur duce D. Thom. (D. Thom) *in comment. Epiſtolę ad Galat. & in* 1. (Scoto) *q.* 103. *art.* 2. & Scoto *in* 4. *d.* 3. *q.* 4. §. (Bonau.) *Quorſum ergo?* & Bonau. *c.* 6. *ar.* 5. *q.* 2. Ex alijs Vaſquez diſputatione illa (Vaſq.) 282. Suarez *de Fide diſp.* 14. *ſect.* 4. & (Suar) Latius *tomo de legibus lib.* 9. *à cap.* 17. *vſque ad* 22. & Cardinalis de Lugo (Lugo) *diſp.* 44. *ſect.* 5. §. 4. & Coninch *d.* 15. *dub.* (Conink) 3. & Bellarminus *lib.* 1. *de Summo Pontific. cap.* 27. *&* 28. (Bellarm.) & Eſtius in Paul. (Eſtius) Et plures alij in noſtra Teſſera citati.

Igitur ad argumentum ab exemplo Petri, & Pauli petitum reſpondetur; non fuiſſe illam ſimulationem, ſed obſeruationem legalium, & proinde Petrum, & Paulum non fictè, ſed verè illa obſeruaſſe, verum Paulus cautè ac prudenter, Petrus minus prudenter, & cautè, vnde reprehendi meruit, & potuit. Vtrum autem & quatenus peccarit, non eſt huius loci definire. Certè Auguſtinus in ijs (Auguſt.) epiſtolis, *& lib. de Agone Chriſt. c.* 30. & D. Gregorius Papa *homil.* 8. *in Ezechielem*, (Gregor) & Anſelmus *in epiſt. ad Gal.* (Anſelm) Petrum à peccato non liberant, puta veniali, quod inſinuat D. Thomas, & (D. Thom) Bellarminus *lib.* 1. *de Summo Pontifice cap.* 28. (Bellarm.) & Salmeron *ad Galat. diſp.* 24. (Salmer) §. *excuſabilius*, & Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 5. (Lugo) §. 4. & perſpicuè Gulielmus Eſtius in (Eſtius) *comment. ad Galat.* 3. cum alijs in Teſſera noſtra adductis. & Iuſtin. in Paul.

Ad calcem obſeruo tantam eſſe veritatem huius ſententiæ Auguſtini (Hieron) vt ipſemet Hieronymus poſteà conuictus ei acquieuerit. Is enim in Dialogo contra Pelag. cap. 8. vt probaret neminem vel iuſtum peccato veniali carere vtitur exemplo Petri à Paulo reprehenſi. Ex quo patet ſenſiſſe illum veram fuiſſe Pauli reprehenſionem, & Petrum in eo facto deliquiſſe. Verba Hieronymi ſunt: *Si ipſe Apoſtolus dicit de Petro, quod non recto pede inceſſerit in Euangelij veritate, & in tantum reprehenſibilis fuerit, quis indignabitur id ſibi negari, quod Princeps Apoſtolorum non habuit?* Agnouit autē (In Epiſt. ad Ocean 261) Auguſtinus hanc Hieronymi retractationē dicens, Hieronymum in opere recenter aduerſus Pelagium edito in eadem ſecum eſſe ſententia. Eſt item alius locus lib. 3. Apolog. aduerſus Ruffinum, vbi admittit veram fuiſſe

Pauli erga Petrum reprehenſionem. Hanc autem obſeruationem debeo inſigni Theologo Sorbonenſi, qui in Guilielmo Eſtio eam inueniſſe mihi indicauit. Idque lectis eruditiſſimis huiuſce authoris commentariis verū eſſe comperi, & profeci. Laudo vtrunque, quod ſit *Ingenuum fateri per quos profeceris.* Vide Eſtium *ſuper Epiſ. ad Galat. cap. 2. num. 11.* paulò poſt initiūm.

Baron. Scio Baronium An. 51. ita ſe in hac controuerſia medium velle gerere, vt ſequeſter pacis inter Petrum, & Paulum, & Hieronymum, & Auguſtinum ſit. Sed neſcio, an illa ſimulatio fuerit, quę minus ei feliciter ceſſit; nam dum ſtudet Petro, Pauli veritati detrahit, et dum fauet Hieronymo, Auguſtinum carpit, & ita depoſita perſona ab hoc diſſentit, et ſentit cū Græcis Patribus. Ait Auguſtinum non rectè intellexiſſe Hieronymum, et Aquilam noctuam facit. Fabam in ſe cudit. Auguſtinus nihil non vidit. Ipſe hac in re Baronius dormitauit. Certè non ille Hieronymum legit ſuam ſententiam corrigentem. Itaque non ego Baronium Auguſtino, ſed ſuo Hieronymo erudiendum relinquo. Magnus ſanè author eſt Baronius. Sed *quandoque bonus dormitat Homerus.*

Tertull. His iam dictatis incidi in quoſdam locos Tertulliani, vbi de hac re agit, nimirum *lib. de præſcript. cap. 23. & aduerſ.* Marcion. *cap. 20. & lib. 4. contra eund. cap. 3. & lib. 5 contr. eundem. cap. 3.* Eius autem ſententia eſt, reprehenſionem non fuiſſe ſimulatam, & cauſam illius non errorem in prędicando, ſed in manducando varietatem fuiſſe. Ita perſpicuè Tertullianus hoc vltimo in primis loco: *Planè reprehendit, non ob aliud tamen, quàm ob inconſtantiam victus, quem pro qualitate perſonarum variabat timens eos, qui erant ex circumciſione, non ob aliquam diuinitatis peruerſitatem; de qua & alijs in faciem reſtitiſſet, qui de minore cauſa conuerſationis ambigua Petro ipſi non pepercit.* Hoc eſt germana Auguſtini ſententia à Tertulliano multò ante præiudicata. Id vehementer miror: Auguſtinum, cùm authores eius poſtulante Hieronymo, rei nouitatis arguente produxiſſet, ſolius Cypriani, & Ambroſii meminerit. Tertulliani nullam mentionem fecerit. Quod ego tamen non incogitantię, nec ignorantię aſſignem: ſed accurationi, & prudentię: nam cum Hieronymus, quoſdam cum Origine authores ſuſpectos de hæreſi numeraſſet, id que illi Auguſtinus inſolētiam opinionis exprobrāti obieciſſet, voluit Tertullianum citare, ne anſam daret Hieronymo par pari reponendi, perinde ac in idem vitium incidiſſet, & ſuſpectum authorem attuliſſet. Itaque citauit Cyprianum, Ambroſium, Sanctos, et Catholicos viros; Tertullianо, qui diſſimilis erat, abſtinuit. Hæc ſatis pro loco, et tempore, qui plura velit, legat noſtram Teſſeram, vbi latè, et accuratè de hac controuerſia diſputauimus.

CAPVT XII.

Quænam actiones in materia de Sacramentis licitè inter Hæreticos exerceri poſſint?

QVoniam magna, et frequens nobis facienda eſt mentio excommunicationis toleratę, aduerto Concilium Conſtantienſe, nullum hac de re Canonem, Decretum ve ſcriptum habere: nec in eo inueniri, quod ei communiter attribuunt Doctores, tum Theologi, tum Canoniſtæ, apud quos nihil eſt frequentius, quam iſtud Decretum Concilij Conſtantien. Qua de re me monuit vir doctiſſimus P. Laurea Magiſter inſignis, et Sacri Officii Conſultor. Nec illud mihi nouum fuit, qui anteà id legendo Concilia deprehenderam, et in P. Gabriele Vaſquez *tom. 4. in 3. p. tr. de excommunicat. dub. 2.* et Suarez *de Cenſur. diſput. 9. ſect. 3.* quibus ego authori-

thoribus multam ſoleo operam impē dere, compereram: ſed malebam cōmuni me ſenſui, et loquendi modo accommodare: eſt enim hæc quaſi *receptiſſima*, vt inquit Vaſquez, *traditio*. Solum in eo diſcrepant: ſitne Decretum illud Concilij? an Papæ Martlui ſit? quamuis neque in huius Bullis tale decretum reperiatur. Itaque noui optimè iſtud Decretū, quod nomine Conſtantienſis Concilij aſfertur, in ſcriptis non haberi. Sed tamen fidem publicam ei authores facere. In Baſilienſi, qua parte non eſt improbatum, ſimile extare, et in Concilio Lateranenſi, ſub Leone X. inueniri ſcio: etſi hæc duo Concilia, aliquid ex illo decreto Conſtantienſi mutauerint, vti apparet ex *ſeſſ.* 11. *§. ſtatuimus*. et notat Couarruu. *in cap. Alma Mater*. 1. *p*. §. 2. Quare cum hic cito iſtius Conſtantienſis Concilii Decretum, communi ſenſu, et modo loquor ſciens illud in actis eius Concilii non extare. Hoc habe lector.

Prima quæſtio verſatur circa Baptiſmum. Primum dubium eſt vtrum liceat parentibus Catholicis permittere baptizari infantes filios à Miniſtris hæreticis? Cui reſpondetur regulariter negatiuè; ſi tamen grauis cauſa intercedat, affirmandum eſt licere, cum Cardinali de Lugo *diſp*. 14. *ſect*. 5. §. *verbi gratia*, ſi Aui qui ſunt hæretici, id omninò ita fieri velint, et niſi fiat grauiter offendantur. Dixi *Permittere*, quia id procurare, et agere, niſi ex grauiſſima cauſa non licebit, imo Coninch exigit extremam neceſſitatem 3 *p. q.* 67. *art.* 5. *num.* 22. Sed Cardinalis de Lugo inclinat in oppoſitam partem, et indicat probabile licere in grauiſſima tantum neceſſitate, propter communem ſententiam docentem excommunicatis toleratis licere Sacramenta miniſtrare, & licitum eſſe fidelibus hæc ab illis petere, & accipere, quod tenet abſolutè Sanchez *lib*. 7. *de Matr. diſp*. 9. & perſpicuè *lib*. 2. *in decalogum diſp*. 9. *num*. 10. & fermè aſſentitur Hurtado, & omnino conſentit Petrus Arcudius *lib*. 4. *cap*. 2. & 4. & 5. Qui omnia Sacramenta ab Hæreticis toleratis licitè, & peti, & recipi affirmat agens de Sacramento Pœnitentiæ. Nec diſſentit Lugo, ſed aduertit in eo eſſe difficultatem, quòd miniſter hæreticus eſt laicus. Itaque dicit in iis euentibus in quibus licet petere baptiſmum à laico, licere item ab hæretico. Excipienda tamen eſt communicatio in religione, & ſecta: nam hæc prohibita eſt iure diuino.

Vaſquez tamen tractatu de excommunicatione *dub*. 2. 3. & 4. ſentit hos hæreticos toleratos incapaces eſſe ex ſe conferendi Sacramenta, nec habere poteſtatem à Concilio, ſed tantum ablatum eſſe obicem antiqui iuris prohibentis ſub pœnis, & cenſuris communicare cum iis, proindeque non licere Sacramenta ab iiſdem petere, nec accipere. Et videtur eſſe hæc ſententia conformis Concilio Baſilienſi, & Lateranenſi. Imo id ſignificat idem Concilium Conſtantienſe his verbis, *quod deinceps nullus teneatur illos vitare, tam in adminiſtratione, quàm receptione Sacramentorum ratione Eccleſiaſtica cenſuræ*; quibus vltimis verbis declarauit mentem ſuā eſſe, non vt illis licitum eſſet Sacramenta, vel conferre, vel recipere, qua facultate iure diuino, incurſa excommunicatione, priuabantur, ſed vt tantum iis liceret communicare cum Catholicis, & fidelibus, & iſtis cum eiſdem toleratis citra pœnam, & cēſuram antiqui iuris, ita vt nulla ob eam communicationem pœna Eccleſiaſtica incurreretur. Quod in gratiā Fidelium, non Hæreticorum, & Schiſmaticorum factum fuit à Concilio.

Verum altius re conſiderata putò Vaſquii ſententiam nimis rigidam, & minus probabilem eſſe, & alios, qui contra ipſum ſentiunt authores rectè ſentire. Itaque exiſtimo cum iis licere poſt illud Concilium Conſtantienſe excommunicatis non denunciatis, & toleratis Sacramenta conferre, & recipere ex priuilegio Concilii. Ratio eſt, quia illi homines ideò ſunt priuati illo iure conferendi, & recipien-

Lugo
ConinK
Lugo
Sanch
Hurtado
Arcudius
Lugo
Vaſq.

Digitized by Google

piendi Sacramenta, quia ſunt præciſi, & excommunicati ab Eccleſia, ſed Eccleſia poteſt ligamen illud laxare, & obicem auferre, ergo erunt in eodem ſtatu, quo ad hanc partem, ac ſi non eſſent excommunicati. Verum quidem eſt iſtum fauorem propter ipſos, & in gratiam ipſorum non fieri, ſed propter fideles, quibus Conciliũ conſultum eſſe voluit, & quibus cùm vellet conſuli, non poterat aliter, niſi leuando illo onere excommunicatos prouidere, vnde in gratiam fidelium directè, ac per ſe, in gratiam Schiſmaticorum, & excommunicatorum priuilegium illud indirectè, & per accidens conceſſum fuit. Præterea ſi illi excommunicati tolerati manerent incapaces, & inhabiles ex natura rei ad conferenda, & recipienda Sacramenta intricarentur maximè fideles communicando cum ijs, ſi enim peccant communicando cum ipſis, quem fructum priuilegii recipiunt? Fruſtranea certè eſt illa conceſſio, & communicatio, ſi communicantes per cõſcientiam non poſſunt communicare cum toleratis in ſacris; nam liberari à pœna. & cenſura iuris antiqui paruum ſanè beneficium eſt, cum tota obligatio conſcientiæ integra maneat.

Quare non probo ſententiam Vaſquij, & iudico iſtos excommunicatos non denuntiatos, & toleratos, quo ad hanc partem habendos eſſe pro non excommunicatis, quod attinet ad collationem, & receptionem Sacramentorum, quæ niſi eſſent excommunicati, fieri ab illis poſſet. Neque peccare eos, qui cum ijs hac in re communicant, niſi aliunde religio violetur. Et ita ſenſi conſultus de ea quæſtione, vtrum liceat homini Catholico in Eccleſia Græca Sacramentum Pœnitentiæ à Sacerdotibus Schiſmaticis non denunciatis accipere? Iudicaui enim licere ex hoc capite cum Arcudio *lib.4.cap.2,3.& 4.* ac propoſitam Vaſquii ſententiam deſerui, & cum P. Sanchez in Decalogum *lib.2. diſp.9.num.10.* ſentire malui. Itaque licitum erit in foro item conſcientiæ caſibus ſupra propoſitis baptiſmum petere ab Hæreticis non denuntiatis, ac recipere. Vti præter citatos docet Nauarrus *Conſilio 15. de hæreticis qu. 2.* & Layman *tract.5.p.1. cap.4.* de excommunicatione, vbi citat Sotum *in 4.diſt.22.q.1.art.4.concl.1.*

Arcudius. Sanchez. Nauarr. Layman. Sotus.

Secundum dubium: vtrum liceat Catholico eſſe patrino infantis hæretici à Miniſtro Hæretico baptizati? Et contra, adhibere patrinum hæreticũ filio ſuo catholicè baptizato. Illud conſtat, ſi baptiſmus à Miniſtro hæretico fiat more hæretico, minimè licere, quia omnis communicatio in Sacris hæreticis cum hæretico eſt intrinſecè mala. Dubium igitur eſt de illo caſu in quo hæreticus baptizet in Nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, & non admiſceat ceremonias hæreticas baptiſmo, ſed more Catholico baptizet? Negare videtur Nauarrus *libro 1. Conſ. Conſ. 68. editione 2.* Et omninò negat Azor *tom.1. lib.8.c. 11.q.9.* duobus argumentis. Primò, quia hoc fieri non poteſt ſine communicatione in ſacris. Secundò, quia videtur Catholicus approbare actiones, & cæremonias hæreticas, cum hæretici noſtras irrideant. Affirmat Sanchez *lib.2.in Decal.cap.9.num.12.* Hurtado *diſp.76.§.15:* & omninò perſpicuè Layman, & efficaciter *trac.de baptiſ.cap.9.num.6.* Tribus de cauſis. Prima, quia illa communicatio non eſt in ſacris hæreticis; ſed in ſacris Eccleſiæ Catholicæ, quæ iuxta Concilium Conſtantienſe declaratũ eſt licere Catholicis, cum hæreticis nominatim non denunciatis. Secunda, quia illa actio eſt Catholica exercita erga infantem Catholicum recipientem Sacramentum Eccleſiæ, & Fidem, & gratiam, ac per eam Catholicus profitetur ſe velle doctrinam Chriſtianam illum infantem à ſe ſuſceptum docere, quę eſt laudabilis actio, & inter hæreticos magis laudanda. Tertia, quia impedit ne patrinus hæreticus adhibeatur in baptiſmo Eccleſiæ Catholicæ. Vnde patet ſolutio ad oppoſita argumenta.

Nauarr. Azor. Sanchez. Hurtado. Layman.

Circa huiuſmodi ſententiam mo-

net

Hurtado net primo Hurtado, ne cauſa ſit ſuſpecta erroris vel ſuperſtitionis, ponitque exemplum cauſæ idoneæ, ſi quis rogatu Principis Catholici ſuſcipiat honoris cauſa filium hæretici. Monet

Lugo ſecundo Lugo hanc doctrinam non poſſe hodie facile in vſum deduci, quia ſemper miſcentur ceremoniæ hæreticæ. Sed hæ duæ animaduerſiones nihil detrahunt veritati ſententiæ, quæ ita procedit, vt excludat Communicationem in ſacris hæreticis. Quo ad vſum autem in baptiſmo non tam adduntur ceremoniæ hæreticæ, quam Catholicæ omittuntur, quare regulariter non erit obex, ne Patrinus Catholicus adhibeatur. Igitur Pater Diana

Diana in Miſcellaneis tr. 4. de Sacramentis reſolut. 181 ait non improbandam eſſe conſuetudinem ſecundum quam quibuſdam in locis Catholici Patrini exiſtunt filijs hæreticorum, baptizante illos miniſtro hæretico in forma Sanctiſſimæ Trinitatis. Et ita docet Lay-

Layman man *lib. 5. tr. 2. cap. 89. n. 6.* hæc Diana qui citare debuit cap. 9. non 89. Itaque hæc ſententia tuta eſt.

Circa ſecundam partẽ dubij maior eſt difficultas, quia multo minus videtur licere admittere Patrinum hæreticum in baptiſmo Catholici, cum præſertim munus Patrini ſit ſuſceptum infantem in fide inſtruere, quod ani-

Sanchez Hurtado Lugo Laym. maduertunt Sanchez, & Hurtado, & Cardinalis Lugo *diſput. 14. ſect. 5. §. 5.* Non dicunt tamen minimè licere, ſed minus licere. Layman *tractatu illo 2. de baptiſmo cap. 9. nu. 7.* ait ordinariè hoc licitum non eſſe, eſſe tamen ex graui cauſa. Vnde patet non eſſe intrinſece malum, & in praxim poſſe deduci; itaque ille defendit poſſe interdum, imo conſuetudinem eſſe in Germania admittendi Patrinos hæretos. Affert autem hæc argumenta. Primum quia nullus eſt textus, qui remoueat hæreticum, ſed duntaxat infidelem. Secundum quia hæreticus eſt baptizatus, & non alienus ab illo Sacramento baptiſmi. Tertium quia ſpondet, & profitetur ſe infantem illũ ſuſcipere, vt inſtruat eum in fide in qua baptizatur, quæ cum ſit fides Catholica tenetur de ea illum docere, & ſic ait contingere, vt ipſimet hæretici fidem datam tueantur, & non permitant infantem alia imbui doctrina niſi Catholica. Quartum: quia iam vſus obtinuit, vt pueri à nutricibus, & Magiſtris, non à Patrinis inſtituantur. Itaque nullum eſſe morale periculum. Monet tamen Layman vt baptizans declaret illum infantem eſſe Catholicum & in Eccleſia Catholica baptizari, & in Catholica fide educandum eſſe. Quæ ſane ſententia ita explicata, & munita, ſecura, & idonea videtur.

Tertium dubium eſt: vtrum liceat Catholico adhibere miniſtrum hæreticum vt nomen pueri baptizati manifeſtet, vt in albo Ciuium reponatur? Et vtrum liceat adire Miniſtrum hæreticum, vt ei declaret filium ſuũ iam eſſe baptizatum? Reſpondeo cũ Cardinali de Lugo *diſp. 14. ſect. 5. §. 5. nu.* Lugo *163.* Vtrumque per ſe licere modò non lateat aliqua recognitio ſpiritualis poteſtatis in hæretico. Ego addo ſæpè neceſſarium fore declarare infantem eſſe baptizatum, ne Magiſter hæreticus illum iterum baptizet, vti ſolent facere cum ignorant baptizatũ fuiſſe.

Quartum: vtrum parentes Catholici poſſent permittere vt filius baptizatus perducatur ad Miniſtrum hæreticum vt ab eo more ſuo rebaptizetur? Cui breuiter reſpondetur cum Cardinali Lugo *num.* 161. ſi cauſa ſit grauis Lugo poſſe permittere: non vero cooperari poſitiuè, vel miniſtros inuitando, vel filios offerendo. Quæ ſit autem cauſa grauis adhibito exemplo declarat, nimirum ſi Aui, vel Domini hæretici ſint, & indignentur, & minentur ni hæretico more baptizetur.

Addo parentes Catholicos quando ad id compelluntur, plerumque aliter facere non poſſe, cum ordinariè lege politica, & Magiſtratuum præſentare filios miniſtro hæretico cogantur, quibus ſi poſitiuè reſiſtant damna grauia patientur, quare permittere licet, quãuis offerre non liceat. Perſuadet autem hoc ipſum Lugo exemplo fortiori.

tiori. *Non tenetur,* inquit, *Pater graui damno impendente armis, & vi prohibere ne ipſius filius circumcidatur, ſed permittere id & pati poteſt, ergo à fortiori poteſt permittere, vt filius baptizatus, vel non baptizatus ab hæretico baptizetur, cum eorum baptiſmus in ſubſtantia Catholicus ſit.*

Quintum dubium: vtrum liceat Parentibus Catholicis dare filios ſuos alendos nutricibus hæreticis, quæ eos ſuo ſinui applicatos deferre ſolent ad templa hęreticorum? Diſtinctè reſpondetur cum eodem Cardinali Lugo *diſ. 14. ſ. 5. §. 5. nu. 165.* ex hoc capite licere, eum paruuli in ea ætate ſint incapaces rationis & præcepti. Adultos non poterunt iis tradere, & propter hanc cauſam, & propter periculum quod incurrunt prauę doctrinæ. Lugo

Sextum dubium, licitum ne ſit parentibus filios ſuos adoleſcentes Dominis hæreticis ad ſeruiendum tradere? Quemadmodum ſæpe fit in partibus Hæreticorũ. Reſpondet idem Cardinalis *n. 166.* ægrè id licere, & non niſi ex neceſſitate grauiſſima, & ceſſante periculo peruerſionis. Ex quo ſequitur impuberes fas non eſſe. Quid enim erit aliud, quam lupis agnos tradere? Puberes autem aliquando fas erit, ſeruatis debitis circumſtantijs. Sanè hac in re iudicio, & prudentia opus eſt. Illud mihi conſtat hæreticos non vereri filios ſuos apud Principes, & Legatos noſtros, & puberes, & impuberes collocare; quod argumento eſt hæreticos, vel minus de ſua religione eſſe ſolicitos, vel tacitè fidem noſtram veram eſſe fateri. Lugo

CAPVT XIII.

Aliæ quæſtiones explicantur.

SEcunda quęſtio verſatur circa Sacramentum Pœnitentię. Primum dubium. In Eccleſia Orientali in qua multi tum Sacerdotes, tum Laici Catholici cum Schiſmaticis mixti viuunt ſolet accidere, vt fidelis Catholicus accedat ad Sacerdotem Schiſmaticum, eique peccata ſua in Sacramento Pœnitentiæ confiteatur, & è contrario pænitens Schiſmaticus coram Catholico Sacerdote peccata ſua Sacramentaliter exponat. Quid agendum ſit in vtroque euentu? quæritur. Supponendum primo: eſſe Schiſmaticos materiales tantùm, qui in bona fide viuunt, & credunt ſe in ea doctrina ſaluari. Cæterum baptizati ſunt, & credunt cætera fidei noſtræ myſteria. Et de his non dubitat Petrus Arcudius *de Sacramentis lib. 4. cap. 5.* validas & licitas eſſe Confeſſiones. Rationem affert, quia Sacerdos quanquã Schiſmaticus verè eſt ordinatus Sacerdos, & exercet actus ſibi permiſſos poſt Conciliũ Conſtantienſe, quod non denunciatos tolerat in adminiſtratione, & receptione Sacramentorum, pęnitens innocenter, & candidè procedit, & nullo ex parte ſua impedimẽto tenetur, ergo nihil obſtat quo minus poſſit valide, & licite confiteri. De alijs qui formaliter, & culpabiliter ſunt Schiſmatici, quando vterque concurrit, affirmat eos non conficere Sacramentum, cum ſint in ſtatu peccati mortalis, atque adeo pænitens incapax Sacramenti. Tota dubitatio eò vergit, quando Parochus eſt Schiſmaticus formaliter, & pænitens minime. Qua in re diſſentiunt Authores? Quidam negant valere Sacramentum: quidam affirmant valere, ſed non licere; nonnulli putant, & valere, & licere. Qui negant valere in eo fundantur quia in illis Sacerdotibus deeſt iuriſdictio ad abſoluendũ, quia quamuis non ſint nominatim denuntiati, & iuxta Decretum Concilij Conſtantienſis non ſunt in ſacris vitandi tamen per ius antiquum iuriſdictionis vſu priuati ſint; & adminiſtratione actiua, & paſſiua Sacramentorũ prohibiti, quod ius minimè abrogatum fuit per Concilium Conſtantienſe, quod tantum abſtulit pænas, & cenſuras impoſitas propter iſtam Communicationẽ in Sacramentis, & ſacris; itaque non decreuit vt Sacramentorum

Arcudius

rum

rum vſus libere fieret ſecundum ſe,
ſed tantum vetuit ne quis ob eum vſũ
pœnas, & cenſuras antiquas incurre-
ret. Et quidem ſi vera eſt ſententia
Vaſquez Vaſqnij quam proxima ſectione ad-
duxi de ex communicatis non denun-
tiatis,eos nihil in fòro animæ adiutos
à Concilio Conſtanſienſi contra ius
antiquum fuiſſe, ſed tantum pęnas, &
Cenſuras in gratiam aliorum fidelium
ſublatas fuiſſe, ſequi videtur Sacra-
mentum pœnitentiæ ab ijs miniſtra-
tum nullum eſſe ob defectum iuriſdi-
ctionis, quemadmodum nullum eſt
datum ab excommunicatis non tole-
Nauar. ratis. Et ita ſentit Nauarrus in Ma-
nuali cap.27. num.35. qui ait excom-
municatos etiam toleratos priuari vſu
iuriſdictionis, ac proinde Confeſſiones
irritas facere.

Alij putant Confeſſiones factas cũ
Schiſmaticis & excommunicatis tole-
ratis illicitas, ſed validas eſſe, quia
tolerantur ab Eccleſia,& ſinuntur ſua
officia exercere, atque adeo non au-
fertur ijs iuriſdictio. Vnde ratione ti-
l. Barbar. tuli colorati iuxta legem Barbarius ff.
de officio Prætoris valide abſoluunt.
Quare ille Schiſmaticus Parochus cũ
ſit toleratus ſuam retinet iuriſdictio-
Arcud: nem. Et hæc eſt Arcndij ſententia
lib.4. cap.5. quam ſupponit ipſe,& la-
Sotus te probant Petrus Sotus *lect.6. de Con-*
Sanchez *feſſ.§.* quid vero. Et Sanchez *lib.3.*
Henriq. *de Matr.cap.7.* & Henriquez *lib.6.c.7.*
Leſſius & Leſſius *cap. 29. dub.* 8. & Layman
Laym. *tr.4.cap.22.& tr.6. parte 2.c.2 de Ex-*
communicatione. Aduerto autem Ar-
cendium proximè citatum affirmare
Parochos Græcos poſſe abſoluere ſibi
ſubditos, licet mortaliter peccent in
adminiſtrando Sacramento; quod
neſcio quì ſtare poſſit,quomodo enim
quis poteſt, ſi peccat? Voluit fortaſſe
dicere poſſe validè, ſed illicitè,quem-
admodnm explicauimus.

Alij ſnnt qui ſentiunt, & validè, &
licitè adminiſtrare, quia Concilium
in fauorem fidelinm innocentium ex-
communicatis illud priuilegium con-
ceſſit. Si autem conceſſit in eo cum
ipſis diſpenſauit, ac proinde ritè pro-
cedunt, ac ſi non eſſent excommuni-
cati, ſi autem non eſſent, non pecca-
rent adminiſtrando,ergo non peccant
cum ſint tolerati. Et quidem ſi ij bona
fide operentur licitè faciunt, at ſi ſciãt
excommunicatos ſe eſſe, nec tamen
velint abſolui, & inſuper adminiſtrẽt,
ſine dubio peccabunt.

In hac diuerſitate ſententiarum ad-
uerto; alia Sacramenta, & ſacra quæ-
que non dicunt inriſdictionem validè
quidem fieri ab omni excommunica-
to etiam non tolerato. At Sacramen-
tum Pœnitentiæ à non tolerato vali-
dè non conferri, quia requirit iuriſdi-
ctionem qua ille priuatur, vti benè
obſeruat Layman *tr.5.pa.2. cap.2.* ex Layman
communi doctrina, ſecundum quam Arcud.
procedit Arcudius citatus.

Hoc animaduerſo dico: primã ſen-
tentiam nimis eſſe ſeueram, & parum
probabilem, quia Concilij Conſtan-
ſienſis mens fuit liberare illo impedi-
mento ligaminis excommunicatos nõ
denuntiatos ad effectum adminiſtran-
di Sacramenta omnia fidelibus, ne hi
laborarent dubitando quos, & quate-
nus vitare deberent,ob rationes quas
adduxi loquens de Patrino hæretico.
Si autem nihil contulit ijs niſi libera-
tionem illam à pænis, & Cenſuris,pa-
rum certe conceſſit fidelibus, & peri-
culum Conſcientię integrum reliquit.
Igitur cum voluit communicationem
cum ijs in Sacramentis, repoſuit eos
in ſtatu habili adminiſtrandi cum iu-
riſdictione Sacramenta. Aliter enim
daret occaſionem fidelibus deceptio-
nis, & periculi recipiendo ab ijs Sa-
cramenta putando ea eſſe valida, imò
& licita, cum tamen valida eſſe ob
defectum iuriſdictionis non poſſent.

Obſeruo tamen Vaſquium huius Vaſq:
doctrinæ authorem nunquam dixiſſe
Sacramenta à toleratis collata eſſe in-
ualida, fortè quia durum hoc ei vi-
ſum eſt, ſed quoniam id ex opinione
ſua ſequebatur, rem diſſimulaſſe, ac
ſolum non licere adminiſtrationem
illam,& receptionem Sacramentorum
dixiſſe. Summa ſit. Excommunica-
ti tolerati habent integram iuriſ-
dictionem ſuam poſt Concilium Con-
ſtantienſe, & qui ab ijs accipit Sacra-

Ee menta

menta valide accipit; imo niſi aliunde obex adueniat licite, neque Concilium abſtulit impedimentum duntaxat pænarum, & cenſurarum, ſed etiã liberauit eos ab impedimento ligaminis iuriſdictionis, atque adeo iuriſdictionem contulit.

Couarr. Suar. Henriq. Sayr. Graff. Megal. Layman Auila Barthol à S. Fauſto Nauarrus |

Ita Couarruias c. alma Mater *p.* 1. *§.* 7. *n.* 9. Suarez *d.* 11. *ſ.* 4. *n.* 9. Henriquez *lib.* 13. *de Excommunicatione c.* 5. Sayrus l. 2. *c.* 12. *n.* 22. Graffis *p.* 1. *deciſionum cap.* 8. Megala *in ſua inſtitutione peregrinorum l.* 1. *c.* 19. *nu.* 8. Layman *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 4. Auila *p.* 2. *d.* 3. *dub.* 2. *concl.* 3. & Barthol. *à S. Fauſto to. de Pœnit. lib.* 6. *q* 26. Imo & Nauarrus *lib.* 5. *Concil. Concilio* 15. *de hæreticis q.* 2. reſoluit licitum eſſe à Parochis in hæreſim, aut in Schiſma notorium lapſis antequam denuntiati ſint Sacramenta omnia ſuſcipere.

Sanch. Sotus Layman |

Alia ſententia quæ ait licitè adminiſtrari & recipi Sacramenta à tolerato ex parte vera eſt, ex parte falſa, tolerato enim non licet ſe ingerere niſi in graui neceſſitate, & alio idoneo abſente. Si autem rogentur poſſe licite in omni euentu adminiſtrare Sacramenta, tenet Sanchez *lib* 7. *de Matr. d.* 9. *n.* 9. & Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.* 1. *ar.* 4. *concl.* 1. & non improbabile cenſet Layman, quamuis communis doctrina diſtinguat inter eum, qui eſt paratus ad Sacramenta adminiſtranda, & eum, qui ſe ſubtrahit propter Cenſuram, aiunt enim communiter authores peti non poſſe ab iſto qui ſubtrahitur, poſſe ab illo qui iam eſt expoſitus.

Azor D. Thom Vaſquez |

Sed illa opinio Sanchez mihi videtur expeditior, nec multum differt à communi, quid enim eſt eſſe paratum, niſi ſe ingerere? In quo euentu negat Sanchez licere. Vnde nihil opinor differt à vulgari ſententia. Aduerto tamen Azor 1. *tom. lib.* 8. *cap.* 11. *q.* 7. ſentire ex doctrina D. Thomæ 2. 2. *q.* 39. *art.* 3. *&* 3. *p. q.* 82. *art.* 2. *ad* 2. cum Patre Vaſquez non licere tolerato Hęretico, vel Schiſmatico Sacramenta adminiſtrare ex defectu iuriſdictionis. Sed non rectè procedit, cum D. Thomas de iure antiquo loquatur, cum fuerit ante Concilium Conſtantienſe.

S. Fauſto |

Ad finem adduco verba Patris à S. Fauſto q. 26. *Ex quo infertur*, inquit, *poſſe licitè peti, & recipi hoc Sacramentum, etiam extra neceſſitatem à Miniſtro tolerato, quia per decretum Concilij Conſtantienſis non eſt prohibitum.*

Trident. D. Thom. Sotus Suar. Vaſquez Lugo. Trull. Bauny Leander Conc. Fl. |

Secundum dubium: liceat ne aliquando in Sacramento Pœnitentiæ, vti forma deprecatiua abſoluendo pœnitentem? Concluſio ſit. Forma purè deprecatiua, nunquam licuit, nec valuit, nec valere potuit. Patet ex ratione Sacramenti Pœnitentiæ allata à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 6. *& can.* 9. *&* 5. quòd ſit per modum iudicii, & abſolutionis. Et ita tenet D. Thomas *q.* 84. *art.* 3. *& opuſc.* 23. & ex eo pœnè omnes Theologi Sotus *in* 4. *diſt.* 14. *q.* 1. *art.* 3. Suarez *d. d.* 19. & Vaſquez *in q.* 84. D. Thomæ *art.* 4. *dub.* 3. & Lugo *d.* 13. *ſect.* 4. & P. a S. Fauſto *de Pœnitentia lib.* 2. *qu.* 53. Trullench *ſect.* 4. *cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 11. *& dub.* 4. *num.* 1. & Banny. *tr.* 4. *de pœnit. q.* 4. & Leander *tr.* 5. *q.* 17. Quare Concilium Florentinum in Decreto Eugenii *ſeſſ. vlt.* & Tridentinum *ſeſſ.* 14. *cap.* 3. præſcripſerunt illam formã ſolemnem: *Ego te abſoluo*, quæ omninò eſt iudicialis; & Clementis VIII. inſtructio iubet, vt Græci formæ ſuę quæ vulgò, ſed non rectè dicitur eſſe deprecatiua, pręmittant hæc verba, *Ego te abſoluo.* quæ à Concilio Florentino erant præſcripta pro Armenis, & communiter pro Orientalibus, ne quis dicat Græcis non eſſe iniunctam, cum fuerit ex conſequenti omnibus præſcripta Orientalibus, ſi qui alia forma vterentur. Itaque, & Græcis præſtituta fuit, quod expreſsè obſeruat Vaſquez *in quæſt.* 84. *articul.* 3. aiens eam formulam à Concilio traditam eſſe Græcis.

Vaſquez Pet. Arc. |

Quod autem communiter dicitur; Gręcos habuiſſe formam tantum deprecatoriam, falſum id eſſe latè, ac eruditè demonſtrat Petrus Arcudius *lib.* 4. *cap.* 3. & variis adductis exemplis oſtendit aliam fuiſſe formam, vel indicatiuam, vel imperatiuam, quas ſatis

tis

Digitized by Google

tis eſſe ad rationem formæ conſtituendam docet Vaſquez *art. illo 3. dub. 3.* & Card. de Lugo *d. 13. ſect. 4. num. 106* verbi gratia; ſi quis dicat *Abſoluaris à me*, vel *abſoluat te Deus per me*, aiunt eſſe formam ſufficientem, patetque exemplo Baptiſmi Græcorum hac forma vtentium *Baptizatur*, *vel Baptizetur ſeruus Chriſti*; quam expendit, & defendit Lugo citatus; & probat tandem Suarez *d. 19. ſect. 1. nu. 24.*

Vaſquez
Lugo

Suar

Id autem optimè aduertit Lugo ibidem cum Arcudio; illam formulam abſolutionis Græcæ *habeo te abſolutum* eſſe idoneam, & ſufficientem, Habet enim vim indicatiui verbi *Ego te abſoluo*, & quidem apud Græcos eleganter dicitur (deſunt charačteres Græci) *habeo te abſolutum*, pro *egò te abſoluo*. Quòd autem appelletur abſolutio Græcorum communiter *Deprecatio*, ſeu *Oratio*, eſt quia multas iſ orationes miſcere ſolebant in forma abſolutionis, vti notat idem Arcudius, & ex eo Lugo citatus, vel quia eo nomine appellabant iudicialem abſolutionis ſententiam, quemadmodum affirmat adducto exemplo Chryſoſtomi Vvaldenſis *lib. 2. cap. 46. num. 2.* Nec improbat P. Vaſquez *in quæſt. 84. art. 3. num. 13.* qua ratione intelligendi ſunt Patres nonnulli: Dionyſius de Eccleſiaſtica hierarchia cap. 7 Auguſtinus *lib. 4. de baptiſmate relatus in cap. Manus. prima. q. 1, & lib. 3. de vnico baptiſm o cap. 15. & 16. & lib. de Pœnitentia* relatus in *cap. agite de Pænitentia diſt. 1*, Leo Papa *Epiſtola 19. ad Theodorum in principio*, & refertur *cap. Multis de Conſecratione diſt. 1.* qui abſolutionem, orationem, & preces appellant; qui duo cum latini ſint, non poſſunt de forma deprecatoria loqui.

Arcud.
Vvaldenſ
Vaſq:
Dionyſ
Auguſt.
Leo

LugoCar. Volo autem proferre verba Cardinalis de Lugo, & ſua authoritate ſententiam munire. Igitur to. de Pœnit. d. 13. ſect. 4. n. 104. *Septimo*, inquit, *obijci poteſt, quod ſupra tetigimus, ex conſuetudine Sacerdotum Græcorum, qui verbis precatorijs abſoluunt. Reſpondetur eũ vſum nõ eſſe vniuerſalem etiã apud Schiſmaticos: grauiores enim adhunt illa verba. Et ego habeo te abſolutum, quæ apud Græcos habent eundem ſenſum, quem apud nos, Ego te abſoluo, vt latè probat Arcadius lib. 4. de Sacrament. Eccleſiæ Orientalis. c. ſp. 3. de forma Sacramenti Pænit. Illi autem, qui ſolis precibus vtuntur, inualidè abſoluunt. Nec mirum ſi in tenebris Schiſmatis hoc etiam errore laborant.* Hæc Cardinalis. Scio Patrem Morinum virum doctum in tomo de Pœnitentia, quem mihi videre non contigit, afferre multos locos pro forma deprecatiua Græcorum, eamque velle ſuſtinere, ſed hanc ſuam ſententiam, cum probare Sorbonæ, quæ lapis eſt veritatis lydius, voluiſſet, non potuiſſe obtinere. Itaque eam doctrinam à Sorbonę admiſſam non fuiſſe. Quod ego hoc eodem, quo iſta dictaneram anno 1659. à viris grauiſſimis Doctoribus Sorbonenſibus hic Romæ commorantibus accepi.

Tertia quæſtio. Vtrum liceat Catholicis coram Miniſtro hæretico Matrimonium contrahere? Suppono primo, vbi eſt receptum Concilium Tridentinum licere matrimonia Clandeſtina, & ſine ſolemnitatibus celebrata. Aduerto deinde duobus modis fieri Matrimonia in terris Hæreticorum poſſe. Vel coram Miniſtro Sacrorum Hęretico, vel coram Magiſtratu politico; ſolent ergo Catholici, vel ante, vel poſtquam coram his miniſtris contrahunt matrimonium more Catholico celebrare.

Primum dubium eſt. Vtrum Catholici obligati ad nubendum more patrio, verbi gratia, Anglico, poſſint licite nubere coram hæretico Miniſtro ſacrorum? Communis ſententia eſt negatiua, quia ille miniſter eſt perſona deputata ad ſacra prohibita, & ſolet certas ibi preces, & cæremonias admiſcere, quibus non licet communicare. Ita reſoluit Aegydius Coninch, *d. 15. dub. 3.* & Malderus *2. 2. q. 3. art. 2. membro 3.* & Cardinalis de Lugo *d. 14. ſect. 4. §. 5.* Addit hic quando miniſter aſſiſteret, vti priuatus, & ciuilis, licere tunc coram illo contrahere, quia perinde eſt, ac ſi non eſſet

ConinK
Malder
Lugo

Ee 2 mini-

Digitized by Google

miniſter in ſacris. Video ſpeculatiuè hoc verum eſſe; ſed practicè vix iſta ſeparantur, ſemper enim gerit vtramque perſonam miniſtri, & politici. Illud hic animaduertendum in magna parte Hollandiæ illa connubia coram Magiſtratu politico celebrari.

Secundum dubium. Vtrum formula illa ſolemnis in qua ſunt illa verba *coram hoc ſancta Communitate*, quæ præſcribitur in Matrimoniis poſſit licitè proferri à Catholicis, qui ad eam formulam proferendam obligantur. Communiter reſpondetur negatiuè, ConinK Lugo & ita ſupponit ConinK, & Lugo proximè citati: quibus ego aſſentior. Sunt tamen duæ obiectiones, quia illud vocabulum, *Sancta*, ſignificat etiam latinè, alia præter ſanctitatem moralem, vti cum dicitur, aliquid ſanctum, hoc eſt ratum, & ſancitum, vnde videntur illa verba amphibologicè poſſe excuſari. Reſpondetur tamen illud vocabulum ex communi inſtituto ſanctitatem moralem ſignificare, eoque ſenſu ab hæreticis ſumi, vt obligent Catholicos ad ſuam Eccleſiam probandam.

Secunda obiectio, ſeu euaſio eſt, ſi Catholicus contrahens, vocet numerum Catholicorum ſufficientem ad conſtituendam communitatem, eo animo, vt poſſit reddere veram illam formulam de communitate catholica, & coram ea multitudine intento digito, & nutu deſignet eam partem catholicorum dicendo *Coram hac Sancta* Communitate videtur licita eſſe illa formula, cum habeat obiectum certum, circa quod cum veritate verſari poſſit. Hęc obiectio valida eſt, & confirmatur, quia non eſt neceſſe verificari illa verba de maiori patte communitatis, ſed de meliori, vti docet in ſimili Suarez *diſp 9.* Suar *ſect. 7. num. 2.* Probans Eccleſiam eſſe, ac dici *Sanctam*, quamuis in ea plures ſint peccatores, quam ſancti; & ſic illa communitas hæreticorum poterit dici *Sancta*, propter partem Catholicorum, qui in ea ſunt. Soluitur tamen obiectio reſpondendo ea verba cum ab hæreticis impoſita ſint ad oſtendēdam ſuæ ſectæ ſanctitatē nō poſſe alio ſenſu vſurpari. Sed rurſum inſtet aliquis, dicendo hæreticos nec dare, nec auferre ſignificationem, & applicationem communem verborū, ac proinde licitum eſſe vti illis verbis ſignificando quidem ſanctitatem moralem, quæ eſt in Catholicis, qui ſatis ſunt ad conſtituendam ſanctam Communitatem. Cum præſertim Catholici ſint, qui loquantur, & exprimant ſuos conceptus ſignificando communitatem Catholicam. Cur enim metienda erit ſignificatio ex auribus audientium non ex ore loquentium? Roboratur adhuc obiectio exemplo.

Licet aliquando homini Catholico vti profana veſte, quam iubet ex induſtria Magiſtratus gerere ad profeſſionem perfidæ ſectæ, vt dignoſcat Catholicos ab Infidelibus, vti eſt cōmunis ſententia Patrum Ieſuitarum, & aliorum quos citat, & ſequitur Car Lugo dinalis de Lugo *diſp. 14. ſect. 4. S. 1. nu. 71.* Imo addit Coninch *diſp. 15. dub. 3.* ConinK & Hurtado *diſput. 48.* & Sanchez *lib. 2.* Hurtado Sanch *Decalogi cap. num. 7.* licere etiam in grauiſſimo periculo, vti veſtibus directè deſtinatis ad profeſſionem determinatam falſæ Religionis: quamuis enim habeant annexam ſignificationem cultus ſuperſtitioſi, qualis eſt veſtis ſacrificuli Mahometani audet dicere Coninch *dub. 3. nu. 72.* & Hurtado *diſ. 48. S. 5.* probabile eſſe ad vitandam mortem poſſe aſſumi. Quod ſi hoc ab his authoribus toleratur cur illa formula ſub illa amphibologia prolata non toleretur? cū ille veſtium vſus multomagis determinatus ſit ad ſuperſtitionem, quàm illa verba, quæ deſignatis Catholicis iam habent obiectum diuerſum, & idoneum, vt verificentur.

Sed contra eſt: non permittitur Catholicis Anglis audire in templis cōciones hæreticorum, vnde nec licebit ea verba recitare. Affert tamen aliquis diuerſam rationem, quia ille qui audit habet ſe paſſiuè, & audiendo videtur audita probare. At vero qui

ro qui loquitur habet ſe actiuè, & ſui ſermonis Dominus eſt, & poteſt verba ad ſuum ſenſum accommodare, & ad Sanctam Communitatem Catholicorum conuertere. Ita obiicitur, & ita reſpondetur; vtrum bene, an malè lectores iudicent, ego à communi ſententia non recedo.

CAPVT XIV.

Aliæ quæſtiones ſoluuntur.

QVarta quæſtio. An liceat Catholicis hæreticorum templa adire? Hęc imprimis agitatur propter edictum Regis Angliæ obligans Catholicos frequentare templa hæreticorum, & ſacris hæreticis intereſſe. Suppono primo huiuſmodi ingreſſum ſecundum ſe eſſe indifferentem cum multis de cauſis poſſit quis in ea templa intrare, vel ad hoſtem fugiendum, vel ad pluuiam vitandam, vel ad iter decurtandum, vel ad mercimonium exercendum, vti fit in Templo D. Pauli Londinenſi, qua ratione legimus Gregorium Taumaturgum in templo Idolorum pernoctaſſe. Imo & interdum licet propter curioſitatem templa inuiſere, ceremonias notare, conciones audire, citra cooperationem, & ſcandalum, præterea fas eſt famulis, & ancillis, cum ſuis Dominis templa ingredi, & cum ijs remanere. Tota quæſtio redit eò, quando Princeps hæreticus compellit edicto ſuo Catholicos ire ad ſacra hæreticorum, iiſque ſimul intereſſe ſub grauiſſimis pœnis, quales in Anglia propoſitæ ſunt Catholicis obedire nolentibus.

Concluſio eſt negatiua authore Suario in defenſione Fidei *lib.6. cap.9.* & Sanchez *lib.2. in Decalog. cap. 4. num.* 26. Coninch *diſp.15. num.57.* Turriano *in 2.2. diſp. 35. dub. vltimo.* Granado *tract.11. diſp.3. ſect. 3. num.* 18. Layman *tr.1 cap.11. num.6.* Et Cardinali de Lugo *diſp.14. ſect.5. §.6.* Hac de re conſuluerat Pater Perſonius Cardinales Bellarminum, & Baronium, qui negarunt licere, vti refert Granado, & Lugo. Et quanquam videatur dubitaſſe Azor *tom.1 lib. 8. q.2. & 4. & lib. 27. quæſt.* 5. hodie tamen dubitare nemini fas eſt, cum Paulus V. motu proprio dato Kalendis Octobris Anno 166. id omnino illicitum eſſe declarauerit, ſeriòque vetuerit, idemque alio dato ſequenti Anno 167. confirmauit, teſte Suarez *c.* 8. *num.* 15.

Suarez, Sanchez, Coninch, Turrian., Granad, Layman, Lugo, Azor, Paul: V, Suar

Ratio à priori huiuſce rei eſt: quia omnis actio ad ſuperſtitionem determinata nullo modo poteſt à Catholico fieri: Sed actio ingrediendi templum edicto regio præcepta, determinata eſt ad ſuperſtitionem, ergo nullatenus licita eſſe poteſt. Maior conſtat ex doctrina proximè tradita contra Adrianum. Minor patet, quia motiuum *Edicti* fuit reſtringere illam actionem ad punctum hæreticum, & velle efficere, vt Catholici hæretici viderentur. Conſequentia tenet, & argumentum eſt in forma. Hac ratione contentus cæteris, quas addūt citati Authores ſuperſedeo. *E*am verò latè amplificat Lugo, qui aduertit à Paulo V. id eſſe definitum, quod ex Cathedra motum illum proprium promulgauit. *E*xemplis duobus hæc doctrina confirmatur. Primò: ſi Princeps iubeat Catholicos ſumere Caluiniſticam cænam, vel Idolothytum manducare, nefas erit obedire, quanquam cæna illa, & Idolothytum cibus ſit, atque adeo ſecundum ſe licerę videantur, ſed quia ex deſtinatione maiorum determinantur ad ſuperſtitionem, non licent. Itaque ex motiuo iubentis principis ſpectanda res eſt. Nam authore Chryſoſtomo, ſeu Authore imperfecti homilia 25. in Matth. *Si quis tibi dicat non manduces Idolothytum, ſed aſpice tantum ad idola, quomodo ſpecioſa ſunt, ſi aſpexeris prouocatus oculis tuis negaſti Chriſtum, non quia aſpicere idola, aliquid ſit, ſed quia inuitatus aſpicis peccas.* Aſpicere quippe idola ſpecioſa, actio indifferens eſt, ſed non eſt quando pręcipitur fieri ad ſuperſtitionem. Motum hac de re proprium Pauli V. affert

Paul. V, Lugo, Auth: im perf: apud Chryſoſt

Sua-

Suarez in proemio *lib. 6.* & idoneam eius partem Lugo Cardinalis adducit.

Dubium huic eſt annexum de Idolothytis, qui erant cibi Idolis conſecrati, quibus olim Gentiles tanquam ſacris veſcebantur, an licuerit, & liceat Catholicis, ea manducare? Aduertendum prius illos cibos ex ſe non eſſe illicitos (qui enim illiciti ſint?) ſed indifferentes. Poſtquam autem ſunt idolis conſecrati, & tranſierunt in ſuperſtitionem, an illiciti fuerint? dubitatur. Authores communiter aiunt licitum fuiſſe eorum eſum, etiam in Idolio, hoc eſt in ipſamet Gentilium menſa Idolis ſacrata citra ſcandalum. Nituntur ea ratione, quod illa idolothyta cibi ſunt ſedandæ fami accommodata, & ſolum ex accidenti vetiti, ideſt quatenus ordinantur ad cultum idolorum, vnde ceſſante ſcandalo poſſunt licitè manducari. Ita omnes fermè authores, Vaſquez *in* 1.2.*diſp.* 162: *cap.* 5. *à num.* 30. qui citat Antiſiodorenſem, & D. Thomam. Coninch *diſp.* 5. *dub.* 3. *num.* 54. & Salas *tract.* 14. *de legibus diſp.* 11. & Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 5. §. 3. qui ait non ſolum ob neceſſitatem, quando alij non ſunt cibi, ſed etiam toties, quoties non eſt ſcandalum, licere Catholico idolothyta manducare. Exiſtimant autem hi authores hanc eſſe doctrinam D. Pauli Epiſtola 1. ad Corinth. cap. 8. & 10. Ait enim Idolum nihil eſſe, ac proinde nec ſacratos illi cibos, à quibus ſolùm abſtinendum quando illorum eſus afferat ſuſpicionem idololatriæ; idque Paulus inquiunt cap. 10. declarauit, dum vetans illorum eſum ait; *Nolite manducare propter illum, qui indicauit, & propter conſcientiam, conſcientiam dico, non tuam, ſed alterius.* Quæ ratio continet ſcandalum datum alteri, ac ob id actio prohibetur. Cum Theologis ſentiunt interpretes ad eum locum Iuſtinianus, Cornelius, & Gulielmus Eſtius.

Vaſq.
Coninch
ſalas
Lugo
Corinth.
Cor. 1
Iuſtinian
Cornel à lapide
Gulielm Eſtius
Auguſt:

Contra videtur eſſe Auguſtinus *Epiſtola* 154. *ad Publicolam, & lib. de bono coniugali cap.* 15. *& lib.* 2. contra Fauſtum *cap.* 13: quem quidam ita explicant, vt Auguſtinus non dicat id minimè licere, ſed dicat melius eſſe abſtinere, vti Hurtado *diſp.* 48. §. 82. & 83. & Coninch *dub.* 3. & Eſtius in *Paulum, & ibid.* Cornel. *comment. in cap.* 10. Vaſquez ait rigidam eſſe ſententiam, & ſalua pace tanti Doctoris ab eo ſe diſcedere. Cum Vaſquez ſentit Lorca 2.2. *diſp.* 24. *nu.* 6. Cardinalis de Lugo, ita ſe gerit, vt Auguſtinum non deſerat, ſed viam qua excuſet, eumque ſequatur excogitat.

Hurtado
Coninch
Eſtius
Vaſq.
Cornel:
Lorca
Lugo

Mihi omnino videtur ſentiendum cum D. Auguſtino affirmando, olim nunquam licuiſſe veſci Idolothytis, quę erant ſacra idolis, & in menſa Idolo conſecrata ponebantur. Probo id autem primò Traditione Fidelium Primitiuæ Eccleſiæ: apud quos ęſtimabatur idololatra ille, qui ea commedebat, vti obſeruat Iuſtinianus in Epiſtolam ad Corinth. Probo ſecundo, ex loco Actor. cap. 7. vbi Apoſtoli iubent abſtinere Gentiles, ab immolatis, ſiue idolothytis, quod abſolutè præcipiunt, ceu illa immolata eſſent prorſus illicita. Probo tertiò, ex edicto Iuliani Apoſtatæ iubentis Chriſtianos veſci idolothytis, vt hac ratione ad ſpeciem idololatrię compelleret, vti narrat Nectarius orat. de ieiunio Quadrageſimæ. Quartò, ratione, quia illi cibi, quamuis per ſe liciti eſſent ante immolationem, poſt illam iam erant ordinati ad cultum Idolorum, ac proinde illorum comeſtio erat illicita, quia immediatè ſuperſtitioſa, ex doctrina ſuperius tradita contra Adrianum. Quintò, exemplo, quia vti proximè cum Lugo diximus, ingreſſus in templa hæreticorum, quamuis per ſe indifferens, ſuppoſito tamen edicto Regis id iubentis in ſignum ſectæ, nullatenus licet, ergo ille eſus Idolothytorum ex lege, & vſu gentilium ſuperſtitioſus non licuit.

Iuſtinian
Act. 7
Lugo

Dico autem non licuiſſe ijs temporibus vſque ad Auguſtinum: nam tunc erat omnino ſignum idololatriæ illa manducatio, ac proinde non licebat; quare alijs temporibus, & circumſtā-

tijs

tijs licere potuit. Itaque Authores, qui ab Auguſtino recedunt, debuiſſent conſiderare de quo tempore, & in quibus circumſtantijs ille loqueretur.

Lugo

Quam ob rem Cardinalis de Lugo *diſp. 14. ſect. 5. §. 6. Si Rex inquit gentilis præcipiat tibi, vt de Idolothyto comedas, non poteris iam de illo comedere, etiam ad vitandam mortem*. Cum igitur eo tempore ita ſe res haberet ex præcepto Tyrannorum, & vſu Gentilium, illicita erat Idolothytornm comeſtio. In qua ſententia fuit Chryſoſtomus, ſiue author imperfecti homil. 25. in Matth. & Leo Epiſtola 77. ad Nicetam cap. 57.

Author Imperf. Leo

Auguſtin.

Atque id aperte docuit Auguſtinus Epiſtola 154. rogatus à Publicola vtrum liceret Catholico in extrema neceſſitate comedere Idolothytum in Idolio poſitum, vbi nullus hominum pręſens ſit? Cui reſpondet Auguſtinus: *Si certum eſt eſſe Idolothytum, melius Chriſtiana Virtute reſpuitur: ſi autem vel non eſſe ſcitur, vel ignoratur, ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo in vſum neceſſitatis aſſumitur*. Ex quo patet Idolothytum in idolio, hoc eſt in menſa ſacra idolis poſitum, omninò illicitum eſſe. Id vero ſignificat ea phraſis *melius eſt, vel ſatius eſt*, qua vtitur Auguſtinus libro de bono Coniug. non, vti alij exponunt, vtrumque licere, ſed abſtinere melius eſſe. Non enim hæc erat mens, aut interrogantis, aut reſpondentis, itaque perinde eſt dicere *melius eſt*, & *ſatius eſt*, ac dicere, præſtat hoc facere, faciendum eſt. Non quod oppoſitum liceat, ſed quod hoc ſolum liceat, eſtque phraſis Scripturæ, & latinitatis *melius eſt, ſatius eſt hoc facere*, pro eo, quod eſt, omninò fieri debet.

Lugo

Quam ſententiam Auguſtini hoc ſenſu probat Lugo, aitque veram eſſe intellectam de Idolothyto his circumſtantiis, vt ait, veſtito, vt non poſſit à cultu idolorum ſeparari, & multis egregijs Martyrum exemplis confirmat.

Suar.

Eandem ſequitur P. Suarez *tom. de Legibus l. 3. c. 30. nu. 7.* adducto loco Auguſtini *lib. de bono coniug. c. 6* quem in noſtro ſenſu ſumit: incidi enim poſtea in Suarium. Adijcio me non auſurum, ſi Caluiniſticam Cœnam in eorum altari conſecratam inueniſſem, illā etiam in extrema neceſſitate manducare, niſi facta proteſtatione. Itaque aſſentior Auguſtino cum quibuſdam Theologis anonymis apud Lorcam 2. 2. *diſp. 24. num. 6.* qui non multum ab ijs diſſentit.

Lorca

Cornelius à Lapide

Obſeruo hic Cornelium à Lapide in exponenda mēte & loco Auguſtini non bene ſibi cohærere, nam *commentar. in cap. 10. nu. 64.* ait *Auguſtinum non dixiſſe abſtinendum eſt ob idolothyto ſi certum eſt eſſe, ſed dicit melius Chriſtiana virtute reſpuitur. ſatis ergo inſinuat, inquit, licitum eſſe eo veſci: melius tamen eum facturum, qui eo abſtineat.* vbi ſenſu comparatiuo *melius*, & caſum comedendi ponit in neceſſitate famis in qua non ſit periculum idolatriæ, nec ſcandali, & in hoc caſu loqui Auguſtinum aſſerit. At idem Cornelius *in cap. 8. num. 5.* ſic ait. *Si quis comedat in idolio cum peragitur ſacrificium idololatricum, vt cenſeatur id fieri ad idolorum cultum, cenſetur profiteri idololatriam. De quo caſu ait S. Auguſtinus lib. de bono coniugali c. 16. Satius eſt fame mori quàm idolothytis veſci*. Hic eſt pugna manifeſta, quomodo enim *ſatius* hoc ſecūdo loco ponitur pro *omnino*? nec enim in hoc ſecundo caſu quando eſt idololatrię profeſſio licet comedere. Et in primo *melius* ponitur eo ſenſu quaſi vtrunque liceat? qua ratione pugnant inter ſe ſenſus comparatiui, cum in primo ſignificet *melius* eſſe vnum quam aliud, ſed vtrunque licere: in ſecundo ſignificet *ſatius* eſſe, omnino faciendum eſſe: cum vnum tantum liceat, & debeat fieri, ideſt nō veſci, nec enim in eo caſu profeſſionis idololatricæ profeſſionis licet comedere. Vnde apparet hic infeliciter calculum poſuiſſe.

Verum obſtare videtur locus Pauli quo ſignificat idolothytum non eſſe omnino illicitum per ſe etiam in idolio, ſed tantum ob ſcādalum alienum, quod pręter alios locos expreſsè habetur cap. 10. *propter conſcientiam, dico, non tuam, ſed alterius*. Fateor ſic textum iſtum communiter exponi. Ego

Ego autem aliud ſentio,& nouè interpretor. Præmitto: initio Eccleſiæ recens conuerſos ad fidem relictis idolis & repudiatis Idolothytis deterreri ſolitos ab idololatris in ſuo errore manentibus, qui eos innitabant ad ſua conuiuia, in quibus proponere ſolebant carnes idolis ſacratas, quibus ſi veſcebantur, aiebant eos ad idololatriam reuertiſſe, quod nimirum illa comeſtio vim haberet peruertendi comedentes propter virtutem idolorum quibus ſacrabantur.

Erant ergo quidam fideles docti,& animoſi,qui dicebãt eo ſe nec cõtaminari, nec pollui, cum nec in idolo ea virtus, nec in cibis ea vis eſſet; itaque hi vt refellerent gentiles, & oſtenderent idola, & idolothyta vanitates, & ſpectra eſſe, liberè, & audacter edebant Idolothyta; imo, & in ipſamet ſacrata idolis menſa, id eſt,idolio, ea mandncabant, & pollui ſe negabant, & illas ceræmonias conſtanter irridebant. Alii qui erant indocti & imbecilles ea opinione imbuti à gentilibus,credebant ſe, & illos qui manducabant contaminati. Videntes autem alios Catholicos ſapientes, & fortes idolothyta edẽtes,quod minime licere putabant, eorum exemplo ad manducandum trahebantur;& cum neſcirent diſtinguere inter manducationẽ, & ſuperſtitionem illicitè, manducabant, & peccabant. De hac igitur agit Paulus cap.8. & tria docet. Primum vanum eſſe illum terroremGentilium dicentium pollui Catholicos, & labi in Gentiliſmum propter illam comeſtionem, nam idolum nihil eſſe, nec vim ineſſe Idolothytis ad peruertendum. Secundum monet doctos, & fortes, ne velint ſuam doctrinam, & conſtantiam eo facto probare, ſcandalizari enim idiotas,& infirmos,qui capta occaſione manducabant Idolothyta, cum putarent ab ijs ſe pollui, & à fide ad idola deficere.
Paul.Cor. *Videte* inquit, *ne fortè hac licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet ſcientiam in idolio recumbentem, nonne conſcientia eius cũ ſit infirma ædificabitur ad manducandum idolothyta? & peribit infirmus in tua ſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt.* Vnde apparet Catholicos, qui manducabant ex zelo, & ſcientia non peccare,quia manducando refellebant idololatras;alios autem indoctos, & imbecilles peccare, qui horum exemplo ducti manducabant, quia illa iis comeſtio qua putabant pollui, non licebat. Tertium illam comeſtionem Idolothytorum minimè licere,quatenus ſuperſtitio erat. Nam ſi non erat peccatum, cur ait Paulus *peribit frater* qui manducat, aut cur reprehendit alios licitè ex bona fide, & zelo fidei manducantes? Illicita ergo erat illa actio ſuperſtitioſa,& excuſabat illam à peccato Catholicorum fides, & conſtantia, qui ad refellendam idololatriam bona fide manducabant. Qua ratione multa licent; nam ſæpe olim Martyres petebant introduci ſe in templa idolorum, & afferri thuribula ad adolendum iis incenſum, & poſtea illam ipſam ceræmoniam conuertebant in contemptum idolorum, illaque comburebant,& euertebant.Id hoc modo factum,licitum erat, & ſanctum. At hoc ipſum factum ab alijs, alia intentione peccatum erat. Hæc ſane mens Pauli eſt,germana,opinor,& vera,quã miror tot ante me Interpretes non vidiſſe multo me ſane doctiores, ſed non Auguſtini amantiores, cuius defendendi gratia multa diſco, quæ ille profecto vidit,cum ſuam doctrinam traderet, quæ ſcripturis nixa certa ſemper, & conſtans eſt. Legant caput Pauli ſtudioſi, & hanc expoſitionem in illud quadrare videbunt.

In decimo capite redit Apoſtolus ad idem argumentum, & manifeſtè docet illam manducationem idolothytotum illicitam eſſe, & ab ea omnes Catholicos deterret, etiam doctos, & fortes. *Fugite*, inquit, *ab idolorum cultura, vt prudentibus loquor*, aitque ſicuti communicatio Euchariſtiæ eſt ſignum fidei Chriſtianæ, ita è contrario comeſtio illa in idolio argumentum eſſe idololatriæ,vel ſuperſtitionis Gentilicæ. *Ideo nolo vos*, inquit,

quit, *ſocios fieri dæmoniorum: non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe & menſæ dæmoniorum.* Ac ne excuſarent fortitudinem ſuam dicētes id ſe facere ad contemnenda idola addit, *An æmulamur Dominum? nunquid fortiores illo ſumus?* Iam non vult Paulus,vt propter fortitudinem in fide oſtendendam Catholici manducent, *non quod idolum*, inquit, *ſit aliquid,aut quod idolis immolatum ſit aliquid.* Præcidit cauſam quã obtendebant Catholici in excuſationem, dicendo ſe veſci idolothytis, vt docerent Gentiles nec cibos,nec idola aliquid eſſe. Quam cauſam refellit Paulus adducta ratione: *ſed quæ immolant Gentes, dæmonijs immolant, non Deo. Nolo vos ſocios fieri dæmoniorum.* Quo nihil clarius dicere pro Auguſtini ſententia Paulus potuit. Deterret enim ab illa comeſtione etiam illos fortes, qui bona intentione comedebant ad contemnenda idola, docens illam communicationem illicitam eſſe, cum eſſet communicatio cum dæmonibus.

Addit poſtea D. Paulus aliam rationem cur non liceret, quia infirmi ſcandalizabantur, & peruertebantur ea actione ad manducandum ſimiliter idolothyta,in quibus cum illa prudentia, & conſtantia non eſſet, erat omninò culpabilis illa manducatio. Quare, inquit Paulus quamuis hi fortes non peccarent ex propria conſciētia, quia bona intentione manducabant, peccare tamen ex occaſione alijs data, à quo ſe peccato excuſare non poterant, nec enim bona intentio ſcandalum tollebat, quanquam bona fides comeſtionem purgaret. Quod autem in eodem capite Paulus permittat comedere hos cibos prohibitos, ideo eſt, quia loquitur de comeſtione extra locum ſacrum in conuiuijs ordinarijs, quando illa comeſtio non erat ſuſpecta, vti erat ſuſpecta in idolio. Hęc pro huiuſmodi quęſtione ſufficiant: de qua animaduerto iam olim eam fuiſſe Tertulliani ætate agitatam, vt ille teſtatur *lib.1. aduerſus Marcion. cap.21.* Equidem hac ratione intelligendi, ac exponendi Paulum, & Auguſtinum,iudico omnia quę ad hanc quæſtionum ſpectant conciliari,ac expediri.

Quinta quæſtio. An liceat Catholico veſci carnibus diebus prohibitis ad occultandam fidem? Cui reſpondendum primo. Si Tyrannus iubeat veſci in contemptum Eccleſiæ nunquam licere. Ita Sanchez *lib.3.decalogi cap.4.* & Conink *diſp.15 dub.3.* & Hurtado *diſp.48. §.100.* & Lugo *diſp. 14. ſect.5. §.2. num.103.* Et ratio patet ex motiuo Tyranni iubentis,cui nō licet aſſentiri. Reſpondendum ſecundò, licere Catholico viuenti inter hæreticos, vel per eorum regiones tranſeunti, ne ſe prodat, & periclitetur, edere carnes. Sic Azor, & Becanus, & alij, quos refert, & ſequitur Hurtado, & Conink, & Lugo citati contra Valentiam *2. p. diſp.7. q.5 puncto 6. §. 4. Caſu 4.* Ratio eſt quia vel ille obligaretur ex præcepto diuino fidei, vel Eccleſiaſtico abſtinentiæ. Non diuino, quia illa comeſtio non eſt ſignum per ſe infidelitatis, cum multi Catholici carnes edant, & propter infirmitatem, & propter gulam,& afferri poteſt occultus modus. Non poſitiuo Eccleſiæ, quia hoc ceſſat in illo periculo. Et ita reſoluit Layman *tract 1. de fide cap.11. nu.5.* & Becanus *cap.9. quæſt.5. dub.5.* Cuiuſmodi autem debeat eſſe periculum, Hurtado extremum, Sanchez grauiſſimum, Conink graue poſtulat, Lugo huic aſſentitur, minus enim periculum, ſed magnum tamen periculum requiritur. Sola autem irriſio, & ſubſannatio hæreticorum non eſt cauſa ſufficiens ad reddendam licitam comeſtionem carnium, teſte Becano, & Laymanno, & Lugo citatis.

[Margin: Sanchez, ConinK, Hurtado, Lugo; Valentia; Layman, Becan.]

Secundum dubium: vtrum poſſit licitè Catholicus hæretico amico, & nobili ad ſe diuertenti manducare ſolito carnes in die prohibito, eas ad manducandum apponere? Huic ex prudentia petendum reſponſum iuxta Sanchez *cap.7.* & Lugo *diſput.14. ſect.6. §.5. num.167.* Si facilè ſe excuſare

[Margin: Sanch., Lugo]

Digitized by Google

ſare poſſit,non poterit; ſi difficile, poterit. Verbi gratia, ſi aſperè ob id reprehendendus,& inurbanitatis arguẽdus, licebit illi apponere, ſin minus non licebit. Idemque dicendum de cauponibus,qui omnibus ſunt expoſiti ad excipiendos viatores, & miniſtranda edulia omni hominum generi ex officio, qui ob ſimiles cauſas excuſantur.

Tertium dubium, an permittatur Catholico ęgroto,qui carnes edit,carnes manducandas apponere filijs ſuis Catholicis, & famulis hæreticis,quãdo palam cum iis manducat, & ſimul cum alijs viris nobilibus hæreticis quos habet inuitatos? Hoc ſæpe accidit in Anglia, Belgio, & Gallia. Hoc item pendet ex prudenti iudicio. Sunt enim caſus, in quibus ad honorem, ſplendorem,& conſuetudinem Patrię pertinet, eoſdem cibos omnibus apponere,ne indicetur inuitans,aut auarus, aut inurbanus, & quia difficile eſt cibos diuerſi generis inuenire, & condire. Hæ tamen rationes leues ſunt; ſi tamen inde querelæ, & turbationes oriantur,non dubitat affirmare licitum eſſe Reginaldus *lib 4. praxis num.* 199. Cui conſentit Cardinalis de Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 5. §. 5. *num.* 168. Quærendæ tamen ſunt omnes viæ euadendi vt carnibus abſtineatur, quę ſi arduæ ſint, & difficiles tum licebit. Extra hunc caſum, & alios ſimiles ægrotus in prandijs, & cœnis priuatus debet ſeparatim carnes manducare, & ſuis piſces edendos apponere.

Regin.
Lugo

CAPVT XV.

Vtrum, & quatenus, liceat, vti veſtibus infidelium.

VEſtium quatuor ſunt genera. Primum earum quæ nationales ſunt ad diſcernendas potius nationes quam Religiones; ſui ſunt enim habitus Turcis, ſui Perſis, ſui Indis qui etſi diuerſarum ſectarum ſint eodem veſtium genere vti ſolent: harum vſus ex quauis iuſta & rationabili cauſa dummodo tamen idonea ſit,licet; verbi gratia ſi quis per eas Gentes Catholicus tutò tranſire velit. Ita Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. c.* 4. *nu.* 17. Suarez *diſp.* 14. *ſect.* 5. *num.* 5. & Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 5. §. 1. qui omnes monent non id temere faciendum, ſed prudẽter ex cauſa iuſta, & idonea. Quod ſi inde ſequatur peregrinum Catholicum Turcam, aut Perſam, aut Indum exiſtimandum eſſe, id erit per accidens non per ſe,cum illa veſtis nationis propria ſit, non Religionis.

Sanch. Suar Lugo

Secundum eſt earum quæ ſunt factæ ad ſignificandam gentem alicuius ſectæ, & ab alijs diſtinguendam, vt qui ita veſtitur,talis ſectæ ſit habendus,quales ſunt Romæ galeri flaui Iudæorum. Harum vſum licere negãt, Caietanus, Nauarrus, Toletus, & alij apud Sanchez *num.* 18. quia illa veſtis eſt ſignificatiua illius ſectæ, & diſtinctiua ab alijs, ita vt qui conſpicit hominem illa indutum eum eius ſectæ eſſe exiſtimet. Verum Bannes, Azor, & Aragon, & alii quos citat,& ſequitur Sanchez *num.* 19. et Suarez *ſect.* 5. *n.* 7. et Coninch *diſp.* 15. *dub.* 3. *n.* 66. et Caſtro Palao *tract.* 4. *diſp.* 1. *puncto* 17. et Cardinalis de Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 5. §. 1. et Hurtado *diſp.* 48. §. 27. et plures quos adducit Diana *p.* 5. *tr.* 7. *de ſcandalo reſolut.* 33. quibus ſubſcribit, affirmant licere.

Sanch.
Suar ConinK Caſtro Palao Lugo
Diana Hurtado

In probanda huiuſmodi ſententia multum operæ ponunt hi authores, vti videre eſt in Cardinali Lugo, qui difficilem eſſe probatu,refutando aliorũ rationes, & amplificando ſuam fatetur. Et quidam illæ mihi non videntur idoneę propter hoc argumentum. Quia habitus ille eſt diſcretiuus populi, & ſectæ, & indicatiuus illius, nec aſſumi poteſt, tanquam veſtis ad tegendum corpus cum ſolo colore differat (loquor de galeris Iudæorum) qui color nihil ad tegumentũ confert. Ac præterea ex inſtituto cõmuni ordinatus eſt ille habitus, ſeu color ad manifeſtationem illius ſectæ,

vnde

vnde nõ videtur poſſe vllo modo cohoneſtari, cum ad alios vſus nequeat detorqueri : quare ſicut mihi non licet dicere me eſſe Iudæum, quia vox *Iudæus* ſignificat immediatè Religionem Iudaicam, ita mihi non licebit vti galero flauo, qui vel mutus clamat me eſſe Iudæum. Neque hoc argumentum ita propoſitum ſatis ſoluitur. Itaque alia euaſio, & ſolutio excogitanda.

Dico igitur, in graui neceſſitate licere vti Iudaica veſte, vel galero illo fuluo propter aliam rationem. Quia nimirum illa impoſitio veſtis, vel galeri eſt potius facta cauſa politicæ, quam religionis nec tam prohibendo ne vſurpetur ab alijs, quam ne omittatur ab Hebræis, idque ob diſtinctionem gentium, & nationum in ordine ad politicam, quæ per accidens religionem includit; & patet, quia ille habitus, & color nihil in ſe habet religioſi, ac proinde ex fine nõ eſt illius geſtatio ſuperſtitioſa.

Confirmatur, quia ſemper relinquitur locus ſuſpicandi neceſſitatem excuſare in graui periculo illum vſum, cum ſoleant homines varijs modis occultando perſonam periculis ſe eximere, qui ferè ſemper ad mutationem habitus reducuntur; itaque quando quis videt Chriſtianum indutum veſte Hebraica, & nouit illum, non cogitur exiſtimare, aut ſuſpicari eum à fide defeciſſe, ſed ſibi conſuluiſſe. Vnde licebit habitu Iudæorum vti, non autem vti licebit verbis Iudæum ſe eſſe affirmantibus, quia hæc immediatè attingunt affirmando, vel negando profeſſionem Religionis: deinde quia verba non ſolent ſeruire ad diſſimulandam perſonam, nec id primario faciunt, imò produnt perſonã loquentem, at vero habitus eum tegat perſonam, immediatè non ſignificat religionem, ſed ſecundariò, poſtquam tegit perſonam. Vnde finis profitendi ſectam eſt ſecundarius, & remotus: quæ rationes ſi bene expendantur, idoneæ, & efficaces inueniantur.

Tertij generis veſtes illæ ſunt, quæ quamuis ex communi ratione veſtimenti ordinatæ ſint ad tegendum corpus, ex ſpeciali tamen inſtituto ad profeſſionem Religionis ſunt ordinatæ; vti inter nos veſtes Clericales, & Monachales. Negant licitum eſſe illarum vſum Aragon, & Lopez, apud Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 7. Tabienna, Toletus, & Nauarrus, & alij quos refert, & ſequitur Palao *diſ.* 1. *puncto* 17. *num.* 7. qui ait ita ſentire Suarez *ſect.* 5. *num.* 13. ſed immeritò, vti notat Lugo: nam Suarius ſentit, ſolum quattum genus veſtium, de quibus ſtatim dicemus non licere. Affirmant ergo licitum eſſe in graui neceſſitate vſum talium veſtium Suarez *ſect.* 5. *S. num.* 11. *&* 12. Sanchez *cit. num.* 20. ConinK *diſp.* 15. *dub.* 3. Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 5. *S.* 1. Hurtado *diſp.* 48. *S.* 57. & Layman *tract. de Fide cap.* 11. His aſſentior, quia iſtud genus veſtiũ habet finem ſuum tegendi, & veſtiendi corpus, & propter hunc aſſumi poteſt præſcindendo ab alio fine, vel nõ curando illum pro neceſſitate; quę eſt ratio Suarij, & communis authorum. Alia ſemper addita, quæ ſuperius adducta eſt, quia iſta veſtis accõmodata eſt ad occultandum hominẽ, qui vult fugere, ex quo tollitur ſuſpicio, & ſcandalum; videmus enim multos Catholicos ſe ſubducere è manibus Satellitum habitu Monachali, & Clericali aſſumpto. Vnde qui videat hominem hoc modo indutum applicatis ſibi veſtibus religioſis infidelium, vel hæreticorum, poteſt cogitare illum hominem eſſe fugitiuum.

Sanchez, Tabienna, Nauarr., Toletus, Caſtr. Pal, Suarez

Suar., Sanch., Coninch, Lugo, Hurtado, Layman

Quartum, & vltimum genus eſt earum veſtium; quę ſunt inſtitutæ ad ſacra peragenda, & pro ijs tantum ſolent aſſumi, & extra illa deponi, vti ſunt apud nos Catholicos Planetæ, & Pluuialia, huiuſmodi enim ſunt apud Turcas ſuæ veſtes ad ſacra ſuæ ſectæ peragenda. De his maior eſt dubitatio. Affirmant quidam etiam harũ vſum licere ex grauiſſima cauſa. Suarez *num.* 12. citat pro hac ſententia P. Azor, & Sanchez, quos etiam citat ConinK productis expreſsè locis: nẽpè Azor *tomo* 1. *lib.* 8. *cap.* 27. *quæſt.* 7. *in fi-*

Suarez, Coninch, Azor, Sanchez

in fine. Sanchez lib.2. *decalogi cap*. 4. *num*.20. & non improbabile iudicat in quibuſdam caſibus idem ConinK *diſp*.15 .*dub*.3.*num*. 73. vbi id propriè tradit, & remittit ſe ad numerum 66. Lugo dubitat de Sanch Et ait Suarez fauere huic ſententiæ. Nego fauere Suarez. Pro hac ſententia citari iure poteſt Layman *cap.illo* 11. *ante num*. 5.(Deeſt enim quartus vbi res tractari debuit) & Hurtado *diſp*.48.Ş. 57. qui duo certe concedunt, poſſe harum veſtium vſum interdum licere. Ratio illa eſt, quia & ſi hæ veſtes non ſint inſtitutæ ad induendum corpus, ſed ad peragenda ſacra, & cæremonias ſectæ, non ideo tamen amittunt materiam induendi, & tegendi corpus, atque adeo in graui neceſſitate licebunt.

Layman
Hurtado

Verum communis ſententia eſt: hoc genus veſtium nullatenus vſurpari licite poſſe. Pro hac citat multos authores Suarez *diſp*.15 *ſect*.5. *nu*.12. & ipſe illam ſequitur *n*. 13. & probat optima ratione. Quia huiuſmodi genus veſtium directe, & per ſe eſt inſtitutum ad ſacras cæremonias peragendas, & omnino per accidens illis eſt corpus tegere, & induere cum ad illum tantum ſacrum vſum aſſumantur, & extra illum deponantur: vnde determinata eſt illis ſignificatio ſacrorū ſectę: Itaque perinde eſt veſtiri aliquem illis indumentis, ac dicere ſe eſſe Sacerdotem illius ſectæ. Quod nunquam licet. Hęc ratio me maximè mouet ad ſententiam iſtam negātem generaliter probandam.

Suarez

Dico generaliter, quia iudico cum Cardinali Lugo *diſp*.14.*ſect*.5.Ş. 1. & cum Hurtado, & Layman citatis in aliquo caſu licitum eſſe hoc genere veſtium vti, quando ſcilicet neceſſarium ſit grauiſſimum damnum euitare, nec ſit aliud remedium ad euadendum. Tunc enim illa veſtis tranſit in præſidium, & tutamen in ſe: & ita legimus inter nos Catholicos, aliquando accidiſſe, vt homines laici ſacris his veſtibus induti manus quærentium ſatellitum effugerent.

Lugo
Hurtado
Layman

Placet mihi tamen hac in re illa regula, quam ſtatuit Lugo; ſi tales ſint circumſtantiæ in quibus ſuſpicio ſit deſertæ Fidei, vel ſcandalum aliorum; nunquam licere vti hoc genere quarto veſtium, imò nec illo ſecundo, aut tertio. Si tamen contingat, vt ex geſtatione omnium harum veſtium, etiam quarti generis, nec ſuſpicio, nec ſcandalum oriatur, non eſſe damnandum vſum illarum; ſemper autem eſt aduertenda illa differentia inter veſtes, & voces. Vox enim non eſt inſtituta ad occultandam perſonam, ſed ad res, & conceptus ſignificandos: veſtes autem omnes ſeruiunt ad tegendum, occultandum, & ſimulandum, ac proinde facilius eſt vti ſine culpa veſtibus, quàm vocibus. Certè dura neceſſitas multos modos, & vias inueſtigat euadendi pericula, & mortem, & norunt omnes, omne genus veſtium ad hunc finem aſſumi poſſe, & interdum aſſumi. Qua ratione puto non eſſe improbabilem huiuſmodi ſententiam. Suarez, & Sanchez magnam vim faciunt in ijs veſtibus, quibus eſt annexa imago idoli, vel Mahometis, & negant has imagunculas licitas eſſe. Sed Hurtado, & Layman minus hęc curant, quod dicant eas ornatus cauſa apponi, & geri, & ſæpè noſtros milites ijs vti in vexillis ad euadendas, & tendendas inſidias; quod non omninò improbat Lugo num.35. ſed aduertit cum Hurtado ijs non licere vti, quando ſint certa ſigna Religionis. Quare tandem Cardinalis monet non eſſe hac in re à communi ſententia recedendum: cui ſubſcribo.

Lugo
Sanch.
Suar,
Hurtado
Lugo

Super eſt graue, & curioſum dubium, quod huic materiæ coronidem imponat. Vtrum Epiſcopus, & Parochus Græcorum in illis regionibus, & quatenus, teneatur more Græco celebrare? Suppono primo, vtrunque panem fermentatum, & azymum ex communi Catholicorum ſententia eſſe idoneam materiam Sacramenti Euchariſtiæ. Hoc ſuppoſito ſit prima Concluſio. Parochus Græcorum in ſua Eccleſia tenetur in fermentato, non in azymo conſecrare. Probatur,

Conc. Fl. Eug. IV.

batur, quia Concilium Florentinum ſub Eugenio IV. & Eugenius in litteris vnionis vtitur verbo *debere*, & ſtatuit, vt vterque Sacerdos Latinus in latina Eccleſia azymo, Grecus in Græca fermentato conficiat, & ſumitur ex Cap. illud diſt. 12. & cap. cum ſecundum, & cap. quod translationem de tempore Ordinationum, & patet ex Epiſtola Leonis IX. ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum.

Cap. illud C. cum ſecundum cap quod translationem: Leo IX.

Probatur deinde ex conſuetudine antiquiſſima, quæ tranſit in legem, & inducit obligationem; quare mortaliter peccabit Sacerdos græcus celebrans in ſua Eccleſia in azymo, ſicuti peccabit mortaliter Latinus, qui in Eccleſia latina in fermentato conſecrabit. Ita expreſsè Henriquez *lib. 8. de Euchariſt. cap. 11.* & Bonacina *diſp. 4. q. 2. p. 1.* Vaſquez *diſput. 174. cap. 3. num. 25.* Layman *lib. 6. trac. 4. cap. 1.* Bartholomæus à S. Fauſto, *lib. 1. de Euch. q. 6.* Villalobos *tomo 1. tract. 6. difficul. 6.* Diana *in Miſcellaneis tract. 6. reſolut. 99.* & quamquam duo graues Thomiſtæ negant teneri Paludanus, & Nugnus, duo item graues illis contradicunt Sotus in *4. diſt. 9. q. 1. art. 1.* & Ioannes della Cruz *p. 2. q. 1. dub. 2.* cum Suarez *diſp. 44.* & Sanchez *lib. 3 de Matr. diſp. 18.*

Henriq. Bonac. Vaſquez Layman Barthol a s. Fauſto Villalob. Diana Suar Sanch Paludan Sotus Nugnus Ioan. dela Cruz

Secunda concluſio. Sacerdoti Latino tranſeunti per Græciam, licet Græco ritu conſecrare, & Græco per Latinas regiones tranſeunti, licet Latino ritu conficere. Patet ex doctrina Auguſtini epiſt. 118. & 110. quo authore Ius Canonicum ſtatuit, vt peregrini ſe accommodent ritibus regionum, per quas tranſeunt; atque hic verum eſt, quod aiunt vulgò. *Cum fueris Romæ Romano viuito more*, quo verſu ad hoc probandum vtuntur Bonacina *diſp. 4. q. 2. p. 1.* & Bartholomeus à S. Fauſto q. 49. Hæc concluſio communis eſt authorum: limitanda tamen eſt ad eas regiones, & Ciuitates, in quibus non ſint Eccleſiæ propriæ Græcorum, & Latinorum.

Auguſt

Ledeſma A s. Fauſt Suar Vaſquez.

Tertia Concluſio, Sacerdos Latinus incola in Græcia, & ibi habitans, & viuens tanquam ciuis earum regionum tenetur Græcum ritum ſeruare. Ita diſertè Ledeſma *in 4. q. 4. dub. 2.* & Bartholomæus à S. Fauſto *qu. 49.* & placet Suario *diſp. 44. ſect. 3. n. 15.* & Vaſquio *diſp. 174. cap. 3.* ratio eſt: quia hic Sacerdos Latinus factus incola in Græcia perinde ſe habet, ac Græcus: ſed Græcus tenetur Greco ritu conſecrare, ergo & iſte Latinus, qui pro Græco habendus eſt.

Probandum nunc eſt: Epiſcopum, & Parochum Græcorum teneri ad cōficiendum, & adminiſtrandum Sacramentum more Græco in fermentato. Probatur primò, quia ſi Sacerdos priuatus tenetur, à fortiori tenebitur Paſtor, & ſponſus publicus. Cōfirmatur, quia ille paſtor inijt matrimonium ſpirituale, cum Græca Eccleſia, & cum ea ſponſa viuit, ergo debet ſe illi accommodare. Deinde, quia illę oues poſtulant illum panem, ergo Paſtor eum, quem petunt, illi impartire tenetur.

Probatur ſecundò. Quia parum eſt licere tantùm Paſtori; ergo tenetur. Probo aſſumptum, quia Latino tranſeunti, licet in fermentato conſecrare, ergo aliquid amplius poſtulat Epiſcopus, & Parochus, qui viuit in græcia, & ſponſus eſt Eccleſiæ græcæ, ergo ſi illi primo licet, hic ſecundus tenebitur.

Obijcies primò. Inſtitutum latinum melius eſſe, quam græcum. Reſpondeo, non quæri, vtrum ſit melius, ſed an vtrumque ſit bonum: eſt autem vtrumque bonum, & pręceptum; poſito autem præcepto, & conſuetudine melius eſt pro græcis celebrare in fermentato, quam in azymo.

Obijcies ſecundo. Chriſtum Dominum in azymo conſecraſſe Euchariſtiam, non in fermentato. Reſpondeo primò, hoc multò probabilius eſſe, ſed oppoſitum non eſſe improbabile. Reſpondeo ſecundo, admittendo aſſumptum, & negando ſequi non licere græcis in fermentato conſecrare, nam hic panis materia eſt idonea. neque diſtinguitur, niſi accidentaliter à pane azymo.

Obijcies tertio. In primitiua olim Ec-

Eccleſia Gręcos in azymo conſecraſ-
Innocent. ſe teſte Innocentio *lib.*4. de Myſterio
D. Thom. Miſſæ, & D. Thoma *in* 4.*diſt.*11 *q.*2.
*art.*2.*quæſtiunc.*3. Reſpondetur etiam
in Eccleſia latina, Latinos in fermen-
tato conſecraſſe. Teſte D. Thoma *in*
4.*diſt.*11.*quæſt.*2.*art.*2.*quæſtiunc.*3.&
Scotus Scoto *diſt.*9.*q.*1.*art.*5.& Bonauentura
Bonau. *diſt.*11.*p.*2.*art.*2.*q.* 1.& Alexand.3.*p.*
Alex. III *quæſt.*10.*membr.*4.*art.*1.& Soto *in* 4.
Soto *diſputat.* 9. *quæſt.* 1.*artic.* 5. propter
Ebionitas enim dicentes ſeruanda eſ-
ſe legalia, ſimul cum Euangelio, ne
Patres ijs conſentire viderentur, reli-
querunt azymum, & ad fermentatum
panem tranſierunt; quem ritum etſi
poſtea latini mutarunt, Eccleſia in
Græcia maluit retinere.

Bulla Pii V. Obijcies quartò, Pius V, in Bulla,
quæ incipit, *Prouidentia*, videtur pro-
Prouidentia hibere ne latini vſpiam conſecrent in
fermentato. Reſpondetur, huiuſmodi
Bullam, nihil continere, quod dero-
get ritui græcorum, nec ea vetari ri-
tus illius vſum pręsbytero latino tranſ-
eunti per Eccleſiam græcam. Id au-
tem patet ex eo, quod Bulla illa æquè
procedit contra latinos, & gręcos ab-
vtentes licentijs, & priuilegijs datis à
Sede Apoſtolica ad celebrandum pro-
miſcuè vtroque ritu. Imo ex eo ma-
gis confirmatur vſus fermentati, quod
pari modo procedit contra vtroſque,
tum latinos, tum græcos Sacerdotes;
abutentes ea lege, ſiue priuilegio.
Vnde ſi ex hac Bulla ſequitur impro-
bari ritum græcum, etiam ſequetur
ritum latinorum improbari, quod nul-
latenus eſt dicendum.

Volo tandem meam iſtam ſenten-
tiam teſtimonio Vaſquij confirmare.
Is igitur diſp.174. de Euchar. cap. 3. Vaſquez
num.29. ſic ait. *Si quis Latinus inter*
Græcos non vt aduena, & peregrinus,
ſed vt incola habitaret, neque propriam
Eccleſiam Latinam haberet, deberet
quidem in fermentato conſecrare. Sicut
contra, ſi habitaret Græcus inter Latinos
deberet azymo in cõſecratione vti. Ratio
eſt, quia iam cenſentur eſſe alterius Ec-
cleſiæ, in qua tanquam incolæ viuunt,
& celebrant.

LIBER

LIBER QVARTVS.

DE CLAVI SACRAMENTORVM,

PARS PRIMA.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

CAPVT PRIMVM.

Circa Sacramenta Hæreticorum errores.

SACRAMENTA funditus ſuſtulerunt Ar-
Epiph chontici, teſte Epi-
phanio hæreſi 4. &
Theodor & Theodot. lib. 1. de
Hæreticorum fabulis.
Subruerunt detracta materia Pauli-
Euthym. ciani, quod tradit Euthymius *in 2. p.*
Panopl. tit. 21. Deſpexerunt temerè
Auguſt Fratricelli, vti habetur in extrauag.
Sancta Romana, de Religioſis domibus. Spoliarunt virtute, & efficacia Meſſaliani, authoribus iiſdem Epiphanio hæreſi 80. & Theodot. vbi ſupra, & Auguſtino hæreſi 57. Hi veteres. Noui, à Luthero, & cum Archonticis quędam tollunt, & alia quę recipiunt, eneruant cum Meſſalianis, nuda ſigna, & inania Symbola appellantes; vti conſtat ex aſſertione pri-
Luther Caluin mi articuli Latheri, & ex cap. 14. Caluini lib. 4. Inſtitutionum.

Nomen *Sacramenti* Lutherus pri-
Lutherus mum reiecit; deinde ſuſceptis cum Caroloſtadio, & Zuuinglio ſimulta- Caroloſt.
tibus, recepit; hi autem duo ſemper Zuuingl Phil. Mel
improbarunt. Lutheri diſcipuli ad Caluinus
illius ſe fingentes ingenium in confeſſione Auguſtana *Sacramentum* dixerunt. Caluinus nomine vtcunque tolerato, rem ac virtutem Sacramenti excludit; negatque vllum è noſtris gratiam conferre, & dogma de hac re catholicum; peſtem, exitium, figmentum vocat lib. 4. Inſtitut. cap. 14. Itaque omnes *Signa*, & *Sigilla* gręcè ſphragidas appellant.

Cum autem ſignum rem aliquam ſignificet, & ij gratiam nolint, cum ad rem ſignificatam, ſignatamuè accedunt, ſcinduntur in opininiones. Qui-
dam cum Zuuinglio ex Varrone aiũt, Zuuingl. Varro
ſignificare pignora, quæ in locis Sacris ponuntur, vt qui ſacris initiantur Deo oppignorentur, obligenturque; quidam cum Caluino affirmant iuramentum: & quo ſe Deus homini, &
homo Deo obſtringat, ſignificare. Caluin.

Hæc

Digitized by Google

Hæc totidem errores eſſe apparet. Nam Sacramenta eſſe de Fide eſt. Nomen Sacramenti vetuſtum, & aptum eſſe multis Patrum antiquorum teſtimonijs oſtendit Bellarminus *lib.* 1. *de Sacramentis cap.* 7. & Suarez *in præfat.* & Vaſquez *d.* 118. *c.* 1. in quibus ſunt Tertullianus, Cyprianus. Lactantius, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, quem huius Authorem vocabuli inſcitè ait Kemnitius 2. parte examinis Concilij Tridentini; & quāquam magnus Author ſit Auguſtinus, multos ante ſe ille eius nominis Authores habuit. Carere autem Sacramenta virtute, & efficacia Gratiæ ſāctificantis, falſum omninò eſſe infrà monſtrabimus. Quod autem Sacramentum, vel pignorationem illam, vel iuramentum ſignificet, id etſi ex parte verum ſit, non omnino tamen eſt verum; cum nos etiam vota Deo obſtringant, quæ Sacramenta minimè ſunt, & iuramentum per verba ſimplicia, concipiatur, nec oporteat illa ſigna adhiberi. Ex quo apparet miſeros Hæreticos ab eo etiam, ad quem rectè collimant ſententias, ſcopo ſæpè aberrare.

Bellarmi. Vaſq. ſuar. Kemnit.

CAPVT II.

Ethymologia, & definitio Sacramenti proponitur, & explicatur.

SActamentum, & profana, & Sacra vox eſt. Profana, tum depoſitum in loco ſacro, & pignoratitiam pecuniam, tum præſtitum religioſè iuramentum ſignificat. Sacra, eſt idem quod Myſterium: & trifariam ſumitur: primò pro re arcana, et occulta, vti ad Corinth. 13, *Si nouerim Myſteria omnia*: quæ Auguſtinus lib. de gratia, et libero arbitrio cap. 17. vertit *Sacramenta*.

Paul. ad Cor. 1. 13 Auguſt.

Secundò, pro ſigno rei abſconditæ et latentis, vti Apocalypſis 17. *Dicam tibi Sacramentum Mulieris, & beſtiæ.* ideſt occultam illarū ſignificationem. Tertiò, pro cæremonia conſecrante hominem, et initiante, quæ eius cōſecrationis ſignum ſit; hoc ſenſu inſcripſit Ambroſius librum *de ijs, qui Myſterijs initiantur*. & Auguſtinus *lib* 15. *de Ciuit. cap.* 26. dixit *Credentes Sacramentis initiari.* Demum s. Thomas 1. 2. *q.* 120. *a.* 5. ſic expreſſit, *Sacramenta propriè dicuntur illa, quæ adhibentur Dei cultoribus ad quandam conſecrationem, per quam deputantur quodammodo ad cultum Dei.* Hanc ſignificationem ſanctam Paulus fecit ad Epheſ. 5. illis verbis *Sacramentum hoc magnum eſt*. quæ primùm ſunt ad Matrimonij Sacramentum referenda, Authore Concil. Trident. ſeſſ. 24.

Apocal. Ambroſ. Auguſt. D. Thom. Ad Eph. 5

Quod attinet ad Sacramenti definitionem: tres præcipuè ſunto. Prima breuis, & vulgaris ex Magiſtro *in* 4. *d.* 1 §. Quid ſit Sacramentum? *Sacramentum eſt ſignum rei Sacræ*. Secunda accuratior ex eodem Magiſtro ibidem paulò poſt. Et Diuo Thoma 3. *parte q.* 60. *tit* 2. *&* 3. *Sacramentum eſt inuiſibilis Gratiæ viſibilis forma ad populum ſanctificandum diuinitùs inſtitutum*. Tertia accuratiſſima ex Catechiſmo Pij V. hunc in modum. *Sacramentum eſt res ſenſibus ſubiecta, quæ ex Dei inſtitutione Sanctitatis, & iuſtitiæ, tum ſignificandæ, tum efficiendæ vim habet*. Quam Vaſquez eandem fermè cum alia quam affert Hugonis Victorini definitione eſſe contendit *d.* 128. *c.* 3. Eſt autem ſimilis; vtrum vero ſit, an non, parum arbitror intereſſe: quæ ſic exponitur. Per primam particulam *res ſubiecta ſenſibus* intelligitur ſignum ſenſibile: nam cum Eccleſia viſibilis ſit, ſimilia oportet habere Sacramenta, quam rationem affert Auguſtinus *lib.* 19. *contra Fauſtum cap.* 11. ſecunda, *ex Dei inſtitutione*: notat Sacramentum non eſſe ſignum naturale, ſed ex inſtituto, & beneficio Dei, qui eius eſt Author; id obſeruat Sanctus Thomas *q.* 64. *a.* 2. Tertia, *Sanctitatis, & iuſtitiæ*: ſignificat Gratiam ſanctificantem, & iuſtificantem. Vltima, *tum ſignificandæ, tum efficiendæ*: notat Sacramenta

Magiſter D. Thom. Catechiſ. Pij V. Vaſq. Hugo Victorin. Auguſt. D. Thom.

ita

ita eſſe ſigna Gratiæ,vt ſint etiam cauſa illius,etſi autem Catechiſmus prius poſuerit rationem ſignificandi, quàm cauſandi, prius tamen eſt in Sacramento cauſare Gratiam, quàm ſignificare: quia tamen Sacramentum definitur *ſignum*, habenda potius ratio eſt ſignificationis, quàm virtutis; & Catechiſ. illius Catechiſmus præcipuam rationem habuit. Vtraque autem ratio eſt neceſſaria ad conſtituendum verum Sacramentum; nec enim ſatis eſt ſignum eſſe Gratiæ acceptæ, vt Sacramentum ſit, niſi illam efficiat; nec illã efficere, niſi ſignificet. Vnde igneæ Layman linguæ Spiritus Sancti, authore Laymanno', quamuis eſſent ſigna Gratiæ Sacramenta non erant, quia Gratiam non cauſabant; neque actus contritionis eſt Sacramentum, cum cauſet Gratiam, quia non eſt *ſignum illius ſenſibile*. Hinc apparet conſtitutio Sacramenti, & ab alijs rebus ſacris diſtinctio, vti à Ritibus, & Cæremonijs Sacris, quæ Gratiam non conferunt, & à Sacramentalibus, quæ non conferunt gratiam iuſtificantem: illa excluduntur per particulam *gratia efficienda*; hæc per particulam *ſanctitatis, & iuſtitiæ*. Ita ſe habet communis definitio Sacramenti ſecundum rationem, in qua conueniunt, communem efficiendi gratiam, & cauſandi. Et quanquam Vaſquez ei non acquieſcat *d.* 127. *c.* 4. tuta eſt tamen, & exacta Suarez definitio & probatur Suario *d.* 1. *ſ.* 4. & Henriquez *lib.* 1. *c.* 2. Opinio autem Henriq. Vaſq: Vaſquij exemplis proximè adductis refutatur. Certè ſi ratio ſigni ſatis eſt ad Sacramentum, multò erunt plura quàm quæ nunc ſunt in Eccleſia Sacramenta.

CAPVT III.

De Sacramentis Legis Naturæ, & Moſaicæ.

NOn agimus hic de ſtatu Innocentiæ ante lapſum Adami, qui cum beatus futurus eſſet, nec obnoxius culpis, nec culparum cauſis, earum remedijs non indigebat. Itaque cum Diuo Thoma *q.* 61. *art.* 2. & Caietano ibidem, & Soto *in* 4. *d.* 1. *q.* 2. & Ledeſma 1. *p. q.* 2. *art.* 1. conſtantiùs, quam Vaſquez *d.* 130. *c.* 3. *&* 4. ſecuti Henriq. *l.* 1. *c.* 5. & Suarez ſuppoſita ſententia quã tenemus Chriſtum niſi Adam peccaret non venturum *d.* 3. *ſ.* 3. nulla eo in ſtatu Sacramenta fore affirmamus. De ſtatibus naturæ lapſæ, & corruptæ per Adæ peccatum agimus, in quibus, & Seruatore, & Medico opus fuit. Igitur in ſtatu naturę ante legem negãt vllum Sacramentum fuiſſe Bonauentura *in* 4. *d.* 1. *a.* 1. *q.* 2. & Richardus ibidem *a.* 5. *q.* 3. & Sotus ibidem *d.* 2. *q.* 1. *a.* 4. & Abulenſis *in cap.* 25. Matth. *q.* 677. & Vaſquez 3. *parte diſp.* 165. *cap.* 1. §. 3. ne pro peccato originali quidem inſtitutum, ſed ſola Parentum fide illud ſublatum affirmant. Tota ratio eſt, quia de eo non conſtat; addo ex meo, quia lex illa nimis erat, & remota, & imperfecta; nec ſe, ſua vè dona Deus tam largiter communicabat, vnde graues quidam, & docti apud Vaſquium viri exiſtimarunt, nullum prorſus in lege naturæ pro paruulis contra originale remedium inſtitutum, atque adeo omnes fuiſſe damnatos. Quod quidem duriſſimum eſt; nec vlla mihi ratione, Vaſquioùè probatur; argumentum eſt tamen quàm fuerit illa naturę lex, opinione prudentum, præ lege ſcripta, & Gratiæ imperfecta. Verùm communis ſententia cum D. Thoma 3. *p. q.* 61. *a.* 3. *ad* 2. *& q.* 70. *a.* 4. *ad* 2. & Scoto, & alijs *in* 4. *diſt.* 1. *q. vltima* Durand. *q.* 8. Gabriele *q.* 2. & Cano *in relect. de Sacramentis in genere p.* 3. &

D:Thom Caiet. ſoto Ledes. Vaſq. Henriq. Suar: Bonau. Richard. Abulens. Sotus Vaſq. D:Thom Scot. Dur. Gabr: Canus

Digitized by Google

Henriq. Suar. Henriquez *lib. 1. c. 5.* & Suarez *3. p. diſp. 4. ſect. 2.* affirmat fuiſſe aliquod genus Sacramenti pro paruulis inſtitutum: nam etſi de eo non conſtet, conſtat tamen homines fuiſſe in ea lege iuſtos ad Eccleſiam, & Chriſti Corpus pertinentes, quæ cum eſſet viſibilis viſibile Sacramentum exigebat; præſertim cum apud eos ſacrificia fuiſſent. Auguſtin. His aſſentior ductus authoritate Auguſtini *lib. 5. contra Iulianum cap. 11.* vbi ſic ait. *Nec ideo credendum eſt ante datam Circumciſionem famulos Dei, quandoquidem ijs inerat fides Mediatoris in carne venturi, nullo Sacramento eius opitulatos fuiſſe paruulis ſuis, quamuis quid illud eſſet aliqua neceſſaria cauſa ſcriptura latere voluerit*. Vaſquez Quem locum miror Vaſquium hominē doctrinâ Auguſtinianâ, aut non vidiſſe, aut viſum præteriiſſe.

De Lege ſcripta, & Moſaica ſunt qui dicant eam Sacramentis abundaſſe. Becanus Ita Becanus in Analogia Veteris Teſtamenti cap. 14. numerat autem communia ex D. Thom D. Thoma 1. 2. q. 102. a. 5. Circumciſionem, Eſum Agni Paſchalis, Purificationes ab externis immunditijs, Expiationes à peccatis. Priuata verò, Conſecrationem Sacerdotum, Eſum panum propoſitionis; deinde figuras eſſe dicit, Circumciſionem, Baptiſmi: Eſum Agni, & panum Euchariſtiæ; Purificationes, & expiationes Pœnitentiæ: Conſecrationem Ordinis Sacramentorum noſtrorum: in rem accommodatè. Omiſſis tamen cæteris, quæ propriè Sacramenta non erant, de Circumciſione multæ, & graues quæſtiones ſunt.

Prima. Vtrum Circumciſio tantummodò eſſet ſignum diſtinctiuum Iudæi à Gentili, an etiam Sacramentum ad tollendum originale peccatum inſtitutum? Omnes Patres ante Auguſtinum, vnum ſupra viginti affert Bellarm. Bellarminus *lib. 2. cap. 15.* ſignum tantum diſtinctiuum eſſe dixerunt, & Sacramentum negarunt: propter has rationes: prima, quòd nulla ſit in ſcripturis mentio remiſſionis peccati, ſed tantùm ſigni. Secundam, quia Diuus D: Paul. Paulus explicans vtilitatem à Sacramentis veteribus acceptam ab illo populo, tantùm ait. *Credita illis fuiſſe eloquia Dei*. Tertiam, quia non erat communis Maſculis, & Fœminis, cum tamen peccatū commune eſſet. Quartam, quia populus in deſerto per annos quadraginta circumciſus non fuit. Hæc eſt ſumma omnium quas pro hac ſententia quam acerrimè tuetur, rationes congerit Vaſquez *in 1. 2. d. 184. c. 4. & 5. & in 3. p. d. 164. cap. 1. & d. 171. c. 2.* Vaſquez nihil motus authoritate Auguſtini, & D. Thomæ. Quorum fidus aliàs ſolet eſſe, & interpres, & comes. Eiuſdem ſententiæ eſt Bellarm. Bellarminus *lib. 2. cap. 15.* & Coninch *q. 62. art. 6.* cum alijs quos citat Vaſquez.

Auguſt Auguſtinus tamen Author fuit Circumciſionem Sacramentum eſſe ex inſtitutione Dei ad tollendum originale peccatum introductum, ita *lib. 3. contra Iulianum cap. 18.* imo, *& lib. 2. contra literas Petiliani cap. 72* ait; *antiquus populus Circumciſione pro Baptiſmo vtebatur*, cuius ſententiam ſecuti ſunt Patres, cum Diuo Gregorio *4. moral. cap. 2. & 3.* D: Greg. & Proſp. *epiſt. 84. & lib. de prou. Dei 1. p. c. 14.* & Iſidor. D: Proſp D: Iſidor *c. 13. in Geneſ.* & Beda *in c. 2. Lucæ*, & Beda Scholaſtici cum Magiſtro *in 4. diſt. 1.* Magiſter & D. Thoma *3. p. q. 61. art. 3. & q. 70. art. 2.* D: Thom: & habetur cap. *maiores* de Baptiſmo, tenent Scot. & Scotiſtæ *in 4. diſ. 1.* Scotus Henriquez *lib. 1. cap. 6.* Henriq: Suarez *diſ. 5. ſect. 1. & in comment. ad q. 70.* Suarez D. Thomæ, Soto autem *d. 2. q. 1. ar. 4.* Sotus dicit eſſe *certiſſimam fidem*. Tanquam communem ſupponit Maldonat. Luc. 2. ac in eam propendere poſt Auguſtinum Patres affirmat Lorinus, *cap. 7.* Actorum *verſ.* 8. Fundamenta ſunt, quia oportuit in lege ſcripta eſſe aliquod Sacramentum pro delendo originali peccato, quod certè fuit Circumciſio. Deinde, quia in Sacra Scriptura Geneſ. 17. expreſsè dicitur: Gen: 17: *Maſculus cuius præputij, caro circūciſa non fuerit delebitur anima eius de populo ſuo*. Præterea, quia Circumciſio erat figura Baptiſmi. Tandem, quia in principio legis gratiæ, adhuc Circumciſio permiſſa fuit: quod non eſ-

ſet,

ſet, niſi neceſſaria ad tollendum peccatum antea fuiſſet; habita enim fuit ratio eius dignitatis. Confirmatur ex cap.Actor. 10. vbi poſt Gratiam prædicatam à Petro imminente Baptiſmo Cornelij Centurionis *Spiritus ſanctus cecidit ſuper eum, & ſuper cæteros gentiles, qui cum eo crediderant*: additq. ſacer textus. *Obſtupuerunt, ex Circumciſione fideles, quia & in nationes gratia Spiritus Sancti effuſa eſt*. vbi obſerno illud *ex Circumciſione*, quaſi Circumciſioni annexa eſſet gratia, quæ baptiſmo gentium reſpondebat. Quē baptiſmum tunc Petrus prędicabat, & conferebat.

Ex his ſententijs tenenda eſt ſecunda, ob authoritatem D. Auguſtini, & nouis argumentis confirmanda. Primò, quia Circumciſio potuit eſſe primariò ſignum, deinde Sacramentum. Secundo, Paulus nunquam negauit Circumciſionem Sacramentum eſſe, ſed negauit propria virtute gratiam cauſare. Tertiò, quia inſtituere remedium pro peccato originali ad Deum pertinebat. Hoc autem non potuit eſſe apertius, quam Circumcidendo illam partem, per quam intrat peccatum. Quartò, quia Gentiles, qui legem Moyſi amplectebātur, circūcidebātur, quo caſu in Circumciſio nō erat ſignū diſtinctiuū Hebręorum à Gētilibus, ſed inſtrumentū remiſſionis culpę originalis in Gētilibus Quintò, quia ad diſtinguēdum illum populum, illud erat ſignum ſatis occultū, & nimis graue ob dolorem, & periculum, ergo aliquid erat intus myſterio plenum, & quod doloris merces, & ſolatium eſſet. Sextò, quia de Chriſto circumciſo omnes fermè dicunt, cùm ſignum illud peccati ſumere voluiſſe, & in ordinem cæterorum hominum ſe ad ſpeciem redigiſſe, vt videretur peccator cum non eſſet: igitur circumciſio remedium erat peccati, ac idcirco fiebat, vt à peccato mundaret. Argumento autem quod videtur probare Circumciſionē minùs neceſſariam eſſe, reſpondetur: hanc diſtinctionem fuiſſe inter eam, & Baptiſmum, quod Baptiſmus facilior eſt, & omnibus vtriuſque ſexus applicari poteſt, cum Circumciſio, nec omnibus maſculis, vti infantibus, ante octauum diem, nec ſemellis applicari poſſet, quibus aliud Sacramentum vſitatum in lege naturæ adhiberi debuit. Quod attinet ad defectum Circumciſionis in deſerto, diſpenſauit in hoc Sacramento Deus, quia inter illa tot viarum incommoda, non erat commoditas circumcidendi, cum illud Sacramentum eſſet difficile, & periculoſum. Ita ſoluuntur difficultates oppoſitę.

Secunda, & grauior quæſtio eſt, quomodo Circumciſio Sacramentum ſit: in ſignificando tantùm gratiam, an etiam in cauſando? negat abſolutè cauſare gratiam Vaſq. et Bellarm. et cum ijs Layman, & Becanus, quia authore Paulo, veteris legis Sacramenta erant egena, et vacua gratiæ, & tantùm erant figuræ illius, atque adeo non iuſtificabant ex opere, vt aiunt, operato. Ego tamen affirmandum ſentio, ac de eo ſingularem inſtituo Quæſtionem. Vaſquez Bellarm. Layman Becan.

CAPVT IV.

De differentia Sacramentorum Legis veteris, & nouæ.

NOn vulgaris eſt hæc Controuerſia. Nam ex vna parte cum Sacramenta ſint inſtituta à Deo, et ad remedium peccati ordinata, et peccatum nonniſi per gratiam tollatur, omnia videntur gratiam contuliſſe, ac proinde paria eſſe. Ex alia parte pugnat cum lege gratiæ illa perfectio; nam huius tantum vnius fuit gratiam conferre, alterius adumbrare: vnde Sacramenta vetera ſigna tantum gratiæ à Deo collatæ, non cauſæ fuiſſe videntur: at verò Sacramenta nouæ legis, et cauſę, et ſigna.

Igitur diſtinguendus eſt duplex modus dandi gratiam; ex opere operantis,

tis, et ex opere operato: illa funda-
tur in actu meriti proprij, et humani;
hæc in merito, & virtute alterius, hoc
eſt Chriſti. Sunt quidem hi termini
Caluin Scholaſtici, ac proinde appellat eos
Caluinus in Antidoto *Monſtra ver-
borum*: ineptè, cum in eodem tot ſint
monſtra, & verborum, & rerum: ſed
monſtris, opinor, ea quæ recta, & in-
tegra ſunt, monſtra videntur. Certè
ſcholaſticę iſtæ formulæ Tridentini
Concilij Patribus probantur ſeſſ. 7.
can. 8. Prima ergo ſententia docet, Sa-
cramenta veteris legis non contuliſſe
gratiam ex opere operato, ſed tan-
tum ex opere operantis, atque adeo
mera fuiſſe ſigna gratiæ, & cauſam
nullo modo; hanc tradit ex Apoſtolo,
Bellarm. & Patribus Bellarminus *lib. 2. cap.* 15.
Conc: Fl. & videtur expreſsa in decreto Euge-
nii poſt ſeſſionem vltimam Concilij
Florentini, vbi loquens de noſtris Sa-
cramentis ait, *Multum differunt à
Sacramentis antiquæ legis; illa enim
non cauſabant gratiam, ſed illam ſolum
per promiſſionem Chriſti dandam eſſe fi-
gurabant*; hæc verò noſtra continent
gratiam, & ipſam dignè ſuſcipienti-
bus conferunt. Pro hac ſententia acer-
Vaſq: rimè pugnat Vaſquez tum 1. 2. *d.* 183.
cap. 3. tum 3. *p. d.* 163. *cap.* 1. *&* 2. Secū-
da ſententia tenet ex Sacramentis ve-
teris legis vnicam Circumciſionem
gratiam non ſolum ſignificaſſe, ſed
etiam ex opere operato contuliſſe;
ſed tamen alio modo longè imperfe-
ctiori, quàm Baptiſmum. Itaque di-
cendum Deum Circumciſionem inſti-
tuiſſe, vt illa poſita paruulis, qui me-
riti non ſunt capaces, gratiam daret,
quod eſt dare ex operato.

Hæc eſt Scoti *in 4. diſt.* 1. *q.* 6. & Ga-
Auguſt. Scot. Gabr. Henriq. D. Thom. Suar: brielis *q. 4. art.* 1. cum multis quos ci-
tat, & ſequitur Henriquez *lib. 1. cap.*
15. inter quos eſt D. Thomas, & Tho-
miſtę non pauci, quam probabilem
dicit Suarez, & nobis ſequenda au-
thore Auguſtino, qui eodem modo lo-
quitur de Circumciſione, & Baptiſmo,
cuius figura Circumciſio fuit, vnde
lib. 4. de Baptiſmo cap. 24. ait, *ex virtu-
te Circumciſionis conijci poſſe virtutem
virtutem Baptiſmi*; & addit: *ideo præ-
ceptum eſſe Abrahæ, vt paruulos cir-
cumcideret, quia ipſum Sacramentum
per ſe multum valet*; ratio autem eſt,
quia Circumciſio inſtituta fuit à Deo
pro peccato originali, & octauo die
infantibus applicari iuſſa: ergo cum
infantes meriti capaces non ſint, de-
buit ijs per circumciſionem gratia
conferri: quemadmodum in Baptiſ-
mo datur ſine vllo merito, vel proprio
infantis, vel alieno Miniſtri, vt in
hoc ſit Circumciſio Baptiſmi figura.
Vnde à quocunque fieret circumciſio,
modo fieret cum idonea intentione,
ſemper gratia circumciſionem ſeque-
batur.

Eſt tamen difficile argumentum il-
lud ſumptum ex Paulo, & factum à
D. Thoma q. 62. a. 2. & inculcatum ſu- D. Thom.
pra ab Eugenio; quia Sacramenta ve-
teris legis, quorum præcipuum erat
circumciſio, carebant virtute cauſati-
ua gratię, & in hoc à Sacramentis no-
uæ legis differebant, quæ dant gra-
tiam ex opere operato. Cui reſponde-
mus aſſignando modum imperfectio-
rem, quo gratiam ex opere operato
cauſabat circumciſio. Itaque dicimus
Baptiſmū, & Circumciſionē conuenire
in effectu, differre in modo. Quis au-
tem modus ſit? quæritur. Vaſquez Vaſq:
impugnans noſtram ſententiam ex
aliorum mente eum adducit, quod
Sacramenta nouæ legis cauſant gra-
tiam phyſicè, veteris verò moraliter.
Huius ſolutionis meminit Suarez *d.* Suarez
10 *ſect.* 2. quę quod eius ſit a Vaſquez
impugnatur. Ego doctrinam, etſi
veram putem, nolo tamen in
re tam graui, incerto miti fundamen-
to: itaque alium inueſtigaui, qui eiuſ-
modi eſt.

Circumciſionem cauſare gratiam
aliena virtute, à Baptiſmo per figuram
accepta, ſicut lex in qua erat iuſtifi-
cabat virtute gratiæ in noua lege con-
ferendæ. Quemadmodum igitur lex
ſcripta per ſe non ſanctificabat, ſed in
fide Chriſti venturi in lege gratiæ, ita
et Sacramenta vetera non ſanctifica-
bant per ſe, ſed virtute Sacramento-
rum, et Baptiſmi legis nouę, quę figu-
rabant, quam rationem differentiæ ſi-
gnifi-

D. Thom. gnificat D. Thom. *quaſt. 70. art. 2.* Fiebat autem ſanctificatio hoc modo. Poſita circumciſione Deus reſpiciebat Sacramentum Baptiſmi à Chriſto inſtituti, & ex illius meritis ſanctificantis, & ob reſpectum illius conferebat gratiam ſuſcipienti circumciſionem vti figuram Baptiſmi; quæ iuſta eſt, & idonea differentia inter vtrumque, cum Baptiſmus immediatè à Chriſto habeat rationem ſanctificandi, & per ſe conferat ſanctitatem. Circumciſio autem non per ſe, nec immediatè, ſed in virtute Baptiſmi cuius figura erat, ſanctificauerit. Ita fermè reſpondet Henriquez *lib. 1. c. 15.* qui nobiſcū conſentit, & ſentit Lorinus Actor. 7. verſ. 8. ex Gregorio de Valen. *3. p. q. 70. p. 1*. Idem autem dicendum exiſtimo de Sacramento legis naturæ, quodcunquę illud fuerit, pro peccato originali à Deo inſtituto; vtorque ratione D. Auguſtini, quòd tanquam figuræ, & aliena virtute iuſtificarent; cum præſertim illa ſanctificatio phyſica non eſſet, ſed moralis; & quaſi per impetrationem: at verò ſanctificatio Sacramentorum nouæ legis phyſicè, & realiter à ſacramentis noſtris procedit. Itaque non omninò hanc rationem excludimus, ſed non ea tantum, contra quam exiſtimat Vaſquez, nitimur.

Henriq.

Auguſt.

Vaſquez.

Quod vero attinet ad circumciſionem illud obſeruo, per eam ſpecialiter collatam gratiam fuiſſe, quia expreſſa fuit Baptiſmi figura, & Sacramentum vtriuſque legis, naturæ, & ſcriptæ incipiens ab Abrahamo, cui cum facta fuerit ſingularis, & inſignis de Chriſto ex illius carne venturi promiſſio, ab eo incipere debuit inſtitutio Sacramenti illius, quod in virtute ſanguinis Chriſti ſanctificaret, atque idcirco fuit in præputio exercitum, vt indicaretur, quod obſeruauit Rupertus *lib. 5. in Geneſ. c. 31.* ad generationem pertinere Meſſiæ, qui ex femore Abrahæ erat educendus, vt cum illud Sacramentum ei parti corporis applicaretur generandi ex Abrahæ ſemine Saluatoris memoriam excitaret: præterea, vt peccati Originalis, quod generatione contrahitur, Sacramentum illud remedium eſſe appareret.

Geneſ.

Hinc facilè eſt argumenta ex ratione, & authoritate petita ſoluere: nam cum vtraque in Sacramentorum differentia fundetur, nolitque Sacramenta vetera nouis æquari, noſque dicamus vetera, non ſua, ſed aliēna noſtrorum virtute operari, & ſanctificare impetratiuè, ac moraliter, ſatis diſcriminis aſſignamus, eoque authoritatibus, & argumentis ſatisfacimus; idque authoritate abunde ſupra muniuimus.

CAPVT V.

De Sacramentis nouæ legis; deque illorum Authore.

Lex noua gratiæ meritò dicitur, quę cum à Chriſto fit, per quem *gratia, & veritas* Ioan. 1. *facta eſt*, iure debuit Sacramenta quæ inſtrumēta eſſent gratiæ, certò, & copioſè communicandæ habere. In eo diſtinguuntur Sacramentis veteris legis, quòd illa erant vmbræ; hæc veritas, illa figura, hæc res; illa vacua, iſta plena; quòd à Chriſto ſint, de cuius *plenitudine nos omnes accepimus*; & quanquā Hæretici pauca eſſe velint: Caluiniſtæ teſte Becano tit. *Reformati 2. quaſt. 7.* duo: Lutherani authore Bellarmino *lib. 2. cap. 3.* tria: alij apud eundem quatuor, ſummum quinque, neceſſe eſt confiteri ſeptem: nam Chriſtus venit, vt eius Oues Vitam gratiæ *habeant & abundantiùs habeant*: atque adeo plures eſſe gratiæ fontes oportet. Fuerunt autem in lege ſcripta plura, teſte Auguſtino in Pſal. 73. quia eiuſdem rei poſsūt eſſe multę figurę, & hoc ipsū ſpectat ad perfectionem figurati. Quę autem, & quatenus vetera illa nouæ legis noſtra figurarent, docet D. Thomas 1. 2. *q. 102. a. 5. ad 3*. Septem vero Sacramenta ea ſunt, quæ hoc ordine numerat Tridentinum *ſeſſ. 7. Can. 1.* Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœ-

Ioan 1

Ibidem

D Thom

Trident

Pœnitentia, Extrema unctio, Ordo, D. Thom: Matrimonium. Ita D. Thomas *q.65. art.1.* & ante eum Magiſter *in 4. diſt. 2.* Magiſter qui certè non inuexerunt Sacramenta, ſed quæ inuenerant recepta in Ecclesia, ſuſtinuerunt, & tradiderunt. Is Conc: Fl. numerus confirmatur à Concilio Florentino in decreto Eugenij, & reſponſo 1. Ieremiæ Patriarchæ Conſtantinopolitani ad articulos Confeſſionis Augustanæ cap.7. Ierẽ: Pat. Conſtant: & quidem iuſtum numerum eſſe Græci, & Armeni hæc omnia cum Latina Eccleſia recipientes eſſe docuerunt. Græci, & Armeni

Cur autem, ſeptem ſint, & eo ordine numerentur ingenioſè, hac de re docet D. Thomas *q.65. art.1. & 2.* ac ex eo tradunt Bellarminus, Suarez, Layman, Vaſquez, & plures alij. D Thom: Bellarm: Suar Layman Vaſquez Tres vero congruentiæ ſunt, productæ à D. Thoma. Prima ducta ex ſimilitudine vitæ corporalis cum vita ſpirituali. Secunda ex proportione ſeptem virtutum capitalium. Tertia ex oppoſitione ad vitia capitalia. Quarum ego affero primam, quòd idonea videtur, & apta ad gratiam, quę vita eſt animę, declarandam: quemadmodum igitur homo generatur, corroboratur, nutritur, ſanatur, conualeſcit, perficitur, propagatur, ita ſpiritualiter regeneratur per Baptiſmum, corroboratur per Confirmationem, nutritur per Euchariſtiam, ſanatur per Pœnitentiam, conualeſcit per Extremam vnctionem, perficitur per Ordinem, propagatur per Matrimonium.

Author Sacramentorum, (verbis Ambroſi *lib.4. de Sacramentis* dicam) *Chriſtus eſt*, à quo ea ſunt inſtituta. Conc. Tr: Ita definit Concilium Tridentinum *ſeſſ.7. Can.1.* vbi, *ſi quis*, ait, *dixerit Sacramenta noua legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, anathema ſit.* Fuit autem Chriſtus non ſolùm Author efficiẽs, ſed etiã Author meritorius: nã meruit ſuo ſanguine Sacramẽta, quę inſtituit, meruit autem vt homo in ſuppoſito diuino, inſtituit vti D. Thom: Deus cum natura humana: quemadmodum Diuus Thomas *q.64.* optimè docuit; cur autem ſolus Chriſtus ſit Author Sacramentorum ea ratio eſt, quia Sacramenta ſunt cauſa gratiæ, gratiæ autem ſolus Deus Author, & dator eſt. Imò hinc colligitur: Sacramenta à puro homine non poſſe inſtitui, nam gratia eſt ſupernaturalis, & Ordinis diuini: atque adeo extra ius, & facultatem naturę humanæ: D. Thom Scotus Ita S. Thomas *a.4.* & Scotus *in 4. diſt. 1. q. 3. a.2.* hac in re tamen diſtinguendum eſt inter Authorem, & Miniſtrum; homo enim Miniſter eſſe poteſt, Author non poteſt. Vaſq: Quemadmodum demonſtrat Vaſquez *diſt.135. cap.2.* contra Sotum, & alios Recentiores. Videndus Card. de Lugo *diſp.7. ſ.1.* Lugo

Cum autem duobus modis Miniſter ſumi poſſit, altero ſolius vſus Sacramenti accepti à Chriſto iam inſtituti, alterò inſtitutionis Sacramenti à Chriſto ſibi cõmiſſę: quęritur. Vtrum omnia Sacramenta Chriſtus per ſe immediatè inſtituerit, & inſtituta Apoſtolis tradiderit, qui eorum tantùm vſum exercerent? an aliqua iis inſtituenda commiſerit data ad id authoritate; ita vt non propria, & humana, ſed aliena Chriſti, & diuina authoritate inſtituerint? Magiſter *in 4. diſt. 23.* Magiſter Alenſis 4. *p. q.24. membro 1.* & Alens Bonauentura *in 4. diſt.7. articul.1. & diſt.17. & diſt.23.* & Bonau: Hugo de Sancto Victore *lib.2. de Sacram. p 15. cap.2.* Hug: Vict dicunt aliqua Sacramenta ab Apoſtolis inſtituta fuiſſe, quibus videtur fauere Auguſtinus *epiſt.118.* & Cyprianus *ſerm. de lotione pedum.* Auguſtin: Cyprian: Hanc ſententiam taxat Bellarminus *lib.1. cap. 23.* & prorſus damnat Vaſquez *diſp. 135. cap.1.* Bellarm: Vaſquez Nos (interim reprehenſione omiſſa) primũ ſupponimus cum Suario *d.13 ſ.1.* Suar Omnia veteris legis Sacramenta à Deo ſolo inſtituta fuiſſe. Deinde dicimus nullum legis gratiæ Sacramentum Apoſtolis fuiſſe commiſſum ad inſtituendum poſt Aſcenſionem Chriſti, ſed omnia ab eo viuente in carne mortali immediatè fuiſſe inſtituta, & Apoſtolis tradita, vti Miniſtris ad vſum illorum. Ita Diuus Thomas *in 4. diſt 23. q.1. a.1. & 1. p. q.65. art.2. & 4.* & Scotus *in 4. diſt. 23. q.1.* & Bellarminus citatus, et Suarez *diſp.12. ſect.1. & 2.* et Vaſquez, D: Thom: Sotus Bellarm: Suar Vaſq: &

et Lugo proximè adducti. Probatur, quia Christus totius gratiæ Author eſt: igitur omnes gratiæ fontes debuit aperire, nec decebat aliis committere tam excellentem poteſtatem: nec congruebat quædam inſtituere, et alia inſtituenda committere. Confirmatur, quia Apoſtoli dicuntur diſpenſatores, et Miniſtri Myſteriorum Dei; ergo vſum tantum illorum habuerũt. Sanè hanc veritatem docuit Tridentinum *ſeſſ.14. Can.1.* agens quippe de Sacramento Extremæ unctionis, de qua maior quæſtio eſſe potuit, manifeſtè dicit fuiſſe a Chriſto Domino inſtitutam, et à Sancto Iacobo promulgatam. Vtrum autem illa prima Magiſtri, et Bonauenturæ ſententia ſit condemnanda? negat eo ſenſu quem diximus Layman *tract.1. cap.4. qu.2.* et rectè; nam ii non affirmant Apoſtolos authoritate id propria fecisse, ſed Chriſti, ex eiuſdẽ commiſſione; quod etſi aliquantum dignitati Sacramentorũ detrahat, nihil detrahit de Chriſti authoritate: cum præſertim Suarez affirmet ſect.2. poſſe quidem Deum Sacramentorum inſtitutionem hominibus mandare; quod ſeueriſſimè vetat Vaſquez vehemẽs author, & acer: ſed moderatius hic agendum, & ſenſus idoneus ſpectandus.

Tridẽnt: Laym̃an Suar Vaſq:

Sacramentorum veteris legis Deum item Authorem fuiſſe patet; nec eſt cur ea de re dubitemus: ita Bellarminus, Suarez, & Layman citati, & Vaſquez *diſput.135.* & Lugo Cardinalis *d.7. ſ.1.*

Bellarm: ſuar Vaſq: Layman Lugo

CAPVT VI.

De materia, & forma Sacramentorum, tum veteris, tum nouæ legis.

CVm Sacramenta ſenſilia quędam ſint ſigna, materialia eſſe oportet: an vero habitura ſint quiddam per modum formæ, vt ſint inſtar compoſiti ex vtraque, ambigitur. Ego Pronunciatis reſpondeo. Primũ eſto. non eſt neceſſe vt Sacramenta ſint cõpoſita ex materia, & forma ſacramentali. Ita Lugo Cardinal. *d.2. ſ.1, n.1.* Probatur, quia ad rationem Sacramenti ſufficit vt ſit ſignum ſenſibile gratiæ, ad cuius poſitionem Deus eam infundat: ad id autem ſatis eſt res nuda ex inſtitutione diuina deſtinata, vt Sanguis, aut ignis, quæ in talibus Circumſtantijs poſita impetret gratiam; & ſignificet. Secundum. In lege veteri fuerunt Sacramenta ſola re conſtantia, tanquam materia ſine verbis aliaue forma requiſita: apparet in Circumciſione, quæ ſolo vulnere cruento conſtabat, nullis aut verbis prolatis, aut Cæremonia tanquam forma producta. Ita Bellarminus *lib.1. c.18.* & Suarez *diſp.2. ſect.1.* & Lugo citat. Etſi alia verbis non caruerint, vti norat Diuus Thomas *q.60. art.6.* in reſponſione ad tertium, & recipit Suarez, & Vaſquez *d.129. c.1.* Rationem affert D. Thomas quod Sacramenta vetera non erant perfecta, ideo decebat eſſe informia: addo ex eodem art. *6.* in Corpore, cum nondum veniſſet Chriſtus, quod eſt Verbum Patris Incarnatum, non debuiſſe conſtare verbo, quod in noua Sacramenta quadrabat, quæ Verbum ipſum Incarnatum inſtituebat. Tertium, Sacramenta nouæ legis conſtant rebus, & verbis tanquam materia, & forma. Ita. D. Thomas citatus *art.6. & 7.* & Concilium Florentinum. Rationem congruentem attulit D. Thomas: nimirum vt referant Chriſtum, cuius humanitati ſenſibili vnitum eſt Verbum diuinum: habent vero ſe res inſtar materiæ, verba inſtar formæ, quę expreſſa eſſe debent, vt certa ſit ſingulorum & determinata forma, & Chriſtum expreſsè ſignificent: quæ omnes ſunt S. Thomæ coniecturæ. Vnde ſicut Chriſtus compoſitus eſt ex humanitate, & Verbo, ita Sacramenta ex re, & verbis. Verba autem ſicut forma ſunt anima Sacramenti; nec enim ſola re conſtituitur Sacramentum, imo eſt materiale quid, & informe, niſi verba acce-

Lugo Bellarm. ſuar: D:Thom Vaſq D:Thom Conc.Fl:

Auguſt. accedant. Quare optimè Auguſtinus *tract.* 18. *in Ioannem. Accedit Verbum ad elementum, & fit Sacramentum.*

Bellarm. Vtrum autem omnia prorſus Sacramenta diſtinctè conſtent re, & verbis non tam eſt facilè definire. Bellarminus Euchariſtiam, Confirmationē, & Extremamunctionem affirmat conſtare; quod patet cum res, & verba appareant: de cæteris minus affirmat, ſed non dubitat quin ex traditione Eccleſiæ conſtent, & cum eo ſentit Suar. Suarez cap. 1. Eſt autem difficultas circa Sacramentum Pœnitentiæ, & Matrimonij: ſed in Sacramento Pœnitentiæ peccata expoſita ſunt inſtar materiæ, abſolutio eſt forma. In Matrimonio difficile eſt vtramque aſſignare, neutra tamen deeſt, cum conſenſus coniugum expreſſi per verba, vel ſigna ſibi inuicem ſint materia, & forma: materia prout ſunt expreſſio mutuæ traditionis; forma, prout ſunt expreſſio mutuæ acceptationis adinuicem factæ. Itaque non ſunt verba à rebus diſtincta, ſed verba à verbis, quædam inſtar rei materialis per quæ fit traditio: quædam inſtar formę per quæ fit acceptatio. Quare ſemper interueniunt res, & verba ſaltem virtualiter diſtincta quod ſatis eſt ad ſoluenda quæ obijci poſſunt. Ac ita Suarez Lugo ferme ſentit P. Suarez *d.* 2. *de Sacram. ſ.* 1. & Lugo Cardinal. *d.* 2. *ſ.* 1. *nu.* 32. & quanquam ea in Matrimonio non interuenirent, ſatis eſt dicere, quòd illud Sacramentum nitatur contractu humano, & ideo minus exactè procedere, capax tamen eſſe vtriuſque, materiæ, ac formæ, vti vulgò fit: qua de Vaſq. re accuratè Vaſquez *diſputat.* 129. *cap.* 1.

Aduertendum tamen eſt huiuſmodi compoſitum Sacramentale duobus modis differre à phyſico: primò, quòd phyſicum conſtat materia, & forma, & vtramque includit: at Sacramentum ſupponit ſæpe, non includit; vti apparet in Euchariſtia, in qua panis ſupponitur ad verba Conſecrationis, ſed non manet in Euchariſtia, cum in Corpus Chriſti conuertatur, & ſubſtantia panis pereat. Secundò, quòd forma intrinſecè informat ſuppoſitum & eſt permanens, ac momento introducitur: at vero forma Sacramentalis non eſt intrinſeca materiæ, & eſt ſucceſſiua, cum ſit prolatio verborum; nec opus eſt momento fieri quo materia ponitur; ſufficit enim moralis quædam præſentia formæ: ſolet enim interdum pręmitti Confeſſio vna hora dieue ante, & poſtea dari abſolutiò. Vnde ſatis eſt moralis quædam vicinia ſeu coexiſtentia, vt materia præſens ſit: quemadmodum præmiſſa Cōfeſſione cum datur abſolutio ſiunt peccata præſentia.

Quartum eſto, Sacramenta in fieri omnia formam ſucceſſiuam habent: ſed quædam cum forma tranſeunt, quædam permanent. Patet prima pars, quia omnia verbis fiunt. Secunda liquet, cum Baptiſmus tranſeat, Euchariſtia vero maneat poſt Conſecrationem, quod obiter notat Vaſquez Vaſq. *d.* 129. *c.* 3.

Dubium eſt vtrum actio, qua fiunt Sacramenta verbi gratia vnctio, & ablutio, materia ſit? affirmat Layman Layman citatus, cum omnium Theologorum ſententia: exemplum eſto in Baptiſmo cuius materia remota eſt aqua elementaris, proxima ablutio, vti docet D. Thom. D. Thomas *in* 4. *diſt.* 1. *q.* 1. *a.* 1. *quæſtiunc.* 1. & Scotus *q.* 3. cum Magiſtro, Scoto vtranque autem vendicant Sacramēta quæ in vſu conſiſtunt: ſunt autem omnia præter Euchariſtiam, ita Vaſq. Vaſq. *d.* 141. *c.* 2.

Quintum pronunciatum, Materia, & forma Sacramenti debet eſſe certa & conſtans; nec mutari à quoquam ſubſtantialiter poteſt. Probatur hic D. Thom. à D. Thoma *q.* 60. *a.* 4. nam cum Sacramenta cauſent gratiam, debent eſſe ex integro ab illius Authore conſtituta; nec ſolum Sacramenta noua, ſed etiam vetera determinata ſunt à Deo. Ita Bellarminus *cap.* 21. & Suarez *diſp.* 2. *ſect.* 3. latè diſcurrens per Bellarm. Suar. Vaſq. omnia Sacramenta; conſentit Vaſquez eadem ratiocinatione vſus *d.* 129. *c.* 5. & Lugo Cardin. *d.* 2. *ſ.* 5. Lugo

Sextum, & vltimum, Per mutationem

nem ſubſtantialem in materia,vel forma Sacramenti tollitur ratio Sacramenti: per accidentalem non tollitur. Sequitur ex quinto pronunciato. Eſt autem ſubſtantialis mutatio, quę mutat naturam rei; hæc autem euertit eſſentiam Sacramenti, vt ſi quis in aceto conſecret, aut in aqua roſacea baptizet, aut omittat verba ſubſtantialia formæ, v. g. in Baptiſmo,omittendo nomen Patris, & in Euchariſtia, Corpus, nullum enim tunc erit Sacramentum; at ſi mutatio ſit accidentalis, ſiue ex parte materiæ, ſiue ex parte formæ, erit defectus leuis, & culpæ aut ignorantiæ imputabitur, ſed de Sacramento non detrahet. Quare ſi quis in pane fermentato conſecret, aut in aqua turbida, vel calida baptizet,Sacramentum conficiet; aut ſi quis à forma leuiter deflectat, vt ſi quis inſcitè, ac barbarè baptizans dicat. In nomine Patris, Zach:Pap & Filia, & Spirita Sancta, quo exemplo vtitur Sanctus Zacharias Papa *diſ.* Vaſq. Lugo 4 de Conſecratione cap. *retulerunt*,de quo Vaſquez *d.* 129. *cap.* 6. & Lugo *d.* 12. *ſ.* 6. Vel omittat, *Enim*, in Conſecratione Euchariſtiæ, nihilominus vtrumque Sacramentum tenebit. Obſeruandum autem eſt materiam debere intelligi non tantùm phyſico, ſed morali modo: nam maſſa cruda triticea phyſicè panis eſt, non tamen eſt materia Euchariſtiæ, quia communis panis non eſt; vti Suarez, & Layman, & nos cum agamus de Euchariſtia docebimus.

CAPVT VII.

De fine, neceſsitate, & vſu Sacramentorum.

SAcramentorum abſolutè nulla neceſſitas erat, poterat enim ſine ijs fieri ſalus. Verum quemadmodum homines, cum ſolitarij, & in ſyluis viuere poſſent, inſtituerunt tamen Societates, & Ciuitates, vt politiùs, & vrbaniùs viuerent, ijſque inſtitutis opus fuit domibus vti, legibus, & præſidijs muniri, ita etſi natura noſtra poſſet citra Sacramenta ſalutem conſequi, tamen cum Chriſtus vellet homines certiùs, & expeditiùs ad ſalutem perducere, neceſſe fuit Sacramenta inſtituere, quę ad illam faciliùs, & perfectiùs comparandam conducerent. Itaque finis Sacramentorum fuit ſalus hominis certa, conſtans, & expedita. Duplex autem rei neceſſitas eſt; aut ſimpliciter vt ſine ea finis obtineri nequeat, quæ dicitur neceſſitas ad eſſe, vti cibus ad vitam; aut per accidens, & ad melius eſſe, quo finis facilius obtinetur, vti equus ad curſum. Quod pręclarè ad mentem Diui Thomę obſeruat, ac exponit Sotus *in* 4. *d.* 1. *q.* 2. *a.* 1. & Lugo *d.* 3. *ſ.* 1. nec omittit Vaſquez *d.* 129. *cap.* 7. Itaque videndum Soto Vaſq. vtra neceſſitas Sacramentorum ſit, prima ne, an ſecunda: deinde quia neceſſitas ad eſſe duplex eſſe poteſt in materia morali, diſtinguendum eſt inter vtrâque, vel enim eſt neceſſitas medij, vel præcepti: quæ quanquam inter ſe ita ſunt connexæ, vt quod eſt medij etiam præcepti ſit, cum poſito ſine ſalutis id ſine quo illa comparari nequit præceptum omnino ſit; & rurſum quod præceptum eſt eo ipſo videatur eſſe medium, cum ſine peccato omitti non poſſit: tamen quia neceſſitas medij eſt ſimpliciter neceſſitas, cum finis nullomodo abſque illo obtineri queat, neceſſitas verò præcepti ceſſare poſſit, & ſine illo interdum finis obtineri, oportet exactè procedere diſtinguendo.

Igitur ad eſſe ſimpliciter neceſſaria ſunt omnibus, tum paruulis, tum adultis Baptiſmus: omnibus adultis peccatoribus Pœnitentia. Suppoſito vero præcepto neceſſaria eſt Euchariſtia, Confirmatio vero, & Extrema vnctio ſunt ad melius eſſe, quia non conſtat de præceptis eorum; ita Suarez *diſp.* 2. Suar: *ſ.* 1. Ordo, & Matrimonium ad communitatem Eccleſiaſticam, & politicam neceſſaria ſunt ſimpliciter; pro ſingulis vero perſonis, non ſimpliciter, ſed ad melius eſſe.

Hh Tran-

Tranſeamus ad aliam neceſſitatem, medij, & præcepti. De neceſſitate medij omnibus prorſus hominibus ſolus Baptiſmus neceſſarius eſt. Patet, quia eſt vnicum remedium peccati originalis, quo omnes tenemur, quot homines ſumus. Itaque nemo ſiue infans, ſiue adultus ſine baptiſmo ſaluatur, re ordinariè, interdum voto ſuſcepto, vel martyrio facto, quod dico propter Baptiſmata quæ appellantur Flaminis, & Sanguinis. Pœnitentię ex conditione, ideſt poſito peccato mortali actuali, Sacramentum eſt neceſſarium neceſſitate medij. Aliorum Euchariſtia eſt de neceſſitate præcepti. Confirmatio, & Extremaunctio nuſquam apparent præcepta, ſunt enim ad maiorē vtilitatem ſpiritus inſtituta. Ordo, & Matrimonium pro communi ſtatu Eccleſiaſtico, & politico neceſſitatem inducunt, pro priuatis perſonis nullam inducunt. Ita Suarez citatus & Bellarminus *lib. 1. cap. 22.* ex Diuo Thoma *tertia parte quæſtione 64. articul. 4.*

Suar Bellarm D Thom

Sed obijcies Concilium Tridentinum *ſeſſ. 7. Can. 4.* damnare dicentes Sacramenta non eſſe neceſſaria ad ſalutem vbi loquitur abſolutè de Sacramentis, cum omnia velit includi.

Reſpondetur. Concilium nomine neceſſitatis intellexiſſe vtramque neceſſitatem, vel ad eſſe, vel ad melius eſſe, qua ratione omnia neceſſaria sūt, & hanc mentem ſuam explicaſſe illis verbis: *Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua &c.* dicendo enim ſuperfluè explicauit, quam neceſſitatem intelligi voluerit.

Conc. Tr

Quomodo autem neceſſarium ſit Sacramentum Euchariſtię, de quo hic ait ex Auguſtino D. Thomas neceſſariam eſſe illius manducationem ſpiritualem, ſuo loco dicemus. Quod attinet ad vſum, ille omninò futurus eſt, quem Catholica Eccleſia profitetur, & à Chriſto Domino, vel immediatè, vel ab Apoſtolis accepit: nec in materia, & forma differentia eſſentialis eſt, accidentalis aliqua ſecundum Eccleſiarum conſuetudinem; nam Eccleſia Græca conſecrat in fermentato, Romana in azymo. Præterea Baptiſmus alicubi fit per immerſionem, alicubi per infuſionem aquę, quæ mutationes ſunt tantum accidentales.

Auguſt. D. Thom

CAPVT VIII.

De ſubiecto, & effectibus Sacramentorum.

OMnis homo viator eſt ſubiectū Baptiſmi; ſiue paruulus, ſiue adultus; cætera ſunt Sacramenta adultorum; an vero Euchariſtia, & Confirmatio ſint etiam paruulorum, ſigillatim ſuis locis dicemus. An vero, & quomodo eſſe debeat ſubiectum diſpoſitum? perſpicuè dico. Pro Baptiſmo non requiritur in paruulis vlla diſpoſitio; nec in adultis, vt validus ſit, quidquam, præter intentionem. Ad Sacramentum Pœnitentiæ requiritur ſubiectum ſaltem attritum: in reliquis quæ ſunt Sacramenta viuorum requiritur diſpoſitio gratiæ ſanctificantis; ſed ſi contingat ſubiectum tantum attritum eſſe, ſumpto Sacramento fit ex attrito contritus: ita Layman *tract. 1. cap. 6.* de quo ſuo nos loco agemus. Semper tamen in adultis requiritur intentio ſuſcipiendi, vel expreſſa, vel virtualis, vel habitualis.

Layman

Quod attinet ad effectus, non defuerunt, qui dixerint cum Paludano *in 4. d. 2. q. 3.* Gratiam Sacramentalem eſſe diuerſam à gratia communi ſanctificante, & ſingula ſacramenta ſuas, & diſtinctas, & proprias gratias conferre. Quæ ſententia reijcienda prorſus eſt, quæ enim eſt huiuſmodi gratia habitualis à ſanctificante diſtincta? aut quomodo duos habitus iuſtificantes eadem voluntas habebit? dato; quod charitas non differat reapſe à Gratia habituali? Itaque ſola vna Gratia ſanctificans eſt præcipuus, & vltimus Sacramentorum effectus, omniumque communis: cum hac ta-

Paludan

men

men differentia, quod cum duo ſint ſacramenta mortuorum, Baptiſmus, & Pœnitentia: cetera quinque viuorum, illa duo primam gratiam conferunt: alia ſecundam, id eſt, gratiam augent, conferunt enim illam homini iam iuſtificato ea ſuſcipienti; quanquam interdum etiam primam gratiã poſſint tribuere hominibus attritis ea ſumentibus. Itaque omnia dant gratiam primam, ſi non ponatur obex peccati; cum hoc hoc diſcrimine, quòd ſacramenta mortuorum, ex prima inſtitutione illam conferunt, ſacramenta autem viuorum, vt ſic dicam ex occaſione, vel ex accidenti. Rurſum omnia augent gratiam, licet ex inſtituto ſacramenta viuorum, non ex primo ſacramenta mortuorum. Hæc eſt doctrina D. Thomæ *d. 62.* ex quo illam ſumpſit Suarez *d. 7. ſect. 2.3.&* 4. & Cardin. Lugo *d.4. ſect. 3.* D. Thom. Suar Lugo

Quæſtio hic eſt, vtrum præter gratiam infundantur alii habitus virtutum, & donorum? Reſpondetur affirmatiuè, quia hi habitus ſemper comitantur gratiam ſanctificantem, atque adeo illa infuſa infunduntur, & hic etiam effectus communis eſt omnibus ſacramentis. Verum quidem eſt aliquas virtutes, & dona per ſacramenta propriè conferri iuxta inſtitutionem illorum, quæ numerat D. Thomas a. 2. & ſpeciales effectus appellat: nam Baptiſmus dat gratiam ſimilem Innocentiæ, Pœnitentia contritioni, Confirmatio dat Conſtantiam in Fide, Euchariſtia Charitatem, Ordo Religionem, Extrema vnctio Pietatem, Matrimonium Affectum concordiæ. Non quod iſta non conferantur ab omnibus, ſed quod ſpecialiter donantur ab his. Quæ de re videndus Suarez *d. 7.* Quod vero actualia gratiæ præuenientis auxilia Sacramẽtorum peculiaria per ipſa conferantur ex mente S. Doctoris probat Vaſquez *d. 131 c. 7.* D. Thom. Suar. Vaſquez

Dubites an Sacramenta dent omnibus æqualem gratiam? Reſpondetur, ſi omnes æquè ſint diſpoſiti, dare, ſi minus, non dare. Ita S. Thom. *q. 69. art. 5. & in 4. d. 4. q. 2.* & iuxta illum Suarez *diſp. 7. ſect. 6.* Vtraque pars conformis eſt rationi, quia etſi Sacramenta operentur ex opere operato, & propria virtute, accommodant tamen illam ſubiecto magis, vel minus diſpoſito, vt pro illius merito magis minuſue operentur: cum enim liberè ab hominibus ſuſcipiantur, meriti rationem ſequuntur; etſi autem propria virtute operentur, non excludunt meritum operantis. D. Thom. Suar.

Hæc de communi effectu gratiæ, ſupereſt alter qui dicitur character, id eſt ſignum ſpirituale, & indelebile in anima ſuſcipientis impreſſum. Negant characterem Hæretici. Vvicleff *lib. 4.* Trialogi *cap. 15.* Caluin. *in Antid.* Tilman. Heshus. *lib. de erroribus Pontificiorum. tit. 15.* & inuentum fuiſſe Innocentij III. dicunt. Quod refert Bellarminus *lib. 2. cap. 18.* & Vaſquez *d. 135.* producto Kemnitio. Affirmant Catholici ex locis Scripturæ cum Cõcilio Florentino in inſtructione Armenorum, & Tridentino *ſeſſ. 7. can. 9.* & Patribus, quos accuratè citat Bellarminus *cap. 19.* Suarez *diſp. 11. ſect. 2.* & Vaſquez *d. 134. cap. 1.* & Layman *tract. 1. cap. 7.* Obſeruat autem Bellarminus, Patres, qui ante Auguſtinum fuerunt Characterem, ſignum, & ſignaculum appellaſſe, primum autem Auguſtinum characterem dixiſſe, quod vocabulum vſurparunt Theologi *in 4. d. 6.* & D. Thomas *q. 63.* Quatuor vero notanda ſunt in Charactere. Primum eſſe qualitatem. Secundum, eſſe ſignum diſtinctiuum. Tertium, imprimi in ſubſtantia animæ. Quartum, eſſe indelebilem. Non omnia tamen Sacramenta imprimunt characterem, ſed tria tantum, Baptiſmus, Confirmatio, Ordo. Ita ferme ſentiunt iuxta Concilium Tridentinum *ſeſſ. 7. can. 9.* Scholaſtici. & D. Thomas *q. 63.* cum Interpretibus ſuis, & Ieſuitis, & alijs ſupra nominatis, & pluribus, quos citat Vaſquez *d. 134. cap. 2.* & Lugo *d. 8. ſect. 1.* Vvicleff Caluin Timan Heshus Innoc. II Bellarm. Vaſquez. Florentin Tridenc Bellarm Suar Vaſq: Laym. Auguſt. Scholaſt: D. Thom Scholaſt. Tridenc D. Thom. Vaſq Lugo

Grauis, & curioſa quæſtio eſt, vtrũ character ſit actiuus? Cui reſpondeo Characterem Baptiſmi eſſe tantum paſſiuum. Confirmationis eſſe incli-

natiuum ad confitendam Fidem. Ordinis eſſe actiuum ad conficienda ſacramenta, & in Epiſcopo ad ſacros Ordines conferendos. Et ita intelligo
Suarez D. Thomam cuius mentem difficilem eſſe fatetur Suarez. Dixerim vero characterem Baptiſmi eſſe inſtar habitus impropriè, ideſt non operatiuum: Confirmationis eſſe inſtar habitus proprii; hoc eſt inclinantem. Ordinis vero eſſe potentiam de ge-
Vaſq: nere qualitatis. Vtrum autem intendi poſſit, & remitti? friuolum putat, ac propè ineptum Vaſquez inquirere.

Quæſtiuncula eſt, vtra ſit prior impreſſio characteris, an collatio gratiæ? Reſpondetur impreſſionem characteris priorem eſſe, quia immediatè producitur, & eſt effectus veluti naturalis, Gratia verò moralis, licet à phyſica forma profectus, quę eſt habitualis gratia conſtituens Filium adoptiuum.

Appendix eſto, vtrum character imprimatur etiamſi ſubiectum non ſit diſpoſitum ad habendam gratiam? Reſponſio eſt affirmatiua. Ratio eſt: quia characcer connaturaliter ſequitur Sacramentum ſuſceptum, cum gratia reſpiciat meritum morale. De tota characteris doctrina, vide Lugo
Lugo Cardinalē accuratiſſimè tractātē *d.6.*

Vnica tantum ſupereſt controuerſia de tempore quo Sacramenta Gratiam cauſant, cui perſpicuè ſatisfacio. In ſubiecto non ponente obicem dato Sacramento momento Gratia datur. Si obex ſit in ſubiecto, eo ſublato gratia confertur virtute prætetiti Sacramenti, ſiue hoc characterem imprimat, ſiue non: in quo nihil puto intereſſe, cum ea collatio gratiæ à cha-
Layman racterem non ſit, nec mihi placet timor
Caietan. Laymanni, qui hoc formidoloſè concedit. Ego fidenter affirmo cum Ca-
Petr. Soto ietano *tom. 1 tract. 5. §. Communis autem*. & Petr. Sot. *lib. de Inſt. Sacerdot.*
Vaſq *lect. 5 de Baptiſmo*. nec me à ſententia deterret Vaſquez, qui de ſolo Baptiſmo. ait recedente fictione Gratiam operari. De hoc tamen poſtea recurret ſermo, cum de ſingulis Sacramentis agemus.

CAPVT IX.

D: Miniſtris Sacramentorum.

COncilium Florentinum docet Conc: Fl.
tribus perfici Sacramenta, materia, forma, Miniſtro. De hoc autem egit accuratè D. Thomas *q. 64.* D. Thom.
ab articulo 5. ad 10. De illo primum quęritur, quis, & qualis natura eſſe debeat. Sanè homo maſculus. Tum quia Sacramentorum Author eſt Chriſtus, tum quia Sacramenta plerumque indigent ordine Sacro, & materia formaque ſenſibili conſtant: quibus rationibus Angeli remouentur, & fœminæ. Angelis enim per naturam, fœminis per ſexum non licet Sacramenta miniſtrare. Hoc autem de lege ordinaria intellige, nam in caſu neceſſitatis Mulier baptizare poteſt, & Angelus teſte Auguſtino August
lib. 2 contra Parmenianum cap 15. & Scoto *in 4. diſt. 6. q.* 1. in aſſumpto cor- Scotus
pore, ita vt verba proferre queat, poterit baptizare. Imo Baptiſmum, & alia Sacramenta pręter Matrimoniū miniſtrare ex diſpenſatione tamen Dei notat Vaſquez *diſ.* 131. *cap.* 1. Ra- Vaſq
tio autem in Baptiſmo illa eſſe videtur, quia hoc Sacramentum cum ſit de neceſſitatę medij latiùs patere debuit: deinde non omnia Sacramenta ſacrum exigunt Miniſtrum cum Matrimonium à Viro Laico, & fœmina celebretur. Quæ omnia traduntur à ſectatoribus D. Thomæ, & Scoti; & docet Suarez *diſp.* 13. & Bellarminus Suarez
lib. 1 cap. 25. & Vaſquez *diſ.* 138. *cap.* Bellarm. Vaſq.
5. & Lugo *diſ. 7. sect. 2.* Atque hic iu- Lugo
uat irridere Lutherum, qui lib. de Luther
Miſſa priuata abroganda aſſerit Dœmones, etiam poſſe eſſe Miniſtros Sacramentorum, nimirum expertus dicebat: nam ſuis Sacramentis videbat Dœmones miniſtrare. Quos enim ille niſi Dœmones miniſtros haberet?

Circa Miniſtrorum conditiones

mul-

multæ, & graues excitari quæſtiones ſolent. Prima, vtrum neceſſaria ſit in Miniſtro intentio, & animus conferendi Sacramentum, & quomodo? Catherinus *opuſc. de intent. miniſtr. Sacram.* & Syluester verbo *Baptiſmus* numero 12. negant vllo modo requiri intentionem Miniſtri, ſed communem Eccleſiæ intentionem ſufficere affirmant, citantque D. Thomam *in 4. d. 6. quaſt. 1. art. 2. quaſtiunc. 1. ad 2.* & probatur exemplo Athanaſij pueri per ludum baptizantis pueros coætaneos, & colluſores; & authoritate D. Auguſtini *lib. 7. ad Baptiſmo cap. 53.* relata *c. ſolet etiam quæri, de Conſecratione diſt. 4.* dubitantis, an Baptiſmus per iocum datus teneat? & dicentis de illo non eſſe temerè iudicandum, ſed expectandam Dei reuelationem: in hanc ſententiam inclinat Angelus, & Paludanus, ille in ſum. hic *in 4. diſ. 6. q. 2. art. 3.* ratio eſt, quia non videtur dependere ex intentione hominis priuati Sacramentum diuinum. Satis eſt enim miniſtrare Sacramentum à Chriſto inſtitutum, & ab Eccleſia applicatum: non minus enim tenebit Sacramentum, etiam per iocũ datum, quàm valebit moneta publica, ſi forma publica à quouis quocunque modo ſignetur.

Catherin. Syluest. D. Thom. Auguſt. Angel. Paludan.

Affirmandum tamen eſt requiri; ac ita definijt Concilium Florentinum in Decreto Eugenij, & Tridentinum *ſeſ. 8. can. 7.* vbi anathematizat negantes requiri ſaltem intentionem faciendi, quod facit Eccleſia. Sequuntur Authores communiter citati à Suarez, & Laymanno, & Vaſquez *d. 138. cap. 3. & 4.* & Lugo *diſ. 8. ſect. 2. & 3.* Ratio vero eſt, quia collatio Sacramenti eſt actio humana moralis, & & ſacra, ergo debet fieri humano & ſerio modo cum intentione idonea, & debita, vt in ea ſaltem includatur virtute intentio Chriſti, & Eccleſiæ. Hinc ſoluitur argumentum contrariũ. Exemplo autem reſpondetur Athanaſium, etſi ludentem verè voluiſſe facere, quod in Eccleſia fieri videbat, cum baptizabat: nam Athanaſius ex pueris colludentibus ſolos Cathecumenos ad baptizandum elegit, vt refert Ruffinus, Sozomenus, & Nicephorus, notantque Auguſtinus, & Bellarminus, & Suarez. Ad locum Auguſtini reſpondeo interim cũ Durando *in 4. d. 6. c. 2. num. 10.* & Soto *16. q. 5. art. 5.* Auguſtinum rectè dubitaſſe, an Baptiſmus ioco datus teneret, vti fuit Athanaſij, quod non conſtaret vtrum iocans vellet tantum iocari, & fingere, an etiam vellet facere, quod Eccleſia facit, licet per iocum quomodo fecerat Athanaſius: Cuius intentionis ſolus Deus teſtis eſſe poterat, cum ſit cogitatio cordis occulta. Ex quo apparet Auguſtinum ſenſiſſe neceſſariam eſſe intentionem, cum dubitauerit, an iocus tolleret intentionem, & in dubio, vbi non apparebat, Dei reuelationem, aut Concilij definitionem expectandam eſſe dixerit: in quo certè prudenter ſe geſſit, ij autem inſolenter, qui Auguſtinum, ob id reprehendunt, vti eſt Antoninus Moraines in ſuo Antiianſenio iniquiſſimus Auguſtino Author; ſed non miror, quod cum in eo libro fictus ſit Author cum perſona decorum depoſuit. Bellarminum imitari debuit multo ſe doctiorem, & meliorem, qui Auguſtinum intellexit, & vindicauit; quem imitatur Lugo Cardinalis *d. 8. ſect. 3.*

Florent. Trident. Suarez Vaſq. Layman Lugo Sozomen Ruffin. Niceph. Auguſt. Durand. Sotus Moraines Bellarm. Lugo

Secunda quæſtio eſt, quænam intentio ſufficiat? Triplex eſt autem, formalis, virtualis, habitualis. Formalis eſt expreſſa, & actualis cum attentione, & iudicio præſenti, virtualis eſt tacita, & occulta manans ex animo formali, & expreſſo rem faciendi, etſi diſtractio obrepens intentionem præſentem abſtulerit, vti cum quis animo dicendi Miſſam it ad altare, & in eo diuertit animum, tamen verè ſacrificat, & conſecrat intentione virtuali: habitualis, quæ nullo modo in actum prodit, nec cũ aduertentia eſt, atque adeo non influit in actum humanum, etſi poſſet influere, ſi homo aduerteret. Ex his illæ duæ formalis, & virtualis ſufficiunt, tertia tamen habitualis non ſufficit, quia non eſt actus humanus, nec influit in obiectum. Ita Scholaſtici

in 4.

scot. D Thom. Suar Vaſq: Lugo

in 4. diſt.6. cum Scoto *q.6. & 3. p. q. 64. a.*8. cum D. Thoma, Suarius, & Vaſquez ibi,& Cardinal. Lugo *d.9.ſ.6.* vbi obiter aduerto Diuum Thomam eo loco nomine habitualis intentionis virtualem intellexiſſe, quemadmodum obſeruat Caietanus *articul.* 8, *ad 3.*

Caiet.

Cyprian. Con: Afr.

Tertia quæſtio eſt, vtrum ſanctitas, aut fides Miniſtri requiratur ad valorem, & effectum Sacramenti? Et quiden Cypriani, & multorum in Africa Epiſcoporum ſentẽtia fuit, Baptiſmum ab hæreticis collatum minimè valere. Sed contrarium definitum à Stephano tum Papa conſtat, & poſtea idem decretum eſt in Concilio Niceno,& Carthagin. 1. & Arelatenſi 1. & Tridentino: & multis Pontificibus à Siricio vſque ad Gregorium Magnum. Quare & concluſio ſit non requiri. Id autem probat Auguſtinus in multis operibus contra Donatiſtas, de Baptiſmo,& eadem ratio eſt de reliquis Sacramentis, vti docet D.Thomas *q.64.a.9.*& Commentatores ibi. Rationes autem ſunt, prima, quia Miniſter in Sacramentis inſtrumentaliter operatur, nec agit virtute propria, ſed Chriſti. Secunda, quia Sacramenta dant gratiam ex opere operato, ergo non requirunt ſanctitatem conferentis. Tertia, quia ſi conſcientia dantis concurreret ad valorem, & gratiam Sacramenti nunquam ſatis conſtare poſſet de valore, & effectu illius. Quæ rationes ducuntur ex Auguſtino, & probantur à D. Thoma citato, quos ſequuntur Suarez *diſp.13. ſect.4.* & Bellarminus *lib. 1. cap. 26.* Laymannus, & alij cum Vaſquez *d.137.c.2. & 3.*

Con.Nic: ConCart. Con.Are. Conc.Tr:

Auguſt.

D:Thom:

Auguſt. D Thom: Suar Bellarm. Layman Vaſquez

Quarta quæſtio eſt, vtrum mortaliter peccet Miniſter, qui in peccato mortali conficit Sacramentum. Reſpondetur affirmatiuè ſaltem de ordinario Miniſtro Sacramenti (nam qui aut Ordinarius non eſt, aut ſi eſt ordinarius in extrema neceſſitate quaſi ex accidenti conficit, eum probabile eſt non peccare) negante nemine, quia confectio ſacramenti, res eſt ſanctiſſima, & altiſſima facta in perſona Chriſti & actus Ordinis directus. Itaque ſancta idonea ſanctitate tractanda. Ita D. Thomas *q. 64. art.6.* & Scotus *in 4. diſt.1. q.5. a. 6.* & alij apud Suarez *d.16.*& Vaſquez *d.136.* & Cardinal. Lugo *d.8.ſ.9.* Conſultò dixi, *conficit Sacramentum*; nam de miniſtrante tantùm, aliqui dubitant an peccet mortaliter, cum miniſtratio diſtinguatur à confectione ſacramenti, vti eſt Euchariſtiæ iam conſecratæ diſtributio. Qua in re communis ſententia eſt peccare mortaliter, Vaſquez tamen negat diſp.136.cap.3. num.39. Affirmat autem omnem Miniſtrum conficientem ſacramenta in peccato mortali peccare nouo peccato mortali, quia de iure diuino eſſe exiſtimat ſanctitatem animæ præ ſe ferre, ita vt ex intrinſeca ratione puritas conſequatur, Idque multis & magnis argumentis confirmat. Cuius Authoris reuerentia tanta apud me eſt, vt non dubitem dicere eius me eſſe ſectatorem ſententiæ, quam quod attinet ad diſtributionem Euchariſtiæ, in materia de eodem ſacramento confirmabimus.

D:Thom: Scotus Suar Vaſquez

Vaſq:

CAPVT X.

Cauſent ne ſacramenta Gratiam phyſicè, an moraliter.

QVid ſit cauſa phyſica, & moralis patet ex terminis. Phyſica re ipſa per ſe immediatè attingit effectum, & actu in re ponit. Motalis non attingit, nec ponit per ſe, ſed mouet alium, vt attingat, & ponat. Dubium igitur eſt: vtrum ſacramenta cum gratiam cauſant, producant eam per ſe efficiendo illam phyſicè? an ad poſitionem duntaxat ſacramentorũ Deus gratiam immediatè per ſe infundat?

Prima ſententia eſt, ſacramenta eſſe cauſas morales gratiæ, non phyſicas: eam tradit Scotus *in 4. diſt.1.q.4.& 5:* & ſcotiſtæ cum Fabro ibidem, & ex Thomiſtis Ledeſma 1. *p.4. q.3. art.1.* poſt ſextam concluſionem & Canus *in*

Scotus ſcotiſtæ Faber Ledeſma Canus

Re-

Digitized by Google

Relect. de Sacramentis in genere 4. p. poſt ſextam concluſionem. Quos duos id à Victoria edoctos fuiſſe Vaſquez ſuſpicatur: qui hanc ſententiam acriter defendit *d.133. cap.5.* quem etiam ſequitur Lugo Card. *d.4. ſ.4. & 5.* & Salas *d.24. de legibus ſ.6. nu.37.* Rationes præcipuè ſunt tres. Prima, quia inſtrumenta phyſica non poſſunt eleuari à Deo ad omnes effectus, v.g. potentia viſiua non poteſt eleuari ad viſionem Dei: cum igitur gratia ſit ſupernaturalis, non poterit eleuari Sacramentum, quod conſtat ex inſtrumentis naturalibus materia, & forma ad producendam illam: hac ratione vtitur Vaſquez *tomo de Incarnatione d.57. cap.7.* Secunda, Sacramenta perficiuntur per formam verborum ſucceſſiuam quæ ita profertur, vt cum deſinit iam non ſit, antequam deſinat nondum ſit; igitur non poteſt operari efficienter; nam vel producit gratiam antequam proferatur, & hoc fieri nequit cum ante formam perfectam non ſit Sacramentum; vel poſt prolationem, & hoc eſt impoſſibile cum iam non exiſtat cauſa, quæ realiter debet exiſtere, vt realiter producat. Igitur non poſſunt cauſare Sacramenta efficienter. Tertia, quia incredibile eſt quod in vltimo inſtanti prolationis verborum ille vltimus ſonus poſtremi verbi, qui ſolus exiſtit ad producendum, ſufficiat ad productionem, nec enim continet vllomodo ſonum, aut ſignificationem verborum præcedentium, nec cum illis connexionem habet; quomodo igitur poterit nudus ille ſonus gratiam effectiuè producere, cum tota forma gratiam operari debeat. Confirmatur; quia certum eſt in multis caſibus non poſſe Sacramenta phyſicè cauſare gratiam, vti admittunt contrarij Authores; ergo debent ſemper cauſare eodem modo, ideſt moraliter. Aſſumptum patet, quia ſæpe gratia Sacramentorum propter obicem inuentum in ſuſcipiente non datur niſi poſt longum tempus, obice remoto, & iam non exiſtente Sacramento, igitur in his caſibus non datur gratia phyſicè, ſed moraliter. Tandem accedit, quia non eſt neceſſarium, nec congruum tantum, & tam difficile miraculum ad ſacramenti operationem; ſi enim naturalia entia ſine fundamento multiplicanda non ſunt, multominus erunt ſupernaturalia multiplicanda. Multa alia congerit Vaſq. diſputat. illa 132. ex media Philoſophia petita quæ non parum negotij faceſſerent, niſi par illi Suarius reſtitiſſet; ac ego ex eo à puero ſoluendi rationes didiciſſem. Alijs rationibus pugnat Lugo, cui prima illa Vaſquez non placet.

Victoria Vaſq Lugo Salas Vaſq Vaſquez Lugo

Concluſio tamen ſit. Sacramenta cauſant gratiam phyſicè, ac efficienter: Sermo eſt autem de genere cauſæ inſtrumentalis, vt eleuata gratiam producant. Sic docet D. Thomas *3. p.q.62.ar. 3. & 4. & q.78. art. 4.* vbi Caietanus, & alij Thomiſtæ, quos citat, & ſequitur Suarez *diſp.9. ſect. 2. & 1. in 3.p. d.31. ſect.6. in poſter. edit.* Et videtur tradita à Concilio Tridentino *ſeſſ. 6. cap. 7.* dicente baptiſmum eſſe cauſam inſtrumentalem gratiæ.

D. Thom Caietan: Thomiſtæ Suar Trident:

Prima ratio eſt, quia hic modus eſt poſſibilis; deinde eſt dignior, & aptior; igitur admittendus. Poſſibilem eſſe patet, quia inſtrumenta eleuantur à Deo per potentiam obedientialem, & recepta diuina virtute inſtrumentaliter operantur, in quo nihil eſt inuoluens repugnantiã: modus autem conferendi gratiã phyſicè eſt excellentior, & accommodatior Sacramentis, quæ ſunt à Deo inſtituta ad ſanctificationẽ; ergo debent producere gratiam efficienter. Secunda, quia ratio cauſæ moralis eſt imperfecta, & minus apta; nam moraliter cauſare gratiam nihil eſt aliud, quam vel per impetrationem, vel per conditionem gratiam à Deo obtinere: ad hoc autem non erat neceſſaria tanta dignitas, & virtus Sacramentorum.

Tertia ratio ducitur ab exemplo humanitatis Chriſti, quæ in communi Authorum ſententia miracula phyſicè, & efficienter operabatur, vti apparet ex duobus locis Lucæ altero cap. 6. *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*: altero eiuſdem, *ſenſi ex* Luc 6 8.

me

mi virtutem exiſſe; qui certè multum momenti habent. Probat autem hoc

Suar ex

latè Suarez *tomo de Incarn. diſput.* 31. *ſect.* 3. Igitur & Sacramenta relictæ loco virtutis Christi gratiam phyſicè producent. Quarta ſumitur ex modo

Patres

loquendi Patrum de Baptiſmo; ſic enim de eo loquuntur, vt dicant aquã illam abluere corpus, & cor, & animam, quæ teſtimonia videri poſſunt

Suar. Bellarmi.

in Suarez, & Bellarmino. Quinta ducitur ex forma quorundam Sacramentorum: cum enim Sacerdos dicit, *Ego te abſoluo*, non poſtulat à Deo abſolui pœnitentem, ſed ipſemet virtute diuina abſoluit. Præterea verba conſecrationis dicuntur potentia, & operatiua, eo quod ponant immediatè Chriſti Corpus in Euchariſtia, alioquin potentia minimè dicerentur. Denique, quòd Euchariſtia ipſa realiter & phyſicè ſanctificet, prxterquam quod ex dignitatę illius Sacramenti

Conciliũ Epheſ.

eſt; probatur ex Concilio Epheſino, à quo habemus in eo Sacramento accipi non communem carnem; ſed veram viuificatricem; per quam ſanctificamur.

Argumentis oppoſitis, ita reſpondetur. Primo, non implicare contradictionem eleuari Creaturas naturales à Deo per potentiam obedientialem ad effectus ſupernaturales, qui

Suarez

vitales non ſint: vti latè oſtendit Suarez *de Incarn. d.* 31. *& hic d.* 9. Vnde non implicat, quod aqua baptiſmalis inſtrumentaliter gratiam producat in anima, cum hic effectus non procedat ab aqua modo vitali. Dixi autem vitales effectus, quia hi non poſſunt produci ab inſtrumentis non vitalibus, nec enim lapis poteſt eſſe cauſa inſtrumentalis viſionis; quemadmodum, nec potentiæ vitales poſſunt ferri obedientialiter extra ſphæram ſui obiecti; nec enim oculus corporeus poteſt eleuari ad eliciendam viſionem ſpiritualem. Reſpondetur ſecundo, Sacramenta ſucceſſiuam habere formam, ſed multa conſtare rebus, quæ poſitis verbis effectiua eſſe poſſunt, cuiuſmodi eſt Aqua Baptiſmi, & Sacrum Oleum; quæ autem per verba fiunt, vti Euchariſtia, etiam poſſunt gratiam phyſicè producere; nam vltima illa vox articulata erit inſtrumentum, quo Deus vtatur ad gratiam efficiendam: tametſi vero ſuperiora verba iam non extent, ſatis eſt ſi vltima illa vox, qua forma completur exiſtat, vt per illam gratia producatur; quoniam ſonus ille eſt entitas realis, & habet fundamentum ſufficiens ad accipiendam virtutem eleuantem. Ad ſubtilitates autem philoſophicas Vaſquij, quas conglomerat cap. 6. facilè reſpondeo me non

Vaſq.

admittere vlla indiuiſibilia, ſed partes incertas: has vero aſſumi poſſe vti inſtrumenta ad gratiam producendã: negare autem potentiam obedientialem ad effectus ſimiles, nunquam mihi perſuaſerit Vaſquez, quanquam omnes vertat ſe in facies, & contrahat, quicquid ingenio, ſiue arte valet.

Tertio damus, quod poſtulat, non ſemper, nec in omni caſu Sacramenta phyſicè gratiam efficere, ſed tunc ſolum quando interueniunt conditiones requiſitæ ad phyſicam productionem; cum enim hęc ſit actio realis poſtulat certas conditiones connaturales ad productionem v.g. exiſtentiam & pręſentiam cauſæ inſtrumentalis; nihil enim operari poteſt, vel quando non eſt, vel vbi non eſt. Itaque quando ſubiectum fuerit diſpoſitum ad formam recipiendam, ſi applicetur ei Sacramentum producetur ab hoc phyſicè gratia in illo ſubiecto, cum nihil deſit requiſitum ad actionem. At vero quando ſubiectum non eſt diſpoſitum ad recipiendam gratiam, quando fit Sacramentum, non poteſt remoto impedimento, & recedente fictione poſtea gratiam recipere, quando iam Sacramentum non exiſtit, quia deeſt conditio exiſtentiæ, & præſentiæ; ſed iſte non eſt defectus virtutis Sacramenti, ſed defectus conditionis ad operandum requiſitus. Hæc de Sacramentis in Genere.

AP-

Digitized by Google

APPENDIX.
DE CIRCVNCISIONE.

Card. de Lugo

QVONIAM feruente iam prȩlo nactus ſum tomũ de Sacramentis Eminentiſſimi Principis Cardinalis de Lugo, quem ante non videram, & mihi magnam de ſua doctrina expectationem iniecit, hanc in eo quæſtionem auidè quæſiui, & accuratè legi. Tractat illam d. 5. latè, & accuratè. Solitum acumen, iudicium, & eruditionem inueni, quæ ſemper in eo admirari ſoleo. Dolui tamen, quod ille minus Auguſtino aſſentiatur, & dum oppoſitas ſententias inter ſe conciliare ſtudet, ab eo prorſus diſcedat. Ac miror tanto viro mediam illam, quam arripit viam, placuiſſe. Adeo media virtutum ſunt propria, vt in doctrinas non quadrent. Propoſitis igitur duabus extremis ſententijs cum ſuis, quorum ingentem numerum affert, authoribus, & de vtraque idoneo prolato iudicio, ſect. 3, arbitrum ſe gerit, & ſequeſtrum hoc modo. Ait Circumciſionem ex inſtitutione ſua nullam vim habuiſſe iuſtificandi, ſed homines ea vſos fuiſſe ad remedium peccati Originalis, cum inuenirent illa ſe teneri, eamque ad id accomodatam eſſe. Itaque Circumciſionem à Deo inſtitutam pro ſigno diſtinctiuo, ab hominibus aſſumptam pro remedio peccati Originalis, quod cum aliquo indigeret, vel ſacrificio, vel inſtrumento, non poterat eſſe aliud aptius, & nobilius. Hac ratione putat à ſe vtramque conciliari ſententiam. Mihi habita doctiſſimi Viri venia, illud videtur, nec iſtam viam rectam eſſe, nec ea diſcrepantiam tolli. Probo autem more meo breuiter vtrumque. Primum, quia non decebat, vt remedium peccati originalis penderet ex arbitrio, & voluntate humana, ſed ab ipſomet Deo ſtatueretur. Vnde enim conſtaret remitti peccatum per medium ab homine electum, & applicatum? Aut vnde probetur ea hominibus licentia data eſſe? certè nimis de diuinis licuit homini, ſi tantum licuit? Scriptura nos docet Deum tam prolixum, & accuratum fuiſſe in præceptis, in ſacrificijs, in ritibus, & ceremoniis illi populo tradendis, vt ea minutiſſimè excogitauerit, & diſtinctiſſimè propoſuerit, vt *moroſitatem* quandam (vox eſt Tertulliani) præſeferre videretur; quomodo igitur tanti momenti legem arbitrio mortalium reliquiſſet? Prȩterea ſi Circumciſio erat præcipuũ veteris legis *Sacramentum*, & figura baptiſmi, cuius Chriſtus Author fuit, non debuit committi voluntati, & poteſtati humanȩ; daretur quippe anſa ſuſpicandi Baptiſmum, & reliqua Sacramenta nouæ legis non à Deo, ſed ab homine eſſe cum inuenta, tum electa, aut ſaltem inueniri, & eligi potuiſſe. Nam ſi Circumciſio erat figura Sacramenti noue legis, etiam in eo eſſet figura, vt ſicut ab homine fuerat applicata ad remiſſionem peccati, ita & Sacramentum figuratum ab eodem applicandum foret. Certè tãta religio fuit, tanta Veneratio Circũciſionis, vt vel Chriſtus eã ſuſceperit; quare non eſt hominũ electioni, & arbitrio tribuẽda. Altiores habet fontes, ſacratiora principia, qualia Auguſtinus, & Innocentius, totque cum iis Patres, quot idem verè Cardinalis citat, viderunt, & monſtrarunt. Hæc quoad primum.

Secundum: minimè hac via conciliari duas illas ſententias, patet; quia hæc opinio prorſus eſt contraria D. Auguſtini, & Innocentij Tertij doctrinæ, nam hi affirmant Circumciſionem inſtitutam eſſe à Deo, & in ſignum diſtinctiuum, & in remedium Auguſtin. Inno: III

Digitized by Google

originalis peccati, quemadmodum fatetur ipſemet Lugo *diſp.5.ſect.3.* qui ingenuè tandem fatetur ſe ab Auguſtino diſſentire, ſic enim, ait nu. 52. *non eſt mirum ſi intentum Auguſtini in hac parte non amplectimur*; quod ſi hac in parte diſſentit omninò diſſentit. Nec obijciat, ſe cum Auguſtino adhuc conuenire in eo, quod dicat Circumciſionem eſſe remedium peccati originalis, & illud tollere: nam D. Auguſtinus omninò vult, vt Circumciſio habeat rationem remedij inſtituti à Deo, ex cuius diſpoſitione, & gratia operetur, & in illa ſit vis operandi ex opere, quod aiunt, operato. Hoc autem in ſententia Cardinalis ſtare non poteſt. Deinde illa gratia, quam tribuit Cardinalis Circumciſioni, ſi ex promiſſione, & inſtitutione Dei non oritur, vnde conſtabit? Itàque apud Auguſtinum, qui bene hoc etiam nouit nõ erat illa gratia conſtans nixa hominum arbitrio, & electione, & ex medio ab ijs applicato proueniens. Multò certius eſt Circumciſionem à peccato originali liberaſſe, quàm vt illa coniectura nitatur; etſi de modo non liqueat; vnde graues ſunt authores, qui affirmet

Suar.

cum Suario magni item nominis authore d. 5. ſect. 1. *n. 2. non poſſe id ſine*

Durand.

temeritate negari; & Durandus *in 4. diſt. 1. q. 5. num. 9.* dicat, qui contra ſentiat *contra omnium Sanctorum dicta*

Ouand.

ſentire. Imo & Ouandus *ibid. propoſit. 15.* audeat pronuntiare *rem eſſe de fide*.

Loci autem Pauli minus vrgent, quàm exiſtimet Eminentiſſimus Lugo; viderat eos Auguſtinus, viderat Innocentius, viderant alij Patres, nec ijs moti ſunt. Equidem ego nihil ijs lectis, & expenſis turbor, qui videam Auguſtinum nihil mouiſſe, alterum Paulum. Ac ne is ſcrupulus maneat tres præcipuos obiter breuiter expono.

Paul. ad Rom. 3

Ille ad Rom. 3. *Quid ergo amplius Iudæo eſt? aut quæ vtilitas Circumciſionis? multum quidem per omnem modum; primum, quia credita ſunt illis eloquia Dei*, fauet potius nobis, quam nocet. Fatetur enim Paulus, *multum per omnem modum* profuiſſe, ly *per omnem modum* complectitur modum ſanctificandi; quod autem dicat; *Primum, quia credita ſunt illis eloquia Dei*, ly *primum* non dicit *ſolum*, nec vt diceret, officit ſenſui noſtro, imo iuuat, nam *credere eloquia Dei*, omnia comprehendit, quaſi in Circuncifione omnes promiſſiones Dei eſſent tanquam in radice remiſſionis capitalis culpæ, & Fidei, virtutis item capitalis. Deinde *eloquia Dei* non erant vacua, ſed plena ſenſu figuratiuo, qui omnia myſteria legis nouæ continebat. Illa magna eſt excellentia Circumciſionis, quod de illa ſic loquitur Paulus, perinde ac omnes in ea ſcripturæ claudantur, & illa data omnia donentur. Ille alter: *Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt.* 1. ad Cor. 7. cum reddit ſenſum, Chriſtianis nihil eſſe curandum, an venerint ex Iudaiſmo, an ex Paganiſmo? Erant quippe Iudęi, qui adducebant carnem præputij, ne veniſſe ex Iudaiſmo viderentur; & erant Gentiles, qui putabant circumcidi debere, vt eſſent Chriſtiani. Id vetat illis verbis Paulus, quod ad Chriſti Fidem nihil referret, vel circumciſio, vel præputiū. Itaque nihil hic contra Circumſionem, imo vero pro ea, quòd tanti fiebat, vt putaretur eſſe, vel adiumentum ad fidem, vel impedimentum. De nulla alia ceremonia agebatur; magnum ergo in illa pondus erat.

Paul. Gal.

Tertius videtur aliquanto fortior. *Quomodo igitur conuertimini ad infirma, & egena elementa? quibus iterum ſeruire vultis?* ad Galat. 4. ſed hoc duobus modis intelligitur. Vtrouis autem intelligatur, ſtat dignitas Circumciſionis. Primus ſenſus eſt; *Ad infirma, & egena elementa*, ideſt *ad Idola, & ſuperſtitiones* Gentilium; loquebatur enim cum Galatis recens ad fidem conuerſis, & monebat ne per Iudaicas Neomenias redirent ad antiquas ſuperſtitiones.

Auguſt. Ambroſ. Anſelm. Tertull.

Et hoc modo intelligit Auguſtinus lib. Enchir. cap. 79. & Epiſtol. 119. & Ambroſiaſt. & Anſelmus hic. Fauet Tertullianus *lib. de præſcript. cap. 33.*

Hoc

Digitized by Google

Hoc ſenſu uil detrahitur Circumciſioni. Secundus ſenſus eſt; loqui Paulum de Sacramentis, & Ceremonijs Iudaicis; qui quod ſit communior, & videatur contra nos militare exponendus eſt. Sanè Paulus non dixit *Inania*, & *Vacua*, ſed *infirma*, *& egena*; quo monſtrauit ea ex ſe egena eſſe, & debilia, & indigere gratia Chriſti, cuius virtute valebant. Vnde non negauit aliquid habere virtutis, ſed tanquam egena ex ſe, & inualida alienas opes, & vires mendicare; quæ quidem Catolica, & noſtra ſententia eſt. Itaque concludimus Circumciſionem per ſe nihil valuiſſe, ſed in figura, & virtute baptiſmi, & ſanguinis Chriſti in eo operaturi gratiam contuliſſe. Quemadmodum ergo lex vetus per ſe non ſaluabat, ſed in virtute tamen Fidei, & gratiæ Chriſti ſaluabat, ita & ſacramenta illius legis non per ſe, nec ex ſe, ſed vi ſanguinis Chriſti in ſacramenta nouæ legis, quorum erant figuræ, deriuandi gratiam conferebant. Hoc eſt meum de Circumciſione Iudicium. Mallem Eminentiſſimum Cardinalem de Lugo ſequi, quàm deſerere; ſed me conſolatur, quod Auguſtinum, quem ille deſeruit, ſequor, quamquam *non paſſibus æquis*.

Hæc de Sacramentis in genere. Nunc ad Species tranſeamus.

DE SACRAMENTIS IN SPECIE.

PARS SECVNDA.

TRACTATVS PRIMVS.

DE SACRAMENTO BAPTISMI, ET CONFIRMATIONIS.

CAPVT PRIMVM.

De Authore, & tempore inſtitutionis Baptiſmi.

D. Thom. Vaſquez. Bellarm. Clem: Al. Nazianz: Chryſoſt. Cyrill: Dionyſ.

OMISSIS varijs nominibus huius Sacramenti, de quibus D. Thomas *q.66.ar.2.ad 1.& Commentatores*, & imprimis Vaſquez *d.* 140. *cap.1.* & Bellarminus *l. vnica cap.1.* qui ex Clemente Alexand. Nazianz. & Chryſoſt. & Cyrillo, & omnium antiquiſſimo Dionyſio multas illius appellationes afferunt. Ad authorem venio. De Authore Baptiſmi nulla eſſet Controuerſia, niſi eſſet Baptiſmus Ioannis. Fuerunt enim qui cum Baptiſmos Ioannis, & Chriſti miſcerent, Authores quoque confunderent. Donatiſtæ vnum, & eundem amborum eſſe dixerunt.

Donatiſtæ

Lutherani. Kemcit.

Idem fermè tenent Lutherani, qui tradunt verum, & proprium fuiſſe Baptiſmum Ioannis; vti videre eſt apud Kemnitium ſecunda parte examinis Tridentini.

D. Thom: Auguſtin: Petilianus

Hac in re igitur ſit concluſio. Ioannes non fuit Author veri Baptiſmi, ſed Cæremoniæ, quæ erat figura Baptiſmi, atque adeo Præcurſor Chriſti baptizantis. Hæc eſt Diui Thomæ 3. *p.q* 38 *art.1.* ſumpta ex Auguſtino *lib.* 5. *de bapt. & lib.2. & 3.* contra litter. Petiliani *& tract. 3. in Ioann.* Quare D. Thomas ibi vocat Baptiſmum Ioannis *præludium*, ſiue *proœmium Euangelicæ Gratiæ*. Primùm; non eſt negãdum Ioannem Authore Deo baptizaſſe, cum ipſe dicat Ioann. 1. *Qui miſit me baptizare*. Et Chriſtus dixerit, *Venit Ioannes in aqua baptizans*. Sed non erat ille Baptiſmus Sacramentũ, nec gratiam conferebat. Vnde ipſemet Ioannes confeſſus eſt de ſe. *Ego baptizo vos in aqua*; de Chriſto. *Hic eſt, qui baptizat in Spiritu Sancto.* Ioa. 1. Id vero multifariam probatur. Tum quia baptizati à Ioanne iterum baptizari debebant baptiſmo Chriſti, vti con-

Ioan 1. Ioan. 1.

Actor. 19 Bellarm: Auguſt. conſtat Actorum 19. Hoc exactè pro-
bat ex Patribus Bellarminus cap. 22.
& expreſsè docet Auguſtinus *lib. 5. de
bapt. cap. 9.* Tum quia Baptiſmus Io-
annis ab eo ſolo dabatur, quia virtu-
te diuina minimè gratiam confere-
bat; at Chriſti Baptiſmus ab ipſo, ab
Apoſtolis, ab omnibus miniſtratur.
Auguſt Iſtud obſeruat Auguſtin. *lib. 5. de bapt.
cap. 13.* Tum quia nulla neceſſitas fuit
Baptiſmi Ioannis, nec medij, nec præ-
cepti, cum Chriſti Baptiſmus neceſ-
ſarius ſit neceſſitate medij. Id tradit
Beda Beda *in cap. 3. Lucæ*. Tum quia non
baptizaretur Chriſtus baptiſmo Ioan-
nis ſi ille gratiam conferret, ne indi-
gere graria videretur; quamuis enim
circumciſus fuerit, ætati dandum id
fuit, quod infans erat, & in Parentum
poteſtate. Tum quia Baptiſmus Ioan-
nis Circumciſionem non ſuſtulit, ſu-
ſtulit autem Baptiſmus Chriſti. Acce-
dit tandem, quod in Baptiſmo Ioan-
nis nulla erat forma verborum, &
nulla inuocatio Trinitatis. Hæc eſt
Patres Conc. Tr. Patrum communis doctrina, quam
ſanxit Concilium Tridentinum ana-
themate in eos dicto, qui dixerint
Baptiſmum Ioannis eandem vim cũ
Baptiſmo Chriſti habniſſe ſeſſ. 7. can.
1. Hæc eſt communis Patrum, &
Theologi Interpr. Theologorum ſententia, Interpretũ
Euangelij conſenſu ſtabilita.

Vna tamen diluenda eſt obiectio.
Marci 1 Lucæ 3 Baptiſmus Ioannis dicitur Marci 1. &
Lucæ 3. *Baptiſmus Pœnitentiæ in re-
miſſionem peccatorum*; igitur in eo re-
mittuntur peccata. Huic dupliciter
reſponderi ſolet. Primò, Baptiſmum
Ioannis non contuliſſe gratiam, eo ta-
men incitari, & ſtimulari homines ad
faciendam Pœnitentiam, qua facta
reciperent remiſſionem peccatorum,
non virtute illius, ſed Pœnitentiæ.
Patres Græci Bellarm. Ita reſpondent Patres Græci, apud
Bellarminum lib. 1. cap 23. Secundo
reſpondetur. Euangeliſtas non dixiſſe
Baptiſmum Ioannis eſſe Baptiſmum
Pœnitentię in remiſſionem peccato-
rum, ſed Baptiſtam prædicaſſe Bap-
tiſmum Chriſti venturum in remiſſio-
nem peccatorum, vt non de ſuo lo-
queretur Ioannes, ſed de Chriſti Ba-
ptiſmate prophetaret. Idque ille ſi-
gnificabat baptizando, vt ea figura
ablutionis oſtenderet, quomodo Chri
ſti Baptiſma peccata dilueret. Ita ſol-
uit Auguſ. *lib. 5. cõtra Donatiſtat c. 10.* Auguſt.
quẽ ſequitur Gregor. Magnus *homilia* Gi. Mag:
20. in Euangelium, & Beda Lucæ 2. Beda
& alij Latini, eſtque ſolida, & ger-
mana reſponſio, probata à Bellarmi- Bellarm:
no *lib. vn. cap. 23.* & Vaſquez *diſ. 150.* Vaſquez
cap. 3. num. 25.

Igitur Author Sacramenti Baptiſmi
ſolus Chriſtus eſt, gratiæ, & ſalutis Au-
thor. De tempore inſtitutionis longã
& eruditam inſtituit quæſtionem Vaſ-
quez *d. 140.* Sunt qui dicant Chriſtum
poſt Reſurrectionem ſuam Baptiſmum
inſtituiſſe, nixi loco Matthæi vltimo. Matth. vl.
*Baptizantes eos in nomine Patris, & Fi-
lij, & Spiritus Sancti*. Hi magni no-
minis Authores ſunt. Tertullian. *lib.* Tertull.
de Baptiſmo cap. 11. Chryſoſtom. *hom.* Chryſoſt
28. 29. 30. 31. *in Ioan.* ad illa verba *Poſt* Theoph:
hac venit Ieſus. Rupertus *lib. 4. in Ioan.* Rupertus
ſuper ijſdem verbis cap. 3. & Princeps
Theologiæ Scholaſticæ D. Thomas *q.* D. Thom
73. artic. 5. quam ſententiam tuetur vt
probabilẽ Canus *de locis l. 8. c. 5.* quam- Canus
uis D. Thomas loquatur de Baptiſmo
cum virtute iuſtificandi & non inchoa-
to, ſed perfecto, in vſumque redacto;
quo eam ſenſu Canus defendit. Com-
munis tamen ſententia eſt ante paſſio-
nem Chriſti Baptiſmum fuiſſe inſtitu-
tum, & collatum: nam ex 3. cap. Ioan. Ioann. 3
Chriſtum per Diſcipulos in Iudæa ba-
ptizaſſe conſtat. Et quidem neceſſe
erat, vt Chriſtus baptizaret Apoſto-
los ante Cœnam, vt eos ibi Sacerdo-
tes conſecraret, & poſtea in Cœnacu-
lo Epiſcopos initiaret. Deinde cum
Sacramentum Baptiſmi ſit ianua Sa-
cramentorum, omnium primus eſſe
debuit: atque adeo non ante Cœnam
Domini ſolùm, ſed in principio præ-
dicationis inſtituendum fuit. Quo au-
tem tempore Chriſtus inſtituerit, exi-
ſtimo fuiſſe ſtatim poſt ſuſceptum Ba-
ptiſmum Ioannis: quem vti Symbolum
voluit accipere, vt quid in ſuo futu-
rum eſſet, monſtraret, habita viſione
Patris, & Spiritus Sancti in Iordane,
quo ſignificatum voluit in ſuo Baptiſ-
mate

Suar Vaſq: D·Thom. Magiſter Scotus ſcotiſtæ

mate vetam Trinitatis profeſſionem, & animatum ſanctificationem fore, Quam ſententiam multis confirmat Suarez *d.19. ſect.2.* & Vaſquez *d.*150. *c.*3. Eam abſolutè docuit S. Thomas cum Magiſtro *in* 4. *d.*3. *q.*1. *a.*5. *q.*2. & 3.*p.q.*66.*a.*2.& Scotus *q.*4.ac vtriuſque diſcipuli, quod attinet ad inſtitutionem ante paſſionem, licet de tempore ambigant, & diſputent,

CAPVT II.

Quæ ſit materia Sacramenti Baptiſmi.

Gnoſtici Iren. — Iacobitæ — Matth: 3: — Flagellan: — Lutherus — Vaſq — Lateran:

NEſcio quis *liquidis immiſit fontibus apros*? turbarunt Hæretici putas, & limpidas Baptiſmi aquas, & ne Sacramẽta eſſent, elementũ aquę Baptiſmo ſubtraxerunt, vti Gnoſtici apud Irenæum, qui aiunt aquam metaphoricè intelligendam pro gratia. Alii *maria omnia flammis* miſcuerunt, dicentes ignem eſſe materiam Baptiſmi, vti Iacobitæ, qui candenti ferro Crucis notam frontibus paruulorum inurebant, nixi verbis Matth. c. 3. *baptizabit vos in Spiritu Sancto, & igni.* Alii aquas ſanguine infecerunt, & Baptiſmum tabo macularunt, vti Flagellantes, qui homines proprio ſanguine flagellis expreſſo baptizandos eſſe dixerunt; qui neſcio quomodo infantes recens natos baptizabant, niſi pro lacte ſanguinem exigerent. Monſtra ſunt hæc è Tartaro egreſſa: inter quæ Lutherus numerandus, qui ex baptiſmo balneum fecit, imo, & lacte, ac ceruiſia condiri poſſe annuit? mirorvini immemorem fuiſſe; ſed cùm id in colloquiis ſympoſiacis dixerit, noluit egregius modipetator vinum prodigere, quo Pateræ ſpumabant in crapulam, quam ſæpe dormiebat, & exhalabat; de hac Lutheri opinione lege Vaſquez *d.*141. *c.*1.

Veritas è Cœlo docet materiam Baptiſmi eſſe aquam ſimplicem, naturalem, elementarem. Ita Concilium Lateranenſe cap. *Firmiter*, de ſumma Trinitate. Florentinum in Decreto Eugenii. Tridentinum ſeſſ.7. Can.2. ex ore Chriſti dicentis. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua Spiritu Sancto*; & ex verbo *baptizare*, & ex ſententia Eunuchi Candacis ad Philippum Actor. 8. *Ecce aqua, quis prohibet me baptizari*? & Actorum 10. vbi Petrus dicit. *Nunquid aquam quis prohibere poteſt vt non baptizentur hi*? Et ex aliis ques omitto locis. Quod autem aquę nomine, elementaris ſignificetur, ſatis patet; vnde omnis, & ſola aqua intra naturam elementi non corrupti poſita continetur. Cuiuſmodi eſt aqua fluuialis, & marina, fontana, & putealis, pluuialiſque, aut ex niuibus reſoluta, aut ex gelu glacieue expreſſa: & quæ tandem cum aliqua mixtura conſeruarit naturam aquæ. Vnde lixiuium, & aqua ſulphurea teſte Dino Thoma *q.*66. *a.*4. *ad* 4. materies Baptiſmi erit. Non erunt vero aquæ è floribus ſtillatæ, nec lachrymæ, nec alii humores mixti, vti docet idem Diuus Thomas. Et Scotus *in* 3. *d.*3. *q.*3. & Richardus *art.*4. *q.*2. Gelu vero & glacies, quamuis aquę ſubſtantiam ſeruent, dum non reſoluuntur extra materiam ſunt, quia non ſunt aquæ vſuales, nec lauandi vim habent, idemque de luto dicendum cum Scoto, & Suario *d.*20. *ſect.*2. & Vaſquez *d.* 141. *c.*2. Quoad quantitatem quæſtio eſt, vtrum ſufficiat vna, vel altera aquæ gutta ad valorem Baptiſmi? Communis ſententia eſt non ſufficere, quod non ſufficiat ad ablutionem. Ita Sotus *in* 4. *diſt.*3. *quæſtione vnica.* Suarez *diſput.*20. *ſect.*2. ſed contra ſentit Vaſquez *d.*145. *cap.*4. & Henriquez *lib.*2. *cap.*21. *nu.*4. & quidem probabiliter: nam legimus Act. 2. Vna die tria hominum millia baptizatos, quod vix aliter fieri, quàm per aſperſionem potuit: ac ita ſolitum baptizare apud Indos magnum illum noſtri temporis Apoſtolum Xauerium conſtat. Qua ratione neceſſe erat, vt quilibet aſperſus fuiſſet baptizatus cenſeretur. Imo, & id videtur tradidiſſe Innocentius IV. & Panormitanus in cap. *debitum* de Baptiſmo. Quare huiuſmodi ſententia probanda.

Florent. Tridentin. Ioann: 3: — Actor.8. — Actor.10. — D.Thom. — D:Thom. Richard — Scotus Suar Vaſq: — Sotus ſuarez — Vaſq: Henriq. Actor.2. — D.Xauer. — Innoc.IV. Panormit:

Cir-

Google

Circa actionem, quę vulgo materia proxima dicitur, dicendum, eſſe ablutionem, quæ tripliciter fit: aut per immerſionem, aut per infuſionem, aut per aſperſionem. Ordinarius ritus antiquus fuit per immerſionem, primum
Can. Ap: Pel: Papa trinam ſecundum Canones Apoſtolicos Can. 5. & Pelagium Papam cap. *multi de Conſecratione diſt.* 4. ad Trinitatem perſonarum contra quoſdam Hæreticos exprimendam. Poſteà, quia erant Hæretici, qui vnitatem Perſonarum in natura diuina negabant, vnica immerſio fuit inſtituta, eaque in Hiſpania primum cœpit. Patet ex Concilio
Conc Tol Baronius Vaſq: Suarez Toletano 4. Can. 5. idque obſeruat Baronius Anno 591. & Vaſquez *diſp.* 148. *cap.* 1. & Suarez *d.* 20. *ſect.* 3.

Non fuiſſe tamen hunc modum baptizandi receptum, ſed alium etiam per infuſionem aquæ, conſtat ex conſuetudine antiquiſſima multarum Eccleſiarum, quæ hodie in Italia, alijſque
Suar. Regnis celebratur: & refert Suarez citatus. Quod autem ipſe ait, ex eo infuſionem probari, quod Chriſtus à Ioanne per infuſionem aquæ fuit baptizatus, id certè non admodum probo: nec enim ex modo Baptiſmi Ioannis debuit ſpectari forma Baptiſmi Chriſti. Quod autem obijcit de picturis, in illis etiam Chriſtus immerſus in fluuio Iordanis viſitur. Vnde ego potius deducerem vtramuis formam eſſe deſumptam, & vtramque voluiſſe Chriſtum indicare, etſi propriè Baptiſmus Chriſti per infuſionem aquę factus fuerit. De aſperſione item non eſt dubiũ quòd ſufficiat, cum præſertim ſupra dixerimus cum Vaſquez, vna, vel altera gutta aſperſa Baptiſmum fieri: quod
Cyprian. Vaſq. iterum ex Cypriano, & aliis probat idem Vaſquez *d.* 145. *c.* 2.

Quod attinet ablutionem. Primò quæritur quæ pars hominis abluenda
D: Thom Scotus ſit? Reſpondetur cum Diuo Thoma *q.* 68. & Scoto *in* 4. *diſt.* 4. Caput eſſe præcipuam partem, ſed ſufficere ſi ſca-
Suar: Vaſq: pulæ, & pectus abluantur. Ita Suarez *ſect.* 2. & Vaſquez *d.* 145. Secundo quęritur, an opus ſit vt totus infans qui in ipſo puerperio propter periculum baptizatur ſit extra vterum Matris, & ex integro natus, vt validè baptizetur? ſunt qui negent propter authoritatem Auguſtini, qui naſci prorſus infantem vult, vt renaſcatur epiſt. Auguſt.
57. ad Dardanum. Sed affirmandum tamen ſi infans idoneam partem foras emiſerit. Nec Auguſtinus contra ſentit, loquitur enim de Baptiſta ante Natiuitatē in vtero Matris concepto. Quid tamen ſi ſolam manum, vel pedem produeat? baptizari debet, ſed propter dubium debet iterum, ſi fieri poſſit, baptizari ſub conditione. Ita D. Tho- D. Thom
mas *q.* 68. *a.* 11. & Suar. *ſect.* 2. & Vaſ- Suar
quez *d.* 145. *cap.* 4. Comitolus *q.* 13. *l.* 1. Vaſq Comit.
nam quoties de valore Baptiſmi dubitant Doctores, ille repetendus eſt ſub conditione iuxta eundem Vaſquez *d.* 155. Quæritur tertio, ſi contingat infantem pelliculis, quæ ſecundinæ appellantur, inuolutum prodire, nec explicari inde ſine periculo poſſit, & ita baptizetur, ſit ne verè baptizatus? Maior eſt controuerſia, ſed ego certè annuero cum Armilla, quoniam ille ſecundinæ ſunt veluti altera cutis infantis, & illa inuolutio ad naturæ conſer- Armilla
uationem pertinet, nec obſtat quod ſit pars Matris, cum adhuc infans ſit etiã Matris pars, & illi vnitus, vnde neceſſe eſt vmbilicum præcidi. Idque exemplo confirmo. Nam ſi baptizato infundatur aqua ſuper caput, ita vt ſolos capillos tingat, ſatis id eſt ad Baptiſmum, vti ſentit Vaſquez *d.* 145. *c.* 4 & Vaſq
Toletus *lib.* 2. *cap.* 18. & Henriquez *lib.* Toletus
2. *cap.* 7. Non minus igitur valebit Baptiſmus infantis intra ſecundinas nati, Henriq
cum præſertim illæ non tam ſint ſolidæ tamque munitæ, vt omnino aquam excludant. Idque demum tradit Vaſquez cum Roſella, & Syluestro ob eã Vaſq Roſella
rationem *quod pellis illa ſecundina eſt* Syluester
veluti pars infantis, ſic habet *d.* 155. *c.* 4. *num.* 31. tutius tamen erit ſub conditione baptizare. Intra vterum vero baptizari infantem poſſe negat Diuus Thomas *a.* 12. & ſi quidam apud Lay- D. Thom
man affirment, tam induſtriam, & pe- Layman
ritam artis obſtetricem eſſe poſſe, vt baptizare intra vterum infantem poſſit, quibus ego minimè aſſentior.

Vna hic ſupereſt celebris quæſtio, Vtrum

Vtrum puer, qui eſt in periculo mortis, vbi nulla eſt aqua præterquam putei altiſſimi, nec ſit modus aquam extrahendi, poſſit in puteum deijci, & baptizari, vbi neceſſariò ſuffocandus eſt. Cui reſpondeo iſtud Baptiſmi genus non licere, ſed tamen valere.
Suar Vaſq: Vtraque pars eſt Suarez, & Vaſquez, & multorum quos citant. Prima, quia non licet infantem occidere. Secunda, quia ibi concurrunt ad Baptiſmũ aqua requiſita, & immerſio, & forma, quæ ſupponitur habenda. Emerſio autem non requiritur ad Baptiſmum, contra
Sotus Toletus: quam opinatur Sotus *in 4. d.3. quæſtione vnica a.7.* & Toletus *l.2. cap.18.* à quo planè diſſentimus.

CAPVT III.

De Forma Baptiſmi.

NE hanc quidem Hæretici intactam reliquerunt. Gnoſtici ſuã, ſuam Ariani, Eunomiani ſuam olim,
Gnoſtici. & impiam formam tenuerunt. Gnoſticorum erat: *In nomine ignoti Patris,*
Ariani *in veritate Matris omnium, & in nomine deſcendentis Ieſu.* Arianorum. *In*
Eunom. *nomine Patris per Filium, cum Spiritu Sancto.* Eunomianorum. *In Domini*
Luth. *mortem.* Hæc erant inania, & inualida Baptiſmata. Nouatorum Lutherus, dummodo Baptiſmus detur *in nomine Chriſti* nullam certè formam de-
Zuingl. ſiderat: cum eo ſentit Zuinglius: cuius quidem Diſcipuli ſic baptizabant. *In nominibus Patris, & Filij, & Spiritus Sancti* more Arianico. Tricæ omnes, & Apinæ. Catholica, & vera eſt. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti:* vt *nomine*, ſignificet vnitatem Deitatis, cætera Trinitatem perſonarum. Hæc eſt à Chriſto
Matt. vlt. Conc. Fl. tradita Matthæi vltimo, & accepta ab Eccleſia, definitaque à Concilio Flo-
Conc. Tr. rentino in Decreto Eugenij. Et ſumitur ex Triden. ſeſſ. 3. Can. 3. de Baptiſmo. Circa quam ſunt nõnullæ quæſtiones.

Prima. Vtrum neceſſe ſit exprimere nomina Perſonarum? An ſit ſatis dicere, in nomine Dei? vel in nomine Patris tantum? vel in nomine Trinitatis? Primæ duæ formæ nõ ſunt ſatis. De duabus aliis quæſtio fuit; nam in nomine Ieſu dicuntur baptizati quidam Actorum 2. 8. 10. 19. In nomine vero Trinitatis perinde eſt, ac in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Stephan. Papa
Sancti baptizari. Et quidem Stephanus Papa apud Cyprianum *epiſt. 57. ad* Cyprian: Nicolaus
Iubaianum. Et Nicolaus item Papa I. Papa I.
in reſponſione ad Bulgaros 104. Docent ſufficere vtramuis formam, cum qui- Patres
bus ſentiunt multi Patres, & Schola- Scholaſt:
ſtici apud Suarez *d.21.* & Vaſquez *d.* Suarez Vaſquez
143. Verum contraria ſententia certa eſt; requiri mentionem expreſſam perſonarum. Ita Diuus Thomas *q.66. a.* D. Thom
6. & Bonauentura *in 4. diſt. 3.* & Scotus Bonau: Scotus
q.3. Suarez, & Vaſquez citati, & Bel- Suar Vaſquez
larminus *lib.1. cap.3.* & ſtatuit Pela- Bellarm:
gius Papa; Canone *ſi reuera*, & Cano- Pel: Papa
ne *multi ſunt*, & Zacharias item Papa Zachar. Papa
Canone *in ſynodo de Conſecratione d 4.* & communiter Patres, qui videri Patres
poſſunt apud Bellarminum, & reliquos. Ratio autem eſt, quia Chriſtus ita expreſſit in forma data Apoſtolis, quam mutare non licet.

Argumento vero Actorum reſpondetur duobus modis. Primò, Apoſtolos illo modo initio naſcentis Eccleſiæ ad maiorem Chriſti gloriam ex diſpenſatione baptizaſſe, quod probat D. Thomas *q. 66. ar. 6. ad 1.* D. Thom
& Bonauentura, & alij apud Suarez, Bonau. Suar
Vaſquez, & Layman. Secundò Apo- Vaſquez
ſtolos ſeruaſſe formam ſolemnem cũ Layman
expreſſione Trinitatis, vti à Chriſto acceperant, ſed idcirco dictum eſſe baptizaſſe eos in nomine Chriſti, quod id facerent virtute Chriſti à quo poteſtatem baptizãdi acceperãt. Quæ eſt communis ſolutio, & confirmatur ex eo quod reperimus Actorum 19. Act. 19.
Paulum rogaſſe quoſdam: An Spiritum Sanctum accepiſſent credentes? quibus cum reſpondiſſent ſe, neque Spiritum Sanctum audiſſe; reſpondiſſe Paulum, *in quo baptizati eſtis?* quaſi formam ſolemnem exigeret; vti
reſpondet Bellarminus *cap.3.* Sed hic Bellarm.
tamen locus retorquetur. Conſtat enim ex eo, baptizatos iſtos fuiſſe, cũ

ex-

Digitized by Google

expreſſo nominè Spiritus Sancti, Vn-
de alia ſententia probabilior reddi-
tur eo tempore ad Chriſti gloriam
etiam in nomine Chriſti baptizari
ſolere; quanquam alia forma ordi-
naria eſſet; acita probo D. Thom. ſen-
tentiam tot locis Actorum compro-
batam, qui certè commodè aliter ex-
Vaſq: plicari nequeunt. Nám quod reſpon-
det Vaſquez d.143.c.4. Qui contra
ſentit, tot Patres, & Authores gra-
uiſſimos, quos ipſemet citat in ſe tan-
Nic: Pap ti momenti *deceptos fuiſſe*, minimè di-
Ambroſ: cere auſim, cum præſertim Nicolaus
Papa huius omninò cum Ambroſio
D: Thom ſententiæ author fuerit, idque ad
Chriſti gloriam eo naſcentis Eccleſiæ
initio maximè faciat: Sanè D. Tho-
mas apud me tantum pondus habet,
vt cum ille hoc ſentiat q.66.a.6.ad 1.
ego ratum, & firmum habeam.

Cæterum Baptiſmus in nomine
Dei non eſt validus, nec nomine Tri
Suar: Vaſq. nitatis, nec vnius, & alterius Perſo-
næ, niſi omnes exprimantur. Ita Sua-
rez ſect.2. & Vaſquez d. 143.c.5. &
Authores communiter. An vero ſa-
Caietan: tis ſit exprimere Perſonas alijs no-
Gloſſa minibus v.g. Genitoris, Geniti, Spira-
Victoria ti? alia quæſtio eſt, in qua Caieta-
nus cum Gloſſa *in cap. multi*, & Vi-
Suarez ctor. *in ſum.§.14. de Baptiſmo* affirmat
ſatis eſſe. Suarez negat, ſed non
omnino conſtanter. Mihi non vide-
tur omninò improbabilis hic Baptiſ-
mus, ſed tunc illicitum fore dixerim,
ſi quis ex induſtria faceret, & quidē
rebaptizandum, ita baptizatum puta-
D. Thom rim. Cenſeo tamen abſolutè cum D.
Vaſq: Thoma q.66.a.4.& alij quos citat, &
ſequitur Vaſqu. d.144.c.2.non valere.

Altera quæſtio eſt vtrum illa par-
ticula, *in Nomine*, ſit ſubſtantialiter re-
Sotus quiſita. Reſpondetur affirmatiuè cum
Valentia Soto *quæſtione vnica a.5.* & Valentia
Suar: *d.4. q.1. puncto* 2. & Suarez *d.21. ſect.*
2. quia illâ particulâ vna Deitas ſigni-
ficatur: vnde non valebit, ſi dicas in
Patre, & Filio, & Spiritu Sancto; vel
in nominibus Patris, & Filii, & Spiri-
tus Sancti, vti cum pluribus ſentit
Vaſq: Vaſquez *d.*143.*c.*5. Quid ſi ordo mu-
tetur & dicatur, *in nomine Spiritus San-
cti; & Filij, & Patris* cum animo er-
randi. Nego valere Baptiſmum, quia
illa inuerſio tollit ordinem Perſonarū,
quod ſi ſimpliciter fiat, iudico reba-
ptizandum: nam malitia tollitur inten-
tio Eccleſiæ, ſimplicitate non tollitur,
ſed tamen ad maiorem ſecuritatem id
conſulo. Er hac ratione concilio ſen-
tentias oppoſitas Vaſquii, & Cardinalis Vaſq
Lugo *d.2. ſ.6.* quorum ille negat vale- Lugo.
re ſimile formas prolatas cum animo
errandi, hic affirmet valere. Ego dico
vbi non auſertur ſenſus Eccleſiæ, tenet
baptiſmus, vbi forma nocet Eccleſiæ
ſenſui, non tenet.

Magna quæſtio eſt, vtrum opus ſit
exprimere, & Miniſtrum, & actum
baptizandi? verbi gratia ſi quis infun-
dens aquam ſolum dicat *in nomine Pa-
tris &c.* an valeat iſte Baptiſmus? Reſ-
pondemus ſi neuter, nec miniſter, nec
actio exprimatur non valere: atque
id expreſſe definiuit Alexander III. Alex. III
cap. *ſi quis puerum* de Baptiſmo, &
oſtendit Vaſquez *d.*142. *cap.*2. Si au- Vaſq
tem exprimatur actio, valere, nec opus
eſſe exprimi miniſtrum. Vnde ſuffi-
ciet dicere *baptizetur ſeruus Chriſti*,
vel *baptizatur* more Græcorum. Ita
D. Thomas *a.*5. *ad* 1. Soto, & Suarez D Thom
*d.*29. *ſect.*2. & Vaſquez *diſp.*142. *c.*2. Scotus Suar
Omnino autem neceſſe eſt exprimi Vaſq
perſonam baptizati, vel apertè, vel oc-
cultè, vti *baptizo te*, vel *baptizeris tu*,
vel *baptizetur ſeruus Chriſti*, quæ eſt
ſententia Diui Thomæ *artic.*5. *ad* 4. & D: Thom Suar,
Suarij *ſect.*2. & Vaſquez *d.*142. *cap.*3. Vaſq
& Henriquez *l.*2. *c.*8. Dubium autem Henriq.
hic eſt; vtrum hæc forma: Baptizet te
Chriſtus idonea ſit? negat Vaſquez ci- Vaſq
tatus *c.*2. Affirmat Henriquez, & Lay- Henriq. Layman
man *c.*4. Ego cum Vaſquez ſentio: nam Vaſq
miniſterij actio omnino exprimenda
eſt, qua ſignificatur, & poteſtas, & in-
tentio baptizantis: idque ſuadet Vaſ-
quez Decreto Eugenii in Concilio
Florentino poſt vlt. Seſſio. §. *Primum* Conc: Fl.
omnium: nam *non debet excludi actio
Miniſtri etſi opus non ſit exprimi*, qui
autem dicit *Chriſtus te baptizet* vide-
tur ſe Miniſtrum excludere, qui autem
dicit *baptizetur*, vel *baptizatur* non ſe
excludit. Dummodò, *baptizetur*, in

modo imperatiuo ponatur, & *baptizetur* eandem ſignificationem, & actionem retineat, non deprecationis more proferatur, vti obſeruat idem Vaſquez *n.20.* ideò ſupra dixi notanter nō opus *eſſe exprimi*, cum ſatis ſit per actionem ſignificari miniſtrum. Aliud autem eſt excludi miniſtrum, quod fieri nequit.

Vltimo queres: ſi quis addat aliquid formæ eſſentiali vtrum conficiat baptiſmum verbi gratia in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti, & Virginis Mariæ; communiter diſtinguitur, ſi ex errore ſit, non confici baptiſmum, ſi ex deuotione, confici, ac ita reſpondet Suarez *d.2.ſe4.5.* & Layman cum alijs quos citant. Ego certè, ſi quem haberem pro me Authorem, non dubitarem dicere valere propter duas rationes. Prima eſt, quia ante illam additionem iam eſt forma perfecta, cur igitur ea finita non fiet Sacramentum, aut quomodo expectabit vlterius verba non neceſſaria? Secunda, quia non tanti eſſe puto priuatam intentionem erroneam, vt corrumpat formam baptiſmi præmiſſam, & quam Chriſtus inſtituit, & quam Eccleſia ratam habet. Sed nemine alio Patrono affirmate nihil audeo. Suar. Layman

CAPVT IV.

De vnitate Baptiſmi.

DVplex vnitas in quæſtionem venire poteſt. Specificam, & numerica. De prima quæritur vtrùm baptiſmi ſit plures ſpecies? De ſecunda, an poſſit iterari ſæpe baptiſmus? Circa primam, ratio dubitandi eſt, quia tres numerari ſolent Baptiſmi ſpecies: Aquæ, Sanguinis, Flaminis. Vnde tres Baptiſmi videntur exiſtere, ex aqua, ex martyrio, ex deſiderio. Dicendum tamen Baptiſmi vnam tantùm ſpeciem eſſe; nimirum Aquæ, & hunc eſſe verum, & genuinum baptiſmum. Ita nos docuit Paulus 4. ad Epheſ. *Vnus Deus, vna Fides, vnum Baptiſma.* Hieronymus interpres in magnis commentarijs illius Epiſtolæ. Hinc eſt vt Baptiſmi Sanguinis, & deſiderii ſint analogicè Baptiſmi; nec enim ſunt Sacramenta, nec imprimunt characterem: dicuntur autem Baptiſmi, quia ſupplent defectum baptiſmi Aquæ, quod animaduertit Vaſquez *d. 146. c.1* vnde nec conſtant debita materia, & forma à Chriſto inſtituta, nec ſunt ſenſibilia ſigna à Chriſto ordinata ad iuſtificandos Fideles, nec Miniſtros habent ſacros, cùm martyrium à Tyrannis, & tortoribus in odium fidei inferatur. Deinde patet, quia ſi Martyr reuiuiſceret, probabile eſt quod baptiſmo indigeret, & baptizari poſſet; deberetque: at non poſſet, nec deberet, qui ſemel baptizatus foret. Baptiſmus verò deſiderii Sacramentum eſſe nequit, cùm minimè ſit ſignum ſenſibile, & præterquam quòd careat materia, & forma, poſſit iterari quoties libeat, deſideria multiplicando, & neceſſe omninò ſit vlterius data occaſione aquæ baptizari. D. Paulus Hieron. Vaſquez

Quoad vnitatem numericam illud quæri poteſt. Liceat, ne cuipiam ſępe baptizari? Fuerunt Hæretici apud Epiphanium hæreſi 42. qui affirmarunt poſſe hominem ter baptizari, nullo tamen fundamento, vt ait Suarez. Fortè, opinor, quia tres erant Perſonæ, in quarum nomine baptizabantur, vt ſingulis Perſonis baptiſmi ſinguli reſponderent. Donatiſtæ ſolebant rebaptizare extra ſuam Eccleſiam baptizatos; quod rite baptizatos non putarent; ſed neminem rite baptizatum iterum baptizandum eſſe cenſuerunt. Itaque de fide eſt: ſuſcepto ſemel vero baptiſmo non poſſe iterum quemquam baptizari. Et probatur à Diuo Thoma *q.66. art.9.* Rationes autem ſunt præcipuè tres, cur baptiſmus iterari non poſſit. Prima, quia eſt regeneratio, hæc autem, vti & generatio vnica eſt. Secunda, quia in morte Chriſti baptizamur, ideò ſemel, quia Chriſtus ſemel eſt mortuus. Tertia, quia baptiſmus inſtitutus eſt præcipuè contra originale peccatum; & ſicut hoc eſt vnū, nec iteratur, ita nec baptiſmus, quo de- Epiphon. Suar. Donatiſt. D. Thom.

deleeur. Confirmatur ex illa particula Symboli Apoſtolorum. *Confiteor vnum Baptiſma*, idque definitum eſt in Concilio Viennenſi prout habetur in capite *vnico* S. *vltimo de Summa Trinitate lib.* 6. & in Florentino, in Decreto Eugenij; & in Tridentino *ſeſſ.* 7 *Can.* 9. *de Sacramentis in genere*, *& de Sacramento Baptiſmi Can.* 11. & vnanimi conſenſu tradunt Patres, qui videri poſſunt apud Laymannum, Bellarminum, & Vaſquium *d.* 137. *c.* 2. *& diſp.* 146. *c.* 1.

Symb. Apoſt ol. Conc. Fl. Tridenc. Patres Layman Bellarm. Vaſquez

Quæſtio eſt; in quibus caſibus baptiſmus iterari poſſit, & debeat? Cui reſpondetur, tunc eſſe it erandum baptiſmum, quando de illo dubitetur vtrùm fecerit validus? Poteſt autem dubitari, vel de iure, vel de facto: de facto dubium exiſtit, cùm non conſtat vtrùm baptiſmus verè fuit collatus? Exempla tria ſunto. Primum, ſi quis Catholicus inter infideles natus ſit, vel ab ijs caſu, vel per vim abreptus, ſit ne cùm ad Fideles redierit baptizandus? Secundum, ſi infans expoſitius ſit, nec ſchedulam ſecum baptiſmi habeat. Tertium, ſi obſtetrices ſint veneficæ, aut Parochi Hebræi ſuſpecti de Iudaiſmo, & præcipuè ſi confiteantur ſe noluiſſe baptizare. In hiſce tribus caſibus baptizari debent infantes, nam in omnibus vetè de baptiſmi facto dubitatur. De his videndus eſt Vaſquez *d.* 146. *c.* 4.

Vaſquez

Quod attinet ad dubium iuris, tunc occurrit, quando ſunt opiniones Doctorum contrariæ de valore Sacramẽti. Vti cùm diſceptatur, an valeat ſub iſta, vel illa forma, quemadmodum proximè diximus, vt ſi Baptiſmus fiat in nomine Chriſti, aut in nomine Trinitatis, vel ſi quis ſolo pede, aut manu, aut intra ſecundinas baptizetur; tunc enim rebaptiſmus, licet, quia de Baptiſmo prudenter ambigitur. Id autem obſeruandum, vt ſemper fiat ſub conditione, & cautè, & occultè detur, ne ſcandalum oriatur. Sic hiſce Quæſtionibus reſpondent Authores ſupracitati, & alij ad q. 66. D. Thomæ, & imprimis Vaſquius proximè citatus.

D. Thom. Vaſquez

CAPVT V.

De infantibus Baptiſmum ſuſcipientibus.

Non poſſumus vno capite de omnibus ſuſcipientibus, tum infantibus, tum adultis agere: idcirco in duo capita, quæſtiones diuidimus. Circa infantes primò quæritur, Vtrum ſint capaces Baptiſmi? Hierarchitę olim, apud Epiphanium hæreſi 67. & Auguſtinum hæreſi 47. & hodie Anabaptiſtæ negant. Affirmãdum tamen, eſtque de Fide veritas, nixa eo loco Ioannis 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto.* Ita ſanxit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 5. *& ſeſſ.* 7. *Can.* 12. *&* 13. & alia antiquiora telata à Suarez *diſp.* 25. & Vaſquez *diſp.* 154. & Bellarmino. Ratio D. Thomæ ſumpta ex Auguſtino optima eſt *q.* 68. à 10. quia infantes ſunt capaces peccati originalis, ergo & remedij, quod eſt baptiſmus. Suadetur exemplo Circumciſionis, quæ infantibus applicabatur, vti ſuprà diximus.

Epiph. Auguſt. Anabapt. Ioan. 3. Trident Suarez Vaſquez Bellarm D Thom Auguſt

Secundò quæritur, vtrum aliqua diſpoſitio requiratur ad baptizandos infantes? quà de re variè more ſuo Hæretici ſentiunt. Vide eos Andabatarum more digladiantes, apud Vaſquez *diſ.* 154. *cap.* 2. A noſtris Catholicis facilè reſpondetur, nullam omninò in paruulis actualem diſpoſitionẽ requiri; dici tamen eos credere Fide offerentium, & ipſamet baptizandi actione. Ex doctrina Auguſtini *lib.* 3. *de peccat. merit. & remiſſ. cap.* 1. *&* 2. & Proſperi *lib. de Vocat. Gent.* 21. *c.* 8. Vnde ſine proprio actu voluntatis ſuę baptizantur, imo vt ait Auguſtinus gementes, & reluctantes: nec enim ſunt capaces rationis. Itaque pro Infantibus, ſatis eſt Baptiſmum illis conferri; ſufficit enim Chriſti voluntas, & Eccleſię, & Patrinorum. Ratio autem reſponſionis eſt, quia ſi voluntas Adami ſufficit ad peccatum,

Vaſquez Auguſt. Proſper

cur non ſufficiet voluntas Chriſti ad remedium? Et ita Suarez *diſp.* 25. *ſect.* 1. & Layman *tract.* 2. *cap.* 6. Authore Auguſtino *epiſtola* 57. *ad Dardanum.*

Suarez Layman. Auguſtin:

Tertiò quæritur. An præceptum aliquod ſit baptizandi infantes, ante vſum rationis, in ea ætatula? Reſpondetur negatiuè cum Vaſquez *d.* 154. *cap.* 1. Verùm vſus in Eccleſia, ita nunc obtinuit, cum tamen in primitiua non obtineret. Semper tamen tenuit, tenebitque præceptum baptizandi eos in caſu neceſſitatis, modò infans vel ex integro, vel ex parte idonea Baptiſmo extra vterum ſit, vti docet Suarius *diſp.* 25. *ſect.* 2. Hęc circa Fideles paruulos.

Vaſquez. Suarez.

Quod attinet ad Infideles, quæritur quartò, poſſint ne baptizari filij Infidelium, & quomodo? Huic quæſtioni per concluſiones reſpondendū eſt. Prima. Filij Infidelium, qui ſui ſunt iuris, & nulli Principi Chriſtiano ſubditi non poſſunt baptizari inuito vtroque parente. Eſt D. Thomæ *q.* 68. *art.* 1. *&* 2. 2. *q.* 10. *art.* 12. & Thomiſtarum, & Suarij *lect.* 3. & Laymani. Ratio eſt, quia violatur ius naturale, cum non ſint in poteſtate Eccleſiæ, ſed parentum, qui etiam extra illam ſunt. Excipe duos caſus, niſi infans ſit in periculo mortis; etſi nullo modo ſit in poteſtate parentum; tunc enim ceſſat ratio tradita. Ita præter citatos Vaſquez *diſp.* 135. & Azor *to.* 1. *lib.* 8 *cap.* 25. *q.* 4. De ijs autem, qui orbi ſunt ſunt, & tutores habent eodem modo dicendum inuitis tutoribus baptizari non poſſe. Ita cum Paludano, & Soto Vaſquez *diſ.* 145. *cap.* 2.

D: Thom. Suar. Laymau. Sotus. Vaſquez. Azor. Paludan. ſotus. Vaſquez.

Secunda concluſio. Si alter parentum ſit fidelis, vel infidelis, & velit baptizari infantem, tunc licet eum baptizari, quia partito iure parentum ſalus animæ ſtat pro puero. Sic Authores adducti cum Aegydio *q.* 98. *ar.* 10 *nu.* 83. argumenta verò contraria ſoluit Vaſq. *d.* 155. *cap.* 3. & hoc iure ius maternum æquat paterno, vt inuito patre, vel matris voluntas valeat.

Aegyd.

Tertia concluſio. Si puer habeat vſum rationis, etiam inuitis parentibus baptizandus eſt, cum ſit ſui iuris. In dubio autem, an ſit compos rationis, & ille nolit, parentes autem velint, negat Suarez baptizandum, quia in dubio ſtandum pro libertate nolentis: ſed affirmandum cenſeo, cum ratio ſalutis æternæ in eo dubio ſit præferenda, & puer ſit in patria poteſtate: eſt iuxta mentem Scoti *in* 4. *diſt.* 4. *q.* 9. ſequitur Faber ibidem *diſt.* 15. *cap.* 3. & Sotus *in* 4. *diſt.* 5. *q. vnica art.* 10. & Suario oppono Vaſquium dicentem: illud effatum ſolùm in materia de iuſtitia militare. Ita docet 1. 2. *diſ.* 65. *cap.* 3. *&* *hic d.* 155. *c.* 3.

Scotus. Faber. ſot: ſuar. Vaſq.

Circa Infideles ſubditos Principibus Chriſtianis, ſit quarta concluſio. Filij eorum, qui non ſunt ſerui, ſed tantum ſubditi politici, parentibus inuitis baptizari nequeunt. Ita D. Thomas hic *art.* 10. *&* 2. 2 *q.* 10. & Victoria relectione de Indis, & Suarez *diſ.* 25. *ſect.* 4. & Vaſquez *d.* 154. *cap.* 3. *&* 4. & Layman *tract.* 2. *cap.* 6. ob eam rationem, quia ea ſubiectio non auferr filios à patria poteſtate; igitur vis fiet baptizando; & propter aliam, quia ſi baptizentur poſtea redeundo ad parentes, ſunt in periculo deſerendi Fidem. Hoc autem intelligendum eſt etiam de filijs Iudæorum, id quod diſertè probat Vaſquez *d.* 154. *cap.* 2. & hanc eſſe praxim Eccleſię docet S. Thomas, & conſtat *ex diſt.* 45. *cap. Qui ſincere, & cap. de Iudæis*. Quare Concilium Toletanum, quartum decreuit, vt liberi Iudæorum baptizati à conſortio Parentum diuidantur, ne illorum inuoluantur erroribus; & habetur *cap. Iudæorum* 28. *q.* 1.

D. Thom. Victoria. ſuar. Vaſq. Vaſq. D. Thom. Cōc: Tol:

Quinta concluſio. Si Pagani, aut Iudæi ſunt ſerui, aut alio iuſto titulo capti à Chriſtianis Principibus, tunc eorum filii etiam inuitis parentibus baptizandi. Ratio eſt, quia cum iuris alieni ſint, amittunt patriam poteſtatem. Itaque licitum eſt eos baptizare etiam cum ſub cura parentum ſunt, vti tradit Vaſquez c. 4.

Vaſq.

De Filijs hæreticorum ſexta concluſio ſit. Poſſunt baptizari parentibus inuitis; quia Hæretici, etſi rebel-

les,

les, Eccleſiæ ſubditi ſint. An verò ſi baptizandi redituri ſunt ad parentes, liceat eos baptizare? negat Suarez, & Aegydius. Ego tamen affirmo, cum Baptiſmum Hæretici norint, & plerumque recipiant: & alioquin mori baptizatos ſæpè contingat. Vnde Nauarrus lib. 3. Conciliorum 5. de Baptiſmo, & multi, apud Azor, dicunt oblatos à Paganis pro Baptiſmo etſi reuocandi ſint à parentibus, omninò eſſe baptizandos; nec tanti illud periculum eſſe, vt Baptiſmo abſtinendum ſit. Quod ſi omnino conſtet, non iis licitum fore more Chriſtiano viuere, tunc negarim eos baptizando cum Suario, & Aegydio.

suar
Coninch
Nauarr.
Azor

CAPVT VI.

De adultis Baptiſmum ſuſcipientibus.

Adultos, ſi baptizati non ſint in infantia, baptizari debere conſtat ex neceſſitate Baptiſmi, quę eſt medij, vti diximus ad ſalutem. Quæ autem diſpoſitio requiratur, inquiritur. Qua in re pronuntio primò. Vt validè baptizentur, ſufficit qualiſcumque eorum conſenſus. Ita Alenſis *par.4.q.18.* Bonauentura *in 4. diſt.4.* & Richardus, & Scotus *d.4.q.4.diſt.6.* Authore Vaſquez *d.147. cap.2.* communiter Theologi. Quid ſi baptizandus id faciat ob peruerſum finem, puta, vel ob flagitium patrandum, vel conciliandam Principis gratiam, vel magiſtratum, & honorem conſequendum? Dummodo velit baptizari, ſatis eſt ea voluntas etiam perverſa ex fine. Ita caput *Maiores. §. Item quæritur. & cap. de Iudæis. diſt. 54.* Authore Auguſtino *lib. 2.* contra Petilianum *cap. 35. & lib. de catechizandis rudibus cap. 17.* quem ſequitur D. Thomas *quæſt. 98. artic. 8.* & alij apud Layman *tract. 2. cap. 6.* Ratio eſt, quia hic datur vera voluntas Baptiſmi, etſi aliunde vitiata; quod etſi non ſatis eſt ad virtutem, ſatis eſt ad valorem Sacramenti.

Alenſis
Bonauent
Richard
Scot
Vaſq
Toletus
Theologi
Maiores
C.de Iud.
Auguſt.
D.Thom
Laym

Maior quæſtio eſt de illo, qui per metum grauem incuſſum ad baptiſmum venit, in quo non datur niſi conſenſus per metum extortus, atque adeo violenter expreſſus. Dubium igitur eſt, an ſi hac de cauſa baptizetur valeat Baptiſmus? Affirmandum tamen eſt valere. Ita Concilium Toletanum quartum *cap.56.* & approbat Suarez *diſp.24. ſect.1.* & Vaſquez *d.147. cap.2.* ex Innocentio *in cap. Maiores.* Fundamentum eſt, quia ille qui per metum conſentit, verè tandem vult, atque adeò vult ſimpliciter; vnde ille conſenſus, quamquã ſit per metum extortus reducitur ad actum, & quamquam ſit inuoluntarius, ſecundum quid; eſt tamen voluntarius ſimpliciter. Nec obijcias Matrimonium, & Votum per metum contractum, & per vim expreſſum non valere; quidquid enim de eo ſit, Baptiſmus non eſt contractus, nec promiſſio, ſed Sacramentum, quod valet ex inſtitutione Chriſti, ad quod ſatis eſt, quæcunque voluntas; hac autem poſita valere Deus voluit propter Sacramenti neceſſitatem, præſertim cum Deus huiuſce voluntatis, quæ eſt in foro interiori Dominus, & Iudex ſit, & non obliget baptizatum ad aliud præſtandum, imò Deus ipſe obligari velit ad illud beneficium Baptiſmi conferendum.

Cõc.Tol.
suar
Vaſquez
Innocent
C.Maior.

Pronuntio ſecundò: Ad recipiendam gratiam Sacramenti Baptiſmi, qua ſolum originale deleatur, ſufficit Fides, & Spes citra vllum alium actũ virtutis: ad id enim eſt primò inſtitutum, & cum intentione recipientis facit effectum. Huius doctrinę author eſt Vaſquez *d. 148. cap. 1.* qui ait poſſe interdum dari ſtatum, in quo quis habeat originale ſine actuali, in quo caſu locum habet doctrina. Tenuit autem illud ſuppoſitum de ſtatu illo *1.2. diſp. 149. c. 2.*

Vaſquez

Pronuntio tertio. Ad recipiendam gratiam, quę deleat peccatum originale, & actuale mortali coniunctum prærequiritur vltra Fidem, & Spem in adulto diſpoſitio, quæ ſit dolor de pec-

peccatis. Chriſtus poſtulauit Fidem
Marc vlt Actor 2 Marci vltimo. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit*. Petrus dolorem, Actorum 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum*. Hæc Catho-
Vaſq lica, inquit Vaſquez ſententia eſt, &
Trident, Auguſt in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. definita, quam ex Auguſtino, & Patribus oſtendit *diſt*. 148. *cap*. 3. ſufficit autem attritio authore D. Thoma *q*. 68. *art*.
D. Thom, Scotus Toletus 4. *& q*. 79. *art*. 3. *& q*. 80. *art*. 4. & Scoto *in* 4. *diſt*. 4. *q*. 5. *& diſt*. 14. *q*. 4. Vtrum autem facienda ſit confeſſio, quæſtio eſt negatiuè decidenda. Pro qua doctrina, quæ certa prorſus eſt, & omnium communis, obſeruandum, peccata, quæ ante baptiſmum ſunt commiſſa, poſt Baptiſmum materiam confeſſionis eſſe non poſſe. Vnde qui ſuſcipiet Baptiſmum in peccato mortali, ſi poſtea pœniteat, & confiteatur, non eſt neceſſe eum confiteri peccata ante Baptiſmum commiſſa, hæc enim remittuntur ex vi Baptiſmi iam recepti. Huiuſce autem rei ratio eſt, quia in Sacramento Pœnitentiæ illa duntaxat peccata remittuntur, quæ ſunt ſubiecta clauium poteſtati, peccata autem illorum, qui baptizati non ſunt, extra Claues ſunt, vnde quandocunque remittuntur ea peccata, per virtutem Baptiſmi remittuntur.
Maior Layman Ita Maior *in* 4. *diſt*. 4. *q*. 2. & Layman citatus *tract*. 2. *cap*. 6. Illo tamen, qui Baptiſmum ſuſcipit in peccato mortali, debet illud ipſum ſacrilegium, quod ſuſcipiendo cõmittit confiteri, adeoque abſolui: cetera non oportet ex-
Sotus Suar Auguſt ponere. Sic Sotus *diſt*. 4. & Suarez *diſp*. 28. *sect*. 5. & nititur doctrina S. Auguſtini docentis baptiſmum operari gratiam remoto obice peccati, & recedente, vt aiunt fictione, *lib*. 1. *de Baptiſmo cap*. 11. *& lib*. 3. *cap*. 13. *& lib*. 6. *cap*. 4. & refertur *cap*. *tamen valere* de Conſecratione *diſt*. 4.

De tempore in quo baptizandi ſunt adulti, dicendum, cum primum commodè poſſint, et inſtructi in fide fuerint, baptizari debere, cum Baptiſmus ianua Sacramentorum ſit. Ita
D: Thom: Vaſq: Suar D. Thomas *in* 4. *diſt*. 17. & cum eo Vaſquez *diſp*. 149. *cap*. 4. & Suarez *diſ*. 31. *sect*. 2. In caſu autem periculi tenetur baptizari, nec vlla poteſt eſſe excuſatio, modò detur occaſio illius baptiſmi recipiendi, cum eius neceſſitas medij ſit, vti ſupra diximus.

Horum capitum Baptiſmus Monſtrorum appendix eſto. Eſſe monſtra compertum eſt. An, & quæ baptizanda ſint, oportet ſcire. Primò de quibus ambigitur, beſtiæ ne, an homines ſint? Ea ſunt diligenter examinanda, & præcipuè ex capite metienda. Si autem non conſtet de re, baptizanda ſunt ſub hac conditione, *ſi tu es homo, ego te baptizo*. Si compertum ſit hominem eſſe, multiplex autem eſſe videatur, tunc eadem ratione facta experientia, ſi duo eſſe conſtet, vti duo baptizari debent; ſi non apparet diuerſitas, & tamen eſſe aliqua videatur, tunc illud de quo conſtat, baptizandum eſt abſolutè, aliud ſub conditione. Nec in hac materia amplius immorandum. Qui plura velit,
conſulat Paulum Comitolum *lib*. 1. Paulus Comitol
Moralium Quæſtionum, *quæſt*. 8. & Layma
Layman *tract*. 2. *cap*. 6. & Nauarrum Nauarr
lib. 3. *Conſiliorum* 3. *de Baptiſmo*. Tolet

CAPVT VII.

De Miniſtro Baptiſmi.

ORdinarium Baptiſmi Miniſtrum Epiſcopum, & Presbyterum
eſſe Concilium Florentinum in De- Conc Fl D. Thom.
creto Eugenij ſanxit: & docuit D. Thomas *q*. 64 *a*. 2. ita vt Epiſcopo, id munus primo competat, deinde Sacerdoti, ei ſcilicet, qui Parochus ſit,
aliis qui non ſint Parochi, nec ex com- Vaſq:
miſſione, non licet Authore Vaſquez *d* 147. *cap*. 4. Diacono item aliquando licet baptizare: diſcrimen autem inter Sacerdotem, & Diaconum illud eſt, quod Sacerdos ordinarius eſſe poteſt, ac ſolet, Diaconus extra ordinẽ, Suar
& certis temporibus, vti notat Sua- Vaſq
rez *diſp*. 25. *sect*. 2. & Vaſquez *diſput*. 147. *cap*. 4. Aliis Clericis minoribus

non

non eſt licitum, nec vlla de cauſa cõmitti poteſt, niſi in extrema neceſſitate abſente Presbytero, & Diacono, vti docet Vaſquez *d.147.c.5.* Hoc autem proprium munus Miniſtri ordinarij eſt, ſolemniter baptizare; quod ſemper opus eſt fieri extra caſum neceſſitatis, authore Soto *in 4.diſt.4.ar.3.concluſ.2.* Laicus autem, quicumq; ille ſit, qui extra caſum neceſſiiatis baptizet, lethaliter peccat, iuxta Sotum *in 4.diſt.4.q.vnic.art.3.* & Vaſq: *d.147.c.5.* & Suarez *d.31.ſect.6.*

Vaſq.

Suar
Vaſq:

In caſu autem neceſſitatis duobus modis poteſt procedi: vel præſente Miniſtro ordinario, vel abſente. Primo modo non licet aliis, qui ordinarii non ſunt baptizare · eritque contra facere, peccatum mortale. Secundo item non licet, ſed citra culpam mortalem, nec enim ordo ille tanti eſt, vti obſeruat Suarez *d. 31. ſect. 4.* nam vbi non eſt miniſter ordinarius, alter non eſt de iure; itaque quicunque ſit præſens, baptizari poteſt, ſine peccato mortali, ſiue ſit Clericus, ſiue Laicus, etſi contra opinetur Aegydius Coninch *qu. 67. dub.3.* qui putat non licere præſente Diacono, alteri baptizare, & Vaſquez citat, qui ordinem illum perſonarum per ſuos gradus ſeuerè putat eſſe ſeruandum. Ego tamen cum Suario *diſp.31.ſect.4.* & Soto *diſp.4.q.vnica art.2.* non committi in eo peccatum mortale exiſtimo, quia cum Diaconus non ſit ordinarius miniſter, in caſu neceſſitatis locum non vendicat. Illud conſtat, apud omnes, quicunque (cui non conuenit ex iure) extra caſum neceſſitatis ſolenniter baptizet, eum mortaliter peccare, & illum qui præſente Sacerdote in caſu neceſſitatis baptizet, quod optimè Suar. *d.31.ſect.4.*

suarez

AEgidius

Vaſquez

Suar
Sotus

Suar

Magna quæſtio eſt. An poſſint concurrere plures Miniſtri ad baptiſmum? Et dato quòd poſſint, quomodo ab ijs conficiatur Sacramentum? Proponitur huiuſmodi quæſtio à D. Thoma *q.67. a.6* & Bonauentura *in 4.d.5. ar.1.q.1.* & Scoto *diſt.6. q.2. art.1.* Tribus autem modis poteſt fieri iſte concurſus. Primo, cùm omnes ex integro, & æqualiter concurrunt adminiſtrando materiam, & formam ſinguli perfectam cũ intentione baptizandi. Secundo, cùm hoc omnes faciunt, ſed vnus præit, cæteri verò ſequuntur ſubminiſtrando totam materiam, & formam. Tertiò, cùm volunt eſſe cauſæ partiales, vt ſi vnus miniſtret materiam, & alter formam, vel ſi vnus ponat partem materiæ, & formæ, & alter ponat aliam.

D. Thom
Bonau:
Scotus

Incipiendo ab hoc vltimo, baptizantibus duobus partialiter, nullus exiſtit baptiſmus. Ita D. Thomas citatus, & Vaſquez *d.184. c.4. & 5.* & Layman *tract.2. de Baptiſmo cap.3.* eſt enim illud contrarium formæ Baptiſmi, qui omninò dilaceratur duobus vnam formam diſcerpentibus, adeò inquit Vaſquez, vt ne in opinione quidem ſua, quæ ait Sacramenta non eſſe cauſas phyſicas, ſed morales velit vt plures homines partialiter ad vnum Baptiſmum poſſint concurrere. Quare hæc forma *Nos baptizamus* nunquam valebit, quemadmodum demõſtrat Vaſquez *d.148. c.1.* contra Durandum, Marſil, et Caietanum. Secundo modo validus eſt Baptiſmus, nam ille qui præit, et prior abſoluit formam, eſt qui conficit Sacramentum, cæteris nihil iam operantibus: vti accidit, quando multi initiantur Sacerdotes, et præeunte Epiſcopo ordinatè dicunt ſimul verba Conſecrationis, nam tunc Epiſcopus, qui primus verba Conſecrationis finit, eſt qui cõſecrat, cæteris non conſecrantibus; de quo ſuo loco.

D. Thom
Vaſquez
Layman

Vaſquez

Circa primum modum maior eſt difficultas, in quo alij alia ſentiunt. Et quidem, qui morales cauſas, & effectus Sacramenta eſſe dicunt, faciliùs ſe expediunt dicendo, Dei eſſe cauſas illas determinare, & diſcernere, operando qua cum velit, Sactamentum. In ſententia autem, quæ tenet Sacramenta phyſicè, & produci, & producere difficilius eſt rem ſtatuere. Primùm, ego non admitto duas cauſas totale: poſſe eundem omninò effectum producere; atque adeo nego idem Sacramentum ab omnibus poſſe fieri. Dico ergo Deum determinaturum eſſe quis efficiat,

ciat,

Digitized by Google

ciat, & vnum duntaxat effecturum:
eſtque reſponſio ſecundum mentem
D Thom. Scotus Faber D. Thomæ *3. p. q. 67. a. 6.* & Scoti *in*
4. diſt 6. q. 2. quam explicat, & ſequi-
tur Faber *in 4. diſt. 5. q. 2 diſp. 19.* Vt
autem appareat diuerſitas reſponſio-
nis in cauſis phyſicis, & moralibus
adijcio, cùm cauſæ morales ſunt, poſi-
tis ſimul omnibus, omnes ſimul con-
currere, Deumque ab omnibus motum
Sacramentum per ſe cauſare; cùm ve-
rò ſunt phyſicę, non poſſe omnes con-
currere, nec cauſare, & neceſſario à
Deo vnam eſſe aſſumendam ad cau-
Suarez Gabriel Caiet. ſandum. Suarez tamen *diſp. 23. ſect. 3.*
cum Gabriele, & Caietano ſentit non
eſſe inconueniens plura Baptiſmata
eiuſdem hominis eſſe, nec id abſur-
dum putat. Ego tamen non intelli-
go; quomodo multiplicati poſſint in
vno homine Baptiſmata, quin multi-
plicetur, & Character, & Gratia; mul-
tiplicari autem abſurdum iudico, præ-
ſertim cùm detur anſa optādi iſtā mul-
tiplicationē baptiſmorum; quiuis enim
volet multos characteres, & gratias re-
Vaſquez cipere. Ac ita contra Suarez ſtatuit Vaſ-
quez *d. 147. c. 2.* latè confutata illius,
ſed eius nomine, vti ſolet, diſſimula-
to: impugnat tamen eos quos Suarez
ſuæ ſententiæ Authores habuit.

De intentione Miniſtri ſatis aliàs
Scotus diximus: vno nunc verbo rem abſolui-
mus cum Scoto *in 4. d. 6. q. 6.* ſatis eſſe,
vt velit facere quod facit Eccleſia, ſiue
formaliter, ſiue virtute; ſeu diſtinctè,
Faber ſeu confusè. Ita cum eo Faber pro-
ximè adductus *q 6. diſp. 20.* Hac de re
Vaſq latiſſimè Vaſquez *diſputat.* 138. per
totam.

CAPVT VIII.

De Cæremonijs Baptiſmi.

CAEremoniæ iuxta Vaſquez *diſp.* Vaſq
166. c. 2. vel ſunt antecedentes,
vel comitantes, vel ſubſequentes Ba-
ptiſmum. Harum quædam olim vſi-
tatæ, nunc deſuetæ. Singulas breui-
ter demus, & primò antecedentes.
Prima Cæremonia fuit, vt candidati
baptizandi nomina darent, & in al-
bum referrentur, vt ex Audientibus
Competentes (quæ duo erant Cate-
chumenorum nomina, & genera) fie-
rent. Ita Iſidorus *lib. 2. de Officio Ec-* Iſidorus Pamelius
cleſiaſtico cap. 21. & Pamelius *in Cypr.*
ſchol. epiſt. 17. & 27. ſiue 24. *lib. 3. &*
Schol. in cap 6. lib. de Pœnit. Tertullia- Henriq.
ni: ex quo Henriquez l 2. *cap. 13.* cum Vaſq
alijs quos adducit, & Vaſquez *c. 3.* Se-
cunda, vt Cathecumeni ante Baptiſ-
mum varijs modis probarentur per
exorciſmos, ieiunia, orationes, crucis
conſignationes, & alijs quos referunt
Clemens, *lib. 7. conſt. c. 41. & 42.* & Clemens Iuſtinus
Iuſtinus Dial. cum Tryphone, Tertul-
lianus *lib. de Baptiſmo c. 10.* & ibi Pa- Pamelius
melius, & cum illo accuratè Vaſquez Vaſq
d. 196. c. 3. Hæ duæ Cæremoniæ anti-
quæ; cæteræ noſtræ ſunt, nimirùm
tertia in ordine, quæ eſt Conſecratio
aquæ Baptiſmalis cum trina infuſione
Chriſmatis; Crucis in ſpeciē, quę adhuc
fieri ſolet in Baptiſmo dato ſabbato
Paſchatis, & Pentecoſtes, de qua Ba- Baronius
ronius Anno 417. Quarta, trina Dæ-
monis exſufflatio, & exorciſmi, adhi-
bito ſigno Crucis, vt eſt in Paſtorali, Rit. Rom
& Rituali Romano. Quinta, guſtatio Gratian
ſalis poſiti in ore baptizandi. Ita Gra- Patres
tianus, ex Patribus *diſt. 4. de Conſecrat.*
cap. *Ex hinc*, & cap. *Sal.* Sexta, na-
rium, et aurium per ſaliuam tinctio, de
qua Sanctus Thomas *q. 71. a. 2.* Septi- D. Thom
ma, Sathanæ abrenunciatio, et operum
ac pomparum eius, vti notat Paſtora-
le. Octaua, vnctio olei benedicti in
ſcapulis, et pectore. cap. vnico. *de Sacra*
vnctione S. Quia vero. Nona, Fidei
pro-

Clemens — profeſſio, ſeu ſymboli recitatio. Clemens *lib.7. conſtitutionum cap.41.* Hæ antecedunt Baptiſmum. Duæ requiruntur, vt comitentur. Primò, requiritur, vt Baptiſmus fiat in Baptiſterio, vel fonte ſacro ad id inſtituto. Secundò, vt Patrini præſentes ſint, qui pro Henriq. paruulo reſpondeant, & nomen ei imponant. Omitto alias de quibus Henriquez *lib.2.c.13.*

Conſequentes ſunt, prima, vnctio chriſmatis in vertice baptizati, ex c. Conc. Ar. *ſi quis de alio* diſt. 4. de Conſecrat. & ex Concilio Arauſicano 1. Can. 1. Hęc olim Cæremonia propriè ſolius Epiſcopi fuit, poſteà Presbytero commiſſa. Chriſma autem debet eſſe hornum in Cœna Domini conſecratum. Secunda, veſtis candida, cuius loco portant infantes candidum velum. Tertia, cereus accenſus ad lumen fidei charitate incenſum ſignificandum. Quarta, lactis, & mellis Tertull. deguſtatio olim celebris teſte Tertulliano libro de Corona Militis: verùm Vaſq Henriq. hodie deſita, de qua vide Vaſquez *d. 166.c.6.* & Henriquez *l.2. c.23.* qui his de rebus, vti ſolent, doctiſſimè.

Dubium eſt. Vtrùm adhibendæ ſint Cæremoniæ poſt Baptiſmum, quando iis Baptiſmus caruerit? Reſpondetur affirmatiuè, vt colligitur ex cap. 1 *de Sacramentis non iterandis*, & monet Henriquez citatus, quod de Exorciſmis item intelligendum; Comitol quamquam Paulus Comitolus dixerit non licere paruulo iam baptizato exorciſmos facere, quem eo nomine Layman Layman reprehendit *tract.2. cap.8.* qui tamen negat paruulum baptizatum ab Hæreticis, illis Cæremoniis eſſe initiandum, ne fortè exiſtimetur Baptiſmum Hæreticorum non valere. Nimis opinor, ſcrupuloſè.

Huius capitis curioſa quæſtio eſto coronis. An fuerit quiſquam Sanctorũ in lege Gratię, qui non fuerit baptizatus? Reſpondeo negatiuè. Nam Apoſtolos à Chriſto baptizatos fuiſſe communis eſt Authorum ſententia. De Beata Virgine potuit eſſe dubium. Eam tamen fuiſſe à Chriſto baptizatam communiter receptum eſt. Et ita

cenſet Suarez *diſp. 19. a. 1. & diſp. 14 ſect. 2.* & Vaſquez *d. 119. c. 7.* Suar Vaſq: Imò eam primam omnium à Chriſto fuiſſe baptizatam refert Euthymius Ioannis 3. Euthim. Non recepit autem Virgo primam gratiam per Baptiſmum, nec potuit recipere, cum eſſet mea ſententia ab originali immunis, imò, & fortè, vt ait Scotus *in 4. diſt. 4. qu. 6.* Chriſtus Scotus cum ea in hoc Sacramento diſpenſauit, quod impugnat Sotus *diſp. 5. q. 1. art. 2.* Sot. ſed iniuria, nam præterquam quod Scotus id non affirmauit, ſatis modeſtè id coniecit, in quo ſe geſſit cautè ac moderatè.

CAPVT IX.

De Patrinis ſeu Suſceptoribus.

Patrinus, quaſi ſpiritualis Pater eius infantis, quem in Baptiſmo ſuſcipit, appellatur. Vt quis Patrinus eſſe poſſit, debet habere vſum rationis & eſſe baptizatus teſte Nauarro *lib.4. Conſiliorum 1. & 2. de cognatione ſpirituali editione 2.* & Sanchez Nauarr *lib. 7. de Matrimonio diſput. 60. & 61.* Debet autem habere intentionem Sanch. munus ſuum obeundi; eſt autem illud, baptizato adeſſe, eumque ſuſcipere ex fonte baptiſmi, & inſtruere baptizatum, cùm non eſt alius inſtructor. Ita Sanctus Thomas *q. 67. a. 8.* & Suarez ibidem ex doctrina Auguſtini ſermone 215. de tempore, cumque eo Bellarminus *de Bapt. cap. 26.* D. Thom Suarez Auguſt & Henriquez 12. c. 14.

Non omnibus licet Patrinis eſſe. Nam Religioſi prohibentur, non ſolùm Monachi, vt communiter docent Bellarm Henriq. Authores, ſed etiam Mendicantes, idque iure Canonico inſtitutum pro omnibus; vti contra AEgidium ConinK *tertia parte quaſt. 67. art. 7.* docet Sanchez *lib. 7. de Matrimonio diſput. 60. num. 21. & lib. 6. Moralium cap. 6. num. 24.* & Rodriguez *tom. 2. Regularium Quæſtionum 58. art. 3.* AEgidius Sanchez Emmau Parentes item vetantur eodem iure Canonico, & tradit Sanctus Thomas *qu. 68. art. 8. ad 2.* D: Thom Quæritur, vtrùm liceat

ceat duos coniuges alienam prolem ſuſcipere? Licere, ſed non decere docet Sanchez *diſp.57. nu.5.* & Nauarrus *cap.22. num.39.* Nec hi contrahunt cognationem ſpiritualem, nam aliàs id non liceret, quod monet Coninch *tom 2. diſp.32. dub.2. concl. 2.* & ſequitur Layman *tract.2. cap.9.* Patrinus autem poteſt eſſe vnus mas, maris: fœmina, fœminæ; vel duo mas, & fœmina reſpectu vnius, vel maris, vel fœminæ, quod obſeruat Henriquez *lib.2. cap.14.*

Sanchez Nauarr: Ægyd. Layman Henriq

Vſus Patrini tantùm eſt in Baptiſmo ſolenni, non autem in priuato, nec enim in hoc Baptiſmo opus eſt Patrinum adhiberi. Ita Suarez *diſp. 67 art.8.* & Sanchez *lib.7. diſp.2. contra Zambranum.* Si quis tamen in priuato Baptiſmo ſuſcipiat infantem, verus erit Patrinus iuxta Suarez citatum, & Nauarrum *capite 22. numero 4.*

ſuar Sanch Nauarr:

Dubia hic duo, & grauia occurrunt. Primum, vtrùm Catholici rogati ab Hæreticis poſſint eſſe Patrini in Baptiſmo filiorum Hæreticorum? Negat Nauarrus *lib 1. Conſil.1. n.6.* & Azor *tomo 1. lib.8. cap.11. quæſt.9.* ex eo quòd illicita prorſus ſit communicatio cum Hæreticis in ſacris. Verùm Layman *tract 2. cap.9.* affirmat in Germania ſua licere. Cui volo aſſentiri, & addo licere etiam extra Germaniam, nam illa non eſt communicatio in ſacris prohibitis, nec in exercitio Hæretico, ſed conuentiò in Baptiſmo Catholicę Eccleſię, in quo omnes conuenimus, qui baptizamus; deinde quia poteſt ſequi inde vtilitas baptizati. Suppono autem baptiſmũ fieri more Catholico, non hęretico, aut Schiſmatico. De hoc enim loquor: eſt enim communis Authorum ſententia Sanchez *l.2. Decal.c.9. n.12.* Azor, Ledeſma, Sernę, Nauarri, quos citat, & ſequitur P. Hurtado *d.76. S. 15* pręter Layman quem citaui. De hac tamen quæſtione accuratè in materia de Fide tractauimus.

Nauarr Azor Layman

Secundum dubium, & maius eſt, an liceat Catholico adhibere Patrinum Hæreticum? Negant communiter Authores. Laymanus tamen pro ſuo in Germanos amore affirmare vult tract.2.cap.9. ſed non omninò audet, tantum docet in caſu neceſſitatis licere. Vtitur autem exemplo minus idoneo, quando ſcilicet Parochus eſt Catholicus, & in locum Hæretici ſuccedit, & baptizat filios Hæreticorum, & affirmat tunc iuxta praxim Germaniæ licere, de quo ego certè non dubitem, & caſum perſpicuè propono. Vtrum liceat Parocho Catholico filium Catholici baptizanti admittere Patrinum Hæreticum? hęc enim eſt propria quæſtio, in qua triplex poſſet eſſe reſponſio. Primò, ſi nullus ibi ſit Catholicus, & Hæretici velint eſſe Patrini, & doleant, niſi adhibeantur, probabile videtur poſſe admitti ſine culpa. Secundò, ſi alij ſint Catholici, nec ſit neceſſitas adhibendi Hæreticos, tum non licere. Tertiò, ſi aliqua neceſſitas eſſet v.g. quia Hæretici conſanguinei ſunt, ac item potentiſſimi, aut clariſſimi viri, licere illos adhiberi, modò ſint Hæretici baptizati; nullo enim iure videtur prohiberi. Et quidem ſtando iure antiquo forſitan hoc tolerari poſſet, quod optat Layman, ſed eſt in contrarium Conſtitutio Clementis VIII. confirmata à Gregorio XV. quæ quanquam id vetet Filijs Italorum in ijs regionibus verſantibus, videtur tamen ad alios extendenda: non caret tamen, quod alios, hæc ſententia probabilitate: præcipuè, quia ille actus extrinſecus eſt Baptiſmo, & multum habet officii vrbani, cum præſertim infantes baptizati iam non ſoleant inſtrui in fide à Patrinis, ſed à parentibus, & Ludimagiſtris; cum autem Hæretici per Baptiſmum recipiant characterem, & Chriſtiani reddantur, poſſunt ad illud officium aſſumi, qua ratione hæc doctrina, quamquam non ſit expreſſa à Doctoribus, quos viderim, nullatenus eſt à regulis Catholicis aliena; ac ego illam ex principijs D. Thomæ q. 67. art.8. & Commentarijs Suarij ad eum locum deduxi. Sed licet ſpeculatiuè non ſit improbabilis, in praxi ſeruanda non eſt. Ad

Layman

ea,

Digitized by Google

ea quæ ſupra in materia de Fide docui, me ac Lectorem remitto.

Vltimo aduertendum ratione ſuſceptionis baptizati infantis contrahi affinitatem. Suppono imprimis contrahi inter baptizantem, & baptizatum. Inter reliquos, an & quomodo contrahatur, controuerſia eſt, nam vulgo creditur inter ipſos Patrinos affinitatem contrahi, quæ certè non contrahitur. Igitur perſonę ſunt, ſuſcipiens, & ſuſceptus, & parentes ſuſcepti. Tres igitur ſunt reſpectu Patrini, Infans, Pater, & Mater infantis, & ratione affinitatis exurgentis Matrimonium inter eos, & Patrinum, nullum eſt. Ac ita diſertè Suarius in Commentarijs ad Quæſtionem Diui Thomæ 67. art. 8. & Henriquez lib. 2. cap. 14. Caſus ad conſcientiam pertinentes, qui hinc exiſtunt, ad Sacramentum Matrimonij reſeruantur.

Suar.

Henriq.

Digitized by Google

TRACTATVS II.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

CAPVT PRIMVM.

De natura, & inſtitutione Confirmationis.

CONFIRMATIO Sacramentum eſt à Chriſto Domino inſtitutum, quo homo baptizatus ſpiritualis gratiæ augumentum, & robur accipit per Chriſmatis in fronte vnctionem, ſub certa verborum forma ab Epiſcopo facta. Hæc definitio (Concil Floreñ) eſt ferè deſumpta ex Concilio Florentino, & ab eo concinnata ex communi traditione Eccleſiæ, Patrumque doctrina, & ex Concilio Tridentino (Trident.) *ſeſſ.7.Can. 2.de Confirm.*

Negarunt hoc Sacramentum Nouatiani (Nouatian) teſte Theodoreto (Theodor) lib. 3. Hæreticarum fabularum, capite penultimo, & poſt illos Vvaldenſes (Vvaldenſ), & Flagellantes (Flagellan), authore Aenea Syluio (Æneas Syluius) de origine Boemorum, & Sandero (Sanderus) de Viſibili Monarchia; deinde Sectarij, cum Luthero, & Caluino, apud Prateolum (Prateol), & Lindanum (Lindanus). Contra eſt Eccleſiæ Catholicæ doctrina, & conſuetudo firmata Decreto Concilij Tridentini (Trident.) *ſeſſ.7.can.1 & 2. de Confirmatione*. Fuiſſe autem ſemper in Eccleſia huiuſmodi Sacramentum, conſtat ex varijs Actorum (Actor.) locis *cap.* 2. & 8. 11. & 19. vbi per manuum impoſitionem factam ab Apoſtolis Spiritus ſanctus dabatur; & quidem viſibiliter. Ex quo ritum illum fuiſſe ſolennem, ac proinde Sacramentum, apparet, cum baptizatis daretur. Probatur hæc veritas decem Pontificum aureæ illius ætatis ad Gregorium vſque Magnum teſtimonijs, quæ citat Bellarminus (Bellarm.) *de Sacramento Confirmationis. lib. vnico, & cap.3.* & trium Conciliorum Generalium, & octo Prouincialium decretis productis ab eodem, & Suario (Suarez) *diſp.32.* & magna authoritate Patrum tum Græcæ, tum Latinæ Eccleſiæ confirmatur, quos proferunt iidem Authores, & Layman (Layman) *tract. 3. de Confirmatione*, & Henriquez (Henriq.) *lib.3. cap.1.*

De authore dubium mouerunt graues quidam Theologi cum Alenſi (Alenſis) *4. part.q.24.membro 1. & 2. art. 1.* Bonauentura (Bonau.) *in 4 diſt.7.art.1.q.1. & 2.* Et quoniam grauiſſima res eſt, & ſunt, qui putent D.Thomam minus perſpicuè de ea locutum, imò & de inſtitutione à Chriſto facta dubitaſſe, quemadmodum cenſet Faber (Faber) *in 4.diſt.7.q.1.diſp. 27.cap. 1.* Nec eum ſatis benè exponit Suarez Commentarijs *in qu. 72.art.1.* Neceſſe eſt rem hanc accuratius tradere (Suarez).

Rationes, ob quas Hæretici negant penitus hoc Sacramentum, & Catholici quidam, eo admiſſo, à Chriſto

inſti-

inſtitutum, vel inficiantur; vel in dubium vocant, duæ ſunt. Prima, quod nulla in ſcripturis mentio iſtius ſit Sacramenti. Secunda, quod illud nunquam vel à Chriſto, vel ab Apoſtolis datum fuiſſe conſtat. Ad primam,

Scholaſt. D.Thom

quæ Hęreticorum eſt, reſpondent ferè omnes Scholaſtici, cum D. Thoma *q.72.art.* 1. eſſe in Euangelio expreſſam promiſſionem huius Sacramenti, ac ex ea colligi inſtitutum eſſe; non enim Chriſtus promitteret, quod non exhiberet; quod autem exhibita ſit promiſſio, probant ex illis Actorum, quos proximè dedimus, locis. Videamus promiſſionem. Illa

Ioann: Lucæ

habetur Ioannis 14. *Alium Paraclytum dabit vobis*. & cap. 16. eiuſdem, & Lucæ vltimo. Quod autem linguarum illa ignearum immiſſio, & cum iis Spiritus ſancti infuſio Confirma-

Bellarm: ſuar

tionis loco fuerit, cenſet Bellarminus *lib. vnico de Confirmatione cap.2. & 7.* & Suarez cum D. Thoma, tum in Cõmentariis ad quæſtionem 72 artic. 2. tum diſputatione 32. ſect. 1. qui omnes aiunt promiſſionem Spiritus ſancti confirmantis factam eſſe Apoſtolis, pro die Pentecoſtes; pro alijs, quando acciperent Sacramentum. Aſſerunt autem Apoſtolis mirabili modo, & extra Sacramentum gratiam Spi-

Laym

ritus ſancti fuiſſe conceſſam, quibus conſentit Layman *tract. 3. cap.1.* Si autem quæras, quo tempore Chriſtus inſtituit hoc Sacramentum, reſpondet Suarez *ſect.2.* in Cœna inſtituiſſe

Fabian:P

nixus decreto Fabiani Papæ, & aliis argumentis, licet fateatur inchoatum potius tunc, quam perfectum; perfectum autem poſt Reſurrectionem Ioannis 20. quando Chriſtus dixit Apoſtolis: *Accipite Spiritum ſanctum*. Se-

Aegyd.

quuntur Suarium Aegydius Conink *q.72.art.1.cap.2.* & Layman *tract. 3. c.1. ad finem*.

Hæc ſententia, & quæ hactenus dicta ſunt, mihi non probantur; quare quid ſentiam duobus pronunciatis expono. Primum, Sacramentum Cõfirmationis inſtitutum fuit à Chriſto, quando oblatis ſibi paruulis impoſuit

Matth.19

manus, & orauit Matth. 19. vbi ſic Matthæus: *Oblati ſunt ei paruuli, vt imponeret eis manus, & oraret*. Quam ſententiam, ait Suarez, aliquibus pla-

Conc.Sen

cuiſſe, & in Concilio Senonenſi ſignificari. Hanc ego confirmo, vel inuito Suario, qui adumbratam ibi concedit, inſtitutam verò negat Cõfirmationem. Primò quidem ſic: Chriſtus ea actione Sacrum quiddam & ſpirituale egit, & ſignificauit, id autem non potuit eſſe aliud, niſi Confirmationis Sacramentum; igitur illud tum fuit à Chriſto inſtitutum. Maior probatur ex actione imponendi manus, & orandi, quæ ad ſanctificationem puerorum ſpectat, vti Ori-

Origenes. Chryſoſt: Remig Guillian:

genes, & Chryſoſtomus, & Remigius ibi obſeruant; & probat Guilliaudus, & alii. Minor ſuadetur, quia hac impoſitione manuum Apoſtolorum probat Suarez, & cæteri citatis Actorum locis, Sacramentum Confirmationis notari. Igitur à fortiori hoc loco ex impoſitione manuum Chriſti Confirmatio probabitur; cum pręſertim hic verba orantis potuerint eſſe vice formæ, quæ nulla habentur in Actibus Apoſtolorum.

Secundò, quia decuit, vt Chriſtus poſt Baptiſmum inſtitueret Sacramentum Confirmationis, quod ſequitur Baptiſmum, & eſt proprium paruulorum, & infantium, cuiuſmodi iſtos paruulos fuiſſe ex Græca lectione in Euangelio deducitur. Chriſtus autem inſtituerat Baptiſmum ex Iordane digrediens; igitur conueniebat, vt non multo poſt inſtitueret Sacramentum Confirmationis. Tertiò, fortius eſt fundamentum ponendi Confirmationem in hoc loco Euangelii, quam ponendi Extremam vnctionem in alio loco Marci 6. vbi di-

Marci 6

citur de Apoſtolis, *Vngebant oleo ægrotos, & ſanabant*. Sed multi Authores docent eo in loco Sacramentum Confirmationis iam eſſe inſtitutum, ergo in hoc loco Matthæi Sacramentum Confirmationis inſtituitur. Pro Extrema vnctione, apud Marcum pu-

Vvaldenſ Caſtro

gnat Vvaldenſis, & Caſtrius lib. de Hæreſibus, cum tamen ibi nulla inueniatur forma eius Sacramenti. Et

quam-

Suar. Bellarm. quamquam Suarez, & Bellarminus negent eo loco probari institutum fuiſſe Sacramentum Vnctionis, & recurrant ad locum Iacobi 5. *Infirmatur quis in vobis?* nil nobis nocent, nec quicquam ſibi proficiunt argumento. Nam nos hic non agimus de applicatione Sacramenti iam instituti extra Euangelium, ſed de inſtitutione Sacramenti à Chriſto in Euangelio. Hæc autem niſi nitatur illo Marci loco, non habet alium in quo fundetur. Authores habeo huius ſententiæ Caniſium *tit. de Confirm.* in principio, & Sonnium c. 1. & omnium inſtar eſt Concilium Senonenſe In decreto Fid. c. 10.

Iacobi 5.

Caniſius Sonn. Con. Sen.

Argumenta verò Suarij leuia ſunt. Primum, illos pueros non eſſe baptizatos, liberè ſumitur; nam vti non conſtat baptizatos non eſſe, ita affirmare poſſumus eſſe baptizatos. Deinde, quamuis baptizati non forent, cùm eſſent circumciſi, iam carerent peccato originali, quod ſatis erat ad Chriſti gratiam recipiendam, ſupplente ipſo Baptiſmi defectum. Præterea, ſi conſtare debet, qui reliqua Sacramenta ſuſceperunt, eos fuiſſe baptizatos, nullum nobis Sacramentum certum erit, nam ne de Apoſtolis quidem baptizatos eos fuiſſe in Euangelio conſtat. Secundùm: Patres aliquos locum illum Matth. 19. intellexiſſe de ſalute corporali, vti eſt Hieronymus, & Anſelmus, facilè ſoluitur, dicendo alios item Patres quos citauimus, locum illum ad ſalutem animæ retuliſſe. Hieronymus autem benedictionem Chriſti admiſit, & quamquam ille, & Anſelmus ad ſanitatem corporis retulerint, non negarunt tamen ad ſalutem animæ pertinere, cùm præſertim ſacer textus nullam infirmitatis corporalis in pueris mentionem fecerit.

Patres

Hieron. Anſelm. Vaſquez

Tertium: quod quiuis poſſet obijcere, de Chriſmate nihil dixiſſe Euangeliſtam, ſoluendum item eſt Suario, & aliis qui tenent impoſitionem illā manuum Apoſtolorum in Actibus, quam ipſi Confirmationem dicunt, vnctione Chriſmatis caruiſſe, cùm de illa ne verbum quidem in Actibus habeamus. Itaque quemadmodum illi reſpondent, ita & nos reſpondebimus. Reſponſionem autem in Caput proximum reſeruamus.

Illud aſſerimus, nullam Confirmationem ab Apoſtolis viuente Chriſto in Euangelio factam, quia nondum dum erant Epiſcopi inſtituti. An autem Apoſtoli à Chriſto fuerint ante diem Pentecoſtes confirmati, mihi placet affirmare; conueniens enim erat, vt poſt Baptiſmum ſuſceptum, antequam Sacerdotes fierent, & Euchariſtiam ſumerent, confirmarentur. Illa vero Spiritus Sancti in die Pentecoſtes infuſio, non Sacramenti, ſed extraordinaria gratiæ Confirmatio fuit.

CAPVT II.

De materia Sacramenti Confirmationis.

Chriſma ex oleo balſamoque confectum, etſi nulla eius mentio in ſcriptura Noui Teſtamenti fiat, Traditio & vſus Eccleſiæ ratam, & certam Confirmationis materiam fecit; de quo, & quamquam olim dubitarint Catholici Authores quidam, hodie dubitare non licet, cùm iam in Fidem tranſierit, definiente Concilio Florentino in Decreto Eugenij, & Tridentino *ſeſſ. 7. can. 2.* quæ, Chriſma ex vtroque, & oleo, & balſamo mixtum, Sacramenti huius materiam eſſe docent. Ita D. Thomas hic *q. 72. a. 1. & 2.* & Thomiſtæ. Ita communiter Patres, quos citant Suarez *diſp. 33. ſect. 1.* & Bellarm. *cap. 8. & 9.* & Henriquez *lib. 3. cap. 2.* Eſt tamen contra vnicum argumentum.

Conc. Fl. Conc. Tr.

D. Thom. Thomiſt. Patres Suarez Bellarm. Henriq.

Apoſtoli per ſolam manuum impoſitionem Catholicos baptizatos confirmabant. Ergo hæc ſola ſine vllo Chriſmate eſt materia Sacramenti. Antecedens probatur ex omnibus Actorum locis, in quibus habetur mentio Confirmationis; nuſquā enim

præ-

præter impoſitionem manuum Chriſmatis vnctio adhibetur. Huic argumento tribus modis reſpondent Authores. Primò, negando Chriſma defuiſſe, tametſi non dicatur adfuiſſe, cùm enim id non negetur ex ratione Sacramenti intelligitur, de cuius eſſentia eſſe Patres docuerunt. Ita reſpondent Bellarminus *lib.2. cap.9.* & Coninch citatus *art.3. dub.2.* & Laymannus *tract.3. cap.1. & 2.* Reſpondendi modus ſecundus eſt, vtroque modo Apoſtolos confirmaſſe, interdum ſine Chriſmate, interdum cum Chriſmate; nam vtrumque in primitiua Eccleſia licebat; nec enim aiunt, negari poteſt per ſolam manuum impoſitionem interdum confirmaſſe. Ita Sanctus Thomas *q.72. ar.2. ad 1.* cum Thomiſtis communiter, & placet Suario *diſp.33. ſect.4.* Tertius modus eſt, concedendo Apoſtolos in actibus per ſolam manuum impoſitionem confirmaſſe Chriſmate non adhibito, idque tum licuiſſe. Ita reſpondet Alenſis *4. p. q.2.* & mihi maximè probatur, qui ſeuerior, & conſtantior eſſe in reſpondendo volo. Suffragatur magnus Author Henriquez *lib.3. cap.1.* ne recentiores nuperum quempiam deſiderent. Quæ me mouent rationes, huiuſmodi ſunt: Prima, Apoſtolos extraordinarios Miniſtros fuiſſe, & à Chriſto immediatè delegatos; quare iis extraordinariam illum confirmandi modum licuiſſe. Deinde, quòd nulla fiat mētio Chriſmatis, ſignum eſt illud non interueniſſe, ſi enim fuiſſet, ſemel ſaltem de eo mentio facta eſſet. Prætereà illa impoſitio manuum erat pro tempore prompta, & expedita, nec opus erat Apoſtolis currentibus vnctionem illam Chriſmatis expectare. Tandem quia vbi erat Spiritus Sanctus viſibiliter venturus, cætera omnia quę deerant, ſupplebantur. Addo, ſicut probabile eſt Baptiſmum tunc datum in nomine Chriſti valuiſſe, ita & verum eſſe Confirmationem per ſolam manuum impoſitionem factam fuiſſe: quo item argumento vtitur Henriq. citatus.

Bellarm.
Layman.
D. Thom.
Thomiſt.
Suarez
Alenſis
Henriq.

Roges primo, vtrùm ſit de neceſſitate Sacramenti, vtrumque oleum, & balſamum? De oleo dubitat nemo, debet autem eſſe oliuarum, non aliud ex amygdalis, nucibuſue confectum. De Balſamo eſt opinio Caietani, & Scoti, & Nauarri, quos refert Suarez, & Layman citatus, nō eſſe illud de eſſentia, ſed de præcepto, atque adeò non licere ſine eo confirmare, valere tamen Sacramentum. Verùm communis ſententia eſt, balſamum æquè ac oleum requiri, quam probo cum Suario, & Bellarmino, & Laymāno, quibus addo Fabrum *in 4. diſt.7. q.1. diſp.27.* Nam hæc eſt Eccleſiæ traditio ad Chriſtum eam inſtitutionem referentis. Vtrùm autem Balſamum debeat eſſe Syriacum, vel ſufficiat Indicum, quod Henriquez vocat adulterinum, idem author affirmat cum Suario: eſt quippe eiuſdem naturæ odoriferæ cum Syriaco, licèt minùs nobile, minuſque generoſum. Conſtat autem Pontifices Paulum III. & Pium IV. ea de re conſultos approbaſſe confectionem Chriſmatis ex illo balſamo; quod argumentum eſt, illud valere, nam aliter Pontifices diſpenſare non poſſent, & ita docet Suarez *ſect.1.* & Bellarminus *c.9.* & Soto, & Ledeſma cum aliis apud Henriquez.

Caiet.
Scotus
Nauarr.
Suar
Laym.
Faber
Henriq.
Suar
Paul. III
Pius IV
Suar
Bellarm.
Sotus
Ledeſma
Henriq.

Roges ſecundò. Vtrùm neceſſe ſit Chriſma ab Epiſcopo benedici, & conſecrari, & vtrùm liceat, & valeat benedictum, & conſecratum à Sacerdote? Reſpondeo, omninò eſſe ab Epiſcopo benedicendum, & Conſecrandum, idque eſſe de neceſſitate Sacramenti, ita vt nec liceat, nec valeat ab alio benedictum. Ita Diuus Thomas hic *art.3.* & Nauarrus *c.22. nu.8.* & ſumitur ex Concilio Florentino in Decreto Eugenii, & perpetua Eccleſiæ traditione, vt latè probat Suarez, & Bellarminus cum Laymanno citato, adeò, vt ne Papa quidem cum ſimplici Sacerdote in hac materia diſpenſare poſſit, contra quàm Caietanus opinatur, quem refutat Suarez *ſect.2.* & Henriquez *lib.3. c.2.* & Faber *d.27. c.2.*

D. Thom.
Nauarr.
Conc. Fl.
Suarez
Henriq.
Faber

Roges tertiò. Vtrùm ſit neceſſaria

D: Thom Scotus suar Henriq:

ria vnctio in fronte, & in formã Crucis? Affirmandum cum Diuo Thoma hic *art.4. ad 3.* & Scoto *in 4. diſt.7.q.1.* & Suario *ſect.3.* & Henriquez *lib.3. c.2.* & alijs ſupra adductis. Ratio eſt, quia illo ſigno Crucis contra hoſtes animæ armamur, & in hoc Sacramento Confirmationis arma miniſtrantur, quorum ſumma, Crux eſt. Vnctio autem vicem habet impoſitionis manuum, quæ celebris in actibus Apoſtolorum, & prorſus neceſſaria eſt; ſed non requiritur diuerſa impoſitio manuum ab vnctione, vti docet Suarez *ſect.4.*

suarez

CAPVT III.

De forma, & effectu huius Sacramenti.

D. Thom

Formam huius Sacramenti proponit Diuus Thomas hic *q.72.a.4.* quæ eiuſmodi eſt: *Conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* Traditur in Concilio Florentino in Decreto Eugenij, & Pontificali nouo, & conſtat ex vſu, & traditione. Circa quam duæ ſunt quæſtiones. Prima, vtrùm ſit de eſſentia vtraque illa particula, *conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate*, an ſufficiat vna tantùm ex his? Communis reſponſio eſt vtramque eſſe de ſubſtantia Sacramenti, ita vt ſi altera deſit, inualidum Sacramentum ſit. Ita D. Thomas, & Scotus *in 4. d.7. quæſtione vnica*, & alii cum Henriquez *l.3. c.2.* & latè probat Suarez *diſp.33. ſect.5.* Ratio eſt, quia Sacramentum iſtud, includit eſſentialiter conſignationem per Crucem, & confirmationem per Chriſma; per vtramque enim perficitur, neque vna ſufficienter per aliam exprimitur; qui enim tantùm dicat, *ſigno te Chriſmate*, abſurdè loquitur, & qui dicit, *Confirmo te ſigno*, non exprimit Chriſma cùm opus ſit, et Crucem, et Chriſma exprimi. Non eſt tamen error dicere, quòd vna tantùm particula cum tacita, vel virtuali expreſſione alterius valeat ad Sacramentum conficiendum, qui enim facto ſigno Crucis vngendo frontem Chriſmate dicat, *confirmo te Chriſmate ſalutis*, ſufficienter explicat neceſſitatem, et virtutem Crucis. Et ita probabile iudicat Suarez, et Layman, nec repugnat Bellarminus cap.10. qui communem illam formam initio capitis poſitam, et traditam à Diuo Thoma latè probat ex Patribus cum Suario citato.

Conc. Fl.

D: Thom Scotus Henriq. Suar

Suar Layman Bellarm:

Secunda quæſtio eſt, vtrùm requiratur mentio Trinitatis expreſſa? Communis eſt affirmans ſententia, eadem qua in Baptiſmo ratione, nam hoc ſacramentum eſt veluti perfectio, et complementum Baptiſmi, atque adeò confeſſionem Trinitatis requirit, quod eſt præcipuum Fidei Chriſtianæ myſterium.

Rogabis, vtrùm Apoſtoli, hac forma vſi fuerint? Qui dicunt Apoſtolos Chriſma cũ impoſitione manuum adhibuiſſe, reſpondent illos hac forma vſos fuiſſe. Ego tamen, qui tenui Apoſtolos per ſolam manuum impoſitionem confirmaſſe, iudico illos nulla certa forma vſos fuiſſe, ſed authoritatem Chriſti ad id ſpecialiter conceſſa, formam, et orationem pro libito vſurpaſſe. Tunc enim, vt ait Diuus Thomas hic *a.4. ad 1.* non erat neceſſaria, nec materia, nec forma certa huius ſacramenti, quam ij tamen pro ſequenti tempore certam Eccleſiæ tradiderunt. Hanc reſponſionem permittit Suarez, et probabilem dicit, cùm tamen in oppoſita ſit ſententia. Satis tamen, et tutam, et probabilem reddunt, quæ adducit ex varietate formæ antiquis temporibus Henriquez *l.3. c.2.* cum multis.

D: Thom

Quod attinet ad effectum ſacramenti, duplex eſt, vti in Baptiſmo. Primus eſt character, qui in eo imprimitur iuxta Concilium Florentinum, et Diuum Thomam citatum, *& in 4. diſt.7.* An verò ſit à Baptiſmo diſtinctus? Dubitant quidam, ſed immeritò; eſt enim prorſus diſtinctus, quemadmodum oſtendit Henriquez

Henriq:

D.Thom.

Henriq:

l.3.

Digitized by Google

l.3.c.4. Hinc eſt, vt hoc Sacramentum veluti, & Baptiſmus, iterari nequeat & ita docet Tridentinum *ſeſſ.7.can.9. de Sacramentis in genere*. Eſt autem contra locus difficilis Auguſtini *lib.3. de Baptiſmo cap.16.* vbi ait, manuum impoſitionem repeti poſſe, non ſicut Baptiſmum; cui reſpondetur communiter Auguſtinum ibi loqui de impoſitione manuum ordinaria ad reconciliationem pœnitentis, non ſolenni ſacramentali, fuerunt enim variæ impoſitiones manuum cum deprecatione ad poſtulandam gratiam, cuiuſmo di fortè fuit Actorum 13. & ita reſpondet Suarez *diſp.34. ſect.1.* & Henriq. *l.3.c.4.* Illud conſtat Auguſtinum Authorem eſſe, Sacramentum Confirmationis repeti non poſſe, vti manifeſtè tradit *lib.3. de Baptiſmo c.16. & lib.2. contra literas Petiliani cap.104.* Pro explicatione autem illius loci facit teſtimonium eiuſdem Auguſtini *lib.5. de Baptiſmo cap.23.* in quo mentio eſt de impoſitione manuum ad reconciliationem pœnitentis more orientali.

Tridect · Auguſt · Suarez · Henriq · Auguſt.

Secundus effectus eſt augmentum gratiæ Sacramentalis; nec enim per ſe in hoc Sacramento datur gratia prima, eſt enim ſacramentum viuorum, vnde ille, qui hoc ſacramentum recipit, ad effectum gratiæ sacramentalis, in gratia eſſe debet. Dixi autem per ſe; quia poteſt contingere vt quis in peccato mortali bona fide accedat ad hoc ſacramentum, putans contritum ſe eſſe, & cùm ſit tantùm attritus ſacramentalem gratiam recipiat, quod expreſsè Henriquez *cap.4.* Eſt autem gratia confirmationis ſpecialis confortans, & corroborans hominem in Fide.

Henriq

Tertius effectus eſt affinitas contracta ex miniſterio confirmationis ſimilis Baptiſmali, quæ reſultat inter confirmatum, & Patrinum, qui debet eſſe confirmatus, alioqui nullam contrahet cum confirmato affinitatem. Ita Toletus *in ſum. lib.2. cap.24.* Victoria *q.51.* Suarez *de Sacramentis in genere* Soto *d.42. a.1.* Nauarr. *c.22. n.36.*

Quæritur in fine capitis. Vtrùm qui eſt in peccato mortali teneatur confiteri antequam hoc ſacramentum ſuſcipiat. Negant communiter Authores, nec enim præceptum de hac re vſpiam reperitur. Tenetur igitur conteri, & tunc ad ſacramentum accedere, tutiùs tamen eſt præmittere confeſſionem. Ita Suarez *ſect.2.* & Layman *c.4.* Suar. Layman

CAPVT IV.

De ſubiecto huius Sacramenti.

SVbiectum eſt omnis, & ſolus homo baptizatus. Ita Magiſter *in 4.diſt.7.* & D.Thomas *q.72. art.8.* & habetur *cap.1.diſt.5. de Conſecratione* ex Vrbano Papa. Magiſter D. Thom

Tres hic quæſtiones circa tria genera perſonarum, infantium, amentium, periclitantium excitari ſolent. Quod attinet ad infantes, olim poſt Baptiſmum ſtatim confirmari ſolebant, vti obſeruat Baronius anno Chriſti 371. nunc autem confirmari ſolent cum ad vſum rationis perueniunt, anno ferè ſeptimo; ſufficit autem ſeptennium, ſicut & ad primam tonſuram, vt conſtat ex Gloſſa *cap. vltimo de temp ore Ordinationis in 6.* & Paludano *in 4.diſt.7.q.4. art.2.* niſi puer præcoci ratione annos præuertat. At nec hodie neceſſe eſt expectare vſum rationis, vt enim notat Gabriel *in 4. diſt. 7. q. vnica art.3.* non oportet, vt pueri memoriam habeant acceptæ Confirmationis, ſed ſatis eſt, vt ab aliis audiant ſe eſſe confirmatos; id autem obſeruandum eſt, vt non multo poſt vſum rationis differatur Confirmatio, ne innocentia peccatis maculetur. Sic Alenſis *part.4.q.8.* Suarez *diſput.35.* Henriquez *lib.3.cap.5.n.2.*

Baronius · Paludan · Gabriel · Alenſis · Suarez · Henriq.

Hæc de infantibus. De amentibus bifariam ratiocinamur. Vel enim ſunt à natiuitate, & perpetui amentes, vel poſt rationis vſum mente emoti. De primis dicendum, non eſſe negan-

dam illis Sacramentum Confirmationis, quamquam aliqui negent cum Soto *in 4.diſt.7.q vnica art.5.* & cum Valentia *tom 4.diſp.5.qu. 2. puncto 2.* Ego tamen affirmo cum Henriquez, & Suario citato *ſect.* 2. & cum Laymanno *cap.*5. non eſt enim cauſa negandi iſtud Sacramentum, cum ſit complementum Baptiſmi, & non ſit perfectè Chriſtianus, qui confirmatus non ſit; itaque hi ſtatim à Baptiſmo, ſi fieri poteſt confirmandi ſunt, cum ſpes non ſit compotes eos deinceps rationis fore. De illis, qui aliquãdovsũ rationis habuerunt, nemo dubitat, quin confirmandi ſint, vti docet Suarez, & Layman citati, cum præſertim non conſtet eos in peccato mortali eſſe; in dubio autem præſumitur eos non eſſe in peccato.

Sotus Valentia: Henriq. ſuar Laym.

Quoad eos, qui ſunt in periculo mortis conſtituti, videntur hi confirmari non poſſe, quia iſtud Sacramentum eſt fortitudinis in profitenda fide. At morituri occaſionem non habent pro Fide pugnandi, eamque fortiter profitendi, proindeque non ſunt capaces Confirmationis. Et ita videtur decreuiſſe Melchiades Papa relatus à Suario *diſp.35.ſect.2.* qui dicit morituris Confirmationis auxilia non eſſe neceſſaria, ſed beneficia regenerationis. Accedit, quod in vſu non eſt morituros confirmare.

Melchiades Pap. Suar

Affirmandum tamen eos eſſe confirmandos. Ita D. Thomas *q 72. ar. 8 ad 4.* & Bonauentura *in 4.diſt.7.ar. 3.q.2.* & Suarez *diſp.35.ſect.2.* & Layman *cap* 5. Ratio eſt, quia iſtud Sacramentum eſt quædam perfectio, & complementum Baptiſmi, atque adeo adhibendum. Argumentis verò reſpondetur, primò, Melchiadem negaſſe neceſſitatem Sacramenti, non tamen vtilitatem, nec vetuiſſe dari, ſed neceſſitatem excluſiſſe. Secundò reſpondemus, per accidens eſſe, quod moriturus occaſiones pugnandi, & profitendi Fidem non habeat, nec virtutem Sacramenti ex eo tolli, vel minui. Ad tertium, dicimus, ſæpè non dari Sacramentum Confirmationis moribundis, quia ſæpè deſunt ſolennitates ad illud requiſitæ, deinde, quia non eſt abſolutè ad ſalutem neceſſarium. Idque deducitur ex epiſtola prima Innocentij ad Decentium, circa finem, quemadmodũ refert Suarez *ſect.2.* Itaque morituri, ſi cõmodè fieri poteſt, confirmandi ſunt.

D Thom. Bonauent. ſuar

Innocent. Suarez

CAPVT V.

De Miniſtro, & Ceremonijs huius Sacramenti.

MInistrum ordinarium eſſe ſolum Epiſcopum, apud omnes conſtat. Ita Concilium Florentinum in Decreto Eugenij, & Senonenſe in Decreto morum, & Tridentinum *ſeſſ. 3. can. 3.* de Confirmatione, & Patres relati à Suario *diſp. 36. ſect. 1. & 2.* & Laymanno *cap.6.* & Henriquez eodẽ capite. Ita D. Thomas *q.72. art. 11.* adeò, vt ſi Presbyter propria authoritate confirmet, non teneat Sacramentum. Et ita ſumitur ex Tridentino *ſeſſ.23.can.4. & 7.* & latè oſtendit ex authoritate Patrum, & decretis Pontificum Suarius *diſp. 36. ſect. 1.* & Bellarminus *cap.1.* & Henriquez *lib.3 cap.6.* Rationem autem affert S. Thomas *q.92. art. 11.* quod iſtud Sacramẽtum ſit confirmatio virtutis Baptiſmi, & ideo ſupremæ dignitati, & virtuti reſeruatur, vnde ſolis Epiſcopis reſeruatur, qui ſummam in Eccleſijs poteſtatem habent.

Conc. Fl. Conc. Sen Conc. Tr.

Suarius Layman Henriq D. Thom

Suarius Bellarm Henriq. S. Thom:

Duæ hic eſſe quæſtiones poſſunt. Prima, vtrum Sacramentum Confirmationis collatum ab Epiſcopo, vel excommunicato, vel degradato, vel hæretico, ſit validum? Cui reſpondetur affirmatiuè, quia quicumque ex his Epiſcopis verè Epiſcopus eſt, & vere habet Ordinem: ergo in quo ſit Ordo Epiſcopalis, ab eo erit validum Sacramentum; cum præſertim Confirmatio perfectio ſit Baptiſmi, quæ ratio ſumitur ex Auguſtino *lib. 2. contra literas Petiliani cap. 104.* qui illam comparat cum Baptiſmo, & vtrumque poſſe inter Hereticos eſſe affirmat. Vnde colligitur qua ratione Bap-

Auguſtin.

Baptiſmus ab Hæretico collatus eſt validus, ea etiam fore validam Confirmationem. Ita docet Henriquez *lib.5.cap.6*: & Suarius contra quoſdam oppoſitum docentes *diſp.36.ſect.2.*

Henriq. Suar.

Secunda, Vtrum ſimplex Sacerdos ex commiſſione Summi Pontificis poſſit eſſe Miniſter huius Sacramenti? Negant plures cum Adriano *in 4.diſt. 7.art.3.*&Durando *q.3.& 4.*& Caſtro verbo Confirmatio.& Petro Soto *lect. 2.* de Confirmatione, ob eam rationem, quia neceſſarius eſt Ordo Epiſcopalis in conferente hoc Sacramētum. Affirmandum tamen eſt, cum D. Thoma *q.72. art.11.* & Nauarro *cap.22.num.8.* & Henriquez *cap.6.*& Bellarmino *cap.7.*& Suarez *diſp.36. ſect.2.* & ſumitur ex Concilio Florentino. Neque diſſentit Scotus, de quo dubitatur ab aliquibus, in quibus Henriquez cap.6. ſed non diſſentit, vti monſtrat Faber, qui conſentit diſ. 27. quia aliud eſt conficere Sacramētum, aliud miniſtrare confectum. Primum committi non poteſt ſimplici Sacerdoti; ſecundum poteſt. Nec is eſt actus Ordinis Epiſcopalis propriè, ſed iuriſdictionis in Ordine ſacro fundatus, quem cum habeat Sacerdos, etſi non tam perfectum, vt eſt Epiſcopalis, poteſt Sacerdoti ſimplici permitti. Quod autem miniſtratio huius Sacramenti non ſit immediatè ab ordine Epiſcopali, apparet ex eo, quod non licet Epiſcopo alienis ſubditis inuito Paſtore proprio miniſtrare, vti docet Henriquez, & Layman *cap.6.aſſert.3.* Diacono autē etiam Cardinali, & minori Clerico hoc munus nequit delegari, vt iidem Authores docent. Exempla verò cōceſſæ huiuſce poteſtatis à Pontifice Sacerdotibus inuenies in Henriquez *lib. 3.cap.6.* ſemper tamen cum Chriſmate ab Epiſcopo conſecrato.

Adrianus, Durandus, Caſtro, Sotus, D. Thom., Nauarrus, Henriq., Bellarm., Suarez, Conc. Fl., Scotus, Henriq., Faber, Henriq, Layman, Henriq.

Quod attinet ad Cæremonias multæ ſunt, ex quibus nonnullas recenſemus. Prima, vt ſit Patrinus iam confirmatus, qui debet eſſe alius à Patrino Baptiſmi, niſi excuſet neceſſitas, teſte Henr.*c.6.*&Tol.*l.2.c.24.* Secūda, vt frons ligetur vita Chriſmate inuncta, quæ poſtea ob reuerentiā comburi debet. Tertia, vt infligatur alapa confirmato puero ad exhortationem patiendæ pro Chriſto iniuriæ. Quarta, vt cereus adhibeatur. Quinta, vt Epiſcopus, & ſuſcipientes ieiuni ſint, quod hodie minus ſeruatur, cum ſæpè Confirmatio poſt prandiū fiat. Sexta, vt benedicantur ab Epiſcopo Confirmati. De his, & aliis religioſè, & eruditè Bellarminus cap. 13. Hęc de Sacramento Confirmationis dixiſſe, ſit ſatis.

Henriq. Tolet. Bellarm.

TRACTATVS II.

DE SACRAMENTO EVCHARISTIAE.

CAPVT PRIMVM.

Inſtitutio, Definitio, Excellentia, Vnitas huius Sacramenti.

NEGARVNT inſtitutum, atque adeò illud ſuſtulerunt Archontici, eneruarunt Meſſaliani apud Epiphanium *hæreſ.* 140. & Theodoretum *lib.* 4. *hiſt. cap.* 10. Quidam inſtitutum affirmarunt, ſed ad nos minimè tranſmiſſum dixerunt; vt ſicut Chriſtus ſemel re crucifixus fuit, ita& ſemel in Euchariſtia ſacrificatus. Alij Orationem, & Euangelium Euchariſtiam appellarunt, Sacramentum inficiati ſunt. Plures alias hæreſes referunt Coccius, & Bellarminus, & Henriquez ante librum de Euchar. quarum pene omnium authorem Bellarminus facit Berengariũ à quo Nouatores Sacramentarii, errores, non pœnitentiam didicerunt. Verum quidem eſt Vaſquez *d.* 167. *cap.* 1. negare, huiuſmodi quos proximè numerauimus, hereticos in eo errare fuiſſe, vt Euchariſtiæ Sacramentum tollerent: idque ſolita eruditione oſtendere. Sed communem opinionem ſequi malo: quod videam Vaſquez fateri, hos Hæreticos veritatem corporis, & ſanguinis in Euchariſtia negare; quod quid eſt aliud quam Sacramentum ipſum è medio tollere? quod autem aſſumit ad ſuã opinionem aſtruendam, quoſdam ex ijs omnia Sacramenta negaſſe, id nobis ſatis eſt, vt dicamus, eos Euchariſtiam quoque negaſſe. Eſſe autem Sacramentum vnum è ſeptem à Chriſto Domino inſtitutum, conſtat ex Euangeliſtis, & docet Tridentinum tum *ſeſſ.* 7. *cap.* 5. tum 13. *cap.* 1. & 2. & plura alia Concilia antiquiora, quę adducit Vaſq. *d.* 167. *c.* 1. Nec id Lutherani, Caluiniſtæque negare audẽt, licèt de re Sacramenti diſſentiant. Fuiſſe autem Chriſtum eius authorem præter cõmunem Sacramenti rationem patet; quia nemo alius præter ipſum potuit ius, & poteſtatem in ſuum corpus habere. Finis enim & ratio inſtituendi fuit Nutritio ſpiritualis animę noſtræ, quæ ſimilis eſt corporeę, cuius, cum duæ ſint partes, cibus, & potus, duæ item ſunt Euchariſtię ſpecies, Corpus, & Sanguis, vti docet D. Thomas *q.* 74. *ar* 5. qui item aduertit tertio loco poni, quia primò generamur, ſecundò augemur intrinſecè, tertiò nutrimur ſumpto ab extrinſeco alimento accommodato. Eo ordine proceditur ſpecialiter à Baptiſmo, qui regenerat, ad Confirmationem, quæ auget: à Confirmatione

Epiphan. Theodor.

Coccius. Bellarm. Henriq.

Concil. Trident.

D. Thom.

tione ad Euchariſtiam, quę alit, & nutrit. Hęc autem omnia recipit, & commendat maximè Henriquez *lib.6. de Euchariſtia cap. 35.* & Lugo Cardinalis *de Euchar.d.1.ſect.1.*

Henriq
Lugo

Definitur autem, vel deſcribitur aptè à Scoto *in 4.d.8.q.1.* Euchariſtia eſt Sacramentum Corporis,& Sãguinis Chriſti veraciter contenti ſub ſpeciebus panis,& vini poſt Conſecrationem factam à Sacerdote ſub certis verbis, cum intentione debita prolatis ex inſtitutione diuina, veraciter ſignans Corpus, & Sanguinem Chriſti ſub iјs realiter contineri. Et quamquam Soto hic a.1.de illa, quod longior ſit, queratur, eſt tamen exacta, nec tam eſt definitio, quam deſcriptio. Non malè tamen addit Sotus particulam aliam, nempe, quo vita ſpiritualis nutritur, deſumptam ex D. Thoma. art.1. & 2. Nec enim Euchariſtia ſolum ſignificat Corpus Chriſti reale, ſed etiam gratiam ſingularem, & propriãm, quæ eſt nutritio ſpiritualis, & vnitio cum Chriſto. De quo effectu ſæpe Auguſtinus, qui Euchariſtiam vocat figuram, quia cum ſit verum Corpus, & Sanguis Chriſti, tamen adhuc vlterius ſignificat ſpiritualem vnionem animæ cum Chriſto. Vnde etiam ipſemet Chriſtus eſt ſignum gratiæ ad quam ordinatur, & gloriæ ad quam demum terminatur: ita Auguſtinus in caput 6. Ioann. & enarratione in Pſalmo 3. & libro contra Adimantum c. 12. id autem eſt ſecundum Euangelium; vbi Chriſtus dicit fore, *vt bibat illud nouum in Regno Dei*. Quo docuit corporis ſui ſumptionem ſignificare vnionem, & fruitionem ſui per gloriam, quæ eſt Auguſtini doctrina, qui acutè vidit corpus ipſum Chriſti reale ad ſpirituale bonum noſtrum ordinari, nec nobis ad ſalutem prodeſſe corporaliter ſolum manducatũ, niſi ſpiritualiter manducetur, vt verum ſit etiam de hac carne dicere: Ioann.6. *Caro autem non prodeſt quidquam*, niſi in gratia, & ſecundum ſpiritum recipiatur, nam iuxta Apoſtolum, *qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.* Quare duo genera ſigni in hoc Sacramento ſunt. Primum, ſpecies panis, & vini reſpectu Corporis Chriſti veri: Secundum, Corpus ipſum Chriſti, verum iam conſecratum reſpectu vnionis animæ cum Chriſto per gratiam in via, & per gloriam in patria. Ita Auguſtinus locis citatis, quem ſequitur D. Thomas *q.65.art.1. ad 2.& a. 3.& in 4.diſt.8 q.1.art.1.* & obſeruat Suarez in Commentario *ad art. 1. q. 73.& diſp.39.ſect.1. concluſ. 1.* & Bellarminus *l.2.de Euchariſt. cap. 24.* & Henriquez *lib.8.cap.21.* Qua animaduerſione refutantur Hæreticorum obiectiones factæ ex locis, in quibus Auguſtinus ait Euchariſtiam eſſe ſignum,& figuram Corporis Chriſti myſtici; nam per id Auguſtinus ſignificauit ipſum Corpus Chriſti in Euchariſtia verè contentum eſſe ſignum vnionis per charitatem, & gratiam, cum ſuis Fidelibus, qui Eccleſiam, hoc eſt corpus ſuum Myſticum, componunt. Atque hanc eſſe germanam Auguſtini mentem, nos aliàs in noſtro Auguſtini Hyperaſpiſte, quem adornamus, demonſtrabimus. De veritate autem Sacramenti Euchariſtiæ, vti reipſa conſtituit Chriſti carnem, & ſanguinem tractare hic ſuperſedeo, quia nihil hac noſtra, & ſuperiori ætate frequentius, & accuratius tractatum eſt. Itaque illud hic aptè vſurpo: *In ſyluam ne ligna feras*. quod item facit Lugo Cardin.

Scotus
Sotus
D.Thom
Auguſt
Ioan :6
1 Cor, 11
Auguſt.
D:Thom
Suar:
Bellarm:
Henriqu
Lugo

Hinc colligitur Euchariſtiam eſſe diſtinctũ à reliquis Sacramẽtiũ. Primò, ratione materiæ,& formæ, cum materia ſit Panis, & Vinum, forma, diſtincta verba. Secundò, quia hoc Sacramẽtũ peracta confectione eſt permanens ſecundum materiã, cum maneant ſpecies, & Corpus Chriſti. Tertiò, quia in hoc Sacramento, non ſolum eſt ſignũ ſenſibile gratiæ, id eſt ſpecies, ſed etiã ipſe Author gratiæ, id eſt Chriſtus.

Quoad excellentiam, Euchariſtia eſt omnium Sacramentorum ſacratiſſimum. Ita Alexander Papa epiſt. 1. Decret. & habetur cap. nihil. & Concilium Tridentinum *ſeſſ.13.cap.3.*

Alex:Pap
Cõc:Trid

&

& ſeſſ.7. can.3. Excellentię verò tres ſunt. Prima, quod continet Authorem gratiæ. Secunda, quod eſt permanens. Tertia, quia perfectius nos vnit cum Chriſto: ac iſta vnio eſt proprius finis, & effectus huius Sacramenti. Grauiter autem, & eleganter
D. Dion D. Dionyſius *lib. de Eccleſiaſt. Hierar. cap.3.* Euchariſtiam Sacramentorum conſummationem appellauit: quod
Vaſquez neſcio quo iure Vaſquez ſecutus Perionium contra Camaldulenſem improbet, eum Græcè ſit ſcriptum. Teleon Teleuti. Certè excellentiam huius Sacramenti ſuper alia expendit
Suarez Lugo Suarez *diſ. 36. ſect. 2.* & Lugo *diſ. 1. ſect.1.*

Circa vnitatem maior eſt difficultas; nam in Euchariſtia videntur eſſe duo Sacramenta; primum ſpecies panis, & vini: ſecundum, Corpus, & Sanguis; deinde ex parte materiæ ſenſibilis eſt ſpecies panis, & vini; præterea ex parte materiæ inſenſibilis, eſt Corpus, & ſanguis. Tandem ſunt duæ formæ verborum, altera, quæ cadit in corpus, altera, quæ cadit in ſanguinem; & ſingulæ ſumuntur ſpecies, & ſingulæ ſufficiunt ad Sacramentum; nam qui ſolum corpus ſumit, ſumit totum, & integrum Sacramentum. Igitur videntur duo eſſe Sacramenta, & ita quidam Theo-
Aureol Gabriel Capreol logi cenſuerunt cum Aureolo apud Capreolum *in 4. diſt.8. q.1.* & Gabriele *in 4. diſt.8. q.2. art.1. notat.4. & art. 2. concluſ.2.*

Dicendum tamen, vnum duntaxat eſſe Eucbariſtiæ Sacramentum.
D.Thom. Scotus Suarez Conc. Tr. Vaſq. Ita D. Tbomas hic *q.73. art.2.* & Scotus *in 4. diſt.9. q.1.* & alii apud Suarium *diſp.39. ſect.3.* & Vaſquez *d.168. cap.1.* & patet ex Concilio Tridentino *ſeſſ.7. de Sacramentis in genere cap. 3.* vbi docet ſeptem tantum eſſe Sacramenta, ex quibus Euchatiſtia ibi ponitur tanquam vnum, non duplex Sacramentum. Idem tradit Catechiſ-
Catechiſ. Lugo mus Pij V. & latè Lugo Cardinal. d. 2. ſect.1. Poteſt autem eſſe vnum primò ex parte finis, & effectus, qui eſt nutritio, & vnio; vnio autem fit ex pluribus, & nutritio ex cibo, & potu, & tamen vtraque eſt vnum. Secundo ex parte ſignificati, quod eſt Sacrificium cruentum Crucis, quod fuit vnum, & non poteſt ſignificari, niſi ſeparatim conſecretur corpus, & ſanguis. Ex parte rei phyſicæ tota eſt dubitatio. Nam res phyſicæ ſunt diuerſæ, panis, & vinum: Corpus, & Scot.
Sanguis; reſpondeo tamen cum Scoto, adhuc eſſe vnum pbyſicè: non tamen indiuiſibile, ſed integrale. Nam ſicut corpus humanum conſtat multis membris, & humoribus, & tamen integraliter vnum eſt: ita hoc Sacramentum, etſi conſtet diuerſis partibus integraliter, eſt vnum ex pane, & vino, ex corpore, & ſanguine. Nec ſolum ex parte rei ſignificatæ eſt vnitas integralis in corpore Chriſti, ſed etiam ex parte ſigni; nam panis, & vinum componit vnicam nutritionem non indiuiſibilem, ſed integralem. Ita omnibus modis Sacramentum eſt vnum. Imo niſi pluribus partibus conſtet, eaſque includat, Euchariſtia eſſe non poteſt.

Argumentum oppoſitum eſt difficile, nam ſi iſtud Sacramentum eſt vnum, quia conſtat ex pluribus vnitis neceſſe eſt: vt ſumatur ſemper ſub vtraque ſpecie, alioqui non eſſet Sacramentum integrum. Et ita argumentantur Hæretici. Remiſſa pleniori ſolutione ad propriam quæſtionem de communione ſub vtraque ſpecie, breuiter reſpondeo. Quidquid diuiſibiliter per panem, & vinũ ſignificatur, id omne ſub vna ſpecie eſſe; nam Corpus Chriſti continet etiam Sanguinem, vnde continet totam rationem Sacramenti nutritiui. Quare, qui illud ſuſcipit tantùm ſub ſpecie panis, ſuſcipit etiam quod eſt ſub ſpecie vini, & integrum nutrimẽtum eſt. Quemadmodum ſi quis in conuiuio miſceret potum cum cibo in vno vaſe, quæ erant diſtincta in duo vaſa, acciperet cibum, & potum, & totum nutrimentum. Et quamquam duæ ſint ſpecies panis, & vini, cùm ſignificatum vnum ſit, & rem ambarum ſpecierum contineat, non tollitur ratio vnius; cùm enim ſignum ad ſigni-

ſignificatum ordinentur, ſi vnum ſit ſignificatum, ſatis eſt ad vnitatem. Suar: Lugo Huc redeunt rationes Suarii, & Lugi Cardinalis.

Hæc reſponſio item inſeruit ad ſoluendam aliam, quæſtionem. Vtrùm hoc Sacramentum quando plures hoſtiæ conſecrantur, & pluribus diſtribuuntur, ſit vnum, vel plura numero Sacramenta; verbi gratia cùm viginti homines ad vnam menſam communicant. Varij ſunt reſpondendi modi, quos affert Suarez *ſect.*4. & Faber *diſp.*28. *q.*1. (suar Faber) Ille mihi placet, vnum eſſe numero Sacramentum; nam vna eſt conſecratio, & vnum conuiuium, etſi fercula plura eſſe videantur, nam quando conuiuium inſtituitur, licèt multa ſint fercula, & multi conuiuæ, vnum tamen conuiuium rectè dicitur. Itaque, ſiue ab vno ſumantur, ſiue à multis, idem dicendum eſt Sacramẽtum; nam quod ait Bartholomæus à S. Fauſto .1. *qu.*19. (Barthol. à s. Fauſt:) illud intereſſe inter ſumptionem multarum hoſtiarum ab vno, & multarum à pluribus, quòd illud primum vnam tantum efficit refectionem, hoc ſecundum plures, non eſt admodùm aptum, nec certũ; nam in eodem conuiuio in quo plures diſcumbunt, ſunt variæ, & plures refectiones, & tamen non ſunt plura conuiuia, ſed vnum tantùm: quare meliùs Vaſquez (Vaſquez) philoſophatur, qui dicit eſſe plura ſacramenta, ſiue ab vno, ſiue à pluribus multæ hoſtiæ conſumantur. Cuius ſententiam non probamus, conſequentiam, & æquabilitatem in ſentiendo laudamus.

CAPVT II.

Quid includat, & quomodo conſtituatur Sacramentum Euchariſtiæ?

PRimò diſtinguere oportet in hoc ſacramento panem, & vinum, deinde verba conſecrationis, tum Corpus, & ſanguinem Christi; pretereа ſumptionem Corporis, & ſanguinis; tandem Gratiam productam per Euchariſtiam. Igitur panis, & vinum eſt ſubiectum, circa quod verſatur ſacramentum, & manent extra rationem ſacramenti cùm omninò pereant per formam conſecrantem. Species quidem manent, & conſtituunt ſacramentum, ſunt quippe ſignum ſenſibile. Verba ad formam pertinent, de qua ſuo loco. Corpus, & ſanguis Chriſti conſtituunt item ſacramentum, & permanent. Sumptio Corporis, & ſanguinis eſt conditio requiſita ad communicandam gratiam. Gratia nutritionis, & vnionis eſt finis vltimus, & effectus huius ſacramenti. Hæc ex D. Thoma hic *q.*73. & Scoto *in* 4. *diſt.*8. *q.*1. & Suario *diſputat.* 42. & Fabro ad locum Scoti. (D: Thom scot. suar: Faber)

His ſuppoſitis, diſtinctè, et per concluſiones procedendum. Prima concluſio. Verba conſecrationis non ſunt Euchariſtiæ ſacramentum. Probatur ex Tridentino ſeſſ.13. cap.3. (Trident.) docente poſt Conſecrationem manere ſacramentũ, et adorari: verba autem nec manent, nec adorantur. Ita docet Scotus *in* 4. *diſt.*8. *q.*1. *&* 2. ac ex eo Faber *diſp.*28. *c.*1. *&* *diſp.*29. *c.* 5. et Vaſquez *diſ.*162. *c.*3. et Suarez *diſp.*42. *ſect.*1. ex multis. (scot. Faber Vaſq suar.) Ratio eſt, quia verba conficiunt ſacramentum, et tranſeunt, cum ſacramentum permanens ſit. Eſt contra Cardinalem Lugo *d.*1. *ſ.*4. et Valentiam *q.*6. *pun.*11.

Obij-

Obijcies, verba eſſe formam in alijs Sacramentis: ergo, & in Euchariſtia. Reſpondetur conceſſo antecedenti negando conſequentiam, quia alia Sacramenta conſiſtunt in actione tranſeunte, & illa finita finiuntur: at Euchariſtia eſt Sacramentum manens poſt actionem, quæ eſt neceſſaria vt Sacramentum fiat, quam Scotus viam ad ſacramentum appellauit, non Sacramentum. Sicut generatio eſt via, & fieri rei genitæ, non eſt autem res ipſa genita.

Scotus

Secunda concluſio. Species conſecratæ eſſentialiter pertinent ad Sacramentum Euchariſtiæ. Eſt Diui Thomæ hic *a.*1. *ad* 2. *&* 3. & Magiſtri *in* 4. *diſt.*8. *q.*1. & Scoti ibi: & ſumitur ex Tridentino *ſeſſ.*13. *c.*3. quod citat Suarez *ſect.*1. & Faber *q.*1. *c.*2. & Lugo *d.*1. *de Euchariſt. ſ.*1. *nu.*16. Ratio eſt, quia Euchariſtia in ratione ſacramenti debet eſſe inſenſibilis gratiæ ſenſibilis forma: ſed ſolæ ſpecies ſunt ſenſibiles: ergo illæ ſunt de ratione ſacramenti. Probatur minor, quia Corpus Chriſti, nec videtur, nec ſentitur, cùm ſit modo definitiuo, & ſpirituali, vt patet; ſpecies autem, & videntur, & ſentiuntur.

D. Thom. Magiſter Scot. Trident. Suarez Faber Lugo

Tertia concluſio. Corpus ipſum Chriſti pertinet formaliter, & directè ad rationem ſacramenti. Eam docet D. Thomas *in* 4. *diſt.*8. *q.*1. *art.*1. & Bonauentura vbi, & Vvaldenſis *tom.* 2. *de Sacram. c.* 21. & Victor. §.21. & Ledeſma *q.*14. *a.*1. & indicat Gregorius cap. *multi* 1. *quæſt.* 1. & alij apud Suarium *diſput.*42. *ſect.*3. qui cum ijs ſentit. & Lugo *d.*1. *ſ.*3. Eſt verò contra Fabrum *diſp.*28. *c.*2. in fine. Probatur, quia ex ſpeciebus, & Corpore Chriſti fit vnum ſacramentum: ergo vtrumque eſt de eſſentia. Antecedens eſt Conciliorum, & Patrum, qui docent panem eſſe cœleſtem, & cibum animæ, & eſſe adorandum, quę ſunt propria Corporis, & ſanguinis Chriſti. Deinde oſtenditur, quia ex Corpore, & ſpeciebus fit vnum quid ſacramentale compoſitum; nam ſicut ex ſpeciebus, & ſubſtantia panis fit vnum compoſitum naturale, ita et ſuccedente Corpore in locum ſubſtantiæ panis, ex accidentibus panis, et corpore fit vnum compoſitum. Quę ratio mihi euidēs eſt: ſi enim ibi eſſet panis, et vinum, efficerent vnum quid cum ſuis accidentibus. Igitur veniente Corpore, et ſanguine in locum panis, et vini, efficietur vnum ex ijs cum accidentibus remanentibus in genere ſacramenti. Probatur tertiò propriè; quia corpus, et ſanguis Chriſti, ſunt verè ſigna aliarum rerum; nam et ſignificant de præterito ſacrificium Crucis, et de futuro nutritionem ſpiritualem, et vnionem Corporis Chriſti Myſtici per gratiam, et gloriam, imò ad eam ordinantur, et illam efficiunt, quod eſt eſſe ſacramentum. Itaque cùm ipſum met Corpus gratiæ ſignum ſit, neceſſe eſt, vt ſacramentum ſit. Et quamquam immediatè non ſit ſenſibile, eſt tamen ſenſibile per ſpecies, et inſuper per accidens eſt inſenſibile, nimirùm ex modo quem habet in eo ſtatu ſacramentali.

D. Thom. Bonau. Vvalden. Victoria Ledeſma Greg. Suarez Sotus. Faber

Quarta concluſio. Sumptio Euchariſtiæ non eſt ſacramentum, nec pars ſacramenti, ſed eius applicatio, et conditio ad communicandum effectum gratiæ neceſſaria. Eſt D. Thomæ *a.*1. *ad* 3. *&* *q.*78. *art.*1. et Scoti citati, Suarij, Fabri, et Vaſq. et Henriquez *l.*8. *c.*7. et Lugo *d.*1. *ſ.*7. Probatur; quia totum ſacramentum eſt factum ante ſumptionem cùm per cōſecrationem fiat; Conſecratio autem tranſit relicto ſacramento permanente, quod ſumitur poſteà per ſumptionem. Præterea illa ſumptio eſt applicatio ſacramenti facti ad communicandam gratiam, et ſupponit iam totum ſacramentum.

D. Thom. Scotus. Suar. Faber Henriq. Vaſq. Lugo

Itaque Euchariſtia componitur ex ſpeciebus panis, & vini, & Corpore, & Sanguine Chriſti, & hoc totum eſt Sacramentum; Quid autem ſit res Sacramenti, quæſtio eſſe poteſt. Suarez vult, vt Corpus Chriſti Sacramentum ſit, & res Sacramenti. Ego contrà ſentio, & nego Corpus eſſe rem Sacramenti. Nam res Sacramenti dicitur effectus, quem cauſat Sacramentum

mentum

suas mentum in ſuſcipiente, id eſt, gratia, vti fatetur Suarez *diſp.*42. *ſect* 4. S.3. conſtat. At verò gratia communicata à Corpore Chriſti,quę in nobis producitur, & eſt res Sacramenti,non eſt ipſum Corpus Chriſti. Præterea res Sacramenti eſt diſtincta à Sacramento, quomodò igitur erit idem Sacramentum? Quare ſentio Euchariſtiam, cùm ſit ipſum Sacramentum, rem Sacramenti eſſe non poſſe. Scio tamen communiter dici eſſe Sacramentum, & rem Sacramenti, prout ſumitur Corpus Chriſti reſpectu ſpecierum, non autem reſpectu gratiæ. Ego rem ſacramenti ſeuerius accipio.

CAPVT III.

Vtrum hoc Sacramentum in eſſe perfecto conſtet ex materia, & forma?

NEmo, quod ſciam, quærit, Vtrum in Euchariſtia ſit vera materia, & forma ſacramentalis?quæ quidem magna quæſtio eſt. Nam cū verba non ſint forma conſtituens, & permanens, ſed efficiens cauſa, & tranſiens, quæ tandem erit forma Euchariſtiæ, quæ eſt Sacramentum permanens? & quę in eo erit materia, cum ſpecies, & corpus integrent Sacramentum totale? Prima ſententia eſſe poteſt, Euchariſtiam non cōſtare ex materia, & forma permanētē,ſed eſſe ſolam materiam conſecratam, & formam ibi non eſſe. Probari poteſt ex Concilio Florentino citato à Suarez *diſp.*42.*ſect.* 2. S. *Prima igitur*. quod non dicit omnia ſacramenta conſtare ex materia, & forma, ſed omnia tribus perfici, Materia, Forma, Miniſtro. Igitur non eſt neceſſe, vt Euchariſtia conſtet forma. Et quidem nō videtur apparere,quid eſſe poſſit forma permanens. Nam ſpecies panis, et vini ſunt ex parte materiæ, ſupra quam cadit forma. Suarius

Corpus, et ſanguis Chriſti ſunt effectus formæ tranſeuntis verborum, et reſpectu ſpecierum forma eſſe non poſſunt. Nulla igitur eſt forma permanens; atque adeo Sacramentum Euchariſtię ſola materia conſtituitur. Verum, cum hoc ſit difficile, et Sacramentum Euchariſtię ſit quoddam compoſitum, abſurdum eſſe videtur carere forma. Affirmandum itaque cenſeo dari in hoc Sacramento materiam, et formam, ex quibus componatur. Poteſt autem eſſe quæſtio de ſpeciebus,& corpore Chriſti, ex quibus componitur Sacramentum. Voces quippe ſupra excluſimus. Pro ſpeciebus illa ratio eſt, quia ſpecies ſunt accidentia, quæ natura ſua ſunt formæ accidentales, & inhærentes ſubiecto, in quo ſuſtentantur. Quod autem in Euchariſtia careant ſubiecto, id non obſtat, quo minus ſint accidentia, & illud poſtulent, & ſicut inhærere debebant materiæ panis, & vini, ita reſpondent corpori, & ſanguini, quæ in locum panis, & vini veniunt, ac proinde ſunt formæ inhærentes accidentales.

Pro Corpore Chriſti ſunt hæ. Prima; quia illa eſt in compoſito forma, quam agens præcipuè intendit,& quā per actionem efficiendo producit, & qua producta quieſcit. Sed ita ſe habet Corpus, & Sanguis Chriſti in Euchariſtia, Igitur ea eſt forma Euchariſtiæ. Maior eſt certa. Minor patet; quia Sacerdos eſt agens: hic autem intendit per Conſecrationem producere Corpus, & ſanguinem, & de facto producit, eoque producto quieſcit, & manet Sacramentum formatum. Ergo Sacramentum Corporis, & Sanguinis Chriſti eſt forma. Quod argumentum videtur idoneum.

Secunda; quia in omni compoſito forma eſt operatiua, Sed in Euchariſtia Corpus,& Sanguis Chriſti operantur gratiam, & ſanctificant. Ergo illa eſt forma Sacramenti.

Tertia, quia forma dat perfectionem compoſito; in hoc autem Sacramento omnis perfectio ſacramentalis

ſumitur ex corpore, & ſanguine. Ergo iſtud eſt forma Euchariſtiæ. Patet minor; quia ſpecies panis, & vini ſignificant tantum extrinſecè, & non dant vllam intrinſecam perfectionem. Ergo ſolum Corpus, & Sanguis perficiunt.

Itaque cum Conſecratio ſit actio, & forma tranſiens, quæ producit Sacramentum, & directè tendat, & terminetur ad corpus, & ſanguinem, & hoc ſit formale Sacramentum ſanctificans, & cauſans gratiam, hæc videtur eſſe forma in Euchariſtia Sacramenti.

Ad rationem dubitandi pro ſpeciebus reſponderi poteſt, ſpecies quidem eſſe formas accidentales; ſed in ratione Sacramenti non eſſe formas; quia nec producuntur per Conſecrationem, nec intenduntur, manentq; productæ ſub diuerſo modo, vt ſint ſigna ſenſibilia Sacramenti formalis Euchariſtię. Deinde hic non ſunt formæ accidentales, ſubſiſtunt enim per ſe inſtar ſubſtantiæ, & habent modum quemdam ſubſiſtentiæ, quo ab inhærentia liberantur; vnde cum non ſint formæ, niſi inhæreant, & hic non ſint inhærentes, non ſe habent inſtar formæ, sed inſtar compoſiti, atque adeo non poſſunt venire nomine formæ reſpectu Sacramenti. Sunt ergo veluti materiale quiddam, ex parte ſubiecti panis, & vini, quod repræſentant. Tandem refutatur opinio; quia ſi in Sacramento Euchariſtię remaneret panis, & vinum, & ſuper ijs produceretur corpus, & ſanguis Chriſti, panis, & vinum eſſent ſubiectum, & inſtar materiæ ſuſtentantis corpus, & ſanguinem. Sed ſpecies ſubſtituunt locum panis, & vini. Igitur ſupponuntur pro materiali ſubiecto non pro forma. Hæc ita propoſita in medio, & aliis doctioribus examinanda relinquo,

CAPVT IV.

De ſubiecto, & materia circa quam Sacramenti Euchariſtiæ.

PAnem, & vinum eſſe materiam præſuppoſitam ad Euchariſtiam, de Fide eſt. Conſtat ex Euangelio, et D. Paulo, vbi expreſſa panis, et vini propria mentio ſit. Ita Eccleſia ſemper, Concilia, et Patres intellexerunt, quos latè referunt *B*ellarminus, et Suarez. Bellarm: ſuar;

Sunt autem circa hoc multæ, et ſcitu dignę quæſtiones. Prima. An vtraque ſpecies ſit de neceſſitate Sacramenti, an tantum præcepti?

Sit prima concluſio: Vt Sacramentum teneat, et valeat, non eſt neceſſaria conſecratio vtriuſque. Patet, quia vna Conſecratio ſit prius tempore alia, vnde conſecratio panis nō dependet à conſecratione vini; immediatè enim poſt verba conſecrationis panis ponitur corpus Chriſti, nec expectat conſecrationem calicis.

Secunda concluſio. De neceſſitate Sacramenti eſt, vt vna ſpecies, nō conſecretur ſine alia, ſi de completo Sacramento ſermo ſit. Probatur, quia hoc Sacramentum eſt etiam ſacrificium, quod neceſſe eſt, vt ex corpore, et ſanguine per diuiſionem ad modum vulneris conſtet: deinde eſt Sacramentum nutritiuum, ac proinde debet ex cibo, et potu componi.

Tertia concluſio. De præcepto Diuino eſt vtramque ſpeciem conſecrari. Probatur; quia Chriſtus Dominus inſtituit hoc Sacramentum in duplici ſpecie ad memoriam ſacrificij cruenti, et ad finem nutritionis ſpiritualis. At ſacrificium neceſſariò poſtulat rationem diuiſionis, et vulneris, et nutritio neceſſariò requirit cibum, et potum: ergo vtrumque eſt de præcepto diuino. Vnde conſequenter ſentio, non poſſe Papam vllo modo in hoc diſpenſare contra quoſdam

dam Doctores, qui contrarium ſentiunt. Quomodo enim licebit Pontifici inſtitutiones expreſsè à Chriſto traditas diſpenſare? Et ideo in hanc ſententiam poſt longam dubitationẽ Suar: inclinat Suarez diſp.43.ſect.3.

Sequuntur deinceps quæſtiunculæ, & neceſſariæ, & curioſæ. Prima, vtrũ materia debeat eſſe præſens, & quomodo, ad conſecrandum? Reſpondeo debere eſſe moraliter propinquam, nec oportere, vt præ manibus habeatur. Quæ autem ſit illa moralis propinquitas, prudenti arbitrio æſtimandum. Certè magna eſſe debet, nam formula verborum *hoc*, & *hic* non permittit multam diſtantiam.

Secunda, vtrum poſſit conſecrari in qualibet parua materia? Reſpondeo, modò materia ſit ſenſibilis, & ſub aſpectum cadere poſſit, poſſe. Si autem Sacerdos velit dimidium tantum hoſtiæ, vel tertiam illius partem, quam deſignat oculis conſecrare, tenebitne conſecratio? Tenebit; nam illa materia eſt certa, & capax; & deſignata à Sacerdote, reliqua verò pars non conſecrata manebit. Ita Suarez Suarez ſect.7.

Tertia, vtrum poſſit fieri Conſecratio in quacunque magnitudine, & D.Thom copia? Ponit exemplum D. Thomas *q.74.a.2.* in Sacerdote, qui tranſiens per forum velit conſecrare totum panem, quem videt in foro, & totum vinum, quod eſt in dolio. Cui communiter reſpondetur affirmando, cum D.Thom. *cit. & in 4.d.*11.*art.7.q.*1.& D.Thom Durand. Gabr: Sotus Ledeſm: Durand.*c.6.q.9.* & Gabr.*q.2. art.3.d.*1. *& lect.35 in Can.lit.H.* & Soto *in 4.d.9.q.vnic.art.2.* & Ledeſm. 1.*p.qu.*15.*art.*2. & Vaſq. *d.*171.*cap.*3.Suarez *ſect.*8. & Lugo *d.4. ſect.* 6. Non videtur tamen alia pars improbabilis, Alenſis Bonauent Maior Angelus Palud. quam ſequitur Alenſis *q.34. num.* 1. & Bonauentura *diſt.*10. *art.*3. *q.*2. & Maior *diſtin.* 11. *quaſt.*1. & Paludan *in 4 diſtinct.*11.*quaſt.*1 *articul.3. concluſ.*1. & Angelus verbo *Eucbariſtia* §. 25. negando poſſe ſacerdotem ſine vllo termino quantitatis conſecrare. Suaderi poteſt primo; quia conſecratio Eucharıſtiæ eſt ad vſum ſacrũ, & cibum ſpiritualem Fidelium vſualem. Ergo debet fieri in quantitate vſuali non enormi, & immenſa; vnde ſicut moralis præſentia requiritur, ita debet requiri moralis vſus. Secundò, quia ſi quis conſecraret maſſam panis crudam, vel pultem, nihil afficeret, quia non eſt panis vſualis. Ergo etiam qui conſecraret materiam prodigioſam extra vſum Sacramenti, minimè conſecrabit. Tertiò, quia ſi licet Sacerdoti conſecrare totum panem, quem videt in ſoro, licebit etiam conſecrare totum vinum, quod erit in ampliſſima apotheca, hoc autem eſt aliquid ridiculum, & prorſus indecorum: igitur negandum. Quartò; quia illa poteſtas data Sacerdoti ad conſecrandum, data eſt ad vſum non ad abuſum. Ergo ſi ea velit abuti vaſtè, & enormiter, non conferetur à Deo. Hanc verò ſententiam probabilem eſſe dicit S. Thomas *in opuſculis opuſcul.*59 *cap.*5. licet hìc *q* 74 *a.2.* D. Thom in contra ſentiat. Sed illius poſterior in ſumma ſententia ſequenda. Volo tamen diſputationis gratia pro hac parte reſpondere, illam materiam prodigioſam non eſſe vſualem, ſed abuſiuam, ac proinde non eſſe materiam conſecrationis. Quod ſi Sacerdos eam conſecret, Deus in eo euentu ligabit vſum poteſtatis. Rem confirmo exemplo phyſico. Omnia corpora naturalia habent ſuos terminos magnitudinis, & paruitatis, vltra quos gigni, & conſeruari nequeunt, adeò vt enormis magnitudo certis, quibuſdam rebus, puta homini, repugnet. Similiter ergo in rebus Moralibus ſui erunt termini conſtituendi, extra quos nequeant, aut fieri, aut conſeruari.

Quarta, & vltima Quæſtio, vtrum & quomodo materia debeat eſſe certa, & definita? Reſpondeo determinandam eſſe à conſecrante, per intentionem conſecrandi certam illam, & determinatam materiam. Circa modum quæres. Primò, vtrum, qui habeat præſentes octo hoſtias, & velit conſecrare ſex, non determinando illas, conſecret, vel non? Reſponde-

tur negatiuè, quia non determinauit, quas vellet. Secundò, ſi Sacerdos portet ſecum duas hoſtias putans eſſe vnam, & conſecret, quid dicendum? Sanè, vtramque conſecrate, quia illa eſt deceptio priuata, & reuera Sacerdos vult conſecrare, quod habet in manibus. Itaque intentio non deficit, etſi deceptio intercurrat. Ac ita fermè Lugo Cardinalis *diſ.* 4. *ſect.* 7. *n.* 229.

Lugo

CAPVT V.

Cuiuſmodi eſſe debeat panis, & vinum, ex quibus conficitur Euchariſtia?

CIrca panem, certum eſt primò debere eſſe triticeum, & in alio non fieri Sacramentum. Hanc eſſe Apoſtolicam traditionem habemus in Cathecheſi Pij V. & docet Concilium Florentinum in Decreto Eugenij. Cum autem ſint variæ formæ, & appellationes tritici, omnes ſufficientes ſunt, intra naturam enim tritici remanent. Sic Lugo d. 45. ſect. 1.

Concl. F.

Lugo

Secundò, Panis debet eſſe vſualis ex maſſa triticea, & aqua naturali, & ad ignem coctus. Vnde neque maſſa cruda, neque panis ex aqua artificiali, nec pultes, nec amydon erit materia Sacramenti. Ita Suarez *diſp.* 44. *ſect.* 2. & meo iudicio verè, quamquam alij aliter dicant, quorum ſententias exactè numerat Henriquez *lib.* 8. *de Euchar. cap.* 9. Cum hoc & Suario ſentit Lugo citatus.

Suar

Henriq.

Lugo

Tertiò. Vterque panis, ſiue azymus, ſiue fermentatus eſt materia ſufficiens Euchariſtiæ, & in vtraque valebit Sacramentum. Patet, quia vterque eſt verus panis, quamquam in azymo iuxta Euangelium Chriſtus conſecrauerit. In quo aduertendum licere Græcis in fermentato conſecrare, & ita docuit Leo IX. epiſtola ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum cap. 29. vnde Latinis in azymo, Græcis in fermentato conſecrandum. De hac re integram, & accuratam quæſtionem, cum de Fide egimus, excitauimus.

Leo IX

Duæ hic ſunt quæſtiunculæ. Prima, an teneantur Sacerdotes Latini, ac Græci in ſuis regionibus, & Eccleſijs, ſecundum ſuum ritum conſecrare? Reſponſum iam fuit in tractatu de Fide, teneri; conſuetudo enim abijt in legem, quę obligat: vti nos ibi latè oſtendimus, & magna authoritate confirmauimus, & ita contra Nugnum reſoluit Diana *tract.* 6. Miſcellan. Reſp. 99. Diana

Secunda. An liceat Sacerdoti Latino in Eccleſia Græca in fermentato celebrare, & vice verſa Gręco in Latina in azymo? Reſponſum item fuit licere in illis regionibus, cum illic, vel morantur, vel peregrinantur. Sumitur ex doctrina Ambroſij relata, & probata ab Auguſtino epiſt. 118. & 119. ſi tamen vterque ſinatur ſuo ritu, & more celebrare debet ſuo more ac ritu, modo ſcandalum non ſequatur. Aduertimus autem ibi Bullam Pij V. quæ incipit *Prouidentia*, nihil contra decernere, & authores, qui poſt illam ſcripſerunt multos adduximus, inter quos eſt Diana in Miſcellan. Reſol. 99. & Naldus verbo *Sacerdos num.* 4. Quod ſi inquiras, vtrum liceat propter aliquam cauſam Sacerdoti Latino in Eccleſia Latina in fermentato conſecrare, v. g. ſi neceſſe ſit communicare infirmum, nec inueniatur panis azymus. Reſpondetur negatiuè, quia illud pręceptum communicandi eſt affirmatiuum, & ita non obligat pro ſemper; cenſetur autem in eo caſu, cum nō eſt idoneus, & debitus panis, id eſt azymus non obligari. Ita Ledeſma 1. *p.* 4. *q.* 15. *art.* 4. *dub.* 1. & Vaſq. *de Euchar. d.* 174. *cap.* 4. *num.* 36. & Suarez *diſp.* 44. *ſect.* 3. & meritò.

Auguſt. Diana Nald. Ledeſ. Vaſq Suar

A pane ad vinum tranſeamus. Vinum debet eſſe ex vite, & expreſſum ex vuis, ac proinde potuit accommodatum. Id eſt commune, nec indiget probatione. Sunt autem circa hoc

Digitized by Google

Lugo

hoc aliquot dubia. Primum. An acetum, et agreſta ſit materia? Negandum. Secundum. An vua integra ſit materia? Item negandum. Tertium. An ſuccus vuæ maturæ expreſſus manu materia ſit? Affirmandum; eſt enim iam potus, atque adeo muſtum, et materia ſufficiens. Ita docet Lugo d 4.ſect.1.n.9. De lora maior eſt dubitatio. Sed non videtur eſſe vinum, quia maior pars eſt aqua. De vino congelato etiam eſt quæſtio. Cui reſpondeo: vinum congelatum dum eſt congelatum poteſt conſecrari. Ratio eſt, quia ſimpliciter eſt vinum, et per accidens eſt, quod in eo ſtatu ſit, et facile ſoluitur, et redditur potabile. Sic idem Lugo n. 13.

Lugo

Obijcies tamen, aquam congelatam non ſufficete ad Baptiſmum: ergo neque vinum congelatum. Reſpondetur eſſe diuerſam rationem, quia Baptiſmus in ablutione actuali, & actione lauandi tranſeunte conſiſtit, quæ non poteſt fieri per aquam congelatam. At verò *Euchariſtia* eſt Sacramentum permanens, ac proinde poteſt fieri in vino congelato, nam ſumptio non eſt de eſſentia Sacramenti.

Aquarij
Armeni
Bellarm

Circa aquę mixtionem, primum ſupponendum contra Aquarios, non ſolam Aquam; & contra Armenos nō ſolū vinū, ſed vinū aqua modica iniecta temperatum materiam Calicis eſſe, vti latè monſtrat Bellarminus *lib. 4. de Sacram. Euchar. cap.* 10. Tum prima quæſtio eſt, vtrum ſit de neceſſitate Sacramenti? Reſpondetur negatiuè. Vnde qui vinum merum conſecreret, ſanguinem validè conficiet. Secunda, vtrum ſit de præcepto? Cui reſpondetur affirmatiuè. Cum autem duplex ſit præceptum, Diuinum, & Humanum, inquiritur de vtro ſit? Probabilius dicitur eſſe de præcepto Diuino, quamquam aliter ſentiat Scotus *in 4.diſt.*11.*q.*7. & Suarez *diſput.* 45.*ſect.*2. Chriſtus enim eodem teſte Suario videtur conſecraſſe in vino aqua mixto, & hæc eſt traditio Eccleſiæ, & vſus, & doctrina Patrum. Deinde, illa mixtio ſignificat myſterium aquę, & ſanguinis è Chriſti latere prodeuntium. Prætcrea deſignat vnionem hominum cum Chriſto: vnde de pręcepto Diuino eſſe credendum. Sic magna eruditione Conciliorum, & Patrum oſtendit Henriquez *lib. 8. cap.* 12. additis multis Scholaſticis. Hos ſequor cum Valentia *diſ.6.q.2.p.* 1. contra Vaſquez *diſ.*177.*cap.*1. & Lugo *diſ.4.ſect.2.nu.* 22. Eſt autem aqua miſcenda in exigua quantitate, & debet eſſe aqua naturalis.

Scotus
Suar
Henriq.
Valentia
Vaſquez
Lugo

Præcipua quęſtio hic eſſe ſolet. Quomodo aqua conuertatur in ſanguinem? Et quidem ſi ante conſecrationem ſit conuerſa in vinum nulla eſt quæſtio. De eo quæritur, vtrum ſi non ſit conuerſa in vinum, tranſeat in ſanguinem immediatè ex aqua, vel non? Communis ſententia eſt, quā maximè probat, & exagerat Suarez, negans aquam immediatè in ſanguinem conuerti. Pro qua multa congerunt Suarez *d.*45.*ſect.*4.& Vaſquez *diſp.*178.*cap.*2, tum authoritatis, tum rationis momenta. Omnia ex eo principio pendent, quia ſolum vinum eſt materia neceſſaria, & idonea huic Sacramento. Si autem aqua conuerteretur immediatè in ſanguinem, iam illa quoque eſſet materia idonea Sacramenti, quod nullo modo dici poteſt. Quare neceſſe ſemper eſt, vt prius conuertatur in vinum. Si autem contingat non conuerti ante conſecrationem, aiunt manere in propria ſpecie aquæ, nec poſſe in Chriſti ſanguinem tranſire. Et ita ſentiūnt multi citati à Layman *tract.*4.*cap.*2.

Suarez
Vaſq.
Laymau

Ego tamen affirmo aquam immediatè cum vino conuerti in ſanguinē. Moueor primò, quia illa pars aquę recipit accidentia vini ſenſibilia; & cum vino facit continuum, & vnum potum, & moraliter ſaltem eſt vinum, & vti vinum ſumitur, cum iam non ſit aqua ſenſibilis cum vino ſumpta. Moueor ſecundò, quia inconueniens eſt; vt ſit aliquid in Calice ad potum vini pertinens, quod non ſit conſecratum, idque adoretur. Moueor tertiò, quia cum incertum ſit inter Philoſo-

loſophos, an aqua in vinum conuertatur, ſi non immediatè poſſet verti in ſanguinem, non tam rationale eſſet præceptum miſcendi aquam. Vnde ex præcepto colligitur, aquam immediatè tranſire poſſe in ſanguinem.

Quoad authoritatem, nullum eſt Cōcilium, nullus Pontifex, qui hanc ſententiam reprehendat, imò Cardinalis Alanus *lib. 1. de Sacrament. cap. 13.* dicit eſſe de Fide, quod nimium eſt. Certè Baronius anno 1188. ſcribit hoc ſemper Eccleſiam docuiſſe, & anno 1192. pro hac ſententia ſtat. Illam tenet Aegydius Conink *qu. 74. art. 8. dub. vnic.* qui dicit Romæ defenſam fuiſſe hanc ſententiā anno 1606. & 1608. ſine reprehenſione, & cum plauſu. Eandem ſequitur Cardinalis Lugo *d. 4. ſect. 3.* & acutè, ac eruditè probat, & Præpoſitus *in q. 74. art. 8. dub. vn.* & Scortia *de Sacrificio Miſſæ lib. 4. cap. 1. num. 13.* & Alexander Peſantius *3. p. q. 74. art. 8. diſp. 2.* & Layman *cap. 2. tract. 4.* eamque vidi ego ſæpe in publicis Theſibus ſuſtineri, & Romæ hoc ipſo, quo librum edo anno, egomet palàm permiſſu ſuperiorum ſuſtinui.

Alanus. Baronius. Coninch. Lugo. Scortia. Peſantius. Layman.

CAPVT VI.

De forma Conſecrationis panis, & vini.

VTraque forma ſatis cognita eſt. Vtraque vſum Chriſtum ex Euangelio conſtat; nec dubitandum, quin vtraque ſit neceſſaria, & efficiēs Corpus, & Sanguinem. Vnde ſunt verba operatoria, cum cætera à principio Canonis ſint recitatiua tantum, & hiſtorica. Verba autem Conſecrationis ſignificant, & operantur loquente Sacerdote in perſona Chriſti. Hæc conſtant.

Cæterùm nonnullę quæſtiones ſūt. Prima circa formātotalem. Quænam ſit eſſentialis, & neceſſaria ad cōficiendum ſacramentum? Qua in re dicendum primò formam eſſentialem, & neceſſariam ad Conſecrationem Corporis eſſe, *Hoc eſt Corpus meum*; nam particula *enim* non eſt de neceſſitate, quamquam licitè omitti nequeat. De forma Sanguinis maior quæſtio eſt. Vtrùm ſola verba, *Hic eſt calix Sanguinis mei*, conſtituant Sacramentum, an ſint etiam reliqua neceſſaria vſque ad illud, *in remiſſionem peccatorum*? Diuus Thomas affirmat omnia eſſe de eſſentia, ita *quæſt. 78. art. 3. & in 4. diſt. 8. q. 2. a. 2. quæſtiunc. 1. & lect. 6. in Paulum 1. ad Corinth. c. 11.* cum multis quos citant Suarez *diſp. 60. ſect. 1.* Layman, Coninch, & Faber, ac imprimis Henriquez *l. 8. de Euchar. c. 17.* qui pro illa viginti tres Authores profert. Verùm alia ſententia negans reliqua verba eſſe eſſentialia, eſt communior, & receptior, adeò, vt nonnulli Thomiſtæ eam amplectantur, & conentur Sanctum Thomam ad eam trahere, vel inuitum. Eam ſequitur Scotus *in 4. diſt. 8. q. 2. art. 2.* & multò plures, quos adducunt, & ſequuntur ijdem Authores, & probant, quia illa prima verba, *Hic eſt Calix Sanguinis mei*, continēt integrū ſenſū, & ſatis ſignificant rem, quæ ponitur in Calice: ergo ſufficiunt ad conſecrationem. Suadetur; quia etiam Chriſtus, poſtquam dixit Hoc eſt Corpus meū, addidit, *quod pro vobis tradetur.* Et tamen hoc non eſt eſſentiale formę conſecranti Corpus. Igitur nec illa verba, *qui pro vobis effundetur*, erunt de eſſentia Conſecrationis Sanguinis. Ac ita Græcos conſecraſſe conſtat, quorum Eccleſia falli non potuit, cùm eſſet Catholica.

D. Thom. Suar. Ægyd. Faber. Henriq. Thomiſt. Scotus.

Inter has duas ſententias conſtitutus diu dubitaui, vtram ſequerer. Re bene conſiderata (quod quiſquam miretur) S. Thomæ ſententiam ſequor, & affirmo, omnia illa verba, quę in Conſecratione Calicis dicuntur, eſſe de eſſentia, nec ante vinum in Sanguinem conuerti, quàm ea omnia proferantur, voloque rem hanc validè confirmare.

Primò, ratione D. Thomæ; quia illa verba, quæ ſequuntur, determinant prædicatum Sanguinis ad Sangui-

guinem in Cruce effundendum, qui erat proprius finis ſacrificij incruenti: ergo ante illam denominationem nõ fit Conſecratio: quemadmodum ſi quis dicat, Homo eſt animal corporeũ, ſenſitiuum, niſi addat rationale, nihil efficiet definiendo, quia adhuc nõ determinauit prędicatũ. Secundò, quia hoc Sacramentum eſſentialiter continet rationem ſacrificij. Ratio autẽ ſacrificij non exprimitur per ſola illa verba, *Hic eſt Sanguis meus*; ergo neceſſe eſt addi cætera, in quibus fit mentio effuſionis, & exprimitur ratio ſacrificij. Tertiò, quia Sacerdos omnia illa verba profert vno ductu, & modo ſuper calicem, quod ſignum eſt, illa omnia ad conſecrandum pertinere. Quartò, quia eſſet abſurdum illa verba proferri, & nihil operari, ac proinde eſſe otioſa, præſertim cum non ſint recitatiua; eſſent autem prorſus otioſa, ſi quando dicuntur, vinum eſſet conſecratum. Quintò, quia omnes Græci teſte Suario, volunt ex parte Corporis conſecrandi ponere tanquam eſſentiale illud, *Pro vobis tradetur*, vti ponitur in omnibus liturgijs, quia neceſſariam putant repræſentationem Paſſionis. Igitur ſaltem ex parte Sanguinis debent poni illa verba effuſionem ſignificantia. Sextò, & vltimò, argumentor exemplis. In Sacramento Baptiſmi per illa verba, *Ego te baptizo*, non conficitur Sacramentum, ſed expectatur mentio *Trinitatis*. In Sacramento Confirmationis; non ſatis eſt dicere, *Confirmo te Chriſmate ſalutis*, niſi etiam dicatur, *Signo te ſigno Crucis*. In Sacramento Extremæ vnctionis eſt forma longior, & per modum Orationis, & niſi ita ponatur non valet Sacramentum: Ergo nec etiam valebit Conſecratio Sanguinis, niſi ponantur illa verba, quæ continent rationem Sacrificij; & memoriam Crucis. Nec dabitur maior ratio, cur ſit neceſſaria in Baptiſmo mentio Trinitatis, in Confirmatione commemoratio Crucis, in extrema vnctione forma Orationis. Sic manet probata ſententia S. Thomæ, quam Suarez valde probabilem dicit,

Græci Suarez

nec ab Scoto ſatis impugnatur; imò *d.8.quæſt.2.art 2.* ei non audet apertè contradicere, ſed in medio relinquit, & eiuſmodi quæſtionem *problema* vocat, ac eodem modo loquitur. Gabriel *d 9.q.3.& lect.33.in Can.* et Roſell. *Euchar.l.& Miſc.num.6 quæſt.3.* Quare ſententiam D. Thomæ certam et tutam vocat Petrus Soto *lect. 2. de Euchar.* cui magnum authoritatis pondus addit Innocentius Papa *lib.4.de hoc myſterio cap. 5.* dicens Eccleſiam accepiſſe ab Apoſtolis hanc formam, Apoſtolos autem à Chriſto, & Concilium Colonienſe *p.7. cap.14.& in Enchir.* Chriſtian. *virt.ſerm.de Sacrament. Euchar.* in ſua formula conſecrandi omnia hæc verba proponit; et Miſſale Ambroſianum, in quo aut eis literis illa forma ex integro ſcripta continetur. Accedit Miſſale Mozarabum, et Miſſa Aethiopum tradita à S. Matthæo. In quibus ſunt illa verba, *Qui pro vobis effundetur*. Conſentit Clemens *lib.8.Conſt.cap.12.* Ac denique ipſe Catechiſmus Pij V. formam integram tradit. Imo de eiuſdem Pontificis mandato commentarius Caietani, circa hunc articulum D. Thomæ, in quo eius opinionem deferebat, expunctus eſt. Itaque nemo, vti opinor, bonus Theologus erit, qui neget illuſtrem hanc eſſe ſententiam, dignamque communi aſſenſu. Atque vt fiat, præcipuam difficultatem ſoluo, quæ multos ab ea deterret. Eccleſia Græca ea tantum forma: *Hic eſt Sanguis meus*: et ea *Hic eſt Calix ſanguinis mei*, Catholicè vſa fuit, et vetè conſecrauit: ergo ea ſufficit ad conſecrationem. Reſpondet Capreolus *d 8. q. 1. a.3.* ad argumentum. Chriſtum cum Græcis diſpenſaſſe: non acquieſcunt aduerſarij. Ego aliter reſpondeo, Apud Græcos ſufficere illam formam in Calice; apud Latinos autem minimè. Probo manifeſtè; quia cum capitalis ratio, cur ſint neceſſaria illa verba ex integro ſit determinatio ſanguinis ad Sacrificium, et mortem Chriſti ſignificandam, et Græci eam ponerent in forma conſecrationis Panis, in qua dicebant, *quod*

Scotus

Gabriel Roſell

Petr. ſot.

Innoc.PP

Concil Colon.

Enchir. Chriſt

Amb: Miſ

Clemens Pij V.

Capreol

pro

Digitized by Google

pro vobis tradetur, non erat neceſſe iterum poni in conſecratione Calicis, ne bis idem vſurparetur. At verò Latini, qui ea verba in forma hoſtię non vſurpant, neceſſariò debent illa in forma Calicis vſurpare ad determinandum Sanguinem ad ſacrificium Paſſionis; quę eſt idonea meo iudicio, & germana ſolutio. Imo hinc erit, et occaſio excuſandi Græcos, et confirmandi formam noſtram, quod illi, cum intelligerent opus eſſe determinati ad rationem ſacrificij vnum ex duobus, vel corpus, vel ſanguinem, maluerunt determinare corpus dicendo, *quod pro vobis tradetur*, cum nos ſanguinem determinandum eſſe cenſuerimus, omnes in eo conſentientes, quod erat ſignificanda ratio Paſſionis. Eam verò cum Chriſtus vtr aque in ſpecie panis,& vini determinaſſet,ſatis erat in vna earum vſurpari, ſed omnino neceſſarium in alterutra ponere. Ac ne quis ſuperſit ſcrupulus, alteri obiectioni occurro, in qua video vim fieri. Non omnia verba quæ adduntur formæ; *Hic eſt enim Calix ſanguinis mei*, poſſe eſſe de eſſentia,nam illud *Myſterium Fidei*,& *Noui, & Aeterni Teſtamenti*, videtur eſſe extra rationem formæ eſſentialis. Cui reſpondeo, non oportere, vt ſingula iſthæc verba ad eſſentiam pertineant, ſed quatenus continenti filo ducunt nos ad effuſionē Sanguinis,quę effuſio cū ad nouūTeſtamentum ſpectauerit, & Myſterium Fidei noſtræ conſtituerit, idcirco has voces vendicat, tanquam proprietates inſeparabiles comitantes illam eſſentiam: vti ſi quis definiat hominem, dicens, eſſe animal rationale,riſibile admiratiuum, diſcurſiuum, definiet hominem, cum eſſentia, & proprietatibus, non quod hæ ſint ipſa formalis eſſentia, ſed quod eſſentiam compleant, & tueantur. Ita illæ particulæ ſociant, & fouent illam formam Effuſionis ſanguinis, tāquam proprietates neceſſariæ: tāmque neceſſariæ, vt ſi negentur, conſequenter forma deſtruatur. Hac ratione opinor ſoluta manent omnia, quę contra huiuſmodi ſententiam afferri ſolent argumenta, quibus motus Lugo Cardinalis contra nos ſentit *d.11.ſect.4.* Lugo

Secunda quæſtio eſt circa particulam, & pronomen, *Hoc, Hic*, quid ſignificet cùm verba proferuntur. Variæ ſunt, & intricatæ ſententiæ, quas numerant Suarez *diſp.46. ſect.3.* & *diſp.58.ſect.7.* & Faber *diſp.34.* latiſſimè. Omnes in eo conueniunt cum D. Thoma, & Scoto, pronomen, *Hoc* ſignificare ſubſtantiuè, & per ſe, tanquam integrum ſubiectum, vt dicendo, *Hoc*, ſignificetur: quod in manibus meis eſt, illud eſt Corpus Chriſti. Videturque facilis ſententia. Sed ea mihi difficilis videtur,idque ſic oſtendo. Illud pronomen, *Hoc*, ſignificat aliquid certum: vel ergo illud eſt panis,vel corpus Chriſti, nihil enim eſſe aliud poteſt. Sed nihil horum poteſt ſignificare: ergo non ſignificat ſubſtantiuè, & per ſe. Maior eſt certa. Probo minorem; quia ſi ſignificet panem, erit ſenſus, *Hic panis eſt Corpus meum*, quæ falſa eſt propoſitio, nam panis non eſt Corpus. Imo non eſt panis cùm eſt corpus. Si ſignificet ſpecies, erit ſenſus. Hæ ſpecies ſunt Corpus meum, quod multò magis eſt falſum. Si ſignificet corpus Chriſti, tum duplici ratione reprobanda eſt, quia adhuc non eſt Corpus Chriſti, deinde, quia eſt identica propoſitio, *Corpus eſt Corpus*. Suar. Faber. D. Thom. Scot.

Reſpondet D. Thomas, & cum eo reliqui, in quibus eſt Lugo *d.11. ſ.7. n.154.* illud *Hoc*, ſignificare confuſè rationem quandam ſubſtantiæ indeterminatam demonſtrando illam abſque determinatione, vt perinde valeat ac dicere, *Hoc quod habeo in manibus* ſuſpenſo ſignificato. Ita ſoluunt hanc quæſtionem tam graues Authores. Ego ijs non acquieſco, & ſic impugno reſponſionem. Illud indeterminatum, & confuſum non datur à parte rei, nam ibi res eſt determinata,& Chriſtus optimè id ſciebat: ergo non poteſt vox illa certa ſignificare quid incertum, & cōfuſum,quod ibi non datur à parte rei, nec enim in manibus ſacerdotis eſt niſi res certa, D.Thom. Lugo

&

Digitized by Google

& ſingularis. Nec obijcies exemplum indiuidui vagi, Hic homo, nam Hic homo, nemine apprehenſo, neminem certum ſignificat. At qui apprehendiſſet Petrum manibus, & diceret, Hic homo, iam non ſignificabat, nec ſignificare poterat indiuiduũ vagum. Deinde, ſi rogetur sacerdos, quid eſt hoc quod habet in manibus, ſine dubio reſpondebit, panis. Quomodo ergo poterit ſignificare non panem, ſed incertum quiddam, & indeterminatum? Quo argumento perſuaſus dubito de veritate ſententiæ. Quid ergo dicendum? Tenenda hæc ſententia eſt propter authoritatem, eſt enim omnium teſte Suario. Volo tamen experiri, diſputandi gratia, vtrum poſſit defendi alia ſententia; nimirùm illud pronomen, Hoc, ſumi adiectiuè, & cum corpore cohærere, vt ſenſus ſit, *Hoc eſt Corpus meum*, *Meum eſt hoc Corpus*, non ſiſtendo in particula Hoc, nec ſeparando eam à reliqua oratione, ſed coniungendo, cum corpore, affirmando, *Meum eſt hoc corpus*. Non vt ſit ſubiectum diſtinctum à prædicato, ſed vt ſit affirmatio, quemadmodum ſi alia phraſi Chriſtus diceret, Hæc eſt caro mea. Rem declaro exemplo. In Calicis conſecratione non dicitur, *Hoc* ſubſtantiuè, ſed *hic* adiectiuè, cùm enim ibi dicitur *Hic eſt Calix Sanguinis mei*, pronomen *Hic*, ineptè ſumitur ſubſtantiuè, cùm genus repugnet, itaque ſumitur coniunctum, & nexum cum Calice, & ſanguine. Vnde ſic argumentor. Conſecratio Calicis valet dicendo, *Hic eſt Calix ſanguinis mei*, ſumpto pronomine adiectiuè, vt ſenſus ſit, Calix hic eſt ſanguinis mei: ergo etiam valebit conſecratio Corporis ſumendo pronomen, *Hoc*, adiectiuè, perinde ac dicatur, *Meum eſt hoc Corpus*. Cui exemplo non video, quid poſſit reſponderi. Poteſt tamen opponi, quòd his verbis non ſignificatur conuerſio, cùm non ſupponantur duæ res diſtinctæ: vna pro ſubiecto, altera pro prædicato. Verum reſpondeo illud verbum, *eſt*, non dicere formaliter conuerſionem vnius ex alio, quod fatetur Suarez *d.59.ſ.2.* ſed affirmationem conuerſionis, quæ perficitur poſito corpore, & ſanguine. Vnde non eſt neceſſe, vti verbo conuerſiuo, ſed verbo affirmatiuo. Si enim eſſet neceſſarium verbum ſignificans conuerſionem deberet dici, Hoc fit Corpus meum. Quod ſi vrgere quis pergat iſtud argumentum, obijciam conſecrationem Calicis, vbi cùm ſit pronomen adiectiuum, & ſimplex affirmatio, ſit tamen Conſecratio, & Conuerſio.

Conc. Tr. Confirmo ſententiam ex Concilio Tridentino *ſeſſ.13.c.14.* vbi ſic: *Chriſtus Corpus ſuum id quod ſub ſpecie panis offerebat, verè eſſe dixit*. Quibus verbis nihil diſtinctum ponit à Corpore ſuo, ſed ipſummet Corpus immediatè ſignificat, nam id quod Chriſtus offerebat ſub ſpecie panis non erat panis, ſed ipſum Corpus; itaque non erat ſubiectum à Corpore diuerſum. Opinionem hanc ſimpliciter propono nec affirmo; tantùm dico, mihi non videri periculoſam, etſi neminem Authorem illius hactenus inuenerim. Iudicium doctioribus remitto.

CAPVT VII.

Per quam actionem ponatur Corpus Chriſti in Eucharistia: & an rectè illa tranſubſtantiatio dicatur, & quid ſit?

DE Fide conſtat per Conſecrationem poni Corpus Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento; id autem fieri debet per aliquam actionem. Igitur iſta actio Conuerſio dicitur generali vocabulo, nam illa eſt conuerſio per quam res vna in aliam cõuertitur, verbi gratia aqua in aerem, vel viuum homo in cadauer. In omni autem conuerſione datur terminus à quo, & terminus ad quem, ab vno

enim ad aliud fit mutatio. In termino à quo eſt deſitio, in termino ad quem inceptio; deſinente enim forma aquæ incipit forma aeris, vel vini, & abeunte forma rationali, venit forma cadaueris. Maner tamen in omni conuerſione aliquid vtrique commune, quod eſt ſubiectum in quo fit conuerſio, id eſt materia prima: hæc enim licèt mutentur formæ, non mutatur, ſed ſemper manet. Vnde quando aqua mutatur in vinum, ſola forma eſt quæ perit manente materia prima, & recipiente formam vini.

Hæc ſunt communia, & ex Philoſophia ducta principia. Quęſtio verò eſt, vtrum fieri poſſit conuerſio totalis ex vna ſubſtantia in aliam, ita vt ex parte termini à quo pereant materia, & forma, & ex parte termini ad quem producantur de nouo materia, & forma? Hęc conuerſio eſt propria ſacramenti Euchariſtiæ, & Transſubſtantiatio dicitur, & definitur à Scoto *in 4. diſt. 11. quæſt. 1.* Eſt tranſitio totalis ſubſtautiæ in ſubſtantiam per quā in hoc ſacramento fit conuerſio totius ſubſtantiæ panis, & vini in totam ſubſtantiā Corporis Chriſti. Quę quia vnica, & noua eſt actio, nouo appellanda fuit vocabulo, & ſic appellat Concilium Tridentinum *ſ. 13. c. 4. & Can. 4.*

Scotus

Trident:

Et quidem ex parte termini à quo, id eſt panis, tota ſubſtantia panis perit. Ex parte termini ad quem, totum Corpus Chriſti ponitur loco panis. Maxima quæſtio eſt, quis ſit terminus formalis huius tranſſubſtātiationis. Certum eſt eſſe Corpus Chriſti. Sed cùm Corpus Chriſti ſit in Cœlo, ambigitur, quomodò illa actio verſetur circa Corpus Chriſti. Tres ſunt modi dicendi. Primus eſt Scoti, & Scholæ (vti vulgò creditur) iſtā actionem terminari immediatè ad præſentiam Corporis Chriſti faciendo illud præſens per actionem, quæ appellatur adductiua, per quam id Corpus quod eſt in Cœlo, ſine vlla ſui mutatione ſubſtantiali acquirit nouam præſentiam ſub ſpeciebus ſacramentalibus. Secundus eſt Soti, & aliorum, quos citat Suarez *diſput. 50. ſect. 4.* terminū formalem huius actionis eſſe vnionem Corporis Chriſti ad ſpecies. Aiunt enim hi Corpus Chriſti vniri ſpeciebus, ſupplendo vnionē, quæ erat inter panem, & accidentia, & hanc vnionem fieri citra vllam mutationem in Corpore Chriſti. Hunc fermè ſequitur Henriquez *l. 8. c. 14. &* 15. & latè ac diſtinctè probat Lugo Cardinalis *d. 7. ſ. 6.* & multis cum conatur probabilem reddere.

Scotus: & Scholæ

Sotus

Suarez

Henriq. Lugo

Tertius eſt Suarij, & multorum, quos citat, qui ait, terminum eſſe ipſammet ſubſtantiam Corporis Chriſti per nouam actionem ſubſtantialē producti, quæ actio efficiat idem eſſe, ſed per aliam actionem, quæ talis eſt, vt ex vi illius iſtud Corpus de nouo fieri poſſet, ſi non præexiſteret. Et hæc eſt propria tranſubſtantiatio, quę per nouam actionem replicat eamdem ſubſtantiam. Ita Suarez *diſpus. 49. ſect. 1. & diſput. 50 ſect. 4. 5. & 6.* & AEgidius Coninch *in qu. 75.* Diui Thom. *a. 8. dub. 3.*

Suar

Suarez

Antequam feram iudicium de his ſententijs, aduerto primò D. Thomā, nihil expreſsè hac in re aſſeruiſſe. Inquiram tamen eius mentem curioſius, quâm cæteri. Aduerto ſecundò Scotum, non illum tantum primum modum, ſed iſtum etiam tertium tradidiſſe, vti obſeruat Faber diſp. 45. Et idcircò data opera ſuprà dixi, vulgo credi Scotum actionis tantum adductiuæ eſſe authorem.

D: Thom

Faber

CAPVT VIII.

Fertur iudicium de prædictis ſententijs. Reijcitur prima, & ſecunda.

PRima de actione adductiua terminata formaliter ad præſentiā Corporis Chriſti, diſplicet Suario, & Henriquez lib. 8. c. 13. quia non eſt vera tranſubſtantiatio, cum tantum ſit adductio ſubſtantiæ præexiſtentis, &

Suarius Henriq.

nihil

nihil mutet, nec ponat in ſubſtantia, ſed in præſentia, nec ea ſatis conſtare Myſterium Sacramenti putăt. Ego hoc nomine ſuſtineri poſſe dicerem, ſi viderem cum recta Philoſophia ſtare poſſe. Nam vt ſubſtantia panis dicatur tranſire in ſubſtantiam Corporis, non eſt neceſſe, quod Corpus de nouo reproducatur, ſed quod ibi loco panis ponatur: ſiue per actionem adductiuam, ſiue per aliam; ex vi enim actionis conuerſiuæ deſinit vna ſubſtantia, & ponitur alia. Verùm non intelligo, quomodo illa actio adductiua ſuſtineri in Philoſophia ſine reproductiua poſſit. Quod ſic oſtendo. Primò, illa præſentia, quæ datur in re eſt modus intrinſecus rei, hærenſque illius ſubſtantiæ de nouo illi adueniens; igitur non poteſt ſine noua mutatione ſubſtantiæ fieri. Probo conſequentiam; quia illa præſentia non venit ab extrinſeco naturę, ſed manat à natura, & manando facit eam loco præſentem; ergo prius eſt natura eſſe, quam in loco eſſe. Vnde, vt acquirat nouam præſentiam debet in ipſa natura fieri noua mutatio, atque adeo noua productio. Secundo. Corpus, quod eſt in Cœlo non poteſt, ſine aliqua mutatione ſubſtantiali incipere eſſe in Sacramento. Ergo mutatur. Probo aſſumptum; quia ex vi actionis, qua eſt in Cœlo, non mutatur, cum incipit eſſe in Sacramento mutatur; amittit enim modum eſſendi circumſcriptiuè, & accipit modum eſſendi definitiuè, quæ eſt intrinſeca mutatio oriens ex principijs extrinſecis. Igitur neceſſe eſt, vt actio per quam mutatur, attingat ipſummet eſſe naturæ. Tertiò, quia illa præſentia non eſt ſolius quantitatis, & accidentium, ſed eſt etiam ſubſtantiæ ſub illis; ſed illa actio adductiua immediatè tantum fieret in præſentia quantitatis, & accidentium: Ergo nihil mutaret in ſubſtantia; quod eſſe non poteſt, quia ſubſtantia non mutat præſentiam intrinſecam per ſolam mutationem quantitatis, & accidentium. Quartò, quia non ſolum præſentia quantitatis, ſed ipſa met quantitas patitur mutationem. Igitur, & ſubſtantia: quod autem quantitas mutationem patiatur, patet, quia in corpore Chriſti extra Sacramentum eſt diuiſibilis, & extenſa, in Sacramento vero non ita. Igitur alia actione attingitur quantitas. Ergo etiam alia attingitur ſubſtantia. Fateor me nunquam in Philoſophia potuiſſe capere iſtam actionem adductiuam, ſine reproductiua, nec eam nunc intelligo. Itaque cenſeo actionem iſtam neceſſariò reproductiuam, & replicatiuam eiuſdem ſubſtantiæ fore, atque adeo ad tertium modum pertinere. Et quidem hæc Actio adductiua diſplicet Lugo Cardinali, nec ea ſaluari poſſe exiſtimat iſtam conuerſionem. Ita *d.7.ſect. 6.n.*189. Lugo

Secunda opinio eadem ratione impugnatur; quia non poteſt illa vnio ad ſpecies fieri noua, ſine præſentia Corporis in eo loco, vbi ponitur. Ergo neceſſe eſt, vt ponatur ibi Corpus, quod vniendum eſt, ac proinde opus erit alia actione terminata ad ipſum corpus. Præterea, illa vnio eſt, quid fictitium, quia accidentium reſpectu ſubſtantiæ non datur vnio, niſi inhærentia, illa autem accidentia non inhærent, nec poſſunt inhærere Corpori, quod eſt indiuiſibiliter, & inſenſibiliter. Si autem illa vnio eſt quid extrinſecum, certè non eſt aliud, niſi præſentia, & relatio illam ſequens; hanc verò habet Corpus ſub ſpeciebus per ſuum vbi, remota omni alia vnione. Quibus argumentis corruit opinio, & longa illa Henriquez pro hac vnione ratiocinatio facta *lib.8. c. 24.& 25.* & Lugo *d.7.ſect.6. vſque ad* 10. Itaque ambæ ſententiæ refutantur.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Approbatur, exponitur, & probatur tertia ſententia.

CONcluſio ſit. Actio per quam ponitur Corpus Chriſti in Euchariſtia eſt vera productio ſubſtantiæ Corporis Chriſti, terminata ad ipſummet Corpus, vti reproductum, & replicatum in diuerſo loco. Probatur; quia hic modus explicat veram tranſubſtantiationem, & quia actio alia adductiua, ſine reproductiua intelligi non poteſt. Eſt autem hæc actio poſſibilis, nam Philoſophia docet Deum poſſe ponere vnum corpus in duobus locis. Ex quo ſequitur in ijs conſeruari: at vero actio conſeruatiua immediatè conſeruat ipſum eſſe, nam eſt actio intima non ſolum terminata ad vbi locale, ſed ad ipſammet eſſentiam afficiens, & conſeruans ipſam: vnde ſicut conſeruat eſſe immediatè, ita poteſt immediatè reproducere. Deinde non datur repugnantia, nec ex parte termini, nec ex parte actionis. Non ex parte termini repugnat, quia Deus poteſt annihilato corpore, idem poſtea numero producere: ergo & non annihilato poteſt idem numero reproducere. Ex parte actionis non repugnat, quia illa actio habet ſuum effectum certum, & totalem reproducendo rem, & ponendo in alio loco, ceu eſſet actio diuerſa. Ergo non repugnat. Itaque corpus Chriſti, quod eſt in Cœlo per vnam actionem conſeruatur, & per aliam reproducitur extra cœlum, recipiendo bis idem eſſe, ſed ſub nouo modo intrinſeco aliter affectum, & in diuerſo loco. Vnde tota actio fertur, & terminatur formaliter ad ſubſtantiam, ex qua naturaliter reſultat vbi, ſeu præſentia in alio loco. Ita Suarez *diſp.* 49 *ſect.* 1. *&* *diſput.* 50. *ſect.* 4. & Aegydius Coninch *art.* 4. *dub.* 3. nec diſſentit Faber *diſp.* 46. etſi in modo paulùlum diſſentiat. Satisfit verò hoc modo difficultatibus, quas contra mouet Henriquez *lib.* 8. *cap.* 23. *&* 24. *&* 25. & Lugo *ſect.* 2. *&* 3. qui ingenioſiſſimè, & copioſiſſimè hac de re diſputant. [Suarez / Aegydius / Faber] [Henriq / Lugo]

Sunt hic tamen aliqua dubia. Primum, vtrum illa actio reproductiua corporis ſit eadem, an diuerſa à prima? Ratio dubitandi eſt, quia ſubſtantia corporis eſt vna, & eadem. Reſpondetur illam actionem, eſſe diuerſam, quia illa actio non erat antea & de nouo eſt; deinde efficit quid noui, replicat enim illud eſſe præexiſtens, & alio modo, & alio loco: ergo eſt actio diuerſa. Preterea non poteſt eſſe eadem actio, quia actio tranſit, & tunc eſt, cum fit: vnde quamquam ſubſtantia permanens eadem ſit, actio tamen quæ eſt tranſiẽs, & fieri illius eſt diuerſa. Præſertim, quia facit mutationem in eo corpore variata præſentia intrinſeca in extrinſeco loco. Secundum eſt ad modum obiectionis, ſequitur enim eumdem effectum prouenire à duabus cauſis totalibus, quod communiter iudicatur impoſſibile, & ob hanc rationem Fabro non placet ſententia Suarij id admittentis. Cui reſpondeo me item cum Scoto, & Vaſquez *in* 3. *p.q.* 3. *ar.* 6. *d ſi* 29. *cap.* 4. & alijs negare vnum, & eumdem effectum pendere poſſe à duabus cauſis totalibus: & quamquã non negarem, nolle tamen in re incerta fundare rem certam. Quare dico, illum non eſſe vnum, & eumdem effectum, ſed diuerſum, cum ſit reproductio cum præſentia intrinſeca noua, & ſupernaturali modo, vnde noua mutatio eſt, ac proinde actio noua, & nouus terminus. Vbi verò nulla eſt mutatio ex parte termini, non poteſt eſſe duplex actio eiuſdem termini. In hanc ſententiam actionis reproductiuæ magis inclinare Scotum, poſtquam factus eſt ſenior docet Faber *diſp.* 45. *cap.* 10. quæ mihi omninò placet, præſertim refutata obiectione de duplici cauſa, & actione totali, quæ in noſtra ſententia nihil euincit. [Scotus / Vaſq] [Faber]

Vlti-

Vltimo quæritur, ſit ne iſta actio creatiua, vel conſeruatiua? Reſpondetur cum Suario ſect. 5. ex more loquendi Patrum eſſe actionem mixtam ex vtraque. Nam ex creatiua habet producere totam ſubſtantiam ſimul non præſuppoſito ſubiecto; nec enim educit ex eo formam, nec vnit formam materiæ: ſed materiam, & formam vnitas reproducit. Ex conſeruatiua habet, quod non dat nouum eſſe, ſed præexiſtens nouiter conſeruat ſub alio modo: neutra eſt autem, quia & ſupponit terminum à quo, & in eo accidentia, & facit mutationem in terminum ad quem: illud autem primum non eſt creationis, iſtud vltimum non eſt conſeruationis; abſolutè autem non eſt creatio, quia non procedit ex non eſſe ad eſſe; cum Chriſtus præexiſtat. Ita D. Thomas *q. 75. art. 8.* in Corpore.

Suar

D. Thom

Quoad ſententiam S. Thomæ, dico, illum nobiſcum ſentire; quia ſemper negat Chriſtum in Sacramentum adduci per motum localem. Ita *q. 75. art.* in Corpore, *& art. 4.* in Corpore. & affirmat fieri per conuerſionem totius ſubſtantię panis in totam ſubſtantiā Corporis, & ita tenet *queſt. 76.* Idē habet *in 4. diſt. 11. art. 2. queſt. 1.* & ſic opinatur Suarez *ſect. 2.* eum D. Thoma. Conuenit Scotus vti ex Fabro diximus *diſp. 45.* Atque hac ratione meam circa mentem D. Thomæ accuratius inueſtigandam datam fidem liberaui.

D. Thom

Suar Scot:

Faber D. Thom

CAPVT X.

Vtrum, & quomodo deſinat ſubſtantia panis, & vini; & vtrum annihiletur?

Svpponendum in Euchariſtia nihil de ſubſtantia panis, & vini remanere contra Lutherum, & Huſſitas. Sic enim deſtrueretur manente pane ratio tranſubſtantiationis aſſertæ in Concilio Tridentino *ſeſſ. 13. cap. 4. & can. 2. & in Extrauag.* de Hæreticis, de ſumma Trinitate, & Fide Catholica cap. *Firmiter credimus. S. vna verò.* & ex ipſa forma Conſecrationis deducitur iuxta D. Thomam *q. 75. art. 2.* & alios ibidem, & Scotum *in 4. diſt. 11. q. 2. & 3.* & ibi Scotiſtas, quamquam in ratione huius rei differant, in re tamen omnes conſentiunt. Hoc ſuppoſito ad difficultatem venio, quæ magna eſt, & torquet ingenia, nam non apparet, quid ſit iſta deſitio panis; primò enim non videtur vera, & poſitiua actio cum nil ponat in pane, imò tendat ad non eſſe panis. Secundo, non videtur annihilatio, quia annihilatio tendit ad non eſſe ſimpliciter: hæc autem actio tendit ad conuerſionem in aliud poſitiuum, quod cum hac deſitione eſt nexum. Deinde actiones poſitiuæ hic ſunt duę: altera terminata ad Corpus, vel reproductum, vel adductum: altera ad accidentia poſita extra ſubiectum; neutra autem verſatur immediatè circa deſitionem panis; nam deſitio actionis terminus eſſe non poteſt.

Lutherus Huſſitæ

Conc. Tr.

D. Thom Scotus Scotiſtæ

Hac in re tres referuntur ſententiæ. Prima Caietani hic *q. 75. art. 4.* & Soto *d. 9. q. 2. a. 4.* per actionem, qua Corpus Chriſti ponitur in Sacramento ex conſequenti fieri deſitionem panis, quod iſte cum corpore non poſſit cōſiſtere. Secunda Scoti *in 4. diſt. 11.* qui ſtatuit deſinere ſubſtantiam panis ex ſolo pacto Dei ſtatuentis ne maneat cum Corpore Chriſti, quia non repugnant inter ſe iſtæ ſubſtantiæ. Tertia Suarij *diſp. 50. ſect. 6.* & Becani *tract. de Euchar. Catholica cap. 2.* qui dicunt ſubſtantiam panis deſtrui per actionem poſitiuam, qua ſeparantur accidentia à ſubiecto. Quod etiam videtur docere Henriquez *lib. 8. cap. 24. & 25.*

Caietan Sotus

Scot.

Suar Becan.

Henriq:

Omnes iſtę ſententiæ obſcurè loquuntur: ego perſpicuè dicam. Primò, primariam intentionem ferri in poſitionem Corporis Chriſti, ad quā directè terminatur, intentio conſecrantis; deinde in deſitionem panis, qui eſt terminus à quo, vt fiat conuerſio;

ſio: tum ad accidentia panis, quæ debent remanere ad Corpus ſignificandum in ratione cibi.

Secundò. In executione primum perire panem, & ſeruari ſublata inhærentia, quæ in eo erant, ſubiectata accidentia, deinde poni corpus, cum iam non eſt panis ſubſtantia. Primum enim non eſſe panis, eſt primũ eſſe corporis. Quæſtio nũc ſupereſt, quomodo pereat ſubſtantia panis. Qua de re ſit,

Prima Concluſio. Deſitio panis nõ terminat rectè, & immediatè actionem poſitiuam. Probatur; quia omnis actio poſitiua habet terminum poſitiuum, quem producit; at verò deſitio panis eſt non eſſe panis, quæ cum ſit negatio non pòteſt terminare immediatè, & formaliter actionem poſitiuam. In quo omnes ſententiæ cõuenire debent. Hinc naſcitur alia quæſtio, vtrum ea deſitio panis ſequatur ex actione reproducente corpus, an ex actione ponente accidentia extra ſubiectum? Vtraque eſt actio poſitiua, prima terminata ad Corpus, ſecunda ad accidentia. Quare.

Sit ſecunda concluſio. Subſtantia panis non deſinit ex vi actionis ponentis Corpus in Sacramento phyſicè loquendo. Eſt contra Caietanum & Sotum. Probatur; quia natura panis, & Corporis non pugnant inter ſe, nec ſe excludunt natura ſua: ergo per actionem ponentem vnum non tollitur aliud. Antecedens patet, quia panis, & Corpus vti ſubſtantiæ non pugnant inter ſe, deinde non pugnant ratione ſubiecti, quia vnumquodque eſt integrum ſubiectum, & ſunt duo ſubiecta, non duæ formæ in vno ſubiecto, quarum vnum capax non eſt. Inſuper non ſe excludunt ratione vbi quantitatiui, & circumſcriptiui, quorum vnum repellit aliud; nam Corpus Chriſti caret vbi circumſcriptiuo, nec habet quantitatem extenſam, & eſt modo indiuiſibili adinſtar vbi definitiui, & ſpiritualis, quod non excluditur à circumſcriptiuo: ergo ratione vbi non ſe excludunt, atque adeò ſimul eſſe poſſunt. Tandem quia panis, & Corpus non ſubiectantur tanquam formæ in materia; nec ibi ſi eſſent vnirentur inter ſe, ſed tantùm eſſent in eodem loco. Qua ratione minimè ſe excludunt.

Tertia concluſio. Deſitio panis non ſequitur ex poſitione accidentiũ extra ſubiectum. Eſt contra Suarium, & Becanum. Probatur; primò, quia panis eſt terminus à quo iſtius Conuerſionis, à quo incipit Conuerſio: vnde non eſſe panis prius intenditur, quàm Conſeruatio accidentium; nec per accidens conſequitur poſitionem accidentium extra ſubiectum, ſed per ſe requiritur in conuerſione. Ergo immediatè & in ſe directè, & intenditur & efficitur. Probatur ſecundò; quia ideò accidentia manent extra ſubiectum, quia periit ſubiectum illorum. Ergo potius eſt perire ſubiectum, quam poni illa extra ſubiectum: nam ideò ſeruantur miraculosè, quia manent pereunte ſubiecto. Tertiò, quia accidentia magis dependent à ſubiecto, quàm ſubiectum ab accidentibus. Igitur non ideò perit ſubiectum, quia deſtituitur accidentibus, ſed è contra: quod cùm euenire deberet, & non eueniat, apparet miraculum conſeruationis extra ſubiectum. Probatur quartò; quia non eſt tam certum, quòd materia, & forma ſine accidentibus naturaliter nequeant conſeruari, cùm ſaltem materia non videatur tantum ab ijs pendere, vt ſine illis eſſe non poſſit, certum eſt autem panis ſubſtantiam perire. Vnde tanta certitudo non debet in re minus certa fundari. Igitur non debemus dicere, perire ſubſtantiam ex vi ablationis accidentium, ſed ex certa omninò ratione.

Quarta concluſio. Subſtantia panis perit directè ex ſubtractione concurſus Dei conſeruantis, ac illam perire volentis vt fiat conuerſio Eucharistica. Patet, quia hic omnia ſunt miracula ex intentione Dei, & vnum ex illis eſt deſitio panis ſine vllo contrario phyſicè repugnante. Itaque Deo eſt aſſignanda deſtructio, quæ non eſt ſimpliciter dicenda deſtructio, ſed pars conuerſionis, nam Deus

non

non intendit deſtruere eſſe panis, ſed conuertere in Corpus Chriſti: cùm autem non poſſit conuerti niſi deſtruatur, idcirco deſtruit ſubtrahendo concurſum; quod non facit per actionem poſitiuam immediatè terminatam ad non eſſe, quia non eſſe nihil eſt, ſed ſolùm per ſubtractionem concurſus, vel actionis conſeruantis.

Noua hinc, & grauis exiſtit quæſtio. An iſta deſitio panis ſit annihilatio? Variæ hic ſunt, & obſcuræ ſententiæ, quæ videri poſſunt apud Fabrum *diſp.45.c.8.* & Suarium *diſp.50. ſect.6.* Vno verbo dico cum Lugo *d.7. ſ.12.* non eſſe propriè annihilationem tum quia illa deſitio eſt medium ordinatum ad poſitionem Corporis Chriſti, & eſt pars conuerſionis licèt negatiua; nec in ea ſiſtit actio, vel ſubtractio, ſed vlterius tendit ad reproductionem Corporis; tum quia non omnino pereunt omnia quæ erant in pane; manent quippe accidentia illius. Sic tota hæc quæſtio difficilis expeditur, nec erit contra illam valida vlla, opinor, obiectio.

Faber
Suar:
Lugo

CAPVT XI:

Quomodo ponantur, & maneant accidentia extra ſubiectum?

COmpertum eſt pereunte ſubſtãtia panis, & vini, accidentia non perire, ſed ibi manere, & ſicut anteà ſentiri, nam idem eſt color, odor, ſapor, & figura. Sunt igitur extra ſubiectum. Ita Concilium Lateranenſe cap. *Firmiter de ſumma Trinitate, & Fide Catholica*, & Conſtantienſe *ſeſſ.8.* & Florentinum *ſub Eugenio IV.* & Tridentinum *ſeſſ.13. Can.2.* An ſint eadem numero? dubitarunt quidam: ſed omninò dicendum, eadem numero eſſe; nec enim mutatio vlla deprehenditur. Deinde, quia debent eſſe accidentia eiuſdem panis qui antea erat, vt verum ſit illum numero panem conuerſum eſſe in Corpus Chriſti, de quo verum ſit dicere: *Hoc eſt Corpus, Hic eſt Sanguis.* Manent autem omnia, quæ à ſubſtantia panis realiter diſtincta ſunt, nam modi non poſſunt manere verbi gratia vbi, & ſitus, & vnio; nec enim ſine re quam afficiunt conſeruari poſſunt. Ordo verò hic eſt. Manet quantitas, & in ea omnes qualitates ipſi inhærentes verbi gratia ſapor, odor, color, & figura, nam hæc quantitati immediatè inhærent; quantitas verò materiæ. Igitur pereunte ſubſtantia panis conſeruantur à Deo. Ita cum communi ſententia Lugo Cardinalis *d.10. ſ.1.* De actione quæſtio eſt. Et quidem qualitates conſeruantur per eamdem numero actionem qua primùm; in ijs enim nulla fit mutatio, nec ex parte ſui, nec ex parte inhærentiæ: nam & ſunt, & inſunt quantitati. De hac dubitatur; cùm ponatur extra materiam, & ſeparetur ab ea, & in ſe, non in alio exiſtat.

Lateran,
Conſtant:
Florent.
Trident:
Lugo

Non poteſt autem hæc quæſtio expediri, niſi priùs inueſtigemus, quæ ſit mutatio facta in quantitate? Duo ſunt modi dicendi. Primus Caietani *in Commentarijs ad q.77. art.1.* Ferrarienſis *contra Gentes cap.66.* Suarez *diſ. 57. ſect.2.* & cum Vaſquez Lugo *diſ. 10. ſ.1. n.19.* ſe ipſum citans *d.12. de Incarnatione ſ.7. n.94.* & communiter tribuitur Sancto Thomæ; nimirùm illam, quantitatem acquirere nouum quemdam modum poſitiuum per quem maneat extra ſubiectum: qui modus producitur de nouo à Deo eo fine vt quantitas ſit per ſe exiſtens inſtar ſubſtantiæ. Alter eſt Scoti *in 4. diſt.12. q.1. & 6.* & Fabri latiſſimè ibidem *diſp.47.* & ex Thomiſtis Soto *diſt.10. q.2. art.2.* qui impugnat Caietanum contra ſentientem, & Paludani *in 4. diſt. 12. q.1. a. 3.* qui negant quantitatem acquirere nouum aliquem modum poſitiuum, affirmãtque nullam fieri mutationem intrinſecam in quantitate, ſed ſolùm pereunte ſubſtantia panis conſeruari per eamdem actionem diuinam, qua anteà conſeruabatur in ſubiecto, & per

Caiet.
Ferrarien
Suarez,
D.Thom
Scot.
Faber
Sotus
Caiet:
Palud.

illam

illam ſuſtentari extra ſubiectum.

Primus modus ſic probatur; primò; quia quantitas inhæret per modum poſitiuum, qui appellatur inhærentia. Ergo illo ablato debet accipere alium modum, quo ſit per ſe. Secundò, quia ſi deeſſet hic modus non poſſet ſola actio ſuſtentare accidens extra ſubiectum; nec enim ſupplet cauſalitatem materiæ erga quantitatem; nec Deus concurrit, poteſt vt concurrere in genere cauſæ materialis; ergo neceſſaria eſt alia actio ponens nouum modum poſitiuum. Tertiò, quia quantitas habet ſe inſtar materiæ, & ſubiecti ſuſtentantis accidentia; non poſſet autem ſuſtentare alia accidentia, niſi poneretur per modum ſubſtantiæ; per illam autem actionem ponitur ad modum accidentis, ergo indiget potiùs ſubiecto, quàm præſtat rationem ſubiecti.

Secundus ſic probatur. Primò Ille modus poſitiuus additus accidenti, vel eſt ſubſtantia, vel accidens; ſubſtantiam non eſſe, patet, quia eſt idem à parte rei cum accidente; ſi eſt accidens non poteſt facere effectum ſubſtantiæ in accidente. Probatur ſecundò, quia non ſunt ſine cauſa multiplicandæ entitates, ſed per actionem conſeruatiuam ſufficienter conſiſtit accidens in ſuo eſſe. Ergo ſuperfluus eſt alius modus quo præter actionem per ſe ſubſiſtat. Probatur tertiò, quia ille modus debet eſſe res naturalis, & cùm ſit accidens naturaliter inhærere: quomodò ergo poteſt naturaliter non inhærere, & facere vt accidens non inhæreat? Probatur quartò, quia ille modus non venit ab extrinſeco quantitati, ſed ab ipſa quantitate manat. Cùm ergo quantitas ab intrinſeco appetat inhærere, etiam illud, quod ab intrinſeco manat poſtulabit inhærere. Ergo non poteſt operari contra naturam ſuam, & naturam quantitatis. Probatur quintò; quia illa actio conſeruatiua accidentis ſatis eſt ad conſeruandum accidens in ſuo eſſe ſublata inhærentia: poteſt enim Deus continuare actionem conſeruatiuam illius eſſe, quin conſeruet dependentiam inhærentem; cùm iſta inhærentia ſit quiddam diſtinctum à re, & natura accidentis. Igitur ſublata inhærentia quantitatis manebit adhuc actio conſeruatiua eiuſdem quantitatis cùm immediatè terminetur actio ad rem, & naturam quantitatis.

Hæc ſecunda ſententia placet propter ſolidiora fundamenta: ideò ſunt à nobis ſoluenda contraria. Ad primum reſpondemus, concedendo quãtitatem per inhærentiam ineſſe ſubiecto, ſed negando ſupplendam hanc eſſe per modum ſubſiſtendi; quippe affirmamus, ſublata inhęrentia, quantitatem perſeuerare virtute actionis conſeruatiuę immediatę terminatę ad ipſum eſſe, non ad modum inhærendi, quæ actio ſatis eſt ad conſeruandam quantitatem ſine vllo modo ſuperaddito, vti & anima ſeparata conſeruatur ſine vnione ad corpus eadẽ omninò actione conſeruatiua, per quam habebat eſſe cum eſſet vnita. Secundò reſpondemus: Deum non concurrere, nec poſſe concurrere in genere cauſę materialis; nec id eſſe neceſſe, cum in hoc caſu ſublata inhærentia tollatur cauſa materialis, & tantum maneat cauſa effectiua conſeruans ex integro quantitatem, prout eſt in ſe ſine inhærentia. Addimus ex doctrina eiuſdem Suarij, poſſe Deum ſupplere effectiuè cauſalitatẽ materialem, vnde ſi opus eſt ſuppleri à Deo, per actionem ſupplebitur. Tertiò reſpondetur, datò quod illa actio ſuſtentet, & conſeruet quantitatem, etiam conſeruaturam totam vim quantitatis, vt poſſit eſſe ſubiectum reſpectu aliorum accidentium, vti anteà erat: nam non deſinit eſſe quantitas, & reſpectu materiæ perdit inhærentiam; reſpectu verò accidentium, quæ ſuſtentat, nil omninò amittit, cùm integrum ſuum eſſe retineat.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XII.

Vtrum ſpecies Sacramentales extra ſubiectum poſſint agere, & pati, quidquid poterant anteà cum erant in ſubiecto?

D.Thom. Scotus MVltę hic inuoluuntur, & graues quęſtiones, de quibus D. Thomas *quæſt*.75. & Scotus *in* 4.*diſt.* 12.*quæſt*.3. Singulæ per concluſiones ſingulas reſoluendæ. Primum ſupponimus remanere eamdem quantitatem, quæ erat cum pane, ac in quantitate eadem numero accidentia. Id videtur de Fide tenendum iuxta Concilium Florentinum in Decreto Eugenij, & Conſtantienſe *ſeſſ*.8.& Lateranenſe *cap.Firmiter de Sum. Trinit.* & Tridentino *ſeſſ*.13.*can.* 2. & communem traditionem, & doctrinam Patrum.*c. de Conſecrat.d.*2.*c. quia paſſus. cap.Forte. cap.ſanguis. cap. hoc eſt. cap. vtrum ſub figura.* & tradit D.Thomas *quæſt*.75.& 77. & Alenſis 4.*part.q.* 40. & alij omnes Scholaſtici, cum Magiſtro *d*.12. & Scoto 16.*q* 3. Circa reliqua. Vide Vaſq. *d*.19.*c*.1.

Conc. Fl. Conſtant. Lateran. Trident. Patres. D. Thom. Alenſis Magiſter Scotus Vaſq.

Prima concluſio. Accidentia extra ſubiectum poſſunt, & efficiunt eoſdem prorſus effectus intentionales, quos anteà dum erant in ſubiecto. Eſt communis: patet experientia: nam idem eſt color, idem ſapor, & odor idem. Ratione conſtat; nam illa accidentia ſunt integra, nihil ex ijs deperit, & ſuſtentantur à quantitate à Deo conſeruata. Igitur poſſunt, & faciunt eoſdem effectus intentionales. Ita Suarez *d.* 57.*ſect*.1. Faber *d.* 12.*quæſt*.3.*diſp*.49.*concl*.3.

Suarez Faber

Secunda Concluſio. Illæ ſpecies naturales poſſunt pati, & corrumpi. Liquet. Nam quantitas poteſt diuidi, & minui, condenſari, & rareſcere, albedo obtundi, ſapor, & odor mutari, deinde illa quantitas frigeſcere, & caleſcere. Ratio verò adſtruat, quia iſta accidentia, quæ qualitates ſunt, ſuſtinentur in quantitate, ac ſi eſſent in ſubiecto; quantitas verò conſeruatur integrè à Deo immediatè, & per ſe: ergo ſufficienter pati & corrumpi poſſunt. Ita Suarez cum D. Thoma *qu.* 77. & tradit Henriquez *lib*.8.*c*.31:& Lugo *diſ.* 10. *ſect*.2.

Suarez D.Thom. Henriq. Lugo

Tertia Concluſio. Ex his accidentibus poteſt aliquid generari. Patet experientia, cum ſæpe gignantur vermiculi, & vinum fiat acetum, quod eſt alterius formę. Hæc eſt difficilior propter diuerſas opiniones, circa modum operandi accidentium in ſubſtantia. Ad omnes conciliandas dicendum. Accidentia efficere alterationes diſponendo ad generationem alterius nouæ formæ; tum in puncto generationis ſubſtitui nouam materiam, & nouam formam accommodatam diſpoſitionibus introductis, & generationem fieri à Deo per modũ naturæ, qui ſuppoſito priori miraculo connaturaliter operatur.

Quæſtio tamen eſt, vnde noua materia exiſtat, & à quo creetur? Nam neceſſe eſt illam dari, vt in eam forma inducatur. Reſpondetur, Deum ſubſtituere materiam ad recipiendam formam, quæ materia erit eadem, quæ antea fuit materia panis, & denouo reproducetur. Quod ità probo. Ibi eſt eadem quantitas, quę poſtulat eamdem materiam cui eſt coæua, & qua cum ſimul producta eſt, vnde cum maneat eadem quantitas, redire debet eadem materia. Ita Suarius *ſect*. 2. cum Alenſi 4.*part. quæſt.* 40. *membro* 2. Bonauentura *diſt*.12.*ar*.2. *q*.1. cui ſententiæ fauet Scotus *diſt.* 12.*q*.5. qui reproduci affirmat. Fit autem generatio hoc modo: introducuntur diſpoſitiones ab agente extrinſeco v.g. calido, vel frigido, & in vltimo puncto diſpoſitionis proximæ ad formam reproducit Deus eandem materiam, quæ fuit antea: reproducta recipit eandem quantitatem per inhærentiam aduenientem: & cum in quantitatem iam ſint introductę diſpoſitiones, forma naturaliter generatur.

Suarius Alenſis Bonauc. Scot.

Pp

ratur, cum dentur omnia requiſita ad generationem naturalem. Ac ita fermè philoſophatur Henriquez *lib.8.c.31.* & Lugo *d.10.ſect.2.*

Henriq: Lugo

Quarta Concluſio. Corruptis omninò ſpeciebus panis, & vini ſtatim deſinit eſſe corpus Chriſti. Ita Diuus Thomas *quæſt.75.art.4.* cum quo Suarez, Vaſquez, & Lugo. Probatur ab eo, quia Corpus Chriſti ſuccedit in locum panis, & vini, & ab iis ſignificatur, & cum ijs, puta accidentibus, efficit vnum Sacramentum; vnde corruptis ſpeciebus, quemadmodum deſineret panis, ita deeſt Corpus Chriſti; non enim ſub alijs accidentibus erit, cum alia accidentia aliam formam diuerſam à pane requirant, cum qua Chriſti Corpus non poteſt conſiſtere.

D. Thom Suarez Vaſq Lugo

Quinta Concluſio. In mixtione liquorum, ſi vini ſpecies omninò corrumpantur, deſinit eſſe Sanguis Chriſti: ſi non omninò corrumpantur, non deſinit. Si autem vino conſecrato immiſceatur aliud vinum non conſecratum, iſtud de nouo immixtum non manet conſecratum. Pars autem quæ erat conſecrata non amittit conſecrationem, ſed ſemper manet conſecrata, dum ſpecies conſeruantur, quamquã mixtio fiat in dolio magno vini, in quod proijciatur pars conſecrata. Ita Scotus q.4. & cum eo Suarez, & Vaſquez, & Lugo, Ratio eſt; quia illa mixtio vini conſecrati cum alio vino non conſecrato, nihil operatur contra illas ſpecies vini conſecrati, imò conſeruat eas, igitur quamdiu durant, durabit conſecratio, & manebit ſanguis, perinde ac ſi foret ſeparatus à vino.

Scotus ſuar. Vaſquez Lugo

Duo hic ſunt dubia. Primum, vtrum iſtud vini dolium, in quod cecidit pars conſecrata ſit habendum pro ſacro, an communi? Suarez affirmat habendum pro ſacro contra Sotum. Et quidem iure, nam certum eſt ibi eſſe ſanguinem, dum autem non conſtat quænam pars conſecrata ſit, totum vinum habendum pro ſacro. Durum hoc videtur Lugo Cardinali ſect.3.num. 52. Sed deuorandum.

Suar.

Lugo

Secundò, vtrum ſi cadat in vinum conſecratum parum vini non conſecrati, conuertatur in ſanguinem Chriſti? Reſpondetur negatiuè; quia ad conuerſionem in Sanguinem requiritur forma Conſecrationis ſuper materiam certam, & præſentem, nec ſufficit ſolus contactus. Si obijcias paruam aquã non benedictã, mixtam aquæ benedictæ benedictam manere, reſpondetur, ideò eſſe, quia benedictio aquæ eſt aliquid morale, & extrinſecum, vnde poteſt facilè ex intentione Eccleſiæ ſuppleri.

Maior quæſtio eſt, vtrum nutriri, quis poſſit Euchariſtia ſola ſumpta? Ratio dubitandi eſt, quia nutritio fit per conuerſionem ſubſtantiæ in ſubſtantiam, in Euchariſtia autem nulla eſt ſubſtantia, quæ nutrire poſſit, cum ſubſtantia panis nulla ſit, ſubſtantia autem Corporis Chriſti nutrire non poſſit cum ſit modo inſenſibili, & incapaci terminandi eam actionem. Reſpondetur tamen affirmatiuè, ex D.Thoma hic *q.77.a.7.* & Suario *diſp.57.ſect.3.* quamquam D.Thomas in ſolutione ad 3. putet ſolas ſpecies Sacramentales nutrire, quamuis ſint accidentia, quia inquit, habent virtutem ſubſtantiæ. Pater verò Suarez accuratè non explicat modum nutritionis; nec item Henriquez. Itaque opus eſt illum exactè tradere, preſertim; quia opinio D. Thomæ eſt difficilis; quomodo enim acquiretur ſubſtantia, vbi non eſt ſubſtantia, aut quomodo poſſunt accidentia naturali modo producere ipſam ſubſtantiã? Dico igitur calorem naturalem agere in ipſam quantitatem, & accidentia ſeparata, & in vltimo puncto actionis reproduci à Deo eamdem materiam, quæ erat antea panis, & ex illa, & quantitate fieri nutritionem, ita vt ex quantitate fiat accretio, ex materia fiat nutritio, atque hoc modo tollitur difficultas. Equidem multò poſtquam hunc modum meo marte excudiſſem reperi, eodem Cardinalem de Lugo quæſtionem expedyſſe *d.10 ſect.2.num.30.& 31* Sic apparet ratio apta nutriendi, quamquam ſint, qu

D:Thom Suar

Henriq

qui cum Guilielmo Pariſienſi dicant ſpecies illas non verè, ſed apparenter nutrire: idque placuit Vualdenſi *tom.2.c.62.* & alijs citatis ab Henriquez l.8.c.31.

Guil.Par. Vualden. Henriqu

CAPVT XVI.

Vtrum & quomodo ſit Chriſtus in Euchariſtia, ſecundum intrinſecas partes ſubſtantiæ?

CVm in Chriſto ſint duæ naturæ, & Vna perſona, ſitque idem Deus & homo, & vti Deus, conſtet natura diuina, & ſuppoſito diuino, & vti homo natura humana in ſuppoſito diuino, & componatur corpore, & anima, ſcire oportet, vtrum ſecundum hæc omnia in Euchariſtia exiſtat? Poteſt autem fieri quæſtio iuxta D. Thomam q.76.a.1. duobus modis, vel ex vi conſecrationis, & formaliter, vel ratione alterius, & concomitanter. Certum eſt Chriſtum totum, & ex integro, quoad naturas, perſonam, & totam ſubſtantiam præſcindendo à modo, eſſe in Euchariſtia. Ita docet Fides, & latè probatur ex Traditione, Concilijs, & Patribus adductis à Bellarmino *lib.1.& 2.de Euchar.* & Henriquez *lib. 8. cap. 20. & 21.* & Suario *diſp.51.ſect.1.* & Vaſquez *diſ.* 185. & Lugo *diſ.*8. Confirmat D. Thomas optima ratione, quia Corpus Chriſti nō eſt in Sacramento exanime, ſed viuum, & viuificans; hoc autem animatum eſſe debet, & cum illud corpore, & anima ſit vnum, & vtrumque vnitum Verbo, neceſſe eſt, vt Verbum & anima, & corpus, vnita inter ſe in Sacramento exiſtant, proindeque totus Chriſtus.

D. Thom. Bellarm. Henriq. Suarius Vaſquez Lugo

Ad modum, & ſpecies venio. Primum dico: ſub ſpeciebus panis ex vi verborum, & formaliter ponitur Corpus Chriſti integrum cum carne, oſſibus, & membris omnibus. Patet: nam hoc intelligitur nomine Corporis, & Corpus debet eſſe perfectum, atque adeo organizatum, & ita ſub ſpeciebus panis conſtituitur. Ita D. Thomas hic, & Suarez ſect.3. & Lugo d.8.ſ.4.n.78.

D. Thom. Suarez

Secundum dico. Sub ſpeciebus vini eſt Sanguis directè, ex vi verborum. Liquet, nam hic formaliter, & disertè per verba formæ ſignificatur. Certa ſunt hæc, de quibus vide Henriquez doctè differentem l.8.c.36. Illa dubia circa corpus, vtrum etiam caro præputij præciſa in Circumciſione ſit in hoc Sacramento? Ratio dubitandi eſt, quia in Sacramento eſt Corpus Chriſti, vti erat tempore Cœnę: ſed eo tempore carebat præputio, ergo non ponitur. Circa ſanguinem. Vtrum hic ſit totus Sanguis Chriſti, an ille tantum qui eſt effuſus in paſſione? Ratio dubitandi ſumitur ex verbis Chriſti dicentis, *Qui pro vobis effundetur*: quæ verba limitant ſanguinem ad illum, qui effuſus eſt.

Henriq.

His duobus dubijs reſpondetur cōmuniter affirmando. Et ita Suarez diſp.5. ſect. 3. quamquam mihi pars negatiua probabilis videatur. Et certè quoad præputiū Henriquez negat eſſe in Corpore Euchariſtico lib.3.c.6. Affirmat Suarius d.51.53.& Lugo d.8.ſ.2.n.19. Hos ſequor, quia illa pars eſt de integritate corporis humani, & idcirco eam Chriſtus reſurgens recepit, vti ipſe Henriquez fatetur, & docet Lugo citatus. Quod autem illud præputium præciſum ſit in terris, nec enim hoc volo inficiari; qui illud ſum piè veneratus, probabile eſt, quod illa pars per nutritionem quaſi naturaliter carnem acceperit, cuius accretione adductum ſit præputium ante Chriſti mortem. Quod ſi hoc minus probetur dixerim in Reſurrectione Chriſtum de nouo illam pelliculam debitam naturæ, quaſi naturali modo addidiſſe, eamque aſſumpſiſſe relicto apud nos præputio puerili. Quod

Suar.

attinet ad ſanguinem multum inclino in partem negantem, quia inde melius confirmatur ſententia D.Thomæ, de forma Conſecrationis Calicis, quę noſtra eſt. Quod ſi quis obijciat inconueniens eſſe, quod totus Sanguis Chriſti non ſit in Euchariſtia: triplici modo reſpondeo. Primo negando inconueniens, quia hic ſolus iſte ſanguis expreſſus fuit à Chriſto, qui Sacrificij proprius fuit, imò id eſt neceſſarium ad figurandum Sacrificium Redemptoris, & pretium Redemptionis. Secundò, quia probabile eſt Chriſtum poſt Reſurrectionem ſuam non totum ſuum ſanguinem, ſed ſolum eum qui neceſſarius erat ad integritatem reaſſumpſiſſe, nec eum in Cœlo glorioſum habere, cum multæ apud nos partes ſanguinis remanſerint in ſpinis, & clauis, & Sudario, & ego vidi in Gallia apud S.Maximinum in Sacello Diuæ Magdalenæ, vbi vaſculum cum terra mixta Sanguini Chriſti ab ea collecto ſeruatur; idque Lugo, & Suario non diſplicet tum hic, tum tomo de Vita Chriſti. Tertio, quia probabile eſt, omnem Sanguinem, qui erat in Chriſti Corpore fuiſſe effuſum, & nihil Sanguinis in eius Corpore remanſiſſe, quod pium, & valde probabile dicit Suarez ſect.3. & videtur eo loco Scripturæ affirmari, *Sicut aqua effuſus ſum*. & confirmari ex eo quod ex latere Chriſti Sanguis, & Aqua effluxir, perinde ac exhauſtus eſſe totus Sanguis videretur, poſt quem nihil, niſi aqua remanſiſſet, indicante illa aqua eum omnem inſtar aquæ effuſum fuiſſe.

Suar Lugo — Suar

Sed hic exiſtit ingens difficultas. Sequitur enim ex hac noſtra reſponſione Corpus Chriſti non poni viuum, ſed mortuum in Euchariſtia, quia Chriſtus apud Paulum 1.Corinth.11. dicit, *Corpus meum quod pro vobis traditur*. Ergo debet poni corpus mortuum. Neminem video non mouere dubium. Alijs aliud videtur. Mihi non placuit, quod placuit Suario, probanti corpus hic præſcindere à mortuo, & viuo, quibus verbis vtitur *d.51. ſect.3.* nam quod tandem eſt in rerum natura huiuſmodi corpus, cùm præciſio illa ad intellectum pertineat; hic autem ſit realis, & vera corporis poſitio? Quare hanc ſententiam impugnat Vaſquez *d.187.* & Lugo *d.8. ſ.9.* quáuis eorum opinio non multū differat ab opinione Suar. Aiunt enim poni corpus determinatum ſed diſiunctum ex viuo, & mortuo, quod in rerum natura non datur. Itaque iudico cum Henriquez *lib.8. de Euchariſtia cap.8.* in Euchariſtia Corpus non mortuum ſed viuum poni, nec argumentum illud valere; quia Paulus nō dicit, *Quod pro vobis morietur*, ſed *tradetur*. Tradi autem damnari ad mortem eſt, non mori. Vnde Euangeliſta Lucas dicit *tradidit voluntati eorum* damnatum ad mortem. Ex quo euincitur Chriſti Corpus hic eſſe vti patiebatur viuum, non vti mortuum. Imò neceſſe eſt vt ſit viuum, ſuppoſita in eo vita, vt ex eo ſanguis effunderetur, quę mors ſequutura erat. Vnde aptiſſimè credo in Euchariſtia eſſe Corpus Chriſti viuum, ſed vti patiens cum effuſione ſanguinis in Calicem, vt perfecta ſit ratio ſacrificij.

Paul:Cor — Suar — Vaſq Lugo — Henriq — Luca

Tertiò dico, tum in Hoſtia, tum in Calice eſt ſuppoſitum, & natura Diuina concomitanter. Eſt commune. Nam cùm corpus ſit animatum, & intimè vnitum Verbo, & ex vtraque natura vna perſona exiſtat, neceſſe eſt, vt omnia concomitanter ſe habeant.

Quartò dico. Sub ſpeciebus panis formaliter, & ex vi verborum non eſt ſanguis, nec ſub ſpeciebus vini eſt Corpus, ſed tantùm per concomitantiam. Eſt receptum; quia ex formali modo ſignificandi in Hoſtia ponitur Corpus, & in Calice Sanguis, quòd autem ſit Sanguis in Hoſtia, & Corpus in Calice concomitanter ſit.

Grauis hic eſt quæſtio, quoad corpus animatum. Et eſt quęſtio diſtincta à ſuperiore, in qua agimus de corpore viuo: ibi enim non de eo quod venit ex vi formæ diſputabamus, ſed de eo quod re ipſa eſt in Sacramento, nunc autem quærimus. Quid nomine

ne corporis formaliter, & propriè veniat, cùm dicitur, *Hoc eſt Corpus meum*?

Scotus . Scotus *diſt.* 10. *q*.4. *& diſt.* 11. *q*.3. *art*.2. vult intelligi Corpus animatum forma illa ſua celebri corporeitatis, quam ponit diſtinctam ab anima ra-

Aegydius D. Thom tionali. Hęc placet AEgydio Conink in Diuum Thomam 3. *p. q*.75. *art*.2. addita organizatione. D. Thomas *q*.50. *art*.6. *ad* 2. ait Corpus poni formatum non animatum, vti eum Sua-

Suar rius hic *ſect*.4. exponit. Suarez autem dicit eſſe Corpus animatum forma ſua propria rationali. Verum nulla ex his mihi placet ſententijs. Non Scoti, quia non admitto formam vllam corpoream, nec exiſtimo Corpus eſſe niſi quiddam materiale, & quantum, & per id conſtitui Corpus, non per aliquam formam, vti ſuo loco dicam. Non illa quam D. Thomæ tribuit Suarez; non enim illud docet D. Thomas, qui ſimpliciter docet animam poni concomitanter, non formaliter. Non Suarij, quia Corpus formaliter, & directè non ſignificat animam rationalem, ac ex ſe ſolum dicit materiam corpoream, & organizatam. Quod autem non poſſit dicere animam rationalem probo contra Suarium, quia illa conſecratio ſi fieret in triduo mortis, non diceret animam rationalem, ſed formam cadaueris. Igitur ex natura ſua non dicit formam determinatam; quam verò dicit, eam concomitanter inuoluit & ſolùm dicit Corpus quantum, & organizatum, quod expreſsè docet S.

D. Thom Thomas *qu*.76. *a*.1. *ad* 1. in corpore ad finem, affirmans animam, & diuinitatem eſſe concomitanter. Hoc idem perſpicuè tradit *q*.76. *a*.1. *ad* 3. Vnde immeritò Suarez illam ſententiam D. Thomæ imponit, nam Diuus

D. Thom Thomas *q*.75. ait *art*.6. *ad* 2. Formam panis conuerti in formam Corporis Chriſti, ſecundum quod dat eſſe corporeum, non autem ſecundum quod dat eſſe animatum tali anima. Hic autem *q*.76. *a*.1. *ad* 1. In hoc Sacramento Corpus Chriſti eſt ex vi ſacramenti: anima autem Chriſti ex reali concomitantia: idem repetit *in ſolut. ad* 2. *& ad* 3. ait, Corpus Chriſti eſſe in hoc ſacramento per modum ſubſtantiæ, non autem quantitatis. Itaque hanc Sancti Thomæ ſententiam ſequor.

CAPVT XIV.

Quæ accidentia, quem modum exiſtendi habeat Chriſtus in Euchariſtia?

SVpponendum primò, accidentia ſpiritualia intrinſeca, quæ ſunt in Chriſto, omnia in hoc ſacramento eſſe, non enim occupant locum, nec illum requirunt ad exiſtendum, proindeque non pugnant cum illo modo exiſtendi indiuiſibili, quem habet Chriſtus in Sacramento. Sunt verò concomitantes, vti patet, imò conſequenter ad animam, cui inhærent, quod deducitur ex doctrina D. Thomæ *q*.75. quam exponit Suarez *d*.51. *ſect*.2. *a*.5. & indicat Henriquez *l.b*.8. *cap*.27. D. Thom Suarez Henriq:

De alijs accidentibus corporeis, quæ comitantur quantitatem, cum diſtinctione loquendum. Quę dicunt ordinem ad locum diuerſa ſunt in Euchariſtia ab ijs, quæ ſunt in Cœlo; quæ enim in Cœlo ſunt, non ſunt in indiuiſibili, & ſpatium occupant mediante quantitate: quæ verò ſunt in Euchariſtia aliud ſpatium reſpiciunt, nec locum vllo modo replent. Deinde quæ ratione loci de foris adueniunt vti ſunt ſpecies viſibiles, quas Chriſtus habet in Cœlo, ſunt etiam diuerſa, cùm ex loco pendeant. Cætera, quę nec reſpiciunt, nec pendent à loco, eadem ſunt quamquam diuerſo modo in Cœlo diuiſibili, in ſacramento indiuiſibili exiſtant, quæ omnia à recta Philoſophia petuntur, & traduntur à Diuo Thoma *q*.76. *art*.5. & Suario *d*. 51. *ſ*.3. & Vaſq. *q*.75. *a*.4. *&* 5. & Lugo *d*.8. *ſ*.1. D: Thom Suarez Vaſquez Lugo

De

De quantitate tota difficultas eſt. Durand: Nomin. In qua opinatur Durandus *in 4. d. 10. q. 2.* & Nominales ibi, Corpus Chriſti in Euchariſtia carere quantitate, & ex nuda tantum conſtare materia: ſiue quia putant quantitatem conſiſtere in actuali extenſione, ſiue quia putant ſine illa non poſſe actu conſiſtere. Quę ſanè opinio niſi temeraria communiter iudicaretur, facilis eſſet, & nos à difficultatibus liberaret, quæ ex indiuiſibilitate oriuntur. Eas autem vidit Bellarm Bellarminus *lib. 3. de Euch. c. 6. & 7.* Sed quia eſt opinio ſingularis, nec tuta, dicendum, quantitatem Corporis Chriſti manere in Euchariſtia ſine actuali extenſione, atque adeò redactam ad punctū, & in indiuiſibili conſtitutam. Eſt communis D. Thomæ D. Thom scot. Suarez Vaſq. Lugo *q. 76. a. 4. & in 4. diſt. 10. q. 1. a. 2.* & Scoti ibidem *q. 1.* & Suarij *d. 51. ſect. 2.* & Vaſq. *d. 187. c. 2.* & Lugo *d. 8. ſ. 1.* Probatur; quia in Euchariſtia eſt Corpus Chriſti perfectum ex parte materię vti erat in Cœna, imò illud eſt, quod formaliter in Conſecratione ponitur. Ergo poni debet cum ſua quantitate, quæ quidem eſt ſocia indiuidua materiæ, & ipſi cœna. Confirmatur, quia non repugnat eſſe quantitatem in indiuiſibili, cum extenſio actualis non ſit de eſſentia quantitatis, ſed tantum aptitudinalis, nam Chriſtus natus eſt clauſo vtero Virginis, & ingreſſus per ianuas clauſas in cœnaculum, quod fieri nō potuit, niſi amiſſa actuali quantitatis extenſione. In quo exēplo Henriq. multus eſt Henriquez *libro 8. cap. 7.*

De vbi vero, & modo exiſtendi in Euchariſtia non minor quæſtio eſt, in qua communis ſententia docet Corpus Chriſti habere vbi ſimile definitiuo, & ſpirituali, ita vt ſit totus Chriſtus in toto, & totus in qualibet parte. Hæc ſequitur ex alia, quia cùm locum non repleat, nec ſpatium occupet, conſequenter modo indiuiſibili exiſtet; & iuuatur argumento Fidei, quæ docet fracta Hoſtia in partes manere integrum Chriſti Corpus in qualibet Hoſtiæ particula. Ergo ita videtur fuiſſe anteà, cum erat in integra Hoſtia. Communis hæc ſententia eſt D. Thomæ D. Thom: Petr. sot. Trident *q. 76.* Scoti *in 4. d. 10.* & confirmatur ex Tridentino *ſeſſ. 23. c. 3.* his verbis. *Totus, & integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub quauis ipſius ſpeciei parte, totus item ſub vini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit.* Suadet hoc egregiis argumentis Henriquez Henriq. cap. illo 27. & magna vi authorum confirmat. Sed quæres. Vtrum Chriſtus exiſtat in punctis, & indiuiſibilibus quantitatis? Communiter affirmatur. Ego tamen conſtanter negem, cum multis quos tacito nomine citat Lugo Lugo Vaſquez Salmant. *d. 8. ſ. 3.* & P. Vaſquez *diſt. 188. c. 4.* & Salmanticenſis Academia, quæ improbat ſententiam affirmantem poni in punctis ſpecierum teſte Cardin. Lugo *d. 9. ſ. 3.* Ratio eſt, quia Corpus Chriſti in Euchariſtia ſuccedit loco ſubſtantiæ panis, ergo vbi non erat panis non eſt Corpus Chriſti. Præterea iſta mihi indiuiſibilia non probantur, ac ita ex mea priuata ſentētia, cum illa negem, non exiſtit ſub illis Corpus Chriſti.

Obiicies tamen, partes illas minimas non eſſe ſenſibiles, nec in ijs ſi ſeorſim eſſent conſecrari poſſe; igitur neque Corpus Chriſti in ijs conſeruari. Reſpondetur eſſe diuerſam rationem, quia plura requiruntur ad productionem, quam ad conſeruationē: vnde Conſecratio fieri non poterit in tam parua materia, poterit verò in eadem Euchariſtia conſeruari.

CAPVT XV.

Vtrum, & quid poſſit Chriſtus agere, & pati in Euchariſtia?

PRimum de paſſione, deinde de actione dicemus. Incipiamus à motu, & quæſtio ſit. Vtrum Corpus Chriſti poſſit ab alio moueri? Cui reſpondendum, mediatè poſſe: immediatè non poſſe. Mediatè, quia mo-

tis

tis ſpeciebus trahendo Hoſtiam in hanc, & illam partem, poteſt ad earum motus Corpus moueri, vti fit. Immediatè non poteſt; quia nulla cauſa naturalis (de his loquimur) poteſt agere immediatè in illud Corpus inſenſibiliter, & indiuiſibiliter poſitū. De potentia autem abſoluta poteſt immediatè à Deo moueri. Ita cum D. Thoma, & alijs Suarius *d.* 52. *ſect.* 1. & Henriquez *cap.* 17. vbi negat ab Angelo poſſe moueri.

D. Thom. Suarius Henriq.

Alia quæſtio ſit, vtrum illud Corpus poſſit moueri ab anima ſua? In qua negandum, quia motus, aut erit progreſſiuus, aut impulſiuus, illud autem corpus non eſt capax progreſſus, nec impulſus. Ita Suarius *d.* 52. *ſect.* 1. & Henriquez *c.* 17.

Suar. Henriq.

Tertia quæſtio ſit. An poſſit aliquis agens externus actione phyſica agere in Chriſti Corpus? Reſpondetur negatiuè. Secundùm doctrinam Scoti *in* 4. *d.* 10. *q.* 9. *&* 10. & D. Thomæ *q.* 76. *a.* 6. & Soto *in* 4. *d.* 10. *q.* 1. *a.* 6. & Henriquez *c.* 17. & Suarez *d.* 57. *ſect.* 2. quia actio phyſica fit per qualitates phyſicas, & ſenſibiles, quarum non eſt capax ſubiectum inſenſibile, & indiuiſibile. Maius eſt dubium quoad effectus intentionales; quia ſpecies aduenientes ſunt indiuiſibiles & inſenſibiles, atque adeò proportionatæ ſubiecto. Reſpondendum tamen nullum agens naturale poſſe eas ſpecies intentionales producere in Corpus Chriſti. Probatur, quia iſtud corpus non eſt immediatum agentibus, ſed occultatum ſub ſpeciebus panis, & vini: ergo non poteſt immediatè recipere illas ſpecies intentionales. Deinde non poteſt eas accipere ab ſpeciebus panis, & vini, quia non vnitur intimè illis. Tandem, ille modus eſſendi non eſt aptus ad recipiendas ſpecies, quæ quamquam ſint inſenſibiles requirunt tamen ſubiectum modo materiali, & quantitatiuo conſtitutum, cuiuſmodi non eſt Corpus Chriſti in Sacramento. Hæc ſententia eſt eorumdem fermè Authorum perſpicuè Henriquez *cap.* 17. *n.* 6.

Scotus. D. Thom. Sotus Henriq. Suarez

Henriq.

Circa actiones, hæ vel ſunt immanentes, vel tranſeuntes. Incipiendo ab his dico primò, non poſſe Chriſtum facere aliquam actionem tranſeuntem. Ratio eſt, quia hæ actiones requirunt agens, & paſſum accommodatum, at non eſt accommodatum agenti inſenſibili, & indiuiſibili paſſum corporeum, & ſenſibile, nec enim poteſt dari contactus phyſicus, qui requiritur ad actionem ſenſibilem. His argumentis vtitur Henriquez proximè citatus. Ad agendum verò in ſpiritum, non eſt expeditum illud Corpus, quia operatur mediantibus ſpeciebus materialibus panis, & vini, ſub quibus eſt. Puto tamen, ſi Corpus Chriſti extra ſpecies poneretur, poſſe agere in ſpiritum, quia tunc illud corpus eſt modo inſenſibili, & ſpirituali. Igitur poteſt inſtar ſpiritus agere, quod inſtar ſpiritus exiſtit, nec inuenio difficultatem, etſi à nemine excitari videam.

Quoad actiones immanentes dico ſecundò; Chriſtus non poteſt hic elicere vllam ſenſationem ſuam. Patet, quia neque recipere ſpecies poteſt, neque ſentire; nec enim fit ſenſatio, niſi per ſpecies. Ita Suarez cum multis quos citat *diſp.* 52. *ſect.* 3. & Henriquez perſpicuè *lib.* 8. *cap.* 17. Vtrum autem poſſit de potentia abſoluta affirmat Suarez, imo & de facto elicere circa obiecta propinqua, probabile putat: quod miror, nam de facto illa ratio facta tollit probabilitatem, quæ ſanè efficax eſt; quomodo enim deberet recipi illæ ſpecies miſſæ ab obiectis immediatè in Corpore Chriſti? Ego verò iudico Chriſtum dum eſt ſub ſpeciebus, nihil prorſus ſentire; quia illa ratio exiſtendi facit eum exiſtentem ad modum ſpiritus, atque adeo ſicut impoſſibile eſt ſentire ſpiritum, ita, & ſentire illud corpus modo naturali.

Suarez Henriq.

Quoad actiones intellectuales, & voluntarias, & illas, quę ſunt phantaſiæ, & appetitus, non dubito poſſe elici operationes eorum, quorum iam habent ſpecies collectas: nam cum hæ non veniant ab extrinſeco, poteſt

poten-

Lugo

potentia interior illis vti, ſine vlla à ſenſu dependentia, aut impedimento, & ita Cardinal Lugo d.9.ſ.2. quod attinet ad ſpirituales de ſenſibilibus, etiam phantaſiæ, & appetitus, negat, quod ſint materiales. Id non placet cum ſint intimæ, & nõ occupent locũ. Loquor autẽ de internis ſine ſenſatione externa, & ab accidenti exrerno, cuius capax non eſt illud corpus Euchariſticum, vti proximè diximus.

Thomiſtæ
D. Thom
Suar:
P. à S. Fauſto
Richard.
Capreolo
Paludan,
Hiſpal:
Suarius

Vltima, & celebris quæſtio eſt. Vtrum Chriſtus in Euchariſtia videri poſſit, aut videre oculo corporeo? Communis ſententia eſt videri non poſſe naturaliter. Neque hac de re dubitari poteſt. Quomodo enim naturaliter videbitur Corpus inuiſibile, & inſenſibile, & inſtar ſpiritus? Supernaturaliter videri poſſe affirmat D. Thomas *in 4. diſt. 10. q. 1. art. 4. & diſt. 11. q. 3. art. 1.* & Thomiſtę, apud Suarium *ſect. 4.* cum P. à Sancto Fauſto *lib. 1. q. 163.* Ego vero cum Richardo *in 4. d. 10. q. vltima. art. 5.* & Capreolo, & Paludano ibi quæſt. vltima; quibus adde Hiſpal. eodem loco, & Suarinm *diſp. 52. art. 4.* nego videri poſſe etiam de potentia abſoluta. Probatur; quia illud Corpus, nec eſt lucidum, nec coloratum, quod eſt obiectum ſenſus: Ergo non poteſt videri ab oculo; quem impoſſibile eſt ferri extra ſuum obiectum. Itaque illud Corpus, vti eſt in Euchariſtia, omninò eſt extra obiectum viſus: atque adeò impoſſibile eſt ea ratione exiſtens videri, quamquam Corpus ipſum ſecundum ſe, & materialiter ſit viſibile. Et hoc ſenſu non negat D. Thomas videri poſſe, nec ego inficior: ſed hoc eſt alienum à quæſtione, non enim agitur de corpore, quod eſt in Euchariſtia, ſed de Corpore vti eſt in Euchariſtia. & hoc modo eſt omnino inuiſibile, quod minus conſiderauit P. à S. Fauſto, qui & in eo deceptus eſt, & in citando Suario pro ſententia affirmante, cum Suarius etiam vbi videtur fauere opinioni affirmanti, dicat eſſe probabilius videri non poſſe, etiam de potenria abſoluta. Legatur locus Suarij d. 52. ſ. 4 apparebitque me verum dixiſſe, Patrem à S. Fauſto deceptum fuiſſe, & Cardin. Lugo *d. 9. ſect. 2. num. 20.* refert Suarez pro negante ſententia; etiam de potentia abſoluta, contra quem ille ibi ſentit cum Vaſquez d. 191. c. 2. à quibus ego tamen diſſentio. Vtrũ autem poſſit de potentia abſoluta videre alia corpora? Reſpondeo affirmatiuè; cum repugnantia nulla ſit ex parte obiecti, quæ autem eſt ex parte ſubiecti tolli poſſit ſpecie intẽtionali poſita, vel ſuppleta per Diuinam potentiam.

P. à S. Fauſto

Suarius

Lugo

Vaſquez.

Antequam ad alias quæſtiones trãſeam, decidenda eſt vna, quæ iam ferme in materia de Sacramentis in genere expedita manet. Vtrum Corpus, & Sanguis Chriſti ponantur in Euchariſtia per verba operatiua moraliter tantum, vel Phyſicè? Cui reſpondimus, phyſicè. Sacramenta enim & phyſicè cauſantur, & cauſant. Idcirco verba Conſecrationis cauſant phyſicè Euchariſtiam, ita vt ſonus vltimi verbi ſignificatiui in forma, *Hoc eſt Corpus meum*, cauſet Corpus; & Sonus vltimi in forma *Sanguinis*, ſiue ſit *Sanguinis mei*, ſiue ſit, *remiſſionem peccatorum*, cauſet Sanguinem. Rationes ſupra attulimus, & argumenta ſoluimus adductis Authoribus.

CAPVT XVI.

De effectibus Euchariſtiæ.

Concil. Florent
Concil. Trident:

EFfectus primarius Euchariſtiæ eſt augmentum gratiæ, & charitatis vnitiuæ cum Chriſto, in quo ſit ratio vitæ ſpiritualis, Ita Concilium Florentinum in Decreto Fidei, & Tridentinum *ſeſſ. 13. cap 2. & can. 5.* nam augeri gratiam, & charitatem aliorũ item Sacramentorum eſt; quæ ſunt Sacramenta viuorum, at non per modum nutritionis, & vnionis ſpiritualis cum virtute viuificatrice animæ. Vnde ſequitur quod propria ratio gratię Euchariſtię ſit nutritio, & vnitio, & ſimilitu-

litudo cum Chriſto, ex qua oriatur virtus operatiua boni, cum vita ſit ratio operandi.

Deinde aduertendum eſt hoc Sacramentum non eſſe ex inſtituto Sacramentum mortuorum, ac proinde primam gratiam poſtulare, non conferre. Ita communiter Theologi *in 4. diſt. 9. & 12.* cnm Scoto ibi, & Diuo Thoma *q. 78.* & Caietano 16. & Soto *in 4. d. 12. q. 1. art. 4.* Henriquez *lib. 8. cap. 34.* Bellarmino *lib. 4. de Euchar. cap. 16.* & Suario *diſp. 63. ſect. 1.* Patet quia cibus non ſumitur, niſi ab homine viuo, qui tantum eſt capax nutritionis, & vnitionis cum Chriſto. Nec enim ordinatur iſtud Sacramentum ad ſuſcitandum mortuum, ſed ad nutriendum viuum. Probat hanc tationem Lugo *d. 12. ſect. 1.* Vtrum autem aliquando conferat primam gratiam negat Vaſquez *d. 105. c. 4.* & Lugo *d. 12. ſect. 1.*

Theologi. Scotus. D. Thom. Caietanus. Henriq. Bellarm. Suar. Sotus. Lugo. Vaſquez. Lugo.

Probabilius tamen eſt interdum hoc Sacramentum primam gratiam conferre, & delete mortale peccatum. Ita D. Thomas hic *& q. 80. art. 4. ad 3 & in 4. diſt. 9. q. 1. art. 3.* Tunc autem erit quando aliquis, qui ſit in peccato mortali accedat ad Sacramentum attritus, & cum bona fide credens ſe eſſe in gratia; in hoc enim caſu remittetur ei peccatum mortale, & prima gratia conferetur. Ratio eſt; quia iſtud Sacramentum eſt maximè excellens, & fons vitæ appellatur, ac proinde aliquando poteſt dare vitam mortuis. Ita Suarius cum multis D. Thomam. ſequentibus *diſput. 63. ſect. 2.* & P. à S. Fauſto *l. 1. q. 297.*

D. Thom. Suar. D. Thom. P. a S. Fauſto.

Eſt autem per ſe ſtatus gratiæ ſanctificantis neceſſarius in homine ſuſcipiente. Dubium tamen eſt, vtrum peccatum veniale impediat gratiæ, & charitatis augmentum, & effectum gratiæ moretur, & tollat? Reſpondetur negatiuè iuxta D. Thomam hic *art. 8.* Alenſem *4. p. q. 41. m. 1. art. 1.* Gabrielem *lect. 85. in Canon.* Soto *d. 12. d. 2. art. 8.* Ledeſinam *c. 20. art. 1. dub. 4. & art. 8.* Victoriam *in ſum. nu. 69.* Cordub. *lib. 1. quaſt. Theologic. qu. 7.* Suarium *c. 63. ſect. 3.* P. à S. Fauſto *lib. 2. quaſt. 301.* & ratio eſt; quia peccatum veniale non tollit ſufficientem diſpoſitionem ad grtiam, nec vſpiam requiritur alia diſpoſitio præter eam, quæ eſt gratiæ ſanctificantis.

D. Thom. Alenſis. Gabriel. Soto. Ledeſma. Victoria. Corduba. Suarius. P. a S. Fauſto.

Quæres, quo tempore fiat illa communicatio gratiæ ſumpto Eucharistię Sacramento? Nonnulli putant in principio manducationis; plures, in fine. Ego cum alijs ſentio, dum fit manducatio, id eſt, traiectio per guttur, gratiam communicari. Et ita Suarez, & Lugo, imo & Vaſquez licet diſcrepant de modo manducationis; & traiectionis. Vtrum autem durãtibus in ſtomacho ſpeciebus Euchariſtiæ duret communicatio gratiæ; dubitant multi cum Vaſquez *d. 202. c. 2.* qui negat teſte Lugo *diſ. 12. ſect. 2.* Affirmant pauci, cum Caietano *in 3. parte q. 79. art. 1.* Suarius affirmare non audet, ſed Lugo ſentit eum affirmare. Ipſe prorſus affirmat *nu. 46.* Mihi tamen placet negare, cum Vaſquez, & alijs multis. Henriquez *lib. 8. cap. 43.* Soto *in 4. d. 11. q. 2. a. 1.* Valentia *tomo 4. d. 6. q. 7. p. 1.* Coninch *q. 79. art. 1. ad 2.* Reginald. *lib. 29. num. 104* à S. Fauſto *lib. 1. q. 313.* duce Scoto *in 4. d. 11. q. 2. a. 1.* quo refutatur inepta eorum conſuetudo, qui duabus formulis cummunicant, & pluribus volunt, vt diutius conſeruato Sacramento in ſtomacho maiorem gratiam percipiant, quia etſi nutritio ſpiritualis ſit effectus Sacramenti, gratia tamen qua fit nuttitio, in ipſa manducatione confertur, nam hic non fit conuerſio vnius ſubſtantiæ in aliam, vti in materiali nutritione.

Vaſq. Lugo. Caietan. Henriq. Sotus. Valentia. Reginald. P. a S. Fauſt.

Ambigis tamen. Vtrum ex coniunctione diuerſarum ſpecierum, & ex multiplicatione earumdem augeatur gratia in ſuſcipiente? Quoad primum non pauci ſentiunt maiorem gratiam conferri per ſuſceptionem vtriuſque ſpeciei. Ita Alenſis *4. p. q. 32. membro 1. art. 2.* aliàs *q. 11. art. vlt.* & Caſalius *lib. 2. de Cœna, & Calice Domini.* & Vaſquez *d. 216. cap. 2.* probabilem dicit. Fagundez *lib. 4. c. 4.* Plures tamen negant cum Bonauentura *in 4. diſt. 11. 2. p. art. 1. q. 2.* & D. Thoma *opuſc.*

Alenſis. Caſaliu. Vaſquez. Fagundez. Bonauen. D. Thom.

Digitized by Google

Suarius Layman P. a S. Fausto Conc: Tr. Conc. Cōstant

58. *cap.9.* & alij apud Suarium *diſput.* 63. *ſect.6.* & Layman *tract.4. cap.5.* & à S. Fauſto *q.316.* qui cum ijs ſentiunt. Fundamentum ſumitur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 21. & Conſtantienſi ſeſſ. 13. quæ dicunt per ſumptionem vnius tantum ſpeciei neminem fraudari gratia ad ſalutem neceſſaria. Rationes autem ſunt: prima, quia totus Chriſtus ſumitur ſub vna ſpecie: ergo idem ſumitur in vtraque. Secunda, quia ſumens duas Hoſtias non maiorem gratiam recipit, quam qui vnam. Tertia, quia priuarentur Fideles augmento illo gratiæ ab Eccleſia, quæ vetat communicare ſub vtraque ſpecie. Hanc ſententiam communem probabiliorem dicit Suarez, ſed quia aliam fatetur probabilem, & probatam à multis Patribus Tridentinis, volo illam confirmare; mihi enim certè durum videtur, nihil omninò efficere illam Sanguinis ſumptionem. Itaque ſic probo. Illa ſecunda ſpecies ſumpta per ſe, & ſolitaria eſt apta ad conferendam gratiam Sacramentalem: Ergo etiam vnita cum alia. Si dicant eamdem gratiam conferre, argumentor ſecundò, quia illa ſecunda ſpecies non debet eſſe otioſa, & nihil operari. Ergo aliquid gratiæ confert. Probo tertiò validius: illa ſecunda ſpecies perficit Sacramentum in genere Sacrificij: ergo ſaltem hoc modo perficiet, & augebit gratiam. Tandem confirmo ex Bulla Clementis VI. qua conceditur Regibus Galliæ vtraque ſpecies anno 1341. Conceditur autem ad gratiæ augmentum: Ergo per hanc ſpeciem augetur gratia. Argumenta præterita ſoluuntur. Primum, concedendo eſſe totum Chriſtum, & totam gratiam Sacramentalem, ſed illi addi iſtam rationem ſacrificij. Secundò, reſpondetur duas hoſtias eſſe eiuſdem rationis, idcirco non augere gratiam. Tertiò, reſpondeo non priuari Fideles gratia Sacramentali, ſed illa tamen perfectiua Sacrificij carere, idque voluiſſe Tridentinum, cum hæc non ſit neceſſaria ad ſalutem. Voluit autem Eccleſia, vt vnica tantum ſpecies ſumeretur ad euitandam irreuerentiam, quæ in ſumptione Calicis poterat interuenire. Hanc igitur ſecundam ſententiam probabiliorem ſua authoritate, & argumentis reddidit Lugo Cardinalis d. 12. ſ. 3. quem poſtea legi. Lugo

Illud etiã nõ improbabile iudico, ſi Sacerdos duas Hoſtias diſtinctas, vnã poſt alteram ſumat ex cauſa iuſta v.g. ſi alter Sacerdos non potuit miſſam abſoluere, illum ex ſecunda ſumptione nouam gratiam accepturum; eſt enim illa quaſi noua communio, eſtque appendix huius ſecundæ ſententiæ.

Notum eſt autem Euchariſtiam cõferre auxilia gratiæ excitantis actualis, vel in ipſa ſumptione, & receptione Sacramenti, vel poſteà certis temporibus, & occaſionibus pro Dei voluntate, cum reſpectu ad Sacramentum. Ad cuius dignitatem hoc pertinet. Ita ex D. Thoma hic Suarius *diſp.63. ſect.9.* & Henriquez *lib.8. cap.* 37. & Tolet. *lib.2. cap.29.* & Reginald. *lib.29. num.137.* cum Coninch *ad art.* 8. *q.* 79. D. Thom. & à P. S. Fauſto *q.306.*

D. Thom Suar. Henriq: Tolet: Reginald Ægidius A s. Faust

Quæſtio maior eſt, vtrum hoc Sacramentum remittat venialia ex opere operato? Cui reſpondendum eſt affirmatiuè iuxta Concilium Tridentinum *ſeſſ: 13. cap. 1.* vbi ait liberari nos per illud à venialibus. Sic Valent. *tom.4 d.6. q.8. p.3.* Suarius *d. 63. ſect.3.* Tanner. *d.5. q.7. dub.1.* Idque ratio monſtrat: cum ſit inſtitutum ad augendam gratiam, & charitatem, quam peccata venialia aliquatenus imminuunt.

Concil: Trident Valentia Suar. Tanner.

Quæſtiuncula item eſt, vtrum remittat pœnam temporalem peccatis debitam? Cui reſpondetur negatiuè, quia eius inſtitutio pro fine habet ſanctificare, & nutrire augendo gratiam, cum qua ſtare poteſt, & ſtat reatus temporalis pœnæ. Et ita tenet Suarez *ſect.10.* cum pluribus. & Sotus *d.11. q.2. art.1.* & Nugnus *q.79. a.* 5. duce S. Thoma *a.5.*

D: Thom Suarez Sotus Nugnus

Oppones tamen, ſumptionem Euchariſtiæ, & oblationem Miſſæ ſæpè fieri pro animabus Purgatorij. Igitur

ſignum

ſignum eſt remitti pœnas peccatorū temporales per Euchariſtiam. Reſpōdeo, ſumptionem Euchariſtiæ ex opere operantis remiſſionem illam impetrare; Miſſam verò ex opere operato, ſed non quatenus Sacramentum eſt, ſed quatenus eſt ſacrificium, vti ſuo loco dicemus. Interim vide Suarium, & P. à S. Fauſto *q*.308.

Suar
P:à s: Fauſto

Vltimò ſupereſt ſcire, Vtrum Euchariſtiæ faciat aliquem effectum in Corpore ſuſcipientis? Cui breuiter, & perſpicuè reſpondeo, vnionem realem, & phyſicam cum Corpore Chriſti non effici per Euchariſtiam, vti patet, ſed tantum moralem quamdam viciniam ex illo contactu ſpecierum immediato, vnde reſultet vnio in anima bene diſpoſita per gratiam: hæc autem ſpiritualis eſt, non corporea. Hanc moralem vnionem affirmat Henriquez *lib*.8.*cap*.35.*num*.2. & Suarius *d*.64.*ſect*.1. & P. à S. Fauſto *q*.311. Affirmo tandem reſultare itē in nobis per ſumptionem Euchariſtiæ ius quoddam ad gloriam immortalem, ex eo quod Corpus noſtrum ſit per illam gratiam vnitiuam magis proportionatum ad beatitudinem poſſidendam. Vnde dicitur à Tridentino ſeſſ.3.c.2. *Pignus felicitatis, & gloriæ*. Sic Valent: *d*.6.*q*.7.*p*.1. Henriq. *lib* 8. *cap*.36. Suarius *d*. 64.*ſect*. 2. & Lugo *d*.12.*ſect*.5. Tandem conſtat: ex illa manſione Corporis Chriſti intra nos minui fomitem concupiſcentiæ, & refrenari vehementiam paſſionum, quæ omnia ſunt conformia doctrinæ Sanctorum Patrum, & Scholaſticorum, & probat Suarez *diſput*.64. & Bellarminus *lib*.2.*de Euchar*. & Lugo *d*.12.*ſect*.4. & 5. & alij apud eoſdem.

Henriq:
Suar
P:à s: Fauſto
Concil: Trident
Valent
Henriq
Suar
Suarez
Bellarm.
Lugo

CAPVT XVII.

De ſuſcipientibus Sacramentum Euchariſtiæ.

OMnes, & ſoli homines ſunt capaces Euchariſtiæ, etiam infantes: nam hi in primitiua Eccleſia communicare ſolebant, vti habetur in Concilio Toletano 11. cap.11. & Tridentino ſeſſ.2. cap.4. & latè probat Suarez *d*.62. *ſ*.4. & Vaſq. *d*.202. & Lugo *diſ*.13. Circa diſpoſitionem perſonarum variæ quæſtiones ſunt. Prima, Vtrum Catechumenus communicare queat? negatiuè ſoluenda; nec enim eſt Chriſtianus baptizatus, & extra Eccleſiam eſt, dum per Baptiſmi oſtium non intrauit. Ita Suarez *diſp*.62. *ſect*.3. *contra Marſilium* & Lugo *d*.13.*ſ*.1. Secunda de amentibus quærit, vtrum communicandi ſint? Diſtinguendum. Primò, perpetui amentes communicari non debent, etſi natura capaces ſint. Ita Diuus Thomas 3.*p*.*q*.80.*ar*.9. Sotus *n*.4: *d*.12.*q*.1.*a*.9. Toletus *liq*.2.*cap*.28.*n*.5. Henriquez *lib*.8.*c*.4. Vaſquez *d*.212.*c*.2. & 3. Suarius *d*.69.*ſect*.2. Secundò, alii qui non ſunt perpetui quandiu ad mentem redeunt, communicari poſſunt. Patet. Vide P. à S. Fauſto q.241. Tertiò, qui ad ſe redeunt, & confeſſi ſunt, & poſteà iterum iudicium amiſerunt, ijs Euchariſtia in caſu neceſſitatis miniſtranda, dummodò non conſtet eos in ſtatu peccati in amentiam deueniſſe. Ita D. Thomas *q*.80. *a*.9. Sotus *d*.12.*q*.1. *a*.9. Vaſq. *d*.214. *a*.33. Henriq. *lib*.8. *c*.43. Suarius *d*.69.*ſect*.2. Bonacina *d*.4.*q*.6.*p*.1. Reginald. *l*.29. *n*.79. Sylueſt. *verb.Euchariſtia* P. à S.Fauſto *q*.241. & 242. Tertia eſt de peccatoribus in peccato mortali exiſtentibus. Hi quidem corporaliter ſuſcipiunt Euchariſtiam, nō autem ſpiritualiter, & ſacrilegium graue communicando admittunt; quod Patres exaggerant, & Diuus Thomas *q*.80. *a*.5. Grauius

Concil
Toletan.
Trident
suarez
Lugo
D: Thom
Sotus
Toletus
Henriq
Vaſquez
suar
D. Thom
Sotus
Vaſq
Henriq
Suarius
Bonacina
Reginald
Sylueſter
P:à s: Fauſto
D. Thom

Qq 2 autem

Digitized by Google

autem peccat, qui grauioribus peccatis onuſtus accedit, authore Diuo Thoma citato, & cæteris; nec eget probatione.

Conc. Tr

Quarta, vtrum debeat præmitti Confeſſio Sacramentalis ab homine peccatore? Affirmandum ex Decreto Tridentini ſeſſ. 13. cap. 7. & Can. 11. quod ſi locus confitendi non ſit, procuranda omninò contritio eſt; nec ſufficit cum ſola attritione cognita Euchariſtiam ſuſcipere, quia requiritur ſtatus gratiæ, in quo nemo per attritionem ſolam ponitur.

Corduba
Hoſius
Nauarr
Coninch:
Laymau
Suar
D.Thom:

Ita Corduba cum multis lib. 1. Theologicarum quæſtionum qu. 7. & Hoſius in Confeſſ. cap. 43. & Nauarrus cap. 21. nu. 50. & Coninch qu. 80. art. 4. dub. 1. & Layman tr. 4. c. 6. & Suarez diſp. 5. ſect. 5. ex doctrina S. Thomæ, qui docet accedēdum eſſe ad Euchariſtiam ſine conſcientia peccati mortalis q. 8. a. 4. Quomodo autem debet deponi conſcientia, niſi præmiſſa confeſſione? Quare miror Caietanum oppoſitum tradidiſſe; loquimur autem de eo qui habet copiam Confeſſoris.

Nauarr
Trident:

Quinta. An ille qui ſuſcipit Euchariſtiam non confeſſus, & in peccato mortali, teneatur ſtatim poſt Communionem confiteri? Affirmat Nauarrus *cap. 2. num.* 10. motus Decreto Concilij Tridentini iubentis *ſeſſ. 13. c. 7.* vt Sacerdos, qui vrgente neceſſitate ſine præuia Confeſſione celebrauit, quamprimum confiteatur.

Lugo
Suar
Aegydius
Layman

Negat tamen Lugo *d. 14. ſ. 7.* Suarius *d. 66. ſect.* 8. & Coninch *q. 8. a. 4. dub.* 2. & Layman *tract. 2. c. 6.* quia verba Cōcilii ſolum de Sacerdotibus agunt, non de laicis; ſunt autem illa vti ſonant, intelligenda: nec eſt credendum Concilium omiſſurum fuiſſe laicos, ſi eos vellet comprehendere. Imo ait Lugo, Nauarri ſententiam iam communiter ab omnibus reijci.

Sexta. Vtrum qui peccauit mortaliter teneatur communionem aliquo tempore differre? Ratio dubitādi ſumitur ex irreuerentia quę fit Sacramento. Vnde quidam putant eſſe peccatum mortale communicare die ſequenti peccatum nocturnum, in quibus eſt Nauarrus in ſumma Hiſpanica, & Couaruuias in Clementina *ſi furioſus part. 3. n. 8.* loquens de Sacerdote, & fauet D. Thomas *q. 80. art. 7.* dicens, pollutionem nocturnam voluntariam, ex neceſſitate impedire communionem, atque ideò multi requirunt viginti quatuor horarum ſpatium intermedium, vti D. Thomas *in 4. d. 9. q. 1. a. 4. q. 2.* & Victoria *de Euchariſtia* §. 80. cum alijs quos citat P. à S. Fauſto *q. 369.*

Nauarrus
Couaruu.
D: Thom
D. Thom
Victor:
P. à S. Fauſt

Negandum tamen teneri eum qui peccauit mortaliter, & rectè confeſſus eſt communionem differre. Ita perſpicuè Corduba *lib. 1. q. 7.* & Caietanus *verb. Communio,* & Sotus *in 4. d. 12. qu. 1. a 7.* Henriq. *l. 8. c. 51.* Val. *d 6. q 8. p. 3.* Rodrig. 1. *65. d. Communicat.* Sà *verb. Miſſa,* & Suarez *ſect.* 8. imò ipſe Nauarrus mutauit hac de re ſententiam in ſumma *c. 21. n. 51.*

Corduba
Caietan:
Sotus
Henriq
Val:
Rodrig.
Sà
Suar.
Nauarrus

Probatur; quia neque ratio, neque lex obligat niſi ad deponendam conſcientiam peccati mortalis ante communionem. Ille autem qui peccauit, iam illam depoſuit per confeſſionem, & vti ſupponitur, eſt in gratia. Ergo eſt diſpoſitus ad communicandum.

D: Thom

Atque ita docuit D. Thomas *q. 80. a. 7. ad 4.* & ſic explicat doctrinam traditam vt intelligatur ſecundum congruentiam, quod iam dixerat in ſolutione ad 1.

Adrianus
Caietanus

vnde Adrianus, & Caietanus ſentiunt fore peccatum veniale, ob indecentiam: ſed tanta eſſe contritio poteſt, vt ne veniale quidem ſit. Ex hac doctrina ſequitur, nec eum, qui cælebs paſſus eſt nocturnam pollutionem citra culpam, nec coniugatum, qui rem cum vxore habuit, teneri ad differendam communionem ſub peccato mortali. Ita Henriquez *lib. 8. c. 51.* & Suarez *d 68. ſect. 6.* & P. à S. Fauſto *q. 369.* Imo nec ſub veniali quidem interdum tenebitur, vti dicunt ijdem authores, & colligitur ex *cap. 7. Cauſ. 27. qu. 4.* quoad coniugatos, & quoad pollutos ſine culpa docet D. Thomas *q. 80. a. 7.* & tradit Sotus *in 4. d. 12. q. 1.* & Vaſquez *d. 210. in fine,* & Victoria *de Euchariſtia numer.* 80. & Henriquez *lib. 8. cap. 51.* & Sanchez

D. Thom
Sotus
Vaſq
Victoria
Henriq.
Sanch.

chez

chez *libro 9. diſputatione 2. & 3.*

Vtrum autem ſcandalum ſit cauſa ſufficiens ad communicandum non præmiſſa confeſſione, cum ſola contritione? Etſi timidius reſoluat Suarez, fidentius reſoluit Henriquez *lib. 8. de Euchar. cap. 46.* modo ſcandalum ſit cum aliquo periculo honoris; imò ait Henriquez cum qui de more in Collegio, vel Communitate communicat, cum ad menſam eſt, etſi recordetur peccati mortalis non teneri ad omittendam communionem. Cum Henriquez ſentit Nauarrus *cap. 21. n. 59.* & Reginald. *lib. 29. num. 100.* & P. à S. Fauſto *q. 335.* & idem poſtea reperi in Lugo *d. 14. ſect. 5.*

Henriq.

Nauarrus
Reginald
P. à S. Fauſto
Lugo

Reſtat vnica, ſed multiplex quæſtio, vtrum qui communicat, ieiunus eſſe debeat? Negant Hæretici cum Luthero apud Clictoueum *lib. 2. de Sacrificio Miſſæ*, quod Chriſtus nocte inſtituit Sacramentum, deditque Diſcipulis poſt prandium, & poſt eſum Agni, & quod tempore Apoſtolorum conſuetudo fuit dandi communionem non ieiunis. Affirmandũ tamen ex traditione Eccleſiæ apud Auguſtinum *epiſt. 118. C. liquide. de conſecrat. d. 2. & 6. & c. Sacra. de conſecrat. d. 1.* Concilijs, Carthaginenſ, *3. can. 29.* et African. *can. 8.* Conſtantienſi *ſeſſ. 13.* Matiſcon. *2. can. 6.* Bracharenſi *2. can. 10. 6. Synod. cap. 2.* Concilio Tolet. *7. cap. 2.* & Patribus, quos latè citat Suarez *diſp. 70. ſect. 3.* & Vaſquez *d. 211. cap. 1.* & Lugo *d. 15. ſect. 2.* Placuit autem Eccleſiæ id præcipere propter maiorem reuerentiam Sacramenti. Debet verò illud ieiunium naturale eſſe, ita vt nihil omnino per modum cibi, aut potus, vel minimum quouis modo ſumatur, & in ſtomachum traijciatur. Ieiunium autem oportet a media nocte incipere. Sic D. Thomas *q. 89. art. 8.* Valent. *tom. 4. d. 6. q. 8. p. 3.* Azor *1. p. lib. 10. cap. 30. q. 2.* Tolet. *lib. 2. cap. 28.* Rodriguez *c. 66. num. 1.* Scot. *de Sacr. Miſſ.* & Layman *tract. 4. cap. 6.* & P. à S. Fauſto *q. 371. & ſequentib.* & Suarez, & Vaſquez, & Lugo citati. Exceptio illa eſto, licere homini ægroto vrgente [illegible]

Clictou

Auguſt
Concil:
Carthag
African
Conſtanc
Matiſcon
Brachar
Suarez
Toletan.
Vaſq.
Lugo

D. Thom
Valentia
Azor
Tolet
Rodrig
Scot
Layman
P. à S. Fauſto
Suar.
Vaſquez
Henriq.

præcepto Euchariſtiæ ſumendæ communicare non ieiuno; & ita vſu veniꝛe ſolet, traditque Henriquez *lib. 8. cap. 4.* Suarez *dub. 68. ſect. 5.* Coninch *q. 80. art. 8. 1. 53. & alij.*

Suarius
Coninch

Quod attinet ad Sacerdotes, ſunt caſus, in quibus licet ijs non ieiunis conficere, & ſumere Euchariſtiam. Primus, quando Sacerdos loco vini per errorem aquam infundit, & poſtea conſumpta Hoſtia, & hauſto calice inuenit aquam. Sic D. Thomas *q. 83. art. 6.* Henriq. *lib. 8. cap. 49.* Suarius *d. 68. ſect. 1. & d. 85. ſect. 1.* & Lugo *ſect. 14.* Tunc enim poteſt, ac debet de nouo conſecrare vinum, & Sacrificium conſummare. Secundus, ſi quis Sacerdos inchoatum ſacrificium ex aliquo accidente non poſſit abſoluere, tunc poteſt alter Sacerdos non ieiunus illud abſoluere. Habetur *c. nihil. 7. q. 1.* & in Concil. Tolet. *7. can. 2.* Nauarr. *cap. 25. num. 86.* Reginald. *lib. 29. cap. 6. num. 122.* Tertius, quando manent aliquæ reliquiæ in calice, poteſt Sacerdos infuſo vino illas ſumere; nam illud eſt quaſi complementũ ſacrificij iuxta Caietanum *V. Miſſa & tom. 2. opuſc. tract. 33. q. 1.* Sotum *in 4. diſt. 12. q. 1. art. 8. p. 3.* Suarium *diſ. 69. ſect. 6.* Quartus, quando eſt periculum ne Euchariſtia, aut comburatur incendio, aut ſurripiatur à ſacrilego, aut inquinetur ab Heretico, tunc cuim licet non ieiuno ſacramentum conſumere. Ita multi cum Azor *lib. 10. cap. 33. q. 7.* & Tannero *d. 4. q. 8. d. 4.* Coninch *quæſt. 8. art. 8.* Filiucio *tom. 1. [illegible] 4. cap. 8. num. 241.* Reginald. *lib. 29. [illegible] 122.* Layman *tract. 4. cap. 6.*

D. Thom:
Henriqu
Suarius

Concilii
Toletan
Nauarrus
Reginald

Caiet
Soto
Suarius

Azor
[illegible]

Harum quæſtionum [illegible] an liceat Sacerdoti [illegible] & dicere Miſſam pro [illegible] ægroto [illegible] remedium? Quam [illegible] Maior [illegible] 5. c. 3. q. 3. [illegible] negant cum [illegible] tenet Nauarrus [illegible] 53. Azor [illegible] 12. q [illegible]

Lugo Diana

*quæſt.*193.et Lugo *d* 15 *ſect.* 3.et Diana *tom.*1.*tract.de celebrat.Miſſar.reſol.* 66.*& tom.*2.*tract.*4.*de ſacram. reſolut.* 33. Ratio eſt, quia non tam ſtrictè obligat illud preceptũ cum ſit affirmatiuum,vt neceſſe ſit illa diſpenſatione.

CAPVT XVIII.

De Miniſtro Euchariſtiæ

Conc. Tr Rhemen: D; Thom scholaſt: Henriq. Suarius Coninch Laymau Lugo

COnſtat Miniſtrum ordinarium diſpenſandæ Euchariſtiæ ſolum Sacerdotem eſſe .et ſic à Chriſto inſtitutum. Sumitur ex Concilio Tridentino *ſeſſ.*13.*cap.*8.et ex Rhemenſi *cap. Peruenit de conſecrat.diſt.*2. traditque D.Thomas *q.*82.*art.*8. ſequuntur omnes Scholaſtici, apud Henriquez *lib.* 8.*cap.*54. et Suarez *diſp.* 72.*ſect.* 1. et Coninch *ad q.D.Thomæ.art.*3.et Layma *tract.*4.*cap.*7. et Lugo *d.* 18.*ſect* 1. Probatur exemplo Chriſti, qui et cõfecit, et miniſtrauit Sacramentum in Cœna, argumento, quod qui conſecraret, et conficeret, eundem diſtribuere oportebat, vnde Paulus 1. ad Corinth. 4. Miniſtros *Diſpenſatores* dixit, vt diſpenſatio ad eos, qui eſſent Miniſtri Sacramentorum conſecrando, et conficiendo, pertineret

D:Paul.

Quæſtio tamen eſt. Vtrum alius à Sacerdote diſpenſare poſſit populo Euchariſtiam? Ratio dubitandi oritur ex dictis. Nam ſi hæc eſt Chriſti inſtitutio eius exemplo firmata, videtur eſſe ex præcepto Diuino, cuius nõ eſt diſpenſatio ab Eccleſia. Reſpondetur tamen non eſſe id ex inſtituto præceptove obligante Diuino, quia non pertinet ad materiam formamve; aut ſubſtantiam Sacramenti, de quibus duntaxat eſt Chriſti, et inſtitutio, et præceptum. ſed de vſu, et diſpenſatione Sacramenti confecti; quæ iam illud ſupponit, et tantum pertinet ad diſtributionem illius. Er ita probat Suarius ex doctrina Concilij Tridentini *diſp.*71.*ſect.*1. Et patet, quia olim in primitiua Eccleſia Diaconi miniſtrare Sanguinem ſolebant, vti habetur Clementina, *lib.*8.*Conſtitutionum cap.*2. et Cypriano de lapſis circa finem. Vnde hodiernus mos emanauit, vt Romę, cum Pontifex ſolenniter miniſtrat, Calix ei à Cardinali Diacono propinetur, vti obſeruat Suarez citatus, et Vaſquez *diſ.*219.*cap.* 1. et Lugo *ſect.*1. et Henriquez *cap.* 54. Idque eruditè confirmat Layman *tract.* 4.*cap.*7. ad quem curioſum lectorem remitto.

ſuar Trident, Clement Cyprian Suarez Vaſq. Lugo Henriq: Layman

Quoniam tamen diſtribuere Corpus maius quiddam eſt, & ſacratius, cum immediatè tractetur Hoſtia, Sanguis autem mediante Calice, difficultas eſt, an Diacono interdum liceat Euchariſtiam populo miniſtrare? Cui reſpondendum in caſu neceſſitatis licere; vti quando nullus eſt Sacerdos, & datur obligatio communicãdi.v.g. cum quis moribundus viatico eſt iuuandus, & non eſt Parochus; vel non vult miniſtrare. Quod tradunt Sotus *d.*13.*q.*1. *a.*5. Victoria *n.*88. Henriquez *l.*8.*cap.*54. Suarius *d.*72.*ſect.*1. Toletus *lib.*2. *c.*28. & Layman *tract.* 4. *c.*7. & Bonacina *d.*4. *q.*5. *p.*1. Alijs autem Clericis infra Diaconos id nõ licebit, ijſdem fermè authoribus, extra neceſſitatem extremam. Dubitari tamen poteſt. Vtrum infirmo morituro abſente Diacono Subdiaconus, & hoc item abſente Clericus minor, & omni Clerico abſente, Laicus poſſit miniſtrare Sacramentum? Probabile eſt poſſe, & ita cenſet Suarez *d.*72. *ſect.*1. *ad finem* & Layman *tract.*4. *c.*7. cum alijs quos adducunt. Imò ſi nemo adſit qui communicet infirmum, & ipſe per ſe poſſit ſumere Euchariſtiam, licitum eſt ei proprijs manibus ſe communicare, ſiue Sacerdos ſit, ſiue Laicus, ſecluſo ſcandalo. Ita Caietanus *in cap.*26. *Matth.* & Layman citatus. Valentia *tom.*4. *d.*6. *q.*10. *p.*1. *aduersùs* Sotum *in* 4. *d.*13. *q.*1. *a.*3. Nauarrum *c.*25.*n.*72: Vaſq. *d.*219. *c.*1. Sà *verb. Euchariſtia* cum Valentia ſentit Franciſcus Suar. *ſect.* 3. qui refert Mariam Scotię Reginam iugulandam, ſeruatam apud ſe Euchariſtiam ſuiſmet manibus ſumpſiſſe. Nititur autem hæc ſententia veteri

ſotus Victoria Henriq. ſuars Toletus Layman Bonacina ſuar Layman Caiet: Layman Valentia ſot. Nauarr Vaſquez ſà ſuar

Henriq. Layman Suarez teri conſuetudine tradita ab Henriquez *lib* 8. *c*.34. & Layman *tract*.4. *c*.7. & Suarez *ſect*.1. *&* 2. quia fideles linteis mundiſſimis, quæ Dominicalia dicebantur, Euchariſtiam in propriam domum portabant, ibique eam ſumebant, quod etiam fœminæ factitarunt, vti obſeruat idem Henriquez *cap*.54. Repugnat huic aſſerto Lugo, ſed propugnat Diana 2. *tom. tract*.4. *reſolut*.47. nec Lugo probabile eſſe negat. Henriq. Lugo Diana

Duo tamen ſunt caſus in quibus communio Parochis reſeruatur, de lege ordinaria obligante, ita vt ab iis omninò cùm adſunt, facienda ſit. Primus, quando fit communio ab ægroto per modum viatici, hæc enim fieri non poteſt, niſi per manus Parochi, vel de eiuſdem licentia extra caſum neceſſitatis, de quo iam diximus. Ita Suarez *ſect*.3. & aliis cum Miranda 1. *man. q*.42. *a*.4. & Layman *tractat*.4. *cap*.7. Suar. Miranda Layman

Secundus, cùm fit communio ordinaria, & ſtata anniuerſaria, per quã ſolenniter ſatisfit præcepto Eccleſiaſtico tempore Paſchatis; hæc enim omninò in Parochia facienda eſt: idque communi conſenſu receptum apud Layman *tract*.3. *c* 7. & P. à S. Fauſto *lib*.1. *q*.202. Quæſtio tantùm eſt de Communione per quam non impletur præceptum, ſed ex deuotione fit tempore illo Paſchatis: quæ item videtur vetari propter illã clauſulam poſitam cap. *Omnis vtriuſque ſexus*, &c. per quam iubetur, vt omnes fideles recipiant Euchariſtiam in Paſchate à proprio Sacerdote. Ratio dubitandi eſt, quia videtur toto illo tempore præſertim in die Paſchatis non poſſe quemquam communicare extra Parochiam: & confirmatur, quia Priuilegia data Religioſis ad miniſtrandum in ſuis Eccleſiis Euchariſtiam continent hanc exceptionem, *præterquam in die Paſchatis*, ſeu *in die Reſurrectionis*. Ita Clementina 1. de priuileg. Layman P. à S. Fauſto Clemen.

Variè ſentiunt hac in re Authores, qui videri poſſunt apud Suarium, & Layman. Mihi placet cum Suario dicere, illas clauſulas intelligendas eſſe de communione, qua impletur præceptum illud Eccleſiaſticum, quod cum eo tempore ſemel obliget, de illa tantùm communione loquuntur, quæ præcepta eſt ab Eccleſia; præter hanc vnam cæteras poſſe fieri in aliis Eccleſiis extra Parochiam; ſunt enim communiones factæ ex deuotione, & pietate. Igitur, qui vel ante, vel poſt diem Paſchæ voluerit implere illud præceptum, pro quo quindecim ferme dies aſſignantur, ei licebit aliis vicibus extra Parochiam communicare, cum tamen vna vice ad implendum præceptum in Parochia communicare teneatur. Et quamquam in priuilegiis dies Paſchæ nominetur, non eſt ſumendus materialiter, inquit Suarez, pro die ſingulari temporis, ſed pro die, quo præceptum impleri debet. Ita *ſect*.3. & Sà *Verb. Euchariſtia* & Lugo *d*.18. *ſ*.2. *n*.50. & Miranda *to*.1. *Manual. Prælator. q*.42. *ar*.2. & Coninch *q*.82. *art*.3. *nu*.31. *Compend. Priuileg. Societatis IESV*. Verum autem qui eo die communicant, & iubentur per eam communionem implere præceptum, re vera impleant? Affirmant Cruz *de ſtat. Relig. lib*.2. *cap*.5. *dub* 4. Rodriguez 1. *quæſt* *q*.56. *a* 3. Diana *de Celeb. Miſſ. reſo.ut*.73. & Pater à S. Fauſto *l*.2. *q*.280. Negandum tamen eſt cum Suario *de Relig. tom*.4. *tr*.10. *lib*.9. *c*.3. Portel *in dub. Regul. tom*.1. *verb. Sacram. adminiſtratio n*.5. Villalob. *in ſin. p*.1. *tr*.7. *dub*.47. *num*.4. Nugno *to*.1. *in* 3.*p. qu*.83. *art*.4. *concluſ*.5. Layman *tr*.4. *c*.7. nam id expreſſum eſt in Bulla Clementis VIII. quæ incipit *Ante annos* Ann. 1592. pro dirimenda controuerſia inter Parochos Cameracenſes, & Atrebatenſes ex vna parte, & Mendicantes Franciſcanos, Dominicanos, & Ieſuitas ex alia, vbi definit cæteras omnes functiones etiam annuam confeſſionem poſſe fieri in Eccleſiis Regularium, vnica tantum excepta Paſchali communione. Miror hic valde Patrem Bartholomæum à Sancto Fauſto qui ſibi apertè contradicit, nam *lib*.1. *q*.264. omnino negat præceptum annuæ

Suet. Sa. Miranda Coninch. Cruz Rodrig. Diana P. à S. Fau. ſto Suar. Portel Villalob. Nugno Layman Clemens

nuæ communionis extra Parochiam, & alterius quàm Parochi manu poſſe impleri, citato Suario, & alijs. At verò poſteà lib.2. qu.280. quam proximè citauimus, contrarium affirmat, aiens in Eccleſijs mendicantium, & de manu Religioſi ſumentem Euchariſtiam præceprum annuum implere. Et ita perſpicuè ſoluitur intricata quęſtio, & ſuum ius Parochis, & ſuum item Religioſis priuilegium conſeruatur.

Supereſt tamen dubium. Vtrum Sacerdos miniſtrans Euchariſtiam in peccato mortali peccet mortaliter?

D. Thom. Paludan. Richard. Scotus Valent Bonac: Suarez Diana

Communis ſententia, quæ eſt D. Thomæ *in* 4. *d.* 5. *q.* 2. *a.* 2. *qu.* 4. *ad* 2. Palud. *d.* 13. *q.* 1. *a.* 4. *concl.* 1. Richardi *d.* 23. *a.* 1. *q.* 3. Sot. *q.* 1. *a.* 4. Valentiæ *tom.* 4. *d.* 6. *q.* 10. *p.* 2. Bonac. *de Sacram. d.* 4. *q.* 5. *p.* 2. *n.* 3. Dianę *to. Reſol. moral. tract.* 3. *Miſcellan. reſol.* 13. & Suar. *d.* 72. *ſ.* 4. affirmat, quia ſancta ſanctè tractanda ſunt. Ego, vt ſententiam probem, rationẽ non probo, nec enim me authore probatur peccare mortaliter ob illud fundamentum; quia ſi idem Sacerdos tangat Sacramentum mutando illud de loco in locum, v. g. ex vno ſacrario, vel Eccleſia ad aliam, vel ferendo illud in ſolenni pompa, non adeò eſt certum peccare mortaliter.

Suar.

Certè Suarez diſp. 72. ſect. 4. affirmare hic non audet. Quin imò addit, ſi quis oſculetur Hoſtiam in peccato mortali, ſiue laicus, ſiue Sacerdos non ſibi videri eum mortaliter peccare. Quo exemplo aliiſque ſimilibus oppoſitum ſentit Ledeſma *in* 4.

Ledeſ. Petr. Led.

p. 1. *q.* 5. *a.* 6. *dub.* 3. & Petrus Ledeſma *in ſum. tom.* 1. *de Sacram. in com. c.* 6.

Poſſeuin

concl. 8. *difficul.* 5. & Poſſeuinus *de adminiſtr. Sacrament. Euch. c.* 5. *nu.* 45. & tamen in hiſce caſibus tangitur, & tractatur Sacramentum non ſanctè. Quare illa ratio non ſufficit. Itaque cenſerem, ſi probarẽ ſententiam, adminiſtrationem Sacramenti ex eo eſſe peccatum mortale, ſi fiat in mortali, quia eſt veluti appendix quædam Euchariſtiæ, & pertinens ad finem, & vſum illius, & eſt vna pars muneris Sacerdotalis; & idcirco fieri debet in gratia, non quia tractatur non ſanctè, ſed quia indignè, & contra officium Sacerdotis adminiſtratur; quò tandẽ recidit ratio Suarij citati poſt longam ratiocinationem. Verum magis placet ſententia vtriuſque Ledeſmæ, quã

Ledeſm. Henriq. Vaſq Cabrera D. Thom.

tradit Henriquez quod *lib.* 6. *q.* 30. & Vaſquez 2. *tom. in* 3. *p. d.* 136. *c.* 3. & *tom.* 3. *d.* 209. *c.* 1. & probabilem iudicat Cabrera *in* 3. *p.* & D. Thom. *qu.* 64. *a.* 6. *d.* 1. *S.* 5. *num.* 17. & ipſemet

Diana

Diana citatus, quia hoc Sacramentum manet in facto eſſe: nec conficitur quando miniſtratur: ſed confectum ſupponitur; nec videtur rationabile, vt duplex admittatur peccatum, & cõficiendo, & miniſtrando. Præterea multum intereſt inter conficere, & adminiſtrare. Exemplo autem vtar aptiori: Si quis enim Chriſtum viuum in carne mortali tangeret, non ille opinor mortaliter peccaret: quod item affirmat Diana. Cur ergo peccabit mortaliter qui Chriſtum ſub ſpeciebus exiſtentem, aut portet, aut miniſtret? Peccabit ille qui ſumet intra ſe, & recipiet Sacramentum: non ille qui nec conficit, nec recipit. Itaque hanc ſententiam probat Lugo de Sacramentis in genere d.8. ſ.9. num. 155. & iterum d.18. de Euchariſtia ſ.1. n.17.

CAPVT XXI.

De obligatione recipiendi, dandi, & negandi Euchariſtiam.

PRæceptum eſſe diuinum de ſumenda Euchariſtia conſtat ex

D. Thom.

Diuo Thoma qu.80. art 11. Richardo, Adriano, Nauarro, & Henriquez

Henriq Layman Val: Reginald Suarius Vaſq Lugo Trident.

cap.3. Laymanno cap.5. & Valentia *d.* 69. *q.* 8. *p.* 5. & Reginaldus *l.* 29. *n.* 57. & Suarez *diſp.* 69. & Vaſquez *diſ.* 213. *c.* 2. & Lugo *d.* 16. *ſect.* 1. & ſignificat Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 13. *cap.* 2. & fundatur in loco Euangelij

Ioan.

Ioannis 6. *Niſi manducaueritis car-*

nem

nem ſilij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et probatur ex dignitate, & vtilitate Sacramenti. Quoties autem obliget præceptum iſtud Diuinum, dubium eſt; nam Caietanus in ſumma verb. Communio, & *Ledeſma* quæſt. 10. art. 11. & Victoria in ſumma nu. 86. cum alijs, dicunt ſemel in vita obligare, ſiue in mortis articulo, ſiue extra illum. At meliùs ſentiunt, qui dicunt pluries eo nos præcepto teneri. Ita multi cum Suario *ſect.* 3. & Conink *q.* 73. *a.* 3. & *L*aymanno citato. De hac tamen re generalis regula dari non poteſt: illud ſatis eſt dicere extra mortis articulum obligare, prout vitę longitudo, vel breuitas fuerit. Eccleſiaſtico præcepto certum eſt teneri quemquam ſemel in anno ętate competenti, quæ arbitrio confeſſarij æſtimanda eſt; tempus enim ab Eccleſia determinatum eſt Paſchale, vti patet ex Tridentino *ſeſſ.* 13. *Can.* 9. quod quindecim fere dies complectitur. Ita *Lugo d.* 16. *ſ.* 4.

Caietanus
Ledeſ.
Victor;
Suarius
Coninch:
Laymau
Trident;
Lugo

Vtrum qui pro hoc tempore non impleuit præceptum, obligetur ad illud alio tempore implendum? Reſpondetur affirmatiuè cum Suario, & Vaſquio, & probatur ex Concilio dicente teneri omnes fideles, ſaltem in Paſchate, quo ſignificatur obligatio communicandi ſaltem in illo tempore; vnde illud ſaltem ſupponit, qui eo tempore non communicat, in alio obligari ad communicandum, vnde apparet, quòd ſi quis non poſſit tum communicare nõ liberatur ab obligatione. Et ita cenſet Nauarrus *cap.* 21. Azor *tom.* 5. *l.* 7. *c.* 40; *qu.* 1. Coninch *q.* 80. *a.* 11. *dub.* 4. Philiarch. *lib.* 3. *c.* 7. & Viguerius *in Inſtitutionibus cap.* 16. & Suarez *ſect.* 2. & Layman *tr.* 4. *c.* 4. et Vaſquez *de Pœnit. q.* 90. *a.* 3. *dub.* 2. *Lugo d.* 16. *de Euchar ſ.* 4. licet aliquantum diſcrepet.

Nauarr
Azor
Ægidius
Philiarch
Viguer
Suarez
Layman
Vaſq
Lugo

Quæ autem perſonæ teneantur præcepto? diſtinguendum eſt. Ac imprimis infantes, et amentes perpetui neutro obligantur. Et quidem de infantibus diſertè hoc docet Tridentinum *ſeſſ.* 21. *c.* 4. *& Can.* 4. De amẽtibus eadem ratio eſt. Hac videtur nixus Cardin. *Lugo* cum *d.* 16. *ſ.* 2. *n.* 1. dixit Concilium etiam de his fuiſſe locutũ: cũ de ſolis paruulis mẽtionẽ fecerit. Cui decreto Concilii non obſtat locus citatus Io. 6. *Niſi manducaueritis*, quia de adultis eſt intelligendus, vt patet. Si autem obijcias locum Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit &c.* Ex quo conſtat baptizari infantes debere, neganda paritas eſt, quia hic locus de Baptiſmo, non ſignificat actionem voluntariam, et neminem excipit, cùm loquatur in tertia perſona modi paſſiui. At verò in hoc præcepto Euchariſtiæ, *niſi manducaueritis*, verba ſunt voluntaria, et directa ad perſonas certas, et audientes, quales erant adulti. Itaque infantes eo Euchariſtiæ præcepto, nec pro ijs parentes tutoreſue tenentur.

Concil.
Trident;
Ioan;
Suez

De Cathecumenis ſentit Suarez teneri præcepto diuino ad communicandum Baptiſmo ſuppoſito; et peccare dupliciter, ſi habeant intentionem non communicandi. Ego tamen exiſtimo cum Soto, quem citat, non teneri eos niſi ſuſcepto Baptiſmo, atque adeò dupliciter non peccare nolendo baptizari. De amentibus temporariis cum *Suario diſp.* 59. *ſect.* 2. et Henriquez *lib.* 8. *c.* 42. et Vaſq. *d.* 214. *n.* 33. Reginaldo *L.* 29. *nu.* 79. iudico, et licere, et debere communicare, quia hi fuerunt obligati aliquando ad præceptum; ergo debet ijs dari Euchariſtia, niſi conſtet eos cõtraxiſſe amentiam in peccato mortali, et ab eo reſipuiſſe. *E*adem regula obſeruanda eſt in Energumenis, vti docet Suarez ibidem ad finem tertię ſectionis, et Sotus *d.* 12. *qu.* 1. Thyræus *de Dæmonib. p.* 2. *c.* 28. *Layman tr.* 4. *cap.* 4.

Sotus
Suar
Henriq.
Vaſq
Reginald
Suar
Soto
Thyræus
Layman

Quibus autem perſonis negari debeat communio, iam explico; præmittendo Peccatorem, vel eſſe publicum, vel occultum, vel ſuſpectum. Publicus duobus modis dicitur, vel euidentia iuris, vel facti. Euidentia

iuris eſt ille, qui in iudicio ordinario conuictus eſt de crimine, ob idque damnatus. Euidentia facti ille, cuius crimen ita publicum eſt, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari. Occultus eſt ille, qui neutra infamia, vel iuris, vel facti, laborat. Suſpectus eſt ille, de cuius peccato ſigna, & indicia ſunt, non certa ſcientia. Ita Suarez *diſp 67 ſect.* 5. Henriquez *lib.8.cap.*5. Layman *tract.4.cap.6.* Cum Nauarro *cap. 21. num.*55.

Suarez
Henriq
Layman
Nauarr

His præmiſſis. Prima concluſio ſit. Peccatori publico ſiue euidentia iuris, ſiue facti, neganda eſt Euchariſtia, & palam, & occultè petenti. Ita D.Thomas q.80.a.6. Henriquez, Suarius, & Layman citati. Ratio eſt, quia ille peccator non habet ius petendi. Ergo de iure illi eſt negandum. Quod adeo verum eſt, vt ſi hic peccator petat communionem in loco vbi non eſt cognitus, illi Sacerdos, qui nouit, negare debeat communionem. Sic expreſsè Suarez *ſect.* 5 & Soto; quem adducit. Si autem peccator publicus ſatisfecerit, communicandus eſt, cum auferat impedimentum, ex eodem Suarez *ſect.* 2.

D. Thom
ſuarz

Secunda Concluſio. Peccatori occulto occultè petenti negari debet Euchariſtia. Eſt communis, ac eorumdem Authorum. Deducitur ex prima concluſione, quia hic vti caret iure occultè petendi, ita iure repellendus eſt, ſiue à Parocho, ſiue ab alio Sacerdote petat; quod ſtatuit contra Sotum Suarez *ſect* 3. & Valent. *d.6.q.8.p.*3. Henriq, *lib.*8.*cap.*59. Tanner. *d.*5.*q.*8.*dub.*8.

ſuar.
Valentia
Henriq;
Tanner

Tertia concluſio. Peccatori occulto publicè petenti nō eſt neganda cōmunio. Patet, eſtque communis: & ſumitur ex capite *Placuit* 6.q.2. & habetur expreſsè cap. *ſi Sacerdos de officio ordinarij*, & exemplo Iudæ probatur, cui Chriſtus in Cœna Corpus ſuum iuxta communem ſententiam non negauit. Ita Layman *cap. 6. nu.* 10. & P. à S. Fauſto *lib.1.q.*282. & tandem poſt longam excurſionem concludit Suarez *d.* 67. *ſect.* 4. Habetur enim ratio publicæ infamiæ, quam ille peccator occultus, negata Euchariſtia, parietur.

Layman
P. à s Fauſto
ſuar

Graue hic dubium eſt, vtrum ſi peccator, cuius peccatum ſolus Sacerdos in confeſſione audiuit, accedat occultè ad communicandum in eo peccato, admitti debeat à Confeſſore Sacerdote ad communionem, vbi nullum periculum eſt infamiæ? in quo Suarius multum operæ ponit, & meritò. Affirmant negandam illi eſſe Euchariſtiam à Sacerdote, Victoria *de Euchariſt num.*79. Vaſquez *diſ.* 209. *cap.*5. & in eam magis inclinat Suarez *d.67.ſect.* 3. Ratio eſt, quia nulla tunc ſequitur infamia, & ſequitur iniuria Sacramento. Ergo Confeſſor negare debet communionem. Negant tamen repelli debere, ac poſſe peccatorem illum propter ſolam notitiam Confeſſionis Nauarrus *cap.* 21. *num.*55. Bañes 22.*q.*33. Sanchez *lib.* 3. *de Matrim.d.*16.*num.*14. Fagundez *lib.*3.*cap.*10. Valentia 2.6.q.8 *punct.*3. Coninch *q* 80.*art.6.* Layman *cap.6.n.* 10. & P. à S. Fauſto *q.*284. quibus aſſentior; quia illa notitia confeſſionis eſt omnino alterius ordinis, & intra Dei tribunal manet, vnde extra illud Sacerdos illa vti non poteſt. Eſſet enim exprobrare pœnitenti peccatū ſuum, quæ me ratio ſemper mouit ad ſigillum ſtrictiſſimè ſumendum, & defendendum, nulla prorſus exceptione admiſſa, vti patebit in materia de Pœnitentia.

Victoria
Vaſquez
Suarez
Nauarrus
Bañes
ſanch.
Fagund
Valent
Coninch
Layman
P. à s Fauſto

Quarta concluſio. Peccatori ob ſuſpicionem leuem non licet negare Euchariſtiam; licèt propter vehemētem. Vtraque pars eſt communis, vti videre eſt apud Sotum *d.*12.*q.*1.*art.6,* Suarium *diſp.97.ſect vlt.* & Henriquez *lib.*8.*cap.* 56. *num.* 6. Prima ſuadetur; quia leuis ſuſpicio non tanti eſt, vt ob illam homo, & infametur grauiter, & tanto bono priuetur. Secunda patet; quia vehemens ſuſpicio ſæpè æquiualet euidentiæ ſaltem morali, & omninò continet infamiam, quæ impedit ſuſceptionem Sacramenti. Ita Henriquez *lib.8.cap.* 56.

Sotus
ſuar
Henriq

Henriq.

Digitized by Google

56.num.6.& Suarez *ſect.6.*& Layman *num.*8. & P. à s. Fauſto *q.*287:

Suar Layman P: à s: Fauſto

Vtrum autem damnatis ad mortē cum ſunt conuicti, danda Euchariſtia ſit, & communis ſententia,& conſuetudo dandam eſſe probat; & patet ex multis locis ſacrorum Canonum, & Authorum, quos citat Layman *tract. 4.cap.6.* & P. à s. Fauſto *q.* 250. nam hi ſunt in extrema neceſſitate, & acceptaiuſta pœna ſatisfaciunt iuſtitiæ.

Layman P: à s: Fauſto

Imo teneri eos præcepto communicandi ſentit Lugo cum alijs quos citat *d.16.ſect.2.n.*42.

Lugo

CAPVT XX:

De Communione ſub vtraque ſpecie, & adoratione Sacramenti Euchariſtiæ.

SVpponendum olim vtrumque morem in vſu fuiſſe: nam & ſub vna tantum,& ſub vtraque ſpecie Euchariſtiam ſumpſiſſe Fideles conſtat. de vna diximus ſupra, cum egimus de ſuſcipientibus; retulimus enim ſolere eos ſacram Hoſtiam accipere, & domum referre, & ibi communicare, quod de Calice non legimus. De vtraque multis id exemplis probat Suarius d.71. Caſalius de Cœna,& Calice. Heſſelius *tract. de Communion.* ſub vtraque ſpecie: et proximè citati. *ſect.*1. Cum igitur vterque mos licitus fuerit, quæritur, cur Eccleſia huiuſmodi modum ſumendi vtramque ſpeciem abſtulerit? Et quidem ratio præcipua fuit, quia inualeſcebat hæreſis affirmans, vtramque ſpeciem eſſe neceſſariam ad ſalutem: quæ vti notat Suarez *diſp.*71.*ſect.* 2. in Boemia ortum habuit. Igitur Eccleſia, vt illam damnaret retinuit vſum communicandi ſub vna ſpecie, ne quis putaret ſine vtraque ſalutem non poſſe conſiſtere, et ne damnaretur mos antiquus communicandi tantum ſub vna

Caſalius Suar Heſſelius

Suarez

ſpecie, quem Hæretici, vtràque tanquam neceſſaria poſtulata, damnabant. Deinde aliæ rationes fuerunt morales, de quibus Henriquez lib.8. c.44. ac imprimis decentior, et facilior vſus extra periculum effundendi ſanguinem, et portandi vaſa, et ſimilia. Itaque cum præceptum de vtraque ſpecie ſumenda non eſſet, voluit Eccleſia, vt vna omnibus eſſet ratio communicandi. Non eſſe autem præceptum optimè docuit Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 1. collatis aptiſſimè locis, in quibus, et vna ſpecies, et vtraque commendatur, et obiectis, quæ vnius ſpeciei ſunt, alijs, qui vtramque ſignificabant. Qui locus eſt meo iudicio inſignis ad hanc hæreſim debellandam, ideoque citatur, tum à Theologis, tum Commentatoribus Euangelii, eoque vtitur clariſſimus Interpres Maldonatus Commentarijs in Ioannem cap.6. quo etiā vtitur Suarez ſect. 2. Ego omnia pro hac veritate argumenta, in eo Concilij loco ſita, eſſe exiſtimo, atq; adeo ijs abſtineo.

Henriq

Trident.

Maldona

Suar

Cum igitur nullo ſit iure prohibitū ſub vna ſpecie communicare, hæreſis eſt dicere, id non licere: et cum Eccleſia de vna tantum ſpecie præceptum dederit, aliam item exigere nefas erit. Potuiſſe autem Eccleſiam id efficere, patet ex eo, quod mos ille indifferens erat: vnde cum vtroque poſſet, vti maluit eo, qui erat et decentior, et facilior. Qua de re optimè D. Thomas *q.*70. *art.*12.*& q.* 80.*art.*12.*in fin.* et Gabriel *lect.8.in Can.Miſſa.* et Bonauentura *d.*11.*p.*2. *art.*1.*q.* 2. et præter citatos Vaſquez *d.*215.et Fagund.*cap.*44.et inſtar omnium Baronius anno 496. Locis autem quos Hæretici objiciunt, reſpondetur duobus modis. Primò, vt illud. *Et*, ſumatur diſiunctiuè pro *vel*, vt dicitur, *Niſi manducaueritis carnem, & biberitis ſanguinem*, ly *&* perinde ſit, ac *Vel*. Quemadmodum cum dicitur Exodi 15. *Qui occiderit Patrem,& Matrem, moriatur*, id eſt, *vel Matrem*. Secundò, vt ideò fiat mentio vtriuſque, quia ſub vna ſpecie, vtrumque con-

D. Thom Gabriel Bonauent Vaſquez Baronius Fagundez

Exod

Digitized by Google

continetur, et Corpus, et ſanguis Chriſti; et ſanè reipſa idem ſub alterutra ex integro continetur, vti antea diximus. Et inter alios notat Becanus *opuſc. 6. de Communione ſub vtraque ſpecie cap. 9.* Deinde aduertendum, conſuetudinem communicandi ſub vtraque ſpecie non fuiſſe vniuerſalis Eccleſiæ, ſed particularium, vti obſeruat Suarez *diſp. 71. ſect. 3.*

Becanus
Suarez

Illud accuratè notandum, ne celebris illa conſuetudo communionis ſub vtraque ſpecie improbari videretur Clementem VI. anno 1341. conceſſiſſe Regibus Galliæ communionem ſub vtraque ſpecie, quę hodieque perſeuerat, de quo Lugo *d. 12 ſect. 3. num. 68.* Et Imperator, quo die conſecratur, vtitur eodem priuilegio teſte P. à S. Fauſto q. 230. & in Conuentu Cluniacenſi Pariſijs ea conſuetudo ſeruatur, teſte Turriano *lib. 8. c. 31.* & Claud. *repet. 14. c. vlt.* Imò legimus Paulum II. diſpenſaſſe cum Boemis, vt ambas ſpecies ſumerent, ea conditione, vt ab errore diſcederent, ſed ijs permanentibus in errore, quòd ſuſtinerent ambas eſſe neceſſarias, diſpenſationẽ reuocaſſe, vti refert Gaſpar Caſalius *lib. 3 de Cana, & Calice Domini.* & Richard. *art. 25.* & Suar. *d. 71. ſect. 3.* & Turrian. *lib. 7. Conſtit. Clement. cap. 31* Hoc idem refert de Concilio Conſtantienſi erga Huſſitas Boemos Becanus *opuſc. 6. de commun.* ſub vtraque ſpecie, qui accuratè cum Bellarmino *lib. 4. de Euchar. à cap. 20 ad 29.* & Layman *tract. 4. cap. 5.* & Henriquez *lib. 8. cap. 44.* & eruditè de hoc argumento tractant.

Lugo
P. à S. Fauſto
Turrian
Claud.
Caſalius
Ricard
Suarius
Turrian
Concil. Conſtant.
Becanus
Bellarm
Layman
Henriq.

Circa Adorationem. De Fide eſt Chriſtum in Euchariſtia eſſe adorandum. Patet ex vera Chriſti in Sacramento, & reali præſentia. Et ita definit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 13. cap. 5. & can. 6.* & docet D. Thom. *in 4. d. 3. q. 1. art. 2. & 6.* probatque Suarez *d. 95. ſect. 1. & 2.* Nec opus eſt apparere ibi Chriſtum, nam etiã Deum, qui eſt inuiſibilis, adoramus. Ita nos Patres docuerunt, & imprimis Auguſtinus multis in locis à Bellarmino citatus *lib. de Eucha. cap. 26.* cuius inſignis habetur authoritas *C. Nos autem diſt. 2. de conſecrat.* deſumpta ex perſpicuo loco Auguſtini, vbi manifeſtè tradit veritatem Corporis Chriſti in Euchariſtia, vt optimè aduertit Gualterus in ſua Chronologia.

Trident.
D. Thom
Suarez
Auguſt
Bellarm
Gualter.

Roges, vtrum obiectum adorationis ſit ſolum Corpus Chriſti, an coniunctum ex ſpeciebus, & Corpore? Reſpondendum, vtrumque coniunctum eſſe adorandum, cum ex vtroque Sacramentum conſtet; quemadmodum enim imago, ſimul cum prototypo adoratur, & thronus, & purpura Imperatoris cum perſona ipſius, vti ſuppponimus ex materia de Adoratione: ita etiam hìc ſpecies ſimul cum Chriſto in vno Sacramento adorantur, quemadmodũ eruditè oſtendit in tomo Incarnationis Vaſq. *tr. de Adoratione diſp. 107. cap. 12.* & Bellarminus *lib. 4. cap. 29.* & Suar. *d. 65.* Forma autem adorationis debet eſſe Latriæ, quę Deo defertur, eaque eſt de præcepto diuino; in quo non eſt opus immorari, cum per ſe pateat, & latè doceant Authores citati & Turrian. *lib. 1. Euchar. c. 21.* & Cano *de locis lib. 12. cap. 11.* & Clictoueus *1. de Euchar. cap. 19.* & Lindan *4. Panopl. c. 44.* & Henriquez *lib. 8. cap. 32.* Atque hic nos aptè Euchariſtiam religioſiſſimè adorantes hunc de illa Tractatum abſoluamus.

Vaſq.
Bellarm
Suar
Turrian
Clictou
Lindan
Henriq

AP-

APPENDIX
DE SACRIFICIO MISSAE.
CAPVT PRIMVM.
An Miſſa verum ſit, & proprium Legis nouæ Sacrificium?

D. Thom Bellarm Suar: Henriq. Vaſq

EX Sacrificij definitione, an ſit Miſſa Sacrificium, conſtabit. Igitur Sacrificium eſt, *Oblatio externa rei ſenſibilis in cultum ſolius Dei à Miniſtro legitimo ritu ſolenni conſecrata, & immutata*. Ita ex doctrina Diui Thomæ 2.2.*q*.81. *&* 85. *&* 86. & Bellarmini *lib.1.de Miſſa cap.*2. Suarij *de Euchar.d.*77.*ſect.*1. Henriquez *lib.*9.*cap.*9. & Vaſquez *d.*220. breuius definio. Omnes particulæ perſpicuæ ſunt. Vna explicanda. Cur debet eſſe res immutata? Et ratio eſt, quia cum res oblata profana ſit, oportet, vt dum conſecratur, & offertur, fiat ſacra, & propria Dei, atque adeo immutetur. Eſt autem actus virtutis Religionis in externam actionem prodeuntis. Quæri poteſt: vtrum ſit ſignum, quemadmodum, & Sacramentum? Affirmat Suarez, & latè probat

Suarez D.Aug D: Thom

ſect.2. authore D.Auguſtino 5. *de Ciu. Dei c.*5, & D.Thoma 2.2.*q*.85.*a*.1.*et* 2. Cùm autem ſignum duos habeat reſpectus, vnum ad conceptum ſignificantis, alterum ad rem ſignificatam, ſacrificium ſignum eſt, non per reſpectum ad rem, ſed per reſpectum ad perſonam ſignificantem; nec enim opus eſt vt ſacrificium ſit inſtitutum ad aliquid ſignificandum, ſed tantùm ad cultum Deo exhibendum. Nam mors Chriſti in Cruce ſacrificium fuit, & rem nullam vlteriorem ſignificabat. At verò ſemper eſt neceſſe, vt ſacrificium reſpectu perſonæ ſignũ ſit, quia internus animi actus Religionis erga Deum externa illa actione ſignificatur. Quo ſenſu dixit Auguſtinus *l.*5. *de Ciu. c.*5. ſacrificium viſibile inuiſibilis ſacrificij ſignum eſſe, & idem tradidit Diuus Thomas locis citatis, & 1. 2. *qu.*102. *a.*3. Sacramentum autem eſt ſignum rei, quia continet rem occultam, & myſticam, & ad illam ſignificandam ordinatur. Loquimur autem de ſigno ex inſtituto; quia ſacrificia inſtituta ſunt ex Dei & hominum arbitrio ad obſequium, & cultum Deo deferendum.

D,Aug.

D.Thom:

Sacrificia in omni lege fuiſſe conſtat, tum Naturæ, tum Moyſis, tum Gratiæ. Omnia autem legis Moyſis à Deo ſunt inſtituta; & omnia ſigna, & figuræ Chriſti fuerunt, teſte Diuo Thoma 1.2.*q*.101.*a*.4. *& q*.102. *a*.3. *in Corpore*. Duplex verò eſt genus ſacrificij, cruentum, & incruentum. Incruentum inanime; vel immolatio, quæ ex rebus ſolidis fiebat, verbi gratia panis, ſal, thus; vel libamentum, quod ex liquidis, verbi gratia vino, aqua, pulte. Cruentum animatum, quod fiebat ex animalibus: erat autem

D. Thom

tri-

Digitized by Google

triplex, Holocauſtum, in quo tota victima conſumebatur in Dei honorem. Hoſtiam pro peccato, quæ partim Deo, partim Sacerdoti cedebat, eratque ſacrificium expiatorium. Hoſtia pacifica, quæ in gratiarum actionem, vel impetrationem offerebatur, & partim ad Deum, partim ad Sacerdotem, partim ad offerentem pertinebat. Ita D. Thomas *quæſt.*102.*art.*3.

D: Thom

Nunc ad Miſſam, cuius nomen horrent, & carpunt Hæretici: Catholici amant, & venerantur. Græcum nonnulli cum Alberico in ſuo Dictionario; plures cum Baronio *to.*1. *Annal.*34.*cap.*54. plurimi, & melius cum Iſidoro *lib.*6. *Ethymolog. cap.*19. Latinum faciunt. Sequitur D. Thomas 3.*p.q.*83.*c.*4. & Hugo de S. Victore *l.*2. *de Sacrament: p.*8. *c.*14. Innocent *de ſacrificio Miſſæ lib.*5.*cap.*22. & Bellarmin. *to.*2. *l.*1. *de Miſſ. cap.*1. & Lugo *d.*19.*ſ.*1.*nu.*1. Dicitur enim Miſſa à mittendo; in ea enim eſt Chriſtus miſſus nobis à Patre, & ad Patrem miſſus à nobis. Vnde Miſſa confecta dicitur, *Miſſa eſt*. Priſcum eſt vocabulum, Latinum prorſus, & Romanum, quod apud Latinos, & Romanos illa Eccleſia futura erat, vnde Fides Chriſti in omnes erat Gentes propaganda. Eo vtitur Ambroſius lib. Epiſtol. epiſt.33. & alii apud Bellarminum lib.1. de Miſſa cap.1. & Henriquez citatum. Qua de re accuratè Ioannes Durandus lib.2. de Ritibus Eccleſiæ cap.1.

Alberic
Baron
Iſidor
D: Thom
Hugo a s. Victore
Innoc.
Bellarm
Lugo
Ambroſ
Bellarm
Henriq.

Miſſa igitur verum, & vnicum legis Gratiæ ſacrificium eſt, idque Tridentinum definit ſeſſ.22. cap.1. Quod ſit verum ſacrificium probatur. Nam ei conuenit definitio. Hic enim Chriſtus ſub ſpeciebus offertur Deo à Sacerdote, & offerendo immutatur, tum intrinſecè ob deſitionem panis, tum intrinſecè ob ſeparationem myſticam ex vi verborum Corporis à Sanguine in duplici illa ſpecie, expreſſa effuſione per illa verba, *Qui pro vobis effundetur*. Vnde tota ei ratio ſacrificij competit. Illud autem aliunde probatur; primo ex figura ſacrificij incruenti Melchiſedechi, cuius ordinis ſacerdos; eſt Chriſtus, iuxta Dauidem pſalm.109. & Paulum ab Hebræos 7. Secundò ex ipſamet conſecratione in Euangelio, nam Chriſtus poſt eſum agni inſtituit Sacramentum in eius locum, & fecit mentionem Sanguinis noui Teſtamenti ad ſignificandum nouum ſacrificium Sanguinis ſui in noua lege parrandum. Tandem illud verbum *facite* eſt proprium ſacrificij apud Latinos, quo refutantur Hæretici negantes vllum eſſe verbum ſignificans actionem ſacrificandi. Hæc autem omnia diligentiſſimè tractant Bellarminus *lib.*1.*de Miſſa*: & Suarez *d.*74. Accedit Eccleſiæ traditio; & doctrina Patrum; de qua ijdem, & Valentia *d.* 6. & Lugo *d.* 19. Henriquez *lib.*9. latiſſimè. Hinc etiam patet authorem ſacrificij Miſſæ fuiſſe Chriſtū, idque fide tenendum ex doctrina Concilij Tolet. 1.can.5. & Lateranenſi 3. & Brachar.3. & Laodiceno can.19. & Epheſin. epiſt.ad Neſtor. & Conſtanti. *in Bull. Mart.*5.*poſt vlt. ſeſſ.* & Tridentino *ſeſſ.*22.*can.*1. Addo Patres Iren. *lib.*4.*cont.hæreſ.c.* 32. & 34. Ambroſ. *in* 1.*præpar.ad Miſſam*. Auguſt.*conc.*2. *in Pſalm.*33. Leo Papa *ſerm.*7. *de Paſſione*. Alexand.I. *epiſt.*1.*cap.*4.

Trident
Dauid
D: Paul
Bellarm
Suar
Henriq
Tolet
Lateran
Epheſin
Conſtant
Conc: Trid
Irenæus
Ambroſ
Auguſt
Leo
Alex. I

Libet hic morari paulum, & animaduertere tres magnos Authores Ieſuitas, Maldonatum, Bellarminum, & Suarez, atque hunc imprimis, ad confirmandam veritatem ſacrificij Miſſæ, vti eo argumento, quod apud Lucam, & Paulum; imo vti vult Maldonatus, apud omnes Euangeliſtas vſurpentur verba ſignificantia actionem Sacrificij tempore præſenti, *quod pro vobis datur. Luc.*22.*frangitur, funditur, effunditur*, Apud Paulum 1. Corinth. 11. & Matth.26. & Marci 14. ſic enim expreſsè Bellarminus *lib.* 1. *de Miſſa cap.*12. & Suarez *d.*74. *ſect.*2. & Maldonatus *in cap* 26.*nu.*26. quod certè vulgatam lectionem conſulentibus falſum videbitur: nam excepto illo primo *Lucæ* loco *Pro vobis datur*, in quo verbum *datur* eſt in præſenti, nullus alius in præſenti ponitur, ſed omnis in futuro; tum apud Euangeliſtas, tum apud Paulum

D. Paul
D: Matth
Bellarm.
Suar.
Maldon

ſem-

ſe mper enim eſt in futuro, *fundetur, effundetur*. Sanè id me non mediocriter turbauit; ac ne quem deinceps turbet, animaduerto, Viros doctiſſimos Græcum textum fuiſſe ſecutos in quo ſunt illa participia, quæ redduntur aptè per tempus præſens. Sed non debuerunt meo iudicio, nulla facta monitione, ita legere, cum vulgata lectio Latina fiat in futuro. *Fundetur, effundetur*. quę cum ſancta ſit, & rata apud Latinos, publicam fidem facit; nec præter illam vlla alia, niſi animaduerſione facta, induci, & celebrari debet.

Vnicum autem eſſe Sacrificium Legis nouæ eadem Fides docet. Etenim Tridentinum ſeſſ. 22. in proœmio dicit, hoc eſſe *vnum, verum, & ſingulare Sacrificium*. quod antea dixerat Toletanum 12. *cap*. 5. quod *verum & ſingulare* vocauit. Quæ Concilia vſa fermè ſunt verbis Auguſtini *lib*. 1. contra Creſconium *cap*. 35. vbi *vnicum*, & lib. de Spiritu, & Litera cap. 11. vbi *vnicum & ſingulare* vocat. Itaque pręter illud non eſt aliud in Eccleſia, nec illa poteſt aliud instituere. Cùm autem vna, & Sponſa ſit, ſicut in ea vnus Deus, vna Fides, vnum Baptiſma, ita & vnum ſacrificium in ea eſſe debuit. Vnde D. Auguſtinus *lib*. 8. *de Ciuit. cap. vlt*. abſolutè dicit *vnum eſſe tantum* Sacrificium Chriſtianorum; & Cyprianus *ſerm. de Cœna Domini*, ait, *Si conſumeretur Euchariſtia nullum nobis relinqueretur ſacrificium*. Id autem probat Suarez *d*. 74. *ſect*. 4. & Lugo *d*. 19 *ſect*. 2.

Trident. Toletan. D. Aug. D. Aug. Cyprian. Suarez Lugo

Quæret quiſpiam. Cur ſint in Eccleſia plura Sacramenta, non autem ſint, nec eſſe poſſint de lege ordinaria plura ſacrificia? Reſpondet Suarez d. 74. ſect. 4. ex eo eſſe, quia Sacramenta ordinantur ad ſanctificationē, quę pluribus modis perficitur, Sacrificium verò ordinatur ad cultum Dei primariò, & conſequenter, & ſecundariò ad bonum offerentium. Deinde, quia Euchariſtia eſt finis omnium Sacrificiorum; quæ certè rationes non me mouent; nam potuit Deus multis modis coli, & dari alia Sacrificia, quæ ordinarentur ad iſtud tanquam ad finem. Quare aliæ rationes ſunt quærendæ. Prima, quia Sacramenta ſunt ſigna gratiæ, & hæc multa ſigna habere poteſt; & multæ formę ſunt gratiæ, quæ poſſunt, & debent ſignificari; at Sacrificium Crucis vnum tantum eſt, quod Miſſa debet ſignificare. Secunda, quia fit ex parte noſtra ad propitiandum Deum; vult autem Deus oſtendere ſe facilè placari. At ſacramenta cum ſint ex parte ſua, multa eſſe voluit Deus, vt liberalitatem ſuam oſtenderet, communicando ſe multis modis. Tertia, quia ſacrificiū in quo ipſemet Chriſtus vti hoſtia immolatur, non relinquit locum alijs ſacrificijs, cum vnum omnia, & includat, & excellat. At verò in Sacramento Euchariſtiæ, quamuis ipſemet Chriſtus ibi ſit, non communicare tamen omnem gratiam, quia hæc requirit operationem ex parte noſtra, quod non apparet in ſacrificio. Non diſtingui autem ſacrificium Miſſæ à ſacrificio Crucis ſecundum ſubſtantiam, & rem ſacrificij, ſed ſolum ſecundum modum, & ſigna rectè docet Vaſquez *d*. 224. & Suarez *d*. 76. *ſect*. 1. & Scort. *lib*. 1. *cap*. 3. & 4. & Tanner. *d*. 5. *q*. 9 *dub*. 2. conſtatque ex doctrina Concilii Tridentini ſeſſ. 22. cap. 2. Figuras huiuſce ſacroſancti ſacrificij diligentiſſimè colligit P. Bartholomæus à s. Fauſto *lib*. 2. *q*. 23. poſt Henriquez *lib*. 9. *cap*. 10.

suar. Vaſquez suar. Scorr. Tanner. Trident. P. à s. Fauſto Henriq.

CAPVT II.

In quo ratio Sacrificij Miſſæ conſiſtat?

DVuo ſunt oblata in Miſſa; vnum eſt coniunctum panis, & vini ante Conſecrationem; alterum coniunctum ex Corpore, & Sanguine poſt illam. Actiones multæ ſunt. Oblatio Hoſtię ante Cōſecrationem, Conſecratio, Oblatio poſt illam. Fractio ante ſumptionem, Conſumptio.

De

De re oblata primum, deinde de actione dicendum.

Prima concluſio. Panis, & vinum ſunt res oblata, & pertinens ad ſacrificium, ſed minus principaliter. Probatur, quia offeruntur à Sacerdote illis verbis, *Suſcipe Sancte Pater hanc Hoſtiam:* & illis, *Offerimus tibi Domine calicem ſalutaris*; ante Conſecrationem, cùm adhuc in propria ſpecie ſunt. Deinde, quia illæ duæ ſubſtantiæ ordinantur, & requirũtur ad tranſubſtantiationem per veram immutationem, & deſitionem ſui, in quo eſt ratio ſacrificij. Ac ita Bellarminus *lib.1. de Miſſa cap.27.* & Suarez *d.65. ſect.6.* & Becanus *de Euchariſt. c.25. q.6.*

Bellarm Suarez Becan.

Secunda concluſio. Præcipuum oblatum in Miſſa eſt Corpus, & Sanguis Chriſti. Patet, quia Chriſtus hic eſt hoſtia incruenta gerens typum ſui in Cruce ſacrificati. Ita Tridentinum *ſeſſ.22. c.1.* vbi dicit Chriſtum obtuliſſe ſuum Corpus, et Sanguinem in Cœna. Et cap 2. ait, eamdem nunc eſſe hoſtiam quæ fuit in Cruce ſola offerendi ratione diuerſam. Idem fatetur Bellarminus *cap.27.* tradi à Patribus, quos accuratè recenſet Suarez *ſect.1.* & Vaſquez *d.122.*

Conc. Tr. Bellarm ſuar. Vaſquez

Tertia concluſio. Panis, & vinum, & Corpus, & Sanguis non ſunt duo oblata per ſe diſtincta, ſed vnum eſt præparatio ad aliud. Probatur, quia panis, & vinum tantum ſunt materia circa quam, & habent ſe inſtar termini à quo, & ſunt via ad Conſecrationem Corporis, & Sanguinis, quod eſt oblatum principale ac formale. Id autem apparet ex illis verbis *Benedic hoc ſacrificium tuo Sancto Nomini præparatum.* Et in orationibus ſecretis aliquando dicitur, *Sacrandum tibi munus offerimus.* Vnde apparet panem & vinum eſſe præparatoria, & diſpoſitiua, vt tenent Bellarminus, & Suarez citati. Quare improbanda eſt ſententia Richardi *art.16. contra Lutherum,* & Caſalij *lib.2. de Sacrificio Miſſa* dicentium eſſe duo oblata propriè, & duo ſacrificia.

Richard. Caſalius

Circa actiones non minor quæſtio eſt. Primum dico: oblationem Hoſtiæ, & Calicis ante Conſecrationem non eſſe verum Sacrificium. Liquet, nam eſt actio ordinata ad ipſam Conſecrationem, & ante tranſubſtantiationem. Dico ſecundò contra Eckium lib.3. de Sacrificio Miſſæ cap.9. & Clicthouæum lib.2. contra Lutherum cap.16. Ledeſma 1. p.4. q.23. & alios, oblationem, qua poſt Conſecrationem offertur Hoſtia, & Sanguis iam conſecratus, nõ eſſe ipſum ſacrificium, cùm ſimplex ſit oblatio rei ſine immutatione ſacrificii, quod per illam oblationem integrum offertur, ac vti eſt conſecratum. Ita Bellarminus *lib.1. de Miſſ. c.12. propoſit.6.* Suarez *d.75. ſect.3.* Dico tertio contra Canum *lib.12. de locis cap.13.* fractionem Hoſtię non eſſe de eſſentia ſacrificii, quia nihil reale immutat in hoſtia, nec ex ratione ſua mutationem facit, & potius ſacra Cæremonia eſt, quàm ſacrificium. Sic Suarez ſect.3. & Lugo ſ. item 3.

EcKius Clicthou. Ledeſma Bellarm Suar Canus Suar. Lugo

Superſunt duæ actiones, Conſecratio, & Conſumptio. Bellarminus *cap.27.* & Henriquez *lib.9. c.9.* cum Soto *d.13. q.2. ar.1.* vtramque requirunt, & ſufficere Conſecrationem negant; hac ratione, quia ſola conſecratio non continet totam rationem Sacrificij, quod omninò requirit Conſumptionem; etenim ſola Conſecratio nil efficit in Chriſto mutationis realis; nec enim realiter ſeparatur Sanguis à Corpore, ſed tantum ſignificatur id per conſecrationes diſtinctas Corporis, & Sanguinis; hoc autem non ſatis eſt ad verum, & reale ſacrificium. At verò conſumptio Sacramenti veram, & realem mutationem facit in Hoſtia Conſecrata, quæ reipſa conſumitur per manducationem, quæ eſt actio realis. Hanc ſententiam multis probat, & ſequitur Lugo d.19. ſ.5. & Scortia libro primo de Sacrificio Miſſę cap.5.

Bellarm Henriq. Sotus

Sit tamen quarta concluſio. Sola Conſecratio continet eſſentialem rationem ſacrificii Miſſæ. Eſt Turriani *lib.8. conſtitutionum in Scholijs ad cap. 5.* & Suarij *diſp.75. ſect.5.* cum multis

Turrianus Suarius

quos

Digitized by Google

Vaſq. Leſſ. Perez Lugo D. Thom.

quos citant. Eſt item Vaſquii, qui acerrimè illam defendit *d.222.* & *Leſſ.* de *iuſt. & iure l.2.c.38. dub.2. & lib. 12. de perfect. diuin. c.13.* & Perez *de Euchar. c.11.* & omniū ſetè Recentiorū teſte Lugo *n.41.* qui contra ſentit. Nititur authoritate Diui Thomæ *qu. 79.a.5. & q.82.a.4. ad 2. & q.83.a.4.* Probatur rotundè, quia in Conſecratione eſt oblatio cum mutatione reali, & myſtica repræſentatiua ſacrificij Crucis. Ergo in ea ſola conſiſtit ratio ſacrificii. Patet antecedens, nam ibi datur mutatio realis panis, & vini, & myſtica ſeparatio Corporis, & Sanguinis Chriſti ex vi verborum. Nam niſi foret concomitantia, certè illa forma virtute ſua vnum ab altero ſepararet, quæ tanquam gladius vocalis (vti Vaſquez, narrante mihi compluti eius Achate, & diſcipulo Alarcone, dicere ſolitus erat) vnionem corporis, & animæ præcidit; quo cum hac in re conſentit Henriquez *l.9.c.7.* Quare in ea ſola actione conſecrandi tota ſacrificii ratio conſiſtit, vnde eſt, quòd Sacerdos ſtatim eleuata Hoſtia, & Calice ſacrificium Crucis populo repręſentat. Ita Suarez ex multis Concilijs, & Patribus, & Scholaſticis quos adducit, quem ſolum pro hanc ſententia citat P. à S. Fauſto, qui ab eo ſine cauſa diſſentit qu. 29.

Alarcon

Henriq

Suarez

P. à S. Fauſto

S. Thom.

Argumentis pro Conſumptione oportet reſpondere: & quidem Diuus Thomas aptiſſimè dixit *q.79. artic.5.* Euchariſtiam habere rationem Sacrificii in quantum offertur, & rationem Sacramenti in quantum ſumitur. Itaque conſumptio non eſt de ratione ſacrificii; nec enim illa mutat realiter ipſum Chriſti Corpus, ſed tantum ſpecies mutat, dum manducat, & traijcit. Deinde ſi expectanda eſt deſitio Corporis Chriſti conſumptis ſpeciebus non fiet regulariter ſacrificium, niſi in gutture, & ſtomacho Sacerdotis. Quod ſanè ineptum eſt dicere. Itaque ratio Bellarmini, & Henriquez in eos retorquetur.

Ad obiectionem contra noſtram ſentētiam ſumptam ex reali conſumptione, & mutatione, quæ videtur eſſe valida, minus meo iudicio plenè reſpondet Suarez, aiens in hoc ſacrificio non tam attendi debere deſtructionem rei oblatæ, quam poſitionem illius. *Hoc enim ſacrificium*, inquit, *per ſe primò, potius eſt propter efficiendum, quàm propter deſtruendum.*

Suarez

Quod certè mihi non placet. Nam ratio ſacrificij generica, & eſſentialis in mutatione conſiſtit. Deinde Miſſa propriè debet eſſe mutatio, & deſtructio cum ſit figura mortis Chriſti in Cruce. Itaque aliter ſoluo; & reſpondeo: in Miſſa fieri mutationem realem; & myſticam, & ex vtraque Sacramentum conſtitui: etenim panis, & vinum realiter deſtruuntur, & Corpus à Sanguine myſticè ſeparatur. Quod ſi vrgeant; præcipuam rationem Sacrificij verſari debere circa Corpus, & Sanguinem, in quibus fiat mutatio, & deſtructio realis, non verò myſtica, & ſignificatiua: reſpondeo illud Corpus, quod ſacrificatur pro illo ſtatu, in quo eſt, non eſſe capax alterius mutationis, & cuius eſt capax eam habere, ac proinde eſſe propriè ſacrificium. Itaque mutatio ſequitur naturam, & modum rei oblatæ, quæ cum aliter mutari nequeat, ſubit illam mutationem, quam poteſt, nec opus eſt alia ad ſacrificium incruentum. Et ita opinor, rectè ſoluitur argumentum.

Tandem aduerto cum communi Doctorum ſententia, neceſſariam prorſus eſſe ad rationem Sacrificij vtramque ſpeciem. Nam in vna non exprimitur ratio ſeparationis, quæ ad mutationem eſſentialiter in hoc Sacrificio requiritur. Ita Vaſquez *diſ. 222.* Sotus *d.9. q.1. a.1.* Scort. *cap. 3.* Reginald. *lib. 29. num.45.* Franciſcus Suarez *d.75. ſect.6.* & Bellarmin. *lib.1. de Miſſa cap.12. & lib.4. de Euchar. cap. 22.* & Lugo *d.19. ſect.8.* authore Diuo Thoma *q.80. art.12. ad 3.* vbi dicit, quod repręſentatio Dominicæ Paſſionis agitur in ipſa Conſecratione huius Sacramenti, in qua non debet Corpus ſine Sanguine conſecrari. Simile quiddam habet *q.83.a.1.* Quod autem ſcribit ſcribit Volaterranus Innocentium VIII. diſpenſaſſe cum

Vaſquez Sotus Scortia Reginald Suar Bellarm D. Thom

Volaterr.

Noruegis, vt in vna tantum ſpecie, ideſt Pane ſacrificaſſent fabulam eſſe probat Lugo.d.19.ſ.8.n.119.

Lugo

Addo quæſtiunculam,vtra ſit prior, & excellentior: ratio ſacrificii, an Sacramenti? Et quidē dico priorem eſſe tempore rationem Sacramenti, cum in vna tantum ſpecie poſſit conſiſtere, atque adeo ſola hoſtia conſecrata rationem habet Sacramenti. Deinde dico Sacrificium maius eſſe, & excellentius dignitate,cum ſit ad cultum Dei ordinatum, Sacramentum autem ad vtilitatem Fidelium. Præterea quamuis in executione prius ſit Sacramentum,quod eſt in vna ſpecie, in intentione tamen prius eſt ſacrificium, quia Sacerdos conſecrās primariò intendit facere Sacrificium; & ratio ſacramenti, quamquam ſit perfecta in genere Sacramenti, ſemper tamen reſpicit alteram ſpeciem in genere ſacrificij: vnde ſumitur alia excellentia, quia Sacramentum vna tantum ſpecie, at ſacrificium vtràque conficitur; itaque plura includit, eſtque perfectius. Ita Henriquez *lib.9 cap.7.* & Suarez *d.85.ſect.vlt.*

Henriq. Suarez

Tertiò dico, hoc ſacrificium ex ſua propria ratione ſacramentum eſſe, quatenus eſt ſignum repræſentatiuum ſacrificii crucuti Crucis, vti ſæpe diximus,& proximè ex D.Thoma *q.80. a.12.ad 3.* notauimus,& obſeruat Bellarmin. *lib.4.de Euchar.cap.13.*& alibi, & Henriquez *lib.9.cap.7.*

D.Thom. Bellarm. Henriq.

CAPVT III.

A quibus, & pro quibus hoc Sacrificium offeratur?

TRes eſſe poſſunt perſonæ offerentes, Chriſtus, Sacerdos, Auditor Miſſæ. Statuo primò, Chriſtus non ſolum quando in Cœna inſtituit Miſſam, ſed etiam poſtea, & hodie, & vſque ad finem mundi, vti Sacerdos, offert Patri ſeipſum in ſacrificium, vbicumque,& quotieſcumque ſacrificatur. Ita D. Auguſtinus *lib.10.de Ciuit. cap.20.* & D. Thomas *q.83.ad 3.& q.79. ad 7.& in 4. diſt. 13.q.1.art.1.*& Bellarm. *lib.1.de Miſſa cap.4.* & Suarez *d.77.ſect.1.*& Henriquez *lib.9.c.17.*& Caniſius *tit.de Euchar.cap.13.* conſentit Lugo *d.19.ſect 57.* Ratio eſt,quia Chriſtus eſt Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ideoque munus hoc exercere debet per Miniſtros ſuos; ſic tamen vt ſit principalis offerens,& tanto ſacrificio par Sacerdos, cum in ſacrificio præcipuè attendatur dignitas perſonę ſacrificantis; non eſſet autem æternus Sacerdos, niſi ſacrificium continuaret. Itaque in quolibet loco,& tempore miſſa celebretur, aſſiſtit Chriſtus Dominus vti Sacerdos, & vti ſacrificium, & per ſingulorum Sacerdotum manus, & offertur, & offert. Vide Pighium *l.2.Eccleſiaſ. Hierarch cap.3.*

D.Auguſt. D. Thom. Bellarm. Suarez Henriq. Caniſius Lugo

Pighius

Secundò ſtatuo. Solus, & omnis Sacerdos legitimè ordinatus, Miniſter eſſe poteſt huiuſce ſacrificij. Quare Sacerdos prauus, excommunicatus, hæreticus, modò legitimè ſit ordinatus, verè, & validè ſacrificabit, nec ea poteſtate, quod ſit ordinis, priuari poteſt, etſi ab exercitio poſſit remoueri: quo ſenſu dixit Tridentinum ſeſſ.23.can.4. eum, qui Sacerdos ſemel fuit, Laicum rurſus fieri non poſſe. Id autem, quod ſolet obijci ex Patribus, extra Eccleſiam ſacrificium non fieri, intelligendum eſt, vt nullum aliud ſacrificium præter Miſſam extra Eccleſiam Catholicam inueniatur,& vbicumque ſit,& à quocumque fiat, ſemper Catholicæ Eccleſiæ eſſe. Imò ex illa ſententia colligitur Sacerdotem extra Eccleſiam eſſe poſſe, ſacrificium non poſſe.

Conc. Tr.

Statuò tertiò. Auditores Miſſæ, et alij Fideles ſolo animo, & extrinſecè offerre poſſunt illud ſacrificium: ſed præcipuè Sancta Mater Eccleſia offerens erit, ac ratione illius omnes Fideles, vti in vno Corpore Myſtico cōtinentur. Ita Suarez *d.77.ſect.3.* et Henriquez *c.17.*

Suarez Henriq.

Quoad ſecundam partem Capitis, cum

Bellarm. Henriq. Layman

cũ Miſſa ſit ſacrificium propitiatoriũ, & impetratorium, quod probat ex Patribus Bellarminus *lib.2.de Miſſa cap.2.& 3.* et Henriquez *lib.9.a c.17.* et Layman *tract.5.cap.1.* conſtat pro aliquo offerri poſſe, ac debere. Primò, pro ipſo Sacerdote, deinde pro alijs, iuxta illud Pauli ad Hebr. *Prius pro ſuis delictis, deinde pro populi*. Ita D. Thomas *q.79 a.5.& 7.* vbi ait Euchariſtiam, vti Sacramentum, ſolum ſumenti; vti ſacrificium, etiam alijs prodeſſe, vnde Eccleſia ait. *Pro quibus Tibi offerimus*, vel *Qui Tibi offerunt*. Quare Sacerdos, & pro ſe, & pro alijs, alij pro alijs, et pro ſe offerre poſſunt. Ita Caiet. *opuſc. de Celebrat. Miſſar.* et Henriquez *lib.9. ac 17.* et Layman *tract.5.c.1.*

D. Paul. D. Thom. Caietan. Henriqu. Layman

Perſonæ, pro quibus offerri poteſt Miſſa, vel ſunt viui, vel defuncti. De viuis primum agendum, ſitque prima concluſio. Pro omnibus Fidelibus, tum adultis, tum infantibus baptizatis; etiam energumenis, et amentibus, licet ſacrificium Miſſæ offerre. Pro omnibus quippe poteſt aliquid impetrari à Deo, iuxta proportionem, et ſtatum cuiuſque, ſiue de præſenti, ſiue de futuro. Quaratione etiam pro Cathecumenis offerri poteſt, vt ijs Baptiſmi beneficium contingat. Hęc doctrina facilis eſt, de qua videndus Suarius *d.73.ſect.2.& 10.* et Tanner. *lib.5.q.9.dub.4.* et P. à S. Fauſto *lib.2.q.56.* et Layman *tract.5.cap.2.* et Lugo *d.19.ſect.10.* Dixi, vt baptiſmus ijs contingat, nam hac ratione illud ſacrificium eſt impetratiuum, et omninò licet.

Suarius. Tannerus. P. à S. Fauſto. Layman. Lugo

Secunda concluſio. Pro Fidelibus excommunicatis maiori excommunicatione; ſiue Fidelibus, ſiue Apoſtatis non licet publicè; priuatim verò licet offerre. Primum prohibetur cap. *A Nobis*, et cap. *Sacris* de ſententia excommunicationis, et in Bulla Martini V. *ad euitanda*, et tradit D. Thomas *in 4.diſt.18.q.2.art.1.* et Couarruuias cap. *Alma Mater p.1.§.6.* et Tolet. *lib.1.cap.12. num. 2.* et Henriquez *lib.9.ſect.26.* et Nauarrus *cap.27 num.18.& 36.* Secundum negat Ledeſma *2.p.q.22.art.1.* et dubitauit Sotus *in 4.d.22.q.1.a.1.* ſed affirmat Suarez *d.78.ſect.2.* quia priuata oratio nõ ſolet vetari ab Eccleſia, ſed ea quæ eſt publica, et nomine Eccleſiæ fit. Hæc doctrina Bellarmini item eſt *lib. 2.cap.6.* et Henriq. *lib.13.cap.32.num.3.* et Hugolin. *de cenſur tab.2. cap.9. §.3.* Pro toleratis publicè dici Miſſa poteſt. Iuxta Sayr. *lib.2.cap.4.num.6.* et Sanchez *lib.7.de Matrim.d.9. num. 8.* Victor. *in ſumm. de excomm. n.339.* Medin. *C.de reſtit.q.3.cauſa 9.* et Coninch *d.14. dub.6. num.40.* et Tolet. *lib.1.cap.12.num.2.* et Lugo *d.19.ſect.10.* cum alijs præter citatos.

D. Thom. Couarruu. Toletus. Henriq. Nauarr. Suar. Bellarm. Henriq. Hugolin. Sayr. Sanch. Victoria. Medin. Coninch. Tolet. Lugo

Tertia concluſio. Pro Infidelibus, vt ad fidem conuertantur, et publicè, et priuatim poteſt Miſſæ ſacrificium per impetrationem offerri. Imò et hac ratione etiam pro reducendis Hæreticis, qui non ſunt nominatim excommunicati v. g. pro Anglis, Belgis, Germanis; nam et in Miſſali Romano habetur Miſſa pro extirpando Schiſmate, et nemo non orare ſolet Deum, vt illas Prouincias Fidei Catholicæ reſtituat, cuius rei præbet exemplum Eccleſia die Veneris maioris hebdomadæ. Sic docet Bellarminus *lib. 2. de Miſſ.cap.6.* Nauarrus *de orig. c.19. num.72.* Ledeſm. *4.p.q.23.art.1.* quos aduerſus Azor, & Vaſquez citat, & ſequitur Bartholom. à S. Fauſto *lib. 2. q.87.* Coninch. *q. 83. cap. 1.* Sà *verb. Miſſa num.40.* & Lugo *diſ.19.ſect. 10.* & quamquam D. Auguſt. *lib.1.de origine Animæ cap.8.* dicat, *Quis offerat Sacrificium Corporis Christi, niſi pro bis qui ſunt membra Christi?* non prohibet offerri de futuro impetratoriè, ſed de præſenti tempore propitiatoriè, petendo augmentum gratiæ, & charitatis, cuius pro tunc non ſunt capaces, qui ſunt extra Eccleſiam. Itaque Auguſtinus loquitur de ijs, qui ſunt in communione Eccleſiæ, quemadmodum interpretatur D. Thomas *q.79.a.7.ad 2.* & ſubdit ideò in Canone Miſſæ, non oratur pro his qui ſunt extra Eccleſiam; & regulariter ita fit in Eccleſia, vt ſolius Corporis Chriſti Myſtici ratio, id eſt Fidelium, hа-

Bellarm. Nauarr. Coninch. D. Aug. Ledeſma. P. à S. Fauſto. Coninch. Sà. Lugo. D. Thom.

beatur, & hoc ſenſu loquitur Auguſtinus; quamquam etiam de defunctis loqui videatur, qui ſi damnati ſint, excluduntur à ſacrificio, quod Bellarm. notat Bellarmin. *lib.2.de Miſſa cap.6.* & hic eſt, me authore, ſenſus Sancti Auguſtini, qui reſpiciebat vnionem per Fidem formatam cum Chriſto, quæ tantum eſt propria Catholicorum. D. Thom. Aliter exponit D. Thomas *in 4. diſt. 12. q.2. a. 2. quæſtiunc. 2. ad 4.* de ijs qui ſunt in Corpore Chriſti actu, vel potentia, quo ſenſu pro omnibus accipi poteſt; non eſt tamen germanus hic ſenſus; non enim ſolet D. Auguſtinus tam latè, & fluxè loqui. Itaque prima interpretatio D. Thomæ amplectenda.

Pro defunctis dico breuiter. Pro animabus Purgatorij, licet & ſolet Bellarm. Suarez Miſſa offerri. Probat latè Bellarminus l.2.c.7. & Suarez diſp.78. ſect.3. ex Concilijs, & Patribus, & more Eccleſię confirmatur, de quo nos latius in materia de Indulgentiis, & Purgatorio. Pro damnatis non deſunt, qui dicant, poſſe aliquando offerri; ſed interim ſtatuo nullo modo offerri poſſe, & hæc eſt communis Authorum ſententia. Bellarmin. Bellarm. Baron. *lib.2.de Purgat. cap. 8. & 18.* Baronij *tom.2. Annal & in obſeruat. ad Martyrol. Roman. die 23. Ianuarij.* Canus Henriq. Nauarr. Canis *lib. 11. de locis cap.2.* Henriquez *lib.9.de Miſſa cap. 16.* Nauarr. *de Orat. notab.22.n.43.* Hiſtoriam verò de ſalua Traiani anima, fabulam puto cum Card. Baronio, & Cano, & Cardin. Bellarmino, etſi Henriquez, & Nauarrus, tanti Viri, veram credant.

Pro Sanctis, & Beatis; maior quæſtio eſt. Primò negandum Miſſam Sanctis offerri: nam hoc eſt propriũ Dei, cui ſoli cultus ille debetur ex D. Aug. Auguſtini doctrina *lib.8 de Ciuit. cap. 27. & lib 7.* contra Fauſtum cap. 21. Deinde affirmandum eorum in Miſſa rationem haberi poſſe, vt pro nobis intercedant, & orent, ſecundum Au- D. Aug. guſtinum *ſerm.17. de Verbis Domini, & tract.84. in Ioannem.* Vtrum autem pro ijs miſſa offerri poſſit, dubitatur. Imprimis propitiatoriũ Sacrificiũ pro ijs fieri nequit, quia nec culpa remittẽda ijs, nec pęna. Deinde impetratoriũ pro gloria accidentali fieri poteſt, nõ tamẽ quæ ab intrinſeco ſit, ſed ab extrinſeco adueniat. Tertiò offerri poteſt Deo ſacrificium gratulatoriũ pro Beatis ob gloriam, & honorem ijs collatam, vel in gratiarum actionem de beneficiis eorum interuentu acceptis, inuocarique poſſunt ad offerẽdum ſacrificium noſtrum Deo. Qui modi omnes liciti ſunt, & alii quos pietas excogitet, dummodò nunquã Bellarm. Henriq. Layman Suarez ijs, ſed Deo directè ſacrificium offeratur. Hæc ex Bellarmino *lib.2. cap.7* Henriquez *lib. 9. cap.14.* & Layman *tract.5. cap.2.* Suario *d.78. ſect.3.* qui traditione Eccleſiæ, Conciliorum, & Patrum doctrina confirmant.

CAPVT IV.

De valore, & effectu huius Sacrificij.

CONſiderari poſſunt in Miſſa res oblata, qui eſt ipſemet Chriſtus, & perſona offerens, quæ eſt in multiplici differentia, vel Sacerdos, vel Chriſtus, vel Eccleſia; & ipſa actio ſacrificandi, prout ab vno ex his ſigillatim, vel ab omnibus ſimul procedit. Ac primum de re oblatâ, certum eſt habere valorem ex ſe infinitum, cum ſit ipſemet Chriſtus oblatus. Secundò, ex parte Chriſti offerentis dari dignitatem infinitam; ex parte Sacerdotis, & Eccleſiæ finitam. Tertiò Sacrificium, vt eſt oblatum à Chriſto eſſe valoris infiniti. Dubium eſt, vtrum factum ab Eccleſia, & Sacerdote finitum ſit? Obſeruo primum, aliud eſſe mereri infinitè, aliud offerre aliquid infinitum. Nam cum mereri ſit erga Deum, poteſt Deus limitare meritum, & acceptare illud quomodo, & quatenus velit pro ſua libera voluntate; quemadmodum videmus in Sacrificio Crucis, quod cum eſſet infiniti valoris, non tamen omnibus meruit efficaciter gratiam, & ſalutem. Vnde dicitur fuiſſe meritum

ad

ad ſufficientiam infinitum, & quoad efficaciam finitum. De quo accurarè Suarez diſp.79.ſect.11. conelilians diuerſas hac de re Caietani, & Soti ſententias. [Suar.]

Hoc animaduerſo: reſolutio quæſtionis pendet ex eo, vtrum ad rationem merendi requiratur promiſſio, & acceptatio? de quo Theologi multa in materia de merito. [Theologi] Breuiter dico, merita noſtra apud Deum ex ſe habere proportionem cum prœmio, ſed Deum non teneri vllo modo ad illa acceptanda niſi ex pacto aut implicito, aut explicito: atque adeò acceptionem ex eius libera voluntate pendere. Ita D. Thomas 1. 2. *q.*14. *a.*1. Scotus, & Nominales cum Suario *de Reuiuiſcentia meritorum diſp.*1. *ſect.*3. & AEgidius de Coninch *tract. de Merito diſp.*8. *d.*4. [D. Thom, Sotus, Nominal, suars, Coninch] Omnes ex magno Authore Auguſtino *ſerm.*16. *de Verbis Domini*. [D. Aug] Cuius rei capitalis ratio eſt, quia Deus eſt abſolutè Dominus operum noſtrorum; & hęc omnia nituntur gratia. Vnde in illam ratio meriti reſoluitur, atque adeò in miſericordiam *Dei*, vnde inceperunt per gratiam omninò indebitã; quamquam, & tunc, & poſtea cum libertate, quæ ad rationem meriti item requiritur. Hinc eſt, vt non teneatur merita noſtra ex titulo aliquo iuſtitiæ acceptare, ſed ex fidelitate; & quomodo diſpoſuit, & ordinauit; vti obſeruat Vaſquez *de Merito diſput.*214. & Aegidius citatus *dub.*4. [Vaſquez, Coninch] quos hac in re ſequor aduersùs Suarium, qui putat intercedere veram iuſtitiam inter homines, & Deum. Ira medius ſum interSuarez, & Vaſquez; cum illo requiro acceptationem; cum iſto excludo iuſtitiam.

Miſſa igitur, etſi habeat rem oblatam infinitam, & infinitum etiam offerentem, qui in perſona Sacerdotis offert, non tamen haber meritum infinitum; etiam quando à Chriſto Domino offertur, intelligendo, quoad efficaciam; nam nec Chriſtus meruit infinitè quoad efficaciam crucifixus, ſed quantum Pater voluit. Vnde à fortiori, quando à Sacerdote, & Eccleſia offertur, non habet meritum infinitum. Quotuplex autem ſit ratio merendi, ſcire oporrer. Primum Sacerdos per Miſſam ſibi, & mereri, & pro ſe ſatisfacere poteſt: deinde pro alijs ſatisfacere, & impetrare poteſt. Secundò, Chriſtus in hoc ſacrificio impetrare tantum poteſt; non mereri, & ſatisfacere, quia eſt in ſtatu extra meritum glorioſo, qui ſolius impetrationis capax eſt.

Animaduerto autem dari in Miſſa etiam meritum per Chriſtum, non tamen rationẽ meriti actualis, cuius non eſt capax, ſed virtutem meriti præteriti; puto enim Chriſtum obtuliſſe in Cœna, & in Cruce Patri omnia ſacrificia Miſſæ furura, ac proinde ijs omnibus meruiſſe, quod ex vulnere lanceæ mortuo in latus immerſæ comprobatur aptiſſimè, nam illud Chriſtus viuens obtulit Patri, atque adeo meritum occupauit. Itaque hoc modo ſentio illum perSacerdotes mereri, non quod actu mereatur, ſed quod præteritum meritum applicetur: quẽ modum etſi apud neminem authorem inuenerim, idoneum & tutum exiſtimo. Semper tamen erit valor determinatus per voluntatem Diuinam. Hoc attinet ad valorem. De quo præclarè Henriquez *lib* 9. *c.*19. [Henriq:] Quod ſi mea illa cogitatio vera eſt, inde colligitur ratio probabilis dicendi Miſſæ valorem eſſe infinitum, nempe ex oblatione facta antecedenter à Chriſto, & hoc addiderim Caietano, Syluestro, Cano, Vaſquio, Cordubæ, Petro Nauarro, & alijs quos citat P. Bartholomæus à S. Fauſto pro ſententia affirmante Miſſæ valorem eſſe infinitum intenſiuè apud eumdem *l.*2. *q.*55. [Caietan, Syluestr, Corduba, Vaſquez, P a s Fauſto] Lectorem monitum volo his dictatis incidiſſe me in Lugo Cardinalem; qui *d.*19. *ſ.*12. meam illam opinionem fermè occupauit, & tanti viri authoritate nixus fidentiùs illam inculco.

Nunc ad effectum; primò conſtat Miſſam aliquid efficere ex opere operato etiam in ratione Sacrificij. Eſt D. Thomæ *q.*79. *a.*5. *&* 82. *a.*1. *& in* 4. *diſt.*12. *q.*2. *a.*1. & præcipuè *diſt.* [D.Thom]

45.

ſuar. 45. *q.2. a.1. quæſtiuncula 3. & art.3.* & multorum: quos citat Suarez *d.79. ſect.1.* adducto Conc. Trident. & traditione Eccleſiæ, quæ etiam in Miſſis à Sacerdote peccatore oblatis agno. ſcit fructū ex opere operato; qui autē ſint eiuſmodi effectus, exponamus.

Suppono ſacrificium eſſe expiatorium, & ſatisfactorium, & impetratorium. Expiare ſpectat ad culpas per gratiam; de qua virtute Tridentinum (Trident.) *ſeſſ.22. c.2. & Can.3.* ſatisfacere pertinet ad remiſſionem pœnæ relictæ ex culpis. Item tradit Tridentinum ibidem, & Diuus Thomas *q.79. a.2. & 7.* (D. Thom.) Impetrare dicit obtinere, precari gratias, & beneficia diuina, de quo nemo vnquam dubitauit. Certum eſt igitur Miſſam remittere pœnam temporalem tum ſatisfactoriè, tum impetratoriè ex opere operato. De impetratione conſtat: de ſatisfactione ait D. Thomas *qu.79. ar.5.* hoc Sacrificium habere vim ſatisfactiuam ex directa (D: Thom.) inſtitutione ſua, & ita Suarez, *ſect.6.* (Suar.) Hoc autem tum in eo qui offert, tum in eo pro quo offertur locum habet. Quoad expiationem.

De venialibus peccatis dico primò, per Miſſæ Sacrificium remitti ea ex opere operato in iiſdem perſonis. Deinde affirmo in nemine ſine aliqua diſpoſitione operantis remitti. Primum docent multi cum Cano *de locis l.12. c.13.* Henriquez *l.9. de Miſſa c.13. n.2.* Petrus Nauarrus *lib.2. direct. nu.354.* Corduba *lib.1. q.3. opin.4.* Secundum Suarez *d.79. ſect.5.* & Caietan. *opuſc. de Celebrat. Miſſæ c.2.* Reginaldus *lib. 29. n.151.* Coninch *q.83. art.1. dub.8. n 136.* (Canus, Henriq., Nauarr, Corduba, Suar, Caiet, Regin, Coninch) nec tamen cum his ſentio non remitti ex opere operato, quia illa diſpoſitio quam requirit remiſſio illa venialium, non eſt proportionata cum culpa, ſed tenuiſſima, & tantum requiſita ex lege, & natura remiſſionis, quæ fieri nequit ſine aliqua mutatione peccatoris; hæc autem non tam eſt diſpoſitio quàm conditio, ſine qua remitti non poſſunt peccata, & quidem non omnis diſpoſitio antecedens tollit rationem operis operati, vt apparet in homine, qui ex attrito fit contritus per Sacramentum, nam hic recipit effectum Sacramenti ex opere operato, & tamen eſt antecedenter diſpoſitus. Igitur leuis aliquis motus in Deū requiritur ad totā remiſſionē venialiū per ſacrificiū Miſſæ, quia peccatū ex ſuo genere non remittitur per ſolam extrinſecam condonationē, ſine aliquo actu præcedente ex parte noſtra. At veniale eſt verè peccatum. Igitur neceſſe eſt præmitti aliquam diſpoſitionem, quæ in Sacerdote facilis eſt ex actu deſiderij, & pietatis. Alij pro quibus offertur monendi ſūt, vt ſimili ſe actu diſponant.

Quoad peccata mortalia ſit cōcluſio. Miſſa oblata pro eo, qui eſt in peccato mortali non cauſat gratiam primam, ſed tantum impetrat aliquod auxilium gratiæ excitantis, quo ad pœnitentiam ſpecialiter excitetur. Ita D. Thomas *in 4. diſt.12. q.2. quæſt.2. ad 4.* (D: Thom. Suar) & multi ex eo, quos citat Suarez, qui in hanc ſententiam inclinat *ſect.3.* quamuis pro tuenda ſua de gratia congrua opinione non admodum perſpicuè loquatur: & reuera in ſententia, quæ non diſtinguit gratiam efficacem à ſufficiente per intrinſecā virtutem, non ſatis poteſt conſtare hic effectus, vt videre eſt in Suario multum diuque ſe vexante. In ſententia autem D. Auguſtini, & D. Thomæ, & communi quam ſequitur Pater Tannerus *de Gratia diſ.6. qu.2. dub.5.* (Tanner) optimè conſtat Deum, ſpeciale auxilium deſtinare ei, pro quo Miſſa offertur: nam pro communi auxilio non eſt neceſſaria impetratio Sacrificij, cùm iſtud nemini fideli denegetur.

Secunda concluſio. Miſſa nec pro ſacerdote, nec pro alio oblata confert augmentum gratiæ; poteſt tamen impetrare auxilium ſpeciale ad illud obtinendum eo modo, quo proximè diximus. Ita Suarez *ſect.4.* & Vaſquez *d.228. c.3.* & Henriquez *lib.9. cap.13. n.4.* (Suarez, Vaſquez, Henriq.) Loquimur autem ex opere operato. Ratio eſt, quia gratia non augetur ex ſe in ſacerdote per ſacrificiū, quod eſt ad cultum, & religionem ordinatum, ſed per ſacramentum: in alio autem augeri multò minus poteſt, cùm

nemo

nemo alteri poſſit mereri.

Tertia concluſio bipartita erit. Pœna temporalis hominis iuſti non ſolū impetratoriè, ſed etiam ſatisfactoriè ex opere operato per ſacrificium Miſſæ remittitur. Hominis autem peccatoris in ſtatu peccati mortalis manentis nullo modo remittitur. Prima pars eſt D. Thomæ *3.p.q.79.a.5.& 7.* & Suar. *d.79.ſect.6.* & Henriquez *lib.9.cap.13.* & Azor *1.p. lib. 10.* & Nugni *q.83.art.1.* & Vaſq. *d. 228. cap.4.* & Reginald. *lib.29.num.151.* & Layman *tract.5.cap.1.* & Lugo *d. 19. ſect. 11.* & P. à S. Fauſto *lib.2.q.46.* Patet, quia illud ſatisfactorium eſt virtute Crucis, alioquin non eſſet excellentius in operando, quàm ſacrificia veteris legis, quæ impetrabant, non ſatisfaciebant. Vnde vt diſtinguatur, debet ſatisfacere ex opere operato.

(D.Thom. Suar Henriq Azor Nugnus Vaſq Reginald Layman P. à S. Fauſto Lugo)

Secunda pars eſt omninò certa apud D. Thomam *queſt. 79. art. 7. ad 2.* negantem homini in peccato mortali exiſtenti remitti pœnam; idque tradit Suarius *diſ. 79. ſect. 10.* & Henriquez *lib.9.cap.13.* & Lugo *d.19 ſect.11.* In hoc autem euentu manebit illa virtus Miſſæ in theſauro Eccleſiæ. Circa intentionem, quæ, & qualis eſſe debeat; ex dictis in materia de Sacramentis in genere patet.

(D.Thom. Suar Henriq. Lugo)

Vna, & grauis quæſtio eſt, circa intentionem Sacerdotis. Poſito quod is teneatur, vel ex iuſtitia accepto ſtipendio à Petro, vel ex obedientia iuſſus celebrare pro Petro; & ille nolit pro Petro, ſed pro alio celebrare, cuinam proſit illa Miſſa? Reſpondeo cū Suario *diſp.79.ſect.9.* prodeſſe Paulo, v. g. cui Sacerdos voluit efficaciter, quamuis iniuſtè applicare. Patet, quia Sacerdos eſt Dominus ſuę voluntatis, & poterit quamquam peccet, quomodo velit eam mutare, ac ex ea operari: & apparet, quia videmus Sacerdotem teneri poſtea, ſi non ſatisfecerit obligatione iuſtitiæ reſtituere ſtipendium, vel dicere aliam Miſſam. Et idem eſt de Miſſa præcepta à Superiore. Quare Parochus, qui non celebret pro ſuis ouibus, ſed pro alijs, tenetur damnum illud reſarcire. Ita contra Ledeſmam, & Cordubam ſtatuimus cum Suario ſect.9.

(Suar.)

CAPVT V.

De præcepto, loco, & tempore huius Sacrificij.

Sacerdotem ad celebrandum teneri negarunt Ledeſma, & Victoria cum multis citatis à Suatio *diſp.8.ſect.1.* Sylueſter autem, Antoninus, & quidam Iuriſperiti affirmarūt eum teneri quotidie celebrare. Diuus Thomas *in 3.d.14.q.1.ar.2.quæſtiunc. 1. ad 2.* & Nauatrus *cap.25.* & Sot. *d. 13.q.1.art.10.* Azor *tom.1.lib.10.cap. 24.q.1.* aiunt obligari ad celebrandū aliquoties: idque verum quidem eſt me authore, pręcepto Diuino ducto ex illis verbis Chriſti, *Hoc facite*, quæ in hunc ſenſum explicantur à Triden. *ſeſſ.22.c.1.* dicente: Chriſtum illis verbis Apoſtolis, eorumque in Sacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent præcepiſſe; indignum quippe eſſet Sacerdotem ad offerendum inſtitutum non teneri aliquando ad ſacrificandum: iuncto cap. *Dolentes de celebratione Miſſarum*, vbi Sacerdotibus rarò celebrantibus, & alia delicta committentibus pœna ſuſpenſionis imponitur: adiecto facto Pij V. à quo deleri iuſſa Caietani opinio aſſerentis Sacerdotem nunquam celebrantem peccare ſaltem venialiter. Quare miror Suarium hac de re dubitanter ferre affirmatiuum iudicium *diſp.80. ſect.1.* Ego prorſus affirmo cum Vaſquez *d. 232.c.1.* & Coninch *q.83.art.2.dub.1.* teneri ex pręcepto diuino interdum ad ſacrificandum, non tamen quotidie, vel frequenter, ne nimis vrgeamus. Loquimur autem de ſimplici Sacerdote; nam de Parocho, nemo dubitat ad Miſſas Parochiales teneri. Cardinalis de Lugo moratur cum Suario, & de iure diuino negat, ſed tandem concludit teneri Sacerdotem aliquando celebrare. Ita *d.20.ſect. 1. num.13.* Sed minus hac in re mihi placet.

(Petr.Led. Victoria Sylueſter Antonin D.Thom. Nauar Sotus Azor Trident Pius V. Suar. Vaſquez Coninch. Lugo)

An

An ſit vetitum aliquando ſacrificare? quæritur. Tres dies ſunt, qui venire in quæſtionem poſſunt: Feria quinta Cœnæ Domini, Dies Paraſceues, Sabathum Sanctum. Vno Verbo dicam. Feria quinta licet; Sabatho Sancto non repugnat: die Paraſceues minimè licet; Eccleſiaſtico enim iure prohibitum eſt, & illa dies Miſſa caret. Ita D. Thomas *3.p.q.83. art. 2.ad* 2. Suarez *d* 80.*ſect.*2.& Soto *diſt.* 13.*q.*2.*art.*1. Vnde quinta feria celebrare præter reuerentiam nihil impedit, teſte Nauarro *cap.*25.*num.*88.& Azor *lib.*10.*cap.*24. *q.* 5. Coninch *qu.* 83. *d.*2.*n.*110. Sabatho Sancto ob inſolentiam fortaſſe ſcandalum creabit, & Vaſquez dubius ſcrupulum mouet *d* 20.*ſect.*1. Sed licebit iuxta Suarium *d.*80.*ſect.*2. Scortiam *lib.*2.*c.* 6. Tanner. *d.*5.*q.*10. *dub.* 4. & alios, quos citat, & ſequitur *P.* à S. Fauſto *q.*112. Cardinalis Lugo ſcrupulum, quem Vaſquez mouerat, accuratiſſimè, & doctiſſimè ratiocinando prorſus aufert.

D. Thom. Suar. Sotus — Nauarr. Azor Ægidius — Suarez Scortia Tanner P. à S. Fauſt.

Vtrum liceat eodem die plures Miſſas dicere? Alia quæſtio eſt. Aduerto primum nunquam licere, niſi ieiuno, præter caſus ſupra exceptos. Cæterum, hac conditione ſuppoſita, Regulariter celebrare non licet. Cap. *Conſuluiſti.* Cap. *Te referente* de celebratione Miſſarum. Cæterum in tribus potiſſimum caſibus licet pluries celebrare. *Primus* eſt, quando *Parochus* habet multas *Parochias* diſtantes; tunc enim in ijs omnibus poteſt celebrare, ac debet. Ita in praxi fit, & obſeruat Lugo *d.*20.*ſ.*1. *nu.*46. Secundus quando eſt neceſſitas dandi Viaticum AEgroto, quem proponit & admittit Lugo *diſ.*20. *ſ.*1. *num.*44. Tertius, cùm tantus ſimul eſt populus, vt non poſſit totus vni Miſſæ intereſſe. Ita Layman *tract.*5. *cap.*4 & Scortia *l.*2. *c.* 16. Suarez *diſ.*80. *ſect.*3. & Tannerus *d.*5. *quaſt.*10. *dub.*4. Imò probabile eſt in Anglia vbi ſumma & penuria Sacerdotū, & Miſſarum prohibitio eſt, licitum eſſe pluries celebrare iuxta dicta à Patre *Laymanno* *tr.*5. *c.*4. qui alios caſus refert. Legitur autem de Leone Papa nouies in die ſacrificare ſolere. Ita Suarez *ſect.* 3 & Vaſquez *diſ.*232. *cap.* 5. Et Religioſi Prædicatores teſte Ledeſma *de Eucharistia c.*19. in Regno Valentiæ ſolent ter in vno die Commemorationis defunctorum celebrare. *Lugo* de omnibus ſacerdotibus eius Regni affirmat bis eos illa die celebrare *ſ.*1. *n.*43.

Lugo — Layman Scortia Suar. Tanner — Layman — Leo Suar. Vaſq. Ledeſma — Lugo

De tempore Miſſæ deſtinato, dicendum, eſſe ab aurora vſque ad meridiem. Priuilegium autem eſt, vt ante & pòſt Miſſa dicatur. Eſt autem aurora hora fermè ante ortum ſolis. Epiſcopi poſſunt ante illam, & celebrare, & alteri concedere, quando iter faciūt. Hæc recepta ſunt: vide autem Suarez, Rodriguez, Henriquez, *Laymannum*, Coninch, Lugo, & Summiſtas. Sæpè autem neceſſitas tempora inuertit, & commutat, cuius ſumma vis eſt. De Miſſa Natiuitatis quæſtio olim erat, an omnes tres dici noctu poſſent? ſed iam hodie conſtat dici poſſe noctu, atque in hac re multum operæ Suarius poſuit *d.*80. *ſect.*4. & omnem ſcrupulum ſuſtulit, cuius opinioni cum Vaſquez *d* 232. *c.*3. acceſſerit, tuta omninò res erit; quicquid contra Fernandez *in Exam. Theolog. p.*3. *c* 5. §.7. & Fagundez *tr.*1. *l.*3 *c.*16. *n.*3. & Nugnus obmurmurent; vbi quippe illi duo ſe opponunt *Hic murus aheneus eſto.* Cum præſertim accedat Lugo *d.*20. *ſ.*2. *nu.* 25. Hic enim Funiculus triplex nodum efficit pluſquam Gordium, quem nullo ne Alexandri quidem gladio amputaris.

Suarius — Vaſq. — Fernand. — Fagund. — Lugo

Locus ad celebrandum, ſecluſo priuilegio, & caſu neceſſitatis debet eſſe ſacer. Sacer autem eſt, ſi ab Epiſcopo ſit conſecratus, vel benedictus. Ita Sāchez *de Matrimonio lib.*9. *diſp.*15. *nu.* 24. & 36. & Suarez *diſp.*8. *ſect.*3. Priuilegio eximuntur Patres Ieſuitæ, & eſt ſententia Rodriguez *tom.*1. *Regularium q.*43. *art.*1. Franciſcani etiam poſt Concilium Tridentinum. Epiſcopo licet in priuata domo in oratorio Miſſam dicere, & licuit olim licentiam ex honeſta cauſa dare, vti docet Coninch *q.*83. *a.*3. *dub.*1. & Layman *tr.*5. *cap.*5. & Fagundez *lib.*3. *c.*14. ſed hodie

Sanchez — Suarez — Rodrig. — Coninch. Layman Fagund.

die

dic reuocata eſt, & ad ſummos Pontifices reducta, vti animaduertit idem Fagundez, & Lugo *d.20. ſ.2. num.50.* Vbi tamen non ſunt templa, & vbi vrget perſecutio, vti in Anglia, licet vbi honeſtè fieri, poſſit, ſacrificare. Nunquam tamen ſine Altari portatili. Quod monet Lugo *nu.48.* An in mari liceat? Luſitani, vti notat Scottia *lib.2. cap.13.* & Lugo *d.20. ſ.3.* ſua pietate, id ne dubium eſſet primi effecerunt, qui vti noui ſuperioris æui Argonautæ non tam vellus aureum in Oriente quæſierunt, quàm Agnum ipſum qui tollit peccata mundi eò intulerunt, & intra naues ſuas incruento ſacrificio immolarunt, vt collectum in Calice ſanguinem in regionibus illis, ad æternam illarum gentium ſalutem effunderent: quorum hac in re ſingularem pietatem Fagundez, & Lugo, & Granado commemorant, & expendunt. Illarum exemplum aliæ Chriſtianæ nationes ſecutæ omnem ſcrupulum ſuſtulerunt. Itaque licitum eſſe in mari celebrare, cum naues idoneæ; & tempeſtas opportuna eſt dicunt Cardinalis Lugo *d.20. ſ.3.* Granado *3. p. controu. 6. de Euchar. tr.14. d.13.* Layman *tract.5. c.3. nu.6.* Sà *verb. Miſſa* Scortia *l.2. c.13.* Durand. *in Ration. l.4. c.1* Graff. *1. p. l.2. c.42.* Fagund. *l.3. d.1. præcepto Eccleſ. c.10.* In Eccleſia violata non eſt celebrandum ſub peccato mortali, ſed minimè ſub cenſura. Sic Henriquez *l.9. c.27. num.7.* Azor *tit.1. lib.10. c.26. q.6.* Fagundez *l.3. cap.14.* Suarez *d.81. ſect.4.* & Lugo *ſ.2. nu.52.* Violatur autem Eccleſia quinque modis. Primò, per iniurioſam, & grauem ſanguinis effuſionem. Secundò per homicidium etiam ſine ſanguine. Tertiò, per illicitam ſeminis effuſionem. Quartò, per ſepulturam hominis excommunicati denunciati. Quintò per ſepulturam hominis infidelis. Debent autem eſſe res hæ notoriæ; nam priuatæ citra ſcandalum non violant Eccleſiam; qua de re in materia de interdicto latiùs. Si autem contingat in ipſo Miſſæ tempore violari Eccleſiam, dicendum, ante Canonem, abſtinendum Miſſa, poſt Canonem, Miſſam abſoluendam. Ita Suarez *diſputat.81. ſect.4.* & Layman *num.13.*

Huc ſpectat Ara. Hæc debet eſſe lapidea cap. *altare conſecrat.* & conſecrata ab Epiſcopo. cap. *nullus presbyter*, & cap. *concedimus de conſecrat.* Franciſcanis, & Ieſuitis conceſſum eſt priuilegiū conſecrandi in partibus Infidelium remotiſſimis vbi Epiſcoporum copia non habetur iuxta P. à S. Fauſto *q.208.* Rodriguez *to.1. q.28. a. 2.* Illis Leo X. & Adrianus VI. his Paulus III. conceſſit. Eius conſecratio per notabilem fractionem amittitur, authore Vaſquez *d.233.* nec licet niſi in ara celebrare, teſte Suario *d.81. ſect.5.* De ornatu Aræ, neceſſarium eſt Corporale, & Calicis palla, vtrumque benedictum; ita vt mortale ſit ſine illis celebrare. Candela opus eſt ſaltem vna cerea, præterquam in caſu neceſſitatis, in quo ſatis erit ex adipe, & ſeuo; imo & lucerna ex oleo, vti tenet Lugo cum multis quos citat *d.20. ſ.2. num. 77.* cui aſſentior. De Cruce quæſtio eſt: requiri exiſtimo, ſed non ſub mortalis obligatione cum Suario *ſect.6.* & Azor *l.10. c.28.* & Layman *tr.5. c.6.* & Lugo *n.79.*

Superſunt vaſa, & veſtes. Sine patena, & calice ſacrificari nequit: materia debet eſſe, vel aurea, vel argentea, vel ſtannea, vel cuprea, vti docet Lugo *d.20. ſ.4. n.90.* Intra ſolam cuppam calicis aurei obligatio manet. Pyxis eadem ratione exigit huiuſmodi metalla.

Quod attinet ad ſacras Veſtes, ſex ſunt quas ſacerdos induit ſacra facturus. Amictus, alba, cingulum, manipulus, ſtola, caſula; quæ numerantur in Concilio Rhemenſi c.4. apud Burchardum lib.2. cap.50. Omnes benedici oportet, & ſine ijs celebrare peccatum mortale eſt. Multiplex earum & varia ſignificatio affertur à Durando in Rationali, à Suario in diſput. 82. ſect.2: modernis: & antiquis, quos citant multi, Alcuino, Amalario, Ruperto, Hugone, & alijs. Vide Cardinal. Bellarm. lib.6. cap.14. De cæteris cōſule S. Bartholomæum à S. Fauſto ac-

Lugo; Scortia; Henriq.; Azor; Fagund; Suar; Lugo; Suarez; Layman; P. à S. Fauſt; Rodriq; Vaſq; ſuar; Lugo; Suar; Azor; Layman; Lugo; Cō. Rhem; Burchard.; Durand; ſuar.; Cardinal.; Bellarm.; P. à S. Fauſto

curatiſſimè iſta tractantem *lib.2. à qu. 214. ad.245.*

CAPVT VI.

De obligatione Sacerdotis ad Miſſam dato ſtipendio dicendam.

QVæri primum oportet. Vtrùm liceat ſtipendium pro Miſſa accipere? Hæretici negant, ſed iniuria. Catholici quidam dubitant, an liceat pactum iſtud, & conuentio de dando ſtipendio certo pro Miſſa, eoque exigendo? Videtur quippe Simonia; & ſanè Diuus Thomas 2.2. *q.*100. *ar.*2. *& 3. ad.*2. ait licere ſtipendium, ſed non ex pacto. *& in.4. d.25. q.3. a.2. quæſtiunc.*1. *ad* 4. dicit paciſci de Miſſa, eſſe Simoniam. Qua de re videndus eſt Caietanus 2.2. *q.*180. *a.*2. & Azor *p.3. lib.*12.*c.*1.*q.*1. & Sotus *lib. de iuſtificatione & iur. qu.*6. *art.*6. & Scortia *lib.*2. *cap.*10. & Henriq. *lib* 9. *cap.*31. & Leſſ. 2. *de iuſtificatione cap.*35. *dub.*8 & Vaſq. *tom.*3. *d.*234. & Suarez *lib* 4. *de Simon. cap.*46. *n.*4. *& 3. tom.3. part. diſp.*87. Vt tollatur quæſtio aduertendum, non ſatis eſſe diſtinguere in Miſſa laborem corporalem à munere ſpirituali: & dicere ſtipendium recipi propter laborem corporalem; nam nec id ſimpliciter dictum verum eſt, nec vt eſſet, liberaret à Simonia; quia in Miſſa non attenditur, nec intenditur labor corporalis, ſed ſacrificium ſpirituale, & fructus illius, & is promittitur, & exigitur. Deinde ſolus ille labor corporalis liberat à Simonia, qui ex accidenti ad ſpirituale opus accedit; is autem qui eſt per ſe coniunctus cum miniſterio ſpirituali vendi non poteſt, iuxta Sotum *lib.9. de iuſtitia, & iure q.6. art.* 1. & Aragon *de iuſtitia, & iure q.*100. *art.*2. & Caietanus 2.2. *qu.*180. *artic.*3. Suarez *tom.*1. *de religione lib.*4. *cap.*21. fusè de hac re, & eruditè. Itaque ratio, ob quam iſtud pactum licet, illa eſt, quia iuxta Diuum Lucam cap.10. *Dignus eſt operarius mercede ſua*, & Diuum Paulum 1. ad Cor.9. *Qui ſeruit Altario, de Altario participat*, & alibi, *Nemo militat ſuis ſtipendijs*. Vnde cùm ſacerdos ſit operarius, & ſeruiat Altario, & militet pro Fidelibus, licitè poteſt ſtipendium ſuum accipere, & hoc titulo, vti debitum exigere, quibus locis adiungitur ille Deuteron.25. *Non alligabis os boui trituranti*. Ita Corduba *de caſib. conſcient. caſu* 17. & Michael Timot *de ſacrificio Miſſæ tr.3. qu.*48. Petrus Ledeſma *in ſum p.1. tit. de Sacramento Euchariſtiæ c.*18. *verſic.4. concluſio.* Henriquez *lib.9. cap.*22. Leſſius *lib.*2. *de iuſtitia cap.*35. *dub.*8. & Vaſquez *tom.3. in 3. part. diſp.*234. & Suarez *diſp.86. ſect.*1. ex Diuo Auguſtino *lib. de Paſtoribus cap.*2. Admiſit autem huiuſmodi vſum ſtipendij pro Miſſis Concilium Tridentinum *ſeſſ.25.cap.*4. et *Eleemoſynam* appellauit, qua de re diligentiſſimè authores citat Barboſa *in Remiſſione ad Tridentinum ad ſeſſ.*12.

Exiſtunt verò hinc multæ quæſtiones. *Prima*, quomodo intelligendus ſit Diuus Thomas? Cui breuiter reſpondeo, illum de pretio locutum, non de ſtipendio. *Secunda*, an Parochus teneatur ex vi officij quotidie pro ſuis Ouibus Miſſas offerre? Cui reſpondetur negatiuè. Nec enim hoc pertinet ad alimentum ouium, ſed adminiſtratio Sacramentorum. Sic Suar. *diſp.86, ſect.* 1. et Azor *tom.*1. *lib.*10. *cap.*24. *qu.*2. et Coninch *qu.*83. *ar.*2. *dub.*1. Poſſeuinus *de offic. curat. cap.*2. §.5. Tertia, quod ſit iuſtum ſtipendium? Reſpondetur hoc pendere ex inſtitutione hominum, et conſuetudine; ſunt enim Capellæ, quæ pinguius, ſunt quæ tenuius ſtipendium aſſignãt, ſed quodcumque detur, modò ſit congruum, etiamſi excedat, accipi ſine ſcrupulo poteſt, cùm pretium non ſit, ſed ſtipendium iuxta Suar. *d.86. ſect.*2. et Henriquez *l.9. cap.*22. et Patrem à Sancto Fauſto *q.*133. et Nauarro *cap.* 25. *num.*92. *&* 100. Azor *tertia parte lib.*12. *cap.3. quæſt.*1. Quarta. An opor-

D. Thom

Caietan
Azor
ſotus
ſcortia
Henriq.
Leſſius
Vaſquez
Suar

ſotus
Aragon
Caiet
ſuar

D Luc.
D. Paul
Henriq
Leſſius
Vaſq
Suar.
Auguſt.
Trident
Barboſa
Suarez
Azor
Coninch
Suarius
Henriq
a s. Fauſt.
Nauarr

oporteat reſpondere ſtipendium ſuſtentationi ſacerdotis, ita vt pro ſingulis Miſſis debeatur ſuſtentatio vnius diei? Reſpondetur negatiuè cum Vaſquez 3. *part. tom.* 3. *diſ.* 234. *cap.* 4. et Corduba *lib.* 1. *qu.* 4. *dub.* 2. et Petro Nauarro *l.* 2. *cap.* 2. *num.* 305. et Bartholomęo à Sancto Fauſto *lib.* 2. *de ſacrificio Miſſæ qu.* 135. qui multos citat. Ratio eſt, quia vna Miſſa breui tempore dicitur, et ſacerdos eſt liber ad alia munia exercenda, ac proinde ſatis eſt ei partem congruam alimenti diurni accipere. Quinta, vtrum ſacerdos diues poſſit huiuſmodi ſtipendium accipere? Reſpondetur affirmatiuè, quia ratio ſtipendij ſemper debetur militanti, vnde quamquam miles diues ſit, ſi militat, ius habet ad ſtipendium, iuxta Henriquez *lib.* 9. *c.* 21. Leſſium 2. *de iuſtificatione cap.* 35. *dub.* 8. Sexta, et celebris, vtrum pro vna Miſſa poſſint multa ſtipendia recipi? Reſpondetur negatiuè, quia valor Miſſæ, vti diximus, finitus eſt. Siue autem finitus, ſiue infinitus ſit, non licet, quia ſemper intentio iubentis dicere Miſſam, eſt habendi integrum ſacrificium, nec vult vlla parte fraudari. Hæc eſt ſententia Bellarm. *l. de Miſſ. c.* 4. et Tolet. *l.* 2. *c.* 8. et Suar. *d.* 86. *ſect.* 2. & 3. Vaſq. *d.* 234. *cap.* 4. et Nauarr. *cap.* 25. *num.* 92. Mirand. *qu.* 41. *art.* 25. Septima, vtrum ſint caſus in quibus liceat ſacerdoti plura ſtipendia pro vna Miſſa recipere? Graues Thomiſtæ vti Soto *lib.* 9. *de iuſtificatione qu.* 3. *art.* 1. & *in* 4. *diſt.* 14. *q.* 2. *a.* 1. et Canus *lib.* 12. *de locis cap.* 13. *ad* 10. affirmant ſacerdotem præſertim pauperem poſſe recipere plura ſtipendia; ſed alij proximè citati, et Coninch *qu.* 83. *art.* 1. *dub.* 10. et Reginaldus *lib.* 23. *num.* 234. & *lib.* 29. *num.* 157. et Bonacina *d.* 4. *ſect. vlt.* communiter negant: nec enim paupertas dat titulum iuſtitiæ in bonis alienis, quemadmodum nec militi, quòd pauper ſit, licet plura recipere ſtipendia. Octaua, vtrum quando tenuis eſt eleemoſyna Miſſę, nec peruenit ad iuſtum ſtipendium poſſit ſacerdos pro vna Miſſa recipere ex pluribus quod impleat iuſtum ſtipendium? Sanè Soto *lib.* 9. *de iuſtificatione qu.* 2. *art.* 2. *concl.* 2. & 3 & *in* 4. *diſt.* 10. *qu.* 2. *art.* 1. Cano *lib.* 12 *cap.* 33. Rodrig. *qu.* 42. *art.* 17. Petro Nauarro *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 333. Angles *in* 4. *de valore Miſſæ art.* 2. & Laymanno *tract.* 5. *cap.* 1. placet affirmare licitum eſſe, modò non promiſerit vlli certo homini ſtipendium danti. Sed hodie non licet poſt Decretum Sacrę Congregationis Concilij Tridentini anno 1625. Vrbano VIII. Pontifice, quo cautum id ne fiat, ſed vt quodcumque ſit pro vna Miſſa datum ſtipendium, id iuſtum ratumque habeatur, eoque ſit contentus Sacerdos. Ita Bartholomæus à Sancto Fauſto *de ſacrificio Miſſæ lib.* 1. *qu.* 138. citato Diana *de Celebratione Miſſarum reſolut.* 7.

Vaſquez
Cordub
Nauarr
P. à S. Fauſto
Henriq
Leſſius
Bellarm:
Tolet
Suar:
Vaſq
Nauarr
Mirauda
Soto
Canus
Coninch
Reginald
Bonac
Soto
Canus
Rodrig
Nauar
Angles
Layman
P: à S. Fauſto
Diana

Nona, vtrum Parochus, vel ſacerdos, cui datæ ſunt pecuniæ ad ſtipendium pro multis Miſſis dicendis poſſit ex ijs aliquam partem decerpere, modò præbeat alijs ſacerdotibus qui dicturi ſunt Miſſas iuſta ſtipendia? Pater Suarez *diſp.* 86. *ſect.* 3. affirmat de quocumque ſacerdote, cui diſtributio committitur. Sed Mag. Sot. *lib.* 9. *de iuſtificatione qu.* 3. *artic.* 1. Rodriguez *cap.* 242. *num.* 12. et Henriquez *lib.* 9. *cap.* 22. *de Parochis, & Rectoribus*. idem aſſerunt. Omnes quidem ex natura rei probabiliter, hac tamen ratione & modo, quòd ſcilicet huiuſmodi ſtipendia tranſeant in dominium Parochi, vel ſacerdotis diſtribuentis Miſſas, ac proinde cum ſit dominus pecuniæ, poteſt retinere partem illius, cum ſatisfaciat donanti numero Miſſarum iuſto, nec deſit ſacerdotibus cum debito ſtipendio, itaque nemini iniuriam fieri. Et quamquam Bartholomæus à Sancto Fauſto *qu.* 164. contradicat Suario, is ſanè probabiliter ratiocinatur, præſertim cum dicat, ſe hoc non conſulere, ſed ſpeculatiuè loqui, & ſanè argumentis, & exemplis rem perſuadet, et optime ſe defendit, nec ego ſpeculatiuè improbo ſententiam. Verum, quia prædicta ſacra Concilij Congregatio oppoſitum fieri iuſſit, cauens, ne cui ſacerdoti id

Suarez
Soto
Rodrig
Henriq

P. S. Fauſto
Barboſa

liceret, Suarij opinio in praxi ſequenda non eſt, quemadmodum, ne ipſe quidem in praxi ſequendam eſſe dixerat. Decretum autem in contrarium producit integrum P. Bartholomæus a S. Fauſto *q.* 164. Hac de re accuratè Barboſa *in remiſſion. ad ſeſſ.* 22. ſed Decreti huius non meminit.

Rodriq
Henriq
Vega
Aragon
Fernand
Nauarr
Praxinell.
Vaſquez
Filiucius
Bonacina
Coninch
Pinellus
Barbosa

Noua hic, & curioſa dubitatio. Vtrum poſſit Sacerdos vacuus applicare Miſſas, quas vacuus dicit pro iis, qui futuro tempore commendaturi Miſſas ad ſe venient, ita vt effectus earum vſque ad id tempus ſuſpendatur, & tunc habeat effectum, quando illi datum fuerit ſtipendium? Affirmant Rodriguez in Summa *part.* 1. *cap.* 252. *concl.* 1. Henriquez *lib.* 9. *cap.* 21. *num.* 2. Vega *lib.* 2. *cap.* 41. *caſu* 4. Aragon 2.2 *q.* 85. *art.* 3. Fernandez *in examine Theologico part.* 3. *cap.* 5. *§.* 9. Nauarr. *de Reſtit. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 273. Praxinellus *de obligatione Sacerdotis ſect.* 3. Negant Vaſquez *diſp.* 234 *cap.* 3. *num.* 22. Filiucius *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. Bonacina *de Sacram. diſp* 4 *q. vlt. pa,* 4. Coninch *q.* 83. *art.* 5 *dub.* 9. Pinellus *p.* 1. *cap* 10. *dub.* 5. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p.* 2. *allegat.* 24. *num.* 12. & alij multi.

Naldus
à S Fauſt.

Affirmantes ſequitur Naldus *verb. Miſſa num.* 2 Negantes Bartholomæus à S. Fauſto *lib.* 2. *q.* 165. qui ait affirmantem ſententiam reprobaram eſſe à Clemente VIII. & affert authorem Homobonum aientem damnatam item eſſe à Paulo V. quòd ſi hoc eſſet, controuerſia abſtinendum foret: ſed video conſtanter id negari à Naldo editione quinta, anno vno recentiore, quàm ſit opus Fauſti. Igitur cum ille neget in Bullario nouo reperiri eas Bullas Clementis, & Pauli; locus cuiquam erit dicendi primã ſententiam probabilem eſſe propter hoc argumentum: Miſſæ valor ex opere operato non perit, quamuis non applicetur, ſed tranſit in theſaurum Eccleſiæ, ibique ſeruatur: igitur poteſt ille Sacerdos valorem illum miſſæ à ſe dictæ ad theſaurum Eccleſiæ remittere, & ibi manentem retinere, vſque ad neceſſitatem occurrentem, illique applicare. Confirmatur primò, quia Deus optimè nouit caſus, & perſonas pro quibus illæ miſſæ applicandæ ſunt, & omnia obiectiuè, imò & in Thomiſtarum ſententia, & noſtra præſentia habet actu in æternitate, igitur poteſt de præſenti æternitatis, quamquam futuri temporis differentiis Miſſas actu applicare. Secundò, quia ille, qui tenetur dicere ſingulis hebdomadis tres Miſſas, aut vna hebdomada tres diſtributas per dies, poteſt anticipare illas, & anteà dicere. Excipe tamen, niſi illæ Miſſæ pro certis diebus, & temporibus exigantur. Quod autem in contrarium affertur facilè quis ſolui putet, quia valor Miſſæ ex opere operato, qui eſt præcipuus, ſemper manet, atque adeò reſeruari poteſt pro tempore futuro à Deo præcognito, & deſtinato. Quam ſententiam probabilem exiſtimat Molfeſ. *tr.* 3. *cap.* 16. & Bonacina *d.* 4. *q. vlt. p* 6. *§.* 5. quamuis in praxi non conſulant, nec Naldus velit in actum reduci. Et quidem ſpeculatiuè loquendo non improbabilem iudicet, qui ſciat in Lotharingia moris eſſe, vt viri exequias ſibi fieri iubeant, quibus aſſiſtunt; quem morẽ, quamuis improbet Layman *tract.* 5. *de Euchar. cap.* 2. probant tamen, & vindicant Zerola *in* 2. *part. ſua prax. Epiſcop. Verbo Miſſa*, & Nauarr. *lib.* 3. *conſ.* 6. *de Celebrat. Miſſarum.* Lucas Pinellus *lib.* 2. *de Miſſ. cap* 7. *q.* 2, Ego tamen abſolutè pronuntio, iam hodie hoc in praxi non licere, propter Deciſionem Cardinalium *Conc. Trident.* Papa Clemẽte VIII. editam, quam affert Cenedo *lib. de quaſt. Canonicis q.* 8. *nu.* 19. eamque damnaſſe Paulum V. die 15. Nouemb. 1605. affirmat Homobonus *in Exam. Eccleſiaſt. tract.* 4. *cap.* 14. *q.* 13. & vt ſupra diximus.

Molfeſ.
Bonacina

Zerola
Nauarr
Pinell:

CAP.

Digitized by Google

CAPVT VII.

De præcepto, & obligatione audiendi Miſſam,

Henriq Nauarr Nugnus Suar

D. Thom

DAri pręceptum Eccleſiaſticum audiendi Miſſam conſtat ex cap. *Si quis etiam*. & ex cap. *Omnes Fideles*.& ex cap. *Miſſas. de Conſecrat. diſt.* 1. & alijs, & Henriquez *lib. 9. cap.* 25. & Nauarr. *cap.* 21. *num.* 1. & Nugno 3. *p. q.* 83. *art.* 6. Nititur autem religione ducta à iure naturali, & diuino teſte Suario *diſp. vlt. ſect.* 1. & doctrina D. Thomæ 2.2. *q.* 122. *ar.* 4. & communi ſententia, & traditione, quæ multò eſt potentior: quę cum poſtulent cultum ſacrificij, aſſiſtentes inuoluunt. Eſt autem graue præceptum, quod obligat perſonas rationis, & arbitrii capaces. Dies autem ad id conſtituti ſunt Dominici, & Feſti, quibus ſingulis tenentur ſinguli audire miſſam, & ni audiant, niſi cauſa ſubſit, peccant. Primum præcipitur: Miſſam integram audiri. Sic enim habetur cap. Miſſas. *Totas Miſſas audire præcipimus*. Secundum, attentione debita, quæ ſequitur naturam actus præcepti, qui cum Religionis ſit, inuehit iuſtã attentionem. Circa hæc duo, duo ſunt dubia.

Suar.

Suarez Layman Filiucius Bonacin: a S: Fauſt: Nauarr

Primum circa primum, quæ ſit dicenda Miſſa integra, ſeu tota? Illa nimirum, cui non deſit pars notabilis; erit autem notabilis, ſi quis poſt Euãgelium ingrediatur. Ita communiter Doctores cum Suario *diſp.* 88. *ſect.* 2. Quod ſi quis poſt Euangelium accedat, & audiat totum quod ſupereſt Miſſæ, vſque ad finem ſimul cum Euãgelio S. Ioannis, probabile eſt implere præceptum, quia andit vnum Euangelium. Authore Suarez *d.* 88 *ſect.* 2. & Layman *lib.* 4. *tr.* 7. *cap.* 5. & Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 5. *de Miſſa cap.* 7. *nu.* 202. & Bonacina *de Legibus d.* 4. *q. vlt. p.* 11. & P. à S. Fauſto *lib.* 2. *q.* 386. & hac ratione ſuſtineri poteſt opinio Nauarri *c.* 21. *num.* 2. ſatisfacere præcepto cum qui non audito in Miſſa Euangelio, illud poſtea legit, vel audit. Quęri ſolet, an cenſeatur tota, & integra illa Miſſa, quæ andiatur ab vno, qui à duobus Sacerdotibus duas partes audit; quod fieri poteſt, vel ſimul, vel ſucceſſiuè. Qui ſucceſſiuè vtramque partem audiat, id eſt vnam poſt aliam pro ſe habet multos, & nobiles Patronos: eum, qui ſimul & eodem tempore duos Sacerdotes celebrantes audit, antiqui authores negant implere praceptum poſſe. Sed nouus author Caramuel ait, qui intret Ecccleſiam quando vnus Sacerdos inchoat vnam Miſſam; & alter eſt in medio alterius Miſſæ, & ad vtramq; attendat eodem tempore, eum audire totam Miſſam rectè, nec opus eſſe ſucceſſiuè diſtingui. Bella ſanè opinio Caramuelis, & cara mulionibus, qui longa itinera conficiunt. Cæterum doctoribus non placet, qui omninò poſtulant ſucceſſionem partium Soto, Nauarro, Medinę, Toleto, quos citat, & ſequitur Layman *cap.* 5. & Suarèz *ſect.* 2. & Azor *tom.* 1. *liq.* 6. *cap.* 3. *q.* 3. & Coninch *quæſt.* 83. *num.* 288: & Nugno 3. *p. q.* 83. *art.* 6. *dub.* 2. *ad* 3. Sà *verb. miſſa*. Ineptam verò eſſe opinationem Caramuelis; patet, quia ex ea ſequitur, qui dicat medium Officij diuini incipiendo à medio, & eodem tempore audiat alium incipientem à a principio officij, poſſe medio tantum officio à ſe dicto Horarium penſum abſoluere. Caramuel admittet exemplum, cum ſe ignei ingenij eſſe dicat, quod moras, & Horas non patitur; ſed planè fumos venditat. Doleo, quod ei Patronus contigerit P. Bartholomæus à S. Fauſto q. 389. ſed eiuſdem eſt inſtituti, nec puto D. Bernardum Parentem iis hac in re conſenſurum, cum præſertim P. à S. Fauſto infauſtè hìc rationes, & calculum ponat, & inepto vtatur exemplo. Illud ſupereſt, an inter audiendum Miſſam, poſſit quis orationes, & officia aliàs debita dicere? v. g. Horas Canonicas? Reſpondetur affirmatiuè; poteſt enim quis duabus huiuſmodi obligationibus eiuſdem rationis ſatisfacere. Sic

Layman Suarius Azor Coninch Nugnus Sa

Tole-

Digitized by Google

Toletus Suar Layman

Tòletus *lib.6.cap.6.* & Suarez *ſect.3.* & Layman *cap.5.tract.7.de Feſtor.obſeruatione*.

D:Thom Azor Layman

Quoad ſecundum, Attentionis, communis ſententia eſt. Attentionē eſſe oportere non ſolum ob præceptum Eccleſiaſticum, ſed ex vi actus religioſi, qui honeſtè, & ſanctè fieri debet. Ita D. Thomas *in 4. diſt.15. quaſt..4.art.2.quæſtiunc.4.& ad* 2. et Pater Ioann. Azor *tom.1. lib.19.cap.12.* & Layman *lib.4.tract.1.cap.5*. De attentione autem in Miſſa, tenent eam eſſe de præcepto, ita vt non ſatisfaciat, qui voluntariè, & data opera diſtrahitur, plerique Theologi: Nauarrus *de orat.cap.13.num.46.* Suar. *d.88.ſect.3.* Azor *lib.7.cap.5.q.9.* Henriquez *lib.9.cap.25.* Sanchez *lib.1.Decalog.cap.13.* Aragon. 2.1.*q.83.t.2.& 3.* Leſs.*lib.2.de iuſtit.cap.37.d.11.* Vaſquez 1.2.*quaſt.100. art.9.* Layman *lib.4.tract.7 cap.5. do Feſt.Obſeruat.* P. à S.Fauſto *lib.2.q.44.* & alij quos allegant. Verum quidem eſt, alios ſentire non eſſe peccatum mortale diſtrahi voluntariè in Officio, & Miſſa, inter quos eſt Aegydius Coninch *2.p.q.83.art.6.dub.vnic.* quod ſaltem iuuat ad non damnandos, qui ſine attentione recitant Horas, & audiunt Miſſas, & omnino liberandos à reſtitutione beneficiatos data opera ſe diuertentes, vti prudenter obſeruat Layman citatus. *At* primis adhærendum. Sed recenti Authori (ſi Superis placet) Caramueli viſum fuit aliam intrudere, & probare opinionem ingenio ſuo dignam curioſo ſanè, & ſcrupuloſo. Cum enim videret difficile eſſe poſtulata attentione abſtinere à peccato, ſaltem veniali, viam inuenit, qua veniale prorſus vitaret, & attentionem excluderet. Ait enim in Commentarijs in Regulam S. Benedicti pag.134. ſene venialiter quidem peccaſſe, vnquā recitando horas ſine vlla attentione, quia nimirū ſequitur opinionem, quæ tenet attentionē non præcipi, atque adeo non requiri, itaque ſe, ſiue inuoluntariè, ſiue volūtariè diſtrahatur, nō curare, & certò ſcire nullatenus ſe peccaſſe, idque iuramento affirmare poſſe. Bellum ſanè hominem, qui tam facilè hoc ſibi perſuaſerit. Ego verò credo Caramuelem non modò eum recitat aliud cogitare, ſed etiam cùm ſtudet, & ſcribit, qui enim ita opinatur, peregrinari videtur in libris, quos legit. Hac ille ratione ſe, & ſacerdotes non homines recitando, ſed pſittacos facit. Scio illum habere Patronos, ſed omnino cauſæ, opinor, diuinæ præuaricatores.

Nauarr Suar Azor Henriq Sanchez Arag Leſſius Vaſq: Layman P:aS·Fauſto

Coninch

Caram

Vaſq Naldus Molfes a S:Fauſt suar Gauant

Cęterùm multę circa impletionem præcepti quæſtiones ſunt. Prima, vtrum in die Paraſceues teneantur Fideles audire id, quodcumque eſt Miſſæ, ſi ille dies incidat in feſtum Annunciationis. Affirmat Vaſquez *to.3. in 3.part. diſputat.132. num.18.* Negatur tamen communiter ab Authoribus, quos citat, & ſequitur Naldus *verb. Miſſa*, & Molfeſ. *tract.3.cap.17.* & Pater à Sancto Fauſto *qu. 366.* cum Suarez *d.75.ſect.4.* & ita cenſuit Sacra Rituum Congregatio die 19. Februar anno 1622. teſte Gauanto *in Enchir. Epiſcop. verb. Hebdomada maior num.9.* Ratio eſt, quia eo die Miſſa non eſt, cùm deſit conſecratio in qua conſiſtit, quæ eſt ratio Suarij citati. Secunda, an die Natiuitatis Domini tres ſint audiendæ Miſſæ? Negandum cum communi ſententia Suarij *diſp.2.ſect.88.* Nauarti *cap.21.num.2*, Toleti *lib.6. cap.7. num* 2. Henriquez *lib.2. cap.2. num.3.* Azor *tom.1. lib.3. cap.3. qu.1.* & pater ex multorum Fidelium conſuetudine. Tertia, vtrum qui non poteſt integram Miſſam audire, teneatur ad partem? Reſpondeo cum diſtinctione, ſi poteſt partem eſſentialem audire ante Conſecrationem, vel Conſumptionem, ita ut ſingulas includat, tenetur, ſin minus, non tenetur. Et ita expono diſſentientes Doctores apud Fauſtum *q.393.* & intelligo Bonacinam *diſp.2. qu.8. p.ūct.1.*

suar Nauarr Toletus Henriq Azor

Fauſt. Bonac

suar sanchez Vaſquez

Quarta, vtrum ſit de neceſſitate præcepti intentio audiendi Miſſam? Affirmandum cum Suárez citato, & Sanchez *in ſum. lib.1. cap.13. num.2.* & Vaſquez *2. p. q.102. art.9. num.2.* nam qui non vult audire, quamquam

adſit,

Digitized by Google

adſit, non implet præceptum more humano; poteſt tamen audita Miſſa animum audiendi renouare, dummodò ſit tempore habili ad celebrãdum

Suar

iuxta Suarez *tom.2. de Relig.lib.4.cap.* 26. Non eſt autem neceſſaria intentio implendi præceptum audita ſemel cum intentione Miſſa. Ita ex Suario,

P.a s:Fau ſto

Henricio, & Bonacina, P. à. S. Fauſto & alij *q.*398. Quinta, an qui accedit ad Miſſam animo libidinoſo videndi fæminam, & Miſſæ intereſt impleat præceptum? Implet ſanè, modò non ſola libido moueat, & ille audiat, & attendat quantum ſatis eſt ad præceptum.

Sanchez

Ita Sanchez *lib.1. Operis Moralis cap.14. num.*1. & Suarez *ſect.3.* cum Medina, & alijs quos adducit. In quo certè nimis Maſcaregnas Ieſuita, quem Galli preſbiteri citant, & taxant, exceſſit, dum ait iuuenem, qui ex ſola libidinis cauſa Miſſam audit, alias non auditurus, impleat præceptum; quod ineptum eſt dicere, cùm omninò ei auferat animum audiendi Miſſam, & attentionem excludat. Nam ſi ſufficit ſolo corpore adeſſe, qui adſit dormiens, certè ſatisfaciet præcepto: quod quis affirmet?

Sexta, an poſſit quis licitè Miſſam hominis excommunicati audire, & petere? Reſpondetur cum diſtinctione; ſi ſit toleratus, licere, ſi non ſit, non licerè, ſiue *P*arochus ille ſit, ſiue non.

Suarez
Sanchez
Lopez
Concil
Conſtant.

Ita Sotus *in 4. d.1. q.5. art.6.* Suarez *tom.5. de Cenſur. diſp.11. ſect.4. nu.*18. Sanchez *lib 7. de matrim. diſp.9. num.* 8. & Lopez *2. p. cap.*59. *num.*18. & S. Fauſto *d.2. q.*215. Ratio eſt, quia Concilium Conſtantienſe decreuit, vt excommunicati non denunciati minimè vitentur in ſacris ad remouenda ſcandala, & ſcrupulos auferendos, quod *D*ecretum affert idem P. à Sancto Fauſto loco proximè citato, eoque firmatur exceptio eorum, qui non ſunt tolerati, nam eo ipſo quòd tolerati tantum admittuntur, reliqui excluduntur. Peccabunt tamen hi excommunicati ſi ſe ingerant propria volũtate, ſi autẽ à fidelibus rogati, & inuitati celebrẽt nõ peccabunt. De ſuſpẽſo, & interdicto nominatim maior quæſtio eſt. In qua dicendum cum Suario *de Cenſuris diſp.26. ſect.2.nu.7.*

Suar
Henriq
Guagcia

& Henriquez *lib.13. de excommunicatione cap.5. num.*5. & Garcia *de Beneſic. 7. p. cap.14. num.*16. licere ab eo audire; nam vitatio in diuinis non militat niſi in excommunicatis, non autem in ſuſpenſis, vel interdictis. Ab irregulari ſacerdote audire poſſumus, non autem petere Miſſam. *A* degradato publicè, nec audire, nec petere. A publico concubinario audire poſſumus non obſtante Nauarro *in Manuali cap.25. num.*8.

Nauarr

Nam Concilium Conſtantienſe ſequendum eſt cum Suario *d* 18. *&* *diſp.*88. & Rodriguez *parte ſecunda cap.67. numer.*1. & Soto *in 4. diſtin.13. quæſtione 1. articul.9.*

suar.
Rodrig
Sotus

Non poſſumus tamen eum ad Miſſam dicendam inuitare, niſi vrgente neceſſitate, & ipſo ad eam dicendam animato. Ita cum AEgydio de Coninch Pater à Sancto Fauſto *quæſtione* 420.

P,a s:Fau ſto

Sciendum ſupereſt, quæ cauſæ excuſent à præcepto audiendi Miſſam? Illæ ſex numerantur. Prima. Spiritualis impotentia, vti excommunicatio, vel interdictum. *P*ropter hanc excommunicati, & interdicti non tenentur Miſſam audire. Vtrum autem peccent contra præceptum Miſſæ non procurando citò abſolui, vt audiant Miſſam, negandum cum Nauarro *c.* 21. *num.*30. Suario *diſp.88. ſect.6.* & Toleto *lib.6. cap.9.* & Sà *verb. Miſſa num.* 30.

Nauarr
suar.
Tolet
sa

An verò tempore interdicti teneatur quis habens priuilegium Miſſam in Oratorio priuato audire, negant probabiliter multi apud Fagund. *lib.* 5. *cap. 9. num.* 4. Sed alij probabilius affirmant cum Suarez citato, & *Henriquez lib.7. cap.13. & lib.9. cap.*25. & Nauarro *in Manual. c.21. n.3.*

Fagund
Henriq
Nauarr

Secunda, eſt impotentia corporalis v.g. morbus, aut neceſſaria domi detentio. Vtrum autem gaudens priuilegio obligetur domi habere Miſsã ſi adſit Sacerdos, & cætera non deſint, idem quod de tempore interdicti dicendum puto cum Nugno *3. p. q.83. art.6.* neque hac in re Suario neganti aſſentiar, in interdicto affirmanti:

ti:

Digitized by Google

ti: nunquam tamen tenebitur quis ad conducendum de nouo Sacerdotē ſtipendio: nec enim illud grauamen ſubeundum videtur.

Tertia, timor alicuius damni ex auditione Miſſæ orituri, ſeu vitę, ſeu honoris, ſeu pecuniæ, dummodo metus grauis ſit. Ob hanc excuſatur, qui agit litem, aut iter ſuſcipit pauper, & pedes. Authore Suario *diſp.*88.*ſect.* *6.* & Reginald. *lib.*19. *num.* 16. Tolet. *lib.*6.*cap.*9. Suar. Reginald. Toletus

Quarta, neceſſitas proximi rationalis, vti eſt cura grauiter ægrotantis, miniſtratio domeſtica neceſſaria, nimia zelotypia mariti erga vxorem, quæ partim ex Suario, partim ex *Nauarro*, partim ex Toleto deduximus.

Quinta, Officium v.g. cuſtodiæ, vel ciuitatis in milite, vel curæ infantis in nutrice, vel gregis in paſtore, vel domini in ſeruo, quamquam hic vltimus difficilius liberetur, vti aduertit Suarius, & Azor *lib.*7.*cap.*7. Suarius Azor

Sexta, conſuetudo recepta, quæ excuſat viduam poſt mortem mariti tempore ſolito pro regionibus, & virginem nubilem, licet hæc rarius liberetur, vti aduertit Suarez citatus; & Nauarro *in Manual.cap.*21. & Toletus *lib.*6.*c.*9. Nauar. Tolet.

Tandem quęritur, vtrum qui Miſſam omiſit, teneatur loco illius pium aliquod opus præſtare? Et vtrum alicui ſit pœnę obnoxius? Vtrumque negatiuè reſoluitur; nullum enim de vtrouis præceptum eſt. Ita de primo Nauarrus *cap.*21.*num.*7. Azor *lib.*7.*q.* 14. Suarez *diſp.*18.*ſect.*5. De ſecundo idem Suarez *ſect.*6. & Fauſtus *q.*428. Atque hic eſto huiuſce Tractatus, & Appendicis finis. Nauarr. Azor Suarez Fauſt.

DIS-

DISSERTATIO DE SACERDOTIO CHRISTI

CAPVT PRIMVM.

An, & qui Chriſtus Sacerdos, & vtrum æternus fuerit?

PRIMVM omnium Chriſtum Sacerdotem, Pontificem, & quod eodem redit, Mediatorem eſſe, magno, & Catholicorum, & Heterodoxorum conſenſu recipitur. Nec nos hic multum operę in Sacerdotis, & Mediatoris munere probando ponemus. Tam id expreſſum eſt in Scripturis vtriuſque Teſtamenti, vt locus ambigendi non fuerit. Satis ſunt illi duo celebres, alter Dauid. Pſal. 109. *Tu es Sacerdos in æternum*. Alter Pauli imo pene totus textus epiſt. ad Hebræos à cap. 5. ad 8. vbi Dauidem ſequitur, & commentatur. Atque vtroque modo exemplum à Paulo ibi affertur, & Sacerdotis, & Pontificis. Mediatorem verò appellat 1. ad Timot. *Vnus Deus, vnus Mediator Dei, & hominū Homo Chriſtus IESVS.* Vide Bellarm. *lib. 5. de Chriſto à cap. 1. in Præfat. lib. 1. de Corruptelis*. Vaſq. *in 3. p. to. 1. d. 83. c. 1. & 2.* Suar. *16. d. 46. ſ. 1.* Illud in Controuerſiam vocarunt Heterodoxi: Vtrius naturæ munus id eſſet, Diuinę ne, an humanæ? Diuinæ maluit Sarnicius, *A*uthore Stancaro, qui fertur humanæ tantum tribuiſſe, vt qui Sarnicium Arianum fecit, is fieret Neſtorianus. Vtramque voluit Caluinus includere, ac ex vtraque vnum Pontificem conficere, ſed in Mediatore medium tenere neſciuit, dum ambas in vnum miſcuit, Omnes à recto tramite deuiarunt. Sarnicius, quod naturam diuinam ſibi ipſi ſubiecit: Stancarus, quod naturam humanam à perſona Diuina ſeiunxit. Caluinus, quod vtramque æquauit, & æquando confudit. Catholica Fides ambas diſtinxit, & Humanę principium eliciens attribuit, Diuinę rationem ſuppoſiti ſuſtinentis aſſignauit, vt ſimpliciter Sacerdotium Chriſto, quà eſt homo, conueniat. Quod certè D. Paulus diſertè dixit: *Vnus Mediator Dei, & hominum Homo Chriſtus IESVS* exprimens particulam *Homo*, quod

Digitized by Google

ei munus, & nomen Mediatoris con-
D:Auguſ gruat, vti acutè notauit Auguſtinus
lib.2.de Peccat.origin. cap. 28. & ſerm.
11.de verb.Apoſt.& lib.10.Confeſſ.cap.
43. ac omninò in Pſal.29.& in ſingu-
lis ſuis libris eandem tradit doctrinā,
Bellarm: vti ſcitè obſeruat Bellarminus *lib.5.de*
Cyrillus *Chriſto Mediatore cap.*4. Hic eſt com-
Chryſoſ: Ambroſ. munis ſenſus Patrum, præſertim Cy-
Fulgent rilli in Ioann.*lib.11.c.77.* & Chryſo-
ſtomi *in cap.9. ad Hebr.* & Ambroſii
lib.3.de Fide Fide cap.5. & Fulgent.*lib.*
de Incarnat. & Gratia Chriſti cap.13.
D:Thom *& de Fide ad Petr.c.2.* quos ſequitur
D. Thomas *3.p.q.22.art.5. & 12. qu.*
102.art.3.ad 8. Ratio autem eſt ido-
nea, & perſpicua, quę & rem confir-
mat, & tres illos errores confutat.
Officium Sacerdotis eſt ſacrificare, &
offerre, & orare, merendo, ſatisfa-
ciendo, & impetrando, quod eſt in-
ferioris ad ſuperiorem, & vnius ad al-
terum: neutrum autem poteſt cadere
in diuinam naturam, quæ nec ſeipſa
inferior, nec à ſeipſa diuerſa eſſe po-
teſt. Igitur ſolius naturæ humanæ
proprium id munus erat. Verum
quia natura indiget ſuppoſito, vt ope-
retur, ex ea generali ratione inuolue-
bat ſuppoſitum Diuinum, cùm non
haberet aliud ſuppoſitum. Itaque ra-
tio operandi, & principium eliciens
operationem, erat natura humana;
conditio, erat ſuppoſitum Diuinum.
Vnde manifeſtè concluditur, Naturā
Diuinam nullo modo ingredi ratio-
nem Sacerdotij, cum in eo quod Deus
eſt, non naturæ, ſed ſuppoſiti, vti à
natura diſtinguitur, ad id munus ge-
rendum ratio habeatur; nam ſi na-
tura ad actiones illas perveniret, tota
Trinitas eſſet Sacerdos: cuius Trini-
tatis vnita, & eadem eſt natura. Igi-
tur ſolius ſuppoſiti vſus in hoc offi-
cio Sacerdotis, & Mediatoris in Chri-
ſto exigitur. Iuuat item hoc ſuppo-
ſitum alia ratione officium illud Sa-
cerdotis, nimirum, vt meritum, &
ſatisfactio, & dignitas operis ſint
infinita. At hæc ratio moralis cum
ſit, non eſt a ſuppoſito, tanquam in-
formante naturam, & eliciente,
ſed tanquam ab aſſiſtente, &
fouente, & honorante, atque vti
aiunt, dignificante: cuiuſque inter-
poſitu ab ipſamet natura Diuina ſan-
ctificatio infinita in humanam mora-
liter deriuatur, vnde meritum exiſtit
infinitum, quemadmodum exponunt
duo illi Principes Ieſuiticæ Theologiæ
Suarez; & Vaſquez *de Incarnat.ille d.* Suar:
4.ſect.4.hic d.6.cap.2. iuxta mentem S. Vaſq
Thomæ *3.p.q.7.art.11. & quodlib.2.a.* D: Thom
2. & Patrum, qui adducunt doctri-
nam de actionibus Chriſti Thean-
dricis.

Hinc deducitur, nec in naturam
Diuinam ſacerdotium vllo modo qua
drare ob dignitatem, & vnitatem, nec
in ſolam humanam ob ſuppoſiti defe-
ctum & exceſſum meriti: nec vtram-
que naturam ſimul, quòd Diuina al-
titudo eò demitti non poſſit, ſed in hu-
manam, vti ſubſiſtit in Verbi Diuini
Perſona, quæ illam, & ſuſtinet ad eli-
ciendam operationem, & attollit ad
augendum meritum.

Cùm verò non ſit ſacerdos ſine reſ-
pectu ad ſacrificium, Chriſtus ſacer-
dos offerre debuit ſacrificium; *Omnis*
quippe Pontifex, inquit Paulus Heb. D:Chry
8. *ad offerendum munera, & hoſtias*
conſtituitur, commentatore Chryſoſt. D.Paul.
homil.14.*Chriſtus Pontifex erat: Ponti-*
fex autem ſine hoſtia non eſt. Oportet
igitur, & hunc habere hoſtiam. In quo
ſanè ſingularis fuit, cum ſeipſum ob-
tulerit, atque adeo ſacerdos, & ſacri-
ficium fuerit, vti Paulus ad Epheſ.5.
Tradidit ſemetipſum pro nobis oblatio- D: Paul
nem, & hoſtiam, & ad Hebræos. *Seip-*
ſum offerendo, ac ſæpe alias. Atque
ita Auguſtino Authore Pſalm.64. *Tu* Pſal 64
ſacerdos, Tu victima, Tu oblator, Tu
oblatio. Quid autem offerre debuit Auguſt
tantus ſacerdos, niſi ſeipſum? vt &
ſacrificium dignitatem ſacrificantis
æquaret: & magnitudinem peccato-
rum, pro quibus ſeipſum offerebat,
vinceret; & veniam ijs à Deo quodam
quaſi iure ſuo obtineret. Quare de-
finitum id eſt à Concilio Alexandrino
Anathemat.2. quę eſt Cyrilli epi-
ſtola 10. recepta in Concilio Ephe-
ſino, & celebrauit Nazianzenus
carm.9.

Mo-

Digitized by Google

Mortaliſque Deuſque, & victima pura Sacerdos. & amplificauit oratione 31.& 36.& expendit grauiter Gregorius Magnus *in 1.lib.Reg.c.1.*& acutè notat S. Thomas *q.22.a.1.& 1.2.q.102.a.3.ad 8.* Hæc omnia cùm fides docet, tum Hæreſis non inficiatur.

De illo ponitur quæſtio. Qua ratione Chriſtus ſacerdos, & Pontifex fuerit? Nam cum ſacerdotes initientur, & conſecrentur, atque adeo inſtitutione & vſu fiāt, hæc autem Chriſto conuenire nequeat, qui ſacerdos eſſe poſſit, ambigitur. Ac primum, duo eſſe genera ſacerdotij aſſumo. Alterum intrinſecum virtutis intimæ ordine ſacro conſtitutum, atque adeo Sacramentum: alterum deputationis, & titus citra ordinem, et Sacramentum. Iſtud ante legem gratiæ extiriſſe conſtat, ac eiuſmodi erat Leuiticum ſacerdotium, nec enim erat Ordo, nec Sacramentum. Alterum eſt proprium legis Gratiæ, ab ipſo Chriſto Domino inſtitutum, in quo, qui inſtituitur verè ordinatur, & intimè conſecratur, & ſanctificatur per Gratiam. Angli cum cæteris Heterodoxis vnum aiunt, illud nempe externę deputationis, nec alios iam, aut habent, aut admittunt Sacerdotes, poſtquam, & Pontifici Romano, & Epiſcopis nuntium remiſerunt, itaque & ſacerdotibus neceſſe eſt careant, cùm & miniſtros vix habere velint, vt eorum reditus, & demenſa in publicos vſus vertant: quod ego Londini ex ipſis miniſtris accepi, querentibus, quòd vix ſibi neceſſaria ſuppeditabant, cæteris ereptis, & commodo Reipublicæ aſſignatis. Poſtquam enim Eccleſia in Anglia eſſe Romana deſijt, & Sacra, & Eccleſiaſtica deſierunt. Itaque ſolis rationibus Politicis conſulitur, & ſeruitur. Ius tamen ego in eo facto agnoſco, quòd inter miniſtros illos, & laicos nihil iam intereſt, vnde & conſequens eſt, vt inter reditus nihil interſit, atque adeo nulla miniſtris iniuria fiat, ſi nihil ijs ob miniſterium aſſignetur, cùm illud ſacrum eſſe deſierit, et quiuis de vulgo, ſiue vir, ſiue fœmina id obire ritè, et aptè, et poſſit, et ſoleat. Hæc obiter, et curſim.

Redeo. *Sacratiùs* nos iſta pendimus, et tractamus. Sacerdotium ſanctum quiddā, intimumque à Paulo, et Apoſtolis accepimus, qui manuum impoſitione (Chirotonia Græcè dicta) perficiebatur, quæ ſymbolum erat Spiritus Sancti in Animam illabentis. Idque ex Actor.6.13.14.cap. et epiſt. Diui Pauli 1. ad Timoth.4. v.5.et 2. Timoth.1. locis conſtat. Hac ratione veteres illi Eccleſiæ Patres, et venerabiles Parentes noſtri inſtituti, conſecrati. Ignatius, Polycarpus, Iuſtinus, Dionyſius, Irenæus, Athanaſius, Baſilius, Chryſoſtomus, Nazianzenus, Cyprianus, Hilarius, Martinus, Ambroſius, Auguſtinus; quemadmodum ex illorum operibus apparet. Teſtimonia adducit Bellarminus, Baronius, et qui de Sacramento Ordinis Theologi noſtri ſcripſerunt.

D. Paul.

Pergo. Neutra Chriſtus ratione ſacerdos fuit, excellentius multò, et ſacratius ſacerdotium habuit? A Deitate, quæ humanitatem afflauit, fouit, coercuit, amplexa eſt, et ad omnem dignitatem euexit. Hæc vnguento quodam arcano naturam illam perfudit, quo delibuta flagrauit: vnde dicimus, ſacerdos extitit Chriſtus vt homo eſt, vnctus per Diuinitatem, atque vti ſanctus natura redditur ex vnione cum Diuina natura, quemadmodum docet Auguſtinus *epiſt.57. & lib.3. contra Maximin.cap.16.* cum alijs Patribus quos adducunt, ſequunturque Suarez *d.18.ſ.1.* et Vaſquez *d.41.c.2. & 3.* Ita naturaliter poteſtatem habet ad ſacrificandum, et offerendum, in quo ratio ſacerdotij conſiſtit. Nam vſus extra rationem ſacerdotij ponitur, cum ſacerdoti non ſit opus, vt munus illud retineat, actu ſacrificare, quod obſeruat Suarez, et Vaſquez allegati. Nec idcirco tamen ſequitur Chriſtum contra id, quod proximè diximus natura diuina eſſe ſacerdotem; aliud eſt quippe inſtituere, aliud inſtitui ſacerdotem. Itaque natura humana accipit à Diuina dignitatem, & poteſtatem, & rationem

D.Aug.
Suar
Vaſq

Google

ſacerdotij,& Chriſtus vti homo exiſtit ſacerdos: natura vero Diuina tribuit illam dignitatem, & poteſtatem, & rationem, non tamen eſt, aut dicitur ſacerdos. Quemadmodum eadem natura diuina confert ſanctitatem, & iuſtitiam humanæ, qua hæc redditur, & dicitur ſancta, & grata; nec tamen ex eo ſequitur naturam diuinam eſſe ſanctam, iuſtamque per eam ſanctitatem, quam communicat. Quod item video à Theologis animaduerti.

Illud minus quæri video, & mihi proprium vendico, cur Chriſtus ſacerdos exiſtat? aut quæ neceſſitas illius muneris? Nam vt Rex ſit, & omnibus præſit, ratio ipſa poſtulat dignitatis, & excellentia exigit perſonæ: at vt ſit ſacerdos, id nec dignitas perſonæ exigit, nec conditio naturæ, imo alienū videtur à dignitate perſonæ, cum ſit munus colentis, & ſupplicantis. Duæ ſunt huiuſce rei, ac me authore idoneæ rationes, ab altiori ductæ principio, quod aſſumo. Altera, poſito Conſilio, Decretoque Diuino de Incarnatione Verbi, quodcumque illud demum fuerit, oportebat vt homo ille, qui exiſteret, ſacerdos eſſet; nam cum omnibus abundare deberet virtutibus, ita vt nulla prorſus eo homine digna deeſſet, ac vna ex præcipuis ſit Religio, ad quam cultus, & ratio ſacrificandi pertinet, neceſſe omnino erat, vt ad eos actus Religionis exercendos ſacerdotium gereret. Altera, aſſumpto, Verbum Diuinum non niſi in remedium peccati, & ad redemptionem mundi incarnandum, & incarnaſſe: quam dixi in Cortina mea eſſe ſcripturæ, et Auguſtini, et Sancti Thomæ ſententiam, cui adhæreo, nō potuit non Chriſtus eſſe ſacerdos, vti pateti cum ab eo eſſet offerendum, et ſacrificandum proprium Corpus ad ſatisfaciendum pro peccatis; quibus ſanè duabus rationibus res tota conficitur, quas nemo non Catholicus, aut Hæreticus, opinor, probet.

CAPVT II.

De Ordine, & Æternitate Sacerdotij Chriſti.

Capitalis hic quæſtio eſt. Cuiuſmodi fuerit Chriſti ſacerdotium? in qua multa ſcitu digna continentur. De ordine, de proprietate ad illud *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* adiuncto loco ad Hebræos Pauli. De ratione, et forma ſacrificij, Cruenta ne, an Incruenta? *De* ſacrificio Melchiſedechi, an verè obtulerit Panem, et Vinum? nec ne? atque adeò ſymbolum Euchariſtiæ protulerit? De quibus multa, et accuratè tum Orthodoxi, tum Heterodoxi authores inter ſe contendunt. Ea verò cùm iam à grauiſſimis ante me ſcriptoribus ſint occupata, qui et erudiiè tractant, et validè obiecta refellunt, meam operam non requirunt: nec ego aut actum agam, aut dicta repetam. Tantum breuiter dicam quod ſentio, ne quid *Lectores* ſtudioſi deſiderent. *Aliqua* interſeram mea, vbi locus ſe aperuerit vacuus.

Primum, Ordinem non fuiſſe *Leuiticum*, ſeu Aaronicum, liquet ex *Da*uide, et Paulo; nec id probate oportet, cùm nemo repugnet. *De* Æternitate ſacerdotij, et ſacerdotis controuerſia eſto. Quod attinet ſacerdotis perſonam, haud dubiè æterna eſt. An ſit et quomodo æternum ſacerdotium? Authores, et inter ſe noſtri, et ijdem, et Heterodoxi diſſentiunt. Triplex eſt de hac æternitate ſacerdotij ſententia. Prima Vaſquij ſummi Theologi *d.86.* aientis, quòd Chriſtus natura ex vi vnionis ſacerdos eſſet, ac illud ab intrinſeco ſacerdotium traheret, eo æternum ſacerdotē dici: atque id ſatis eſſe ad locos *D*iui Pauli exponendos: nec alias interpretationes eſſe, aut neceſſarias, aut idoneas. Secunda Bellarmini maximi ſanè viri, affirmantis id non ſufficere, ſed vlterius requiri rationem ſa- Vaſquez

eri-

erificij perpetui, et duraturi. Cuiuſmodi eſt ſacrificium incruētum, quod et eſt iuge, et ad finem vſque mundi perſeuerabit. Ita *lib. 1. de ſacrificio* Bellarm *Miſſæ cap. 6.* Illud autem *æternum* intelligit *vſque ad conſummationem mundi*, cui aſſentitur Suarez *tomo de* Suar *Sacramentis diſ. 46. ſect. 4. ad finem*, et Perer. ante eos Pererius *in cap. 14. Geneſ. d. 7.* vbi non ſolum hanc ſententiam ponit et approbat, ſed aliam de æternitate ſacerdotis ob perſonam diuinam, et ob virtutem, et fructum ſacrificij cruenti acutè taxat. Quos, opinor, Vaſquez Vaſq pungit cap. 2. cùm ait, mirari ſe doctiſſimos Theologos ob hanc rationem ab illa de æterna ſacerdotij natura ſententia diſſentire. Tertiæ author eſt Diuus Thomas omnium S. Thom. Theologorum vertex *qu. 22. artic. 5.* vbi docet, ſacerdotium Chriſti circa ſacrificium Chriſti cruentum verſatum æternum eſſe, tum quia huius virtus eo ſemel peracto permanet in ęternum; tum quia *Finis iſtius ſacrificij quod Chriſtus obtulit, non fuerunt bona temporalia, ſed æterna*. Quæ tres ſententiæ ſolitariæ, ac diuerſæ inter ſe ſunt. Nam prima intra ſolam vnionem permanet, alia excludit. Secunda extra vnionem, Euchariſtiam neceſſariam ad æternitatem ſacerdotij putat. Tertia in ipſo Crucis ſacrificio ſatis eſſe ad æternitatem ſacerdotij exiſtimat. Illa prima ſeuera nimis eſt, & detrahit aliis. Altera minus eſt ſeuera, ſed nimis exigit. Tertia nobilis, & liberalis minùs ſanè poſtulat, & ſuo eſt contenta ſenſu, & neutram offendit.

Harum optima; hæc vltima eſt, & congrua loco Pauli: vno vt verbo dicam, S. Thomę. Quo illa nomine multò magis, quam meis, vel cuiuſquam alterius laudibus commendatur. Et quidem non negem Vaſquio Chriſti Sacerdotium ob rationem vnionis intimæ æternum eſſe, cum pręſertim dicat Paulus. *Eo quod æternus eſt, ſempiternum habet Sacerdotium*. Sed non ea tamen eſt ratio, cur Sacerdotium æternum ſit. Ago cum homine acri, & acuto. Subtiliter rem examinemus. Non quærimus, vtrum Chriſtus ſit Sacerdos in æternum? Id enim planum eſt; ſed in quo ſit æternitatis Sacerdotalis ratio. Ait Vaſquez in vnione. Nego, nam vnio ipſa omnia alia in Chriſto æterna facit, Regnum, Iudicium, Beatitudinem. Hæc omnia ſunt ęterna ob illud ex quo manāt principium, ſed nos non cauſam in radice quęrimus, quæ eſt communis multis, & propria eſſe nequit. Deinde ſi Sacerdotis munus in ſe non maneat, non dicitur ęternum, nec erit ſatis vnquam cum vnione Chriſti. Igitur neceſſe eſt, vt vltra nexum cum vnione ipſum in perpetuum ſit. Pręterea ſi illa ratio vera eſſet, quæ munera Chriſtus geſſit; æterna fore, neceſſe, vt in vnione vniantur: atque adeò Chriſtus cum iudex ſemel erit in extremo iudicio, æternùm iudex erit: aut quod melius exemplum eſt, cum miraculorum operator fuit, in omnem ęternitatem illud munus tranſmiſit. Quare mitius debebat Vaſquez ſe gerere in taxanda Bellarmini Suarijque ſententia, & modeſtius in hac ſua ingerenda, quæ vt verum principium ſumat, non omnino tamē propriè rem Sacerdotij attingit. Locus verò Pauli, non id quod vult Vaſquez conuincit, nam eo quod Chriſtus æternus ſit, æterna multa, vti diximus, pręter Sacerdotium habet, atque adeo non magis probatur eo loco eſſe Sacerdotem æternum, quàm & Patrem, & Iudicem, & Regem æternum. Et ſanè Paulus ipſe vlterius ire ratiocinando perrexit, vt propriam rationem Sacrificii propalaret, quam omnino exigebat in Chriſto Sacerdote; poſtquam enim dixit: *Eo quod manet in æternum ſempiternum habet Sacerdotium*: addidit, *vnde & ſaluare in perpetuum poteſt*. Connectens Sacerdotium cum fine, & effectu ſalutis æternæ per Sacrificium Crucis. De quo hic Paulus agit, vti nos confirmando S. Thomæ ſententiam, docebimus. Deinde cap. 8. ex munere, & ſacrificio Sacerdotem metitur. *Omnis enim Pontifex ad offerenda munera,* Paulus Hebr *& hoſtias conſtituitur. Vnde neceſſe*

& ho-

Digitized by Google

Hebr. 8 *eſt hunc habere aliquid, quod offerat.* Non tam perſonę, aut dignitatis rationem habet, quam Sacrificij. Tum cap. 6. conferens minores Sacerdotes cum Summo, confert etiam ſacrificia, atque illos conſummare ſua, iſtum ſemel nō ſine ſangnine obtuliſſe; mox de imperfectione hoſtiarum loquitur, *quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem.* quibus perſpicuè opponit hoſtiam Crucis, quò cuncta refert, & qui ſcopus eſt ratiocinationis. Vbi manifeſtè apparet Aeternitas Sacerdotij ex parte ſacrificij. *Chriſtus autem*, inquit, *aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum, id eſt, non huius creationis, neque per ſanguinem*
Hebr. 9 *guinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit, ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta.* Qui locus rem continet, & omnino aduerſus Vaſquium probat, non ſatis eſſe æternitatem perſonæ, ad Sacerdotii æternitatem firmandam, ſed victimæ quoque requiri; cum enim Paulus Pontificem non huius creationis, id eſt Filium Dei æternumque dixerit, adiunxit ſanguinem æternę redemptionis authorem; perinde ac opus eſſet victima, quæ in æternitatē virtutem ſuam effectumque extenderet. Huc pertinet, *qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.* &, *in conſummatione*
Hebr. 10 *ſæculorum ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit.* Ac in huius hoſtiæ dignitate præcipuè immoratur; in hac enim pondus erat. Vide momentum. *In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem Corporis Ieſu Chriſti ſemel.* En aliud maius; cum hoſtias Sacerdotum legalium attuliſſet, & infirmaſſet, vt in quo verſaretur comparatio, indicaret, dixit: *Hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam in ſempiternum ſedet in dextera Dei.* Ecce aliud illuſtrius, *Vna oblatione conſummauit, in ſempiternum ſanctificatus.* Quibus ego adductus Vaſquij ſententiam deſero, quia ille ſola Aeternitate Sacerdotalis perſonæ, & dignitate contentus æternam Sacrificij rationem nō poſtulauit: qua præcipuè Sacerdotis æternitas commendatur: quemadmodum S. Thomas docuit à D. Paulo inſtitutus. In Secunda Bellarmini, Suarij, & Pererij ſententia duo probo, tertium improbo. Probo oblationem Melchiſedechi, hoſtiam, & Euchariſtiæ expreſſam figuram fuiſſe. Probo Miſſæ ſacrificium ea hoſtia ſignificatum ad cōfirmandam æternitatem Sacerdotij pertinere. Improbo rationem Sacrificij Miſſæ per ſe ſolum, ac eo ſenſu, quem volunt tres illi Authores ad æternitatem Sacerdotij, & Sacrificij, de qua Paulus ad Hebræos agebat, & probandam, & ſuſtinendam ſatis eſſe, niſi addatur ratio Aeternitatis perſonæ Sacerdotis, & virtutis, ac fructus Crucis, & Hoſtiæ Crucifixæ.

Atque vt ab hoc vltimo, quod maximè loci Paulini proprium eſt incipiam. Mens hic Pauli eſt legem Gratiæ, cuius author Chriſtus, legi Moyſi anteferre, & docere hanc illa inſtituta, & promulgata, deſiſſe; idque ex noua ratione Sacerdotij, & Sacrificij à Chriſto introducti optimè probat. Tum ſumit duo: alterum, vt oſtendat imperfectionem Sacerdotij, & Sacrificij veteris Legis; alterum, vt demonſtret excellentiam, & præſtantiā nouæ. Primum exequitur dicendo Sacerdotium illius Legis ſucceſſione ſanguinis duci, atque adeo ceſſare, & cū Sacerdotibus ſæpe extingui; quod ipſum argumento erat aliquando interiturum. Deinde, docendo Sacrificia illa tantum vmbras eſſe, & typos imperfectos futuri Sacrificij Chriſti in Cruce morituri, nullam quidem virtutem habentes ad iuſtitiam, & remiſſionem peccatorum efficiendam, ac proinde re vacua, ſignificatione ſonantia, & morte ipſa victimarum pereuntia. Alterum præſtat, negando Chriſtum fuiſſe Sacerdotem veteris Legis, quod non eſſet de Tribu Leui, ſed Iuda, omnino ab eo miniſterio aliena; ſed longe diuerſi generis, id eſt, ſingularis ſecundum Ordinem Melchiſedechi: ex quo duo illa prærogatiua ſequebantur, quæ deerant in Aaronico Sacerdotio: nempe æternitas

tas

tas Sacerdotis, nunquam poſt oblatam in Cruce victimam morituri, & ſacrificio Cruento ęternam virtute Diuini Sãguinis ſalutem operaturi: quod vel ſemel in tempore oblatum, fructũ Redemptionis, in totam erat Aeternitatem tranſmiſſurum. Hęc eſt perſpicua ratiocinatio Pauli, ex filo textus euoluto deducta. Quæ tota conſtat ſine illo additamento, quod neceſſariò adhibendum putant tres illi Authores Sacrificij incruenti. Quod autem illud omnino ad veritatem ſententiæ requirant, negentque citra illud hanc poſſe conſiſtere, id ego manifeſtè ſolidèque refuto. Nam quod Miſſę Sacrificium ſit vſque ad Mundi finem continuò duraturum, nõ ſatis eſt ad illã Aeternitatẽ, quam ſibi Paulus proponit, quippe agebat de Aeternitate propriè ſumpta, ac vti in infinitum tenditur, ac Filio Dei naturali, ac ęterno conuenit, & Sacrificio æternã ſalutem, & beatitatem operanti congruit: a quo ſenſu, quàm ſit aliena illa de Miſſæ Sacrificio ad finem vſq; ſæculi duratio, facilè apparet, cum ea, & certò temporalis ſit, deinde incerta; atque adeo ad ſignificandam, & confirmandam veram, & iuſtam æternitatem inepta. Inde enim potius ſequebatur Sacerdotium Chriſti aliquando finiendum, cum mundus ſit aliquando finem habiturus. Ego ſanè cum D. Thoma, Eſtio, & ijs quos citaui tum Sacerdotio, tum Sacrificio

----- nec metas rerum, nec tempora pono.

Aeternum ſi ne ſine dabo.

Quod autem ſubijciunt, ſi de virtute, & fructu Sacrificij cruenti ſemel facti ſine actuali vſu, & exercitio ſacrificandi intelligatur Aeternitas, poſſe hoc modo dici æterna Sacrificia veteris legis, quod eorũ meritũ, & virtus in vitam æternã ſit reſeruatum, vbi premiũ eſt repoſitum. Id haud difficile ſoluitur, imò & retunditur, quod illorum ſacrificiorum omnis virtus, & meritum à ſanguine Chriſti manauit, ſine quo vacua eſſent, & inania, & cum ipſis Sacerdotibus peritura. Vnde etiam apparet, quanta ſit Crucifixi virtus, quamque efficax, vt non ſolum per ſe Aeterna ſit, verum etiam alia à ſe æternitate donare poſſit: ita vt illa morte, quæ mortalia ſunt, & inanima, animentur, & viuant.

At hæc expoſitio, inquit Pererius, & Bellarminus, quibuſdam Hæreticis placet, puta Caluino, & Kemnitio, & non paucis Anglicis Hetorodoxis probatur auidè eã amplectentibus. Fateor. Sed ea item arridet S. Thomæ, & Scholæ, & Vaſquio, & Eſtio, & multis boni nominis Catholicis. Quid tum? Improbanda eſt? Equidem, vt dicam quod ſentio, mihi non eſt lis cum Hæreticis, niſi de erroribus. Perſonas non odi. Hæreſes inſector; vbi bene ſentiunt, & dicunt, conſentio, & approbo: vbi ſecus, diſſentio, & impugno: veritatem vbicumque inuenero, colo, & veneror. Donum eſt Dei. Sæpe ſunt, qui *veritatem Dei in iniuſtitia detinent.* Eam mihi, ſi poſſum, vindico. Certè non ſunt ij Authores Hæreticis magis infenſi; quam homo inſtituti eiuſdem Maldonatus; at hic ſæpe Caluini, & aliorum ſenſus probat, & dicit, *non pudere ſe in re bona Authoris mali.* Itaque hactenus benè, & loquuntur, & ſentiunt. Sed quemadmodum qui in lubrico verſantur, etſi contingat veſtigium certum interdum figere, eos ſæpe cum gradum facere volunt, pedes fallunt, & deſtituunt, & in præceps dant: ita Hæretici, quamuis certæ ſententiæ interdum adhæreant, ſolent, cum alia colligere diſcurſu rationis conantur, titubare, & labi, & illum ipſum quem inſiſtebant gradum, amittere. Quod planè Caluino, & Kemnitio, aliiſque video accidiſſe, nam dum locum Pauli de Sacerdotio æterno Chriſti in Cruce Pontificis, & hoſtia exponunt, pergunt negare Iucuentum Miſſæ ſacrificium, & totum Euchariſtiæ myſterium, quod nullam illius hoc in loco Paulus mentionem fecerit: & vlterius ire contenduntnimirum alio in Geneſi celeberrimo loco, vbi habetur: *Melchiſedech Rex ſalem obtulit Panem, & vinum. Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi.* Nil omnino

S. Thom.

Rom: 1

Maldonat

Caluin: Kemnit

Digitized by Google

nino de Sacramento, & Sacrificio Euchariſtiæ ſignificare, quod nulla ibi fuerit oblatio Panis, & Vini; ſed tantum quædam prolatio liberalis, & vulgaris militum refectio: quibus à victoria, & itinere feſſis panis, & vinicopia diſtributa: nec verò illam ſententiam, *Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi*, quidquam eò pertinere, quod particula *Enim* ſuppoſita ſit ab Interprete, cum in Hebræo, & germano non ſit; atque adeo ſolo ſimplici, &, nexu colligata, imò potius diſtinguente particula *autem* diſſipata. Nulli magis generi hominum neceſſarius eſt vſus illius Ciceronianæ dictionis. *Quatenus*, quàm Hæreticis. Oratores non inepti ſunt, ſed illud præceptum ſæpe negligunt. At non cum dicunt. Certè cum docent, quod longè eſt deterius. Audaces nimirum ſunt; modũ, nec tenere volunt, nec poſſunt. Reuocare conabor illos, & in carceres reducere.

CAPVT III.

Quatenus ſacrificium Miſſæ ad Æternitatem Sacerdotij conferat?

Ntequam illorum errorem confutem, operæ pretium erit id, quod proximè ſecundo loco poſueram, exponere: quod mihi proprium ſumo; nec enim quiſquam hactenus, quod ſciam, ſcribendo occupauit: Interpretationem de æternitate ſacerdotij, & ſacrificij cruenti victimæ noſtræ Crucifixæ, iſto Euchariſtiæ additamẽto magnopere iuuari. Rationem demonſtro, quæ eſt ea, quam modo impugnaui ex illius ſacrificij ad finem vſque mundi duratione: nec enim tam aut ſum immemor, vt obliuiſcar proxima, aut tam ineptus, vt a me ipſo diſſentiam. Dico igitur ſacrificium illud Crucis reliquiſſe ſui vicarium ſacrificium iſtud Euchariſtiæ incruentum, in quo illius memoria, et repræſentatio continetur; atque hoc ipſum ſacrificium Euchariſtiæ viuere, et animari ſacrificio Crucis, à quo accipit, et virtutem, et fructum: ita vt in ipſam Euchariſtiam illa Chriſti mors operetur, et non niſi virtute illius ſanguinis gratiam, et vitam conferat ſempiternam. Ita enim nos inſtituit Fides, omnia Sacramenta, et quidquid eſt præſidii, et gratiæ ad ſalutem, quodcumque demum ſit, id omne à Chriſto Crucifixo pendere, adeò, vt ipſummet Euchariſtiæ Sacramentum virtutem ab illò ſanguine in Cruce effuſo accipiat, ita enim docet Diuus Thomas *prima parte quaeſt. 46. articul. 2. Ordinatum erat à Deo, vt fructus humanæ ſalutis non ſequeretur, niſi Chriſto patiente. Similiter intelligendum eſt, ſi non poteſt hic Calix tranſire à me, niſi bibam illum; ſcilicet propter hoc, quod tu ita diſpoſuiſti*. Vnde Hilarius apud eumdem, *Ideò Calix tranſire non poteſt niſi bibat illum, quia reparari niſi ex eius paſſione non poſſumus. Et* Auguſtinus *lib. 13. de Trinitat. cap. 10. Sananda noſtra miſeria conuenientior alius modus non fuit, quàm per Chriſti Paſſionem*. Quare idem Sanctus Thomas *quaeſt. 2 i. eiuſdem tertiæ partis in corpore* ſic ſentit. *Chriſtus in Cœlum intrauit, & nobis viam parauit intrandi per virtutem Sanguinis ſui, quem pro nobis in terra effudit*. Itaque ſacrificium Crucis, et Euchariſtiæ idem eſt et vnum, ac proinde illud in hoc continuatur, et permanet, nec aut periit, aut tranſiit. Hæc eſt Sancti Thomæ ducta ex ſenſu Sancti Auguſtini ſententia *quaeſt. 22. 1. part. artic. 3. ad 2.* ſacrificium quod in Eccleſia offertur non eſt aliud à ſacrificio quod ipſe Chriſtus obtulit, ſed eius commemoratio, vnde dicit Auguſtinus *de Ciuitate Dei 10. cap. 20. Sacerdos ipſe Chriſtus offerẽs, ipſe oblator, & oblatio: cuius rei Sacramentum, quotidianum eſſe voluit ſacrificium*. Igitur et ratione fructus, et virtutis eſt æternum ſacrificium Crucis, et ratione ſacrificii manet

D. Thom. Hilar. D. Aug. S. Thom. Idem Auguſt.

Digitized by Google

net in Euchariſtia, et perpetuitatem habet, imò et virtutem Euchariſtiæ confert, et conſeruat, et quicquid Euchariſtia operatur, præſtat ille ſanguis Crucifixi: qui omnino eſt idem in Sacramento, et ſacrificio incruento, vnde quicquid perpetuitatis eſt in Euchariſtia, ab illo Crucis procedit: & ſicut vnum, & idem eſt, ita & vna vtriuſque duratio, nec enim duæ ſunt hoſtiæ, duoue ſacrificia, quemadmodum grauiter Patres Tridentini *ſeſſ. 22. cap. 2. Vna enim eademque eſt hoſtia, idem nunc offerens ſacerdotum miniſterio, qui ſeipſum tunc in Cruce obtulit, ſola offerendi ratione diuerſa.* Trident.

Iam ergo ſacrificium Miſſæ incruentum ad Crucis cruentum pertinet. Sed niſi probem illud verè æternum, & dici & eſſe, incurram eamdem, quã ſuperior, quam taxaui, opinio reprehenſionem, quod æternitatem non vltra finem mundi extendam; nam vt ſit verum durare in Euchariſtiæ ſacrificio Crucis ſacrificium, cùm fine ſeculi terminabitur. Verum mihi conſulo ipſe, & vindico. Monſtro in incruento Miſſæ ſacrificio veram eſſe, & iuſtam, quam aſſerui æternitatem. Inſtituto eo in Cęna, & peracto dixit Chriſtus ad Diſcipulos: *Non bibam amodò de hoc genimine vitis vſque in diẽ illum, cùm bibam illud vobiſcum nouum in Regno Patris mei.* Matth. 26. & Marci 14. & apud Lucam ante inſtitutionem cap. 22. *Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in Regno Dei.* Ecce Chriſtus Sanguinem ſuum Euchariſticum refert ad æternitatem, dum ait bibiturum ſe illum *in Regno Dei*, id eſt in Cœlo, ac ſi ibi eſſet illud conuiuium continuandum quod æternitatem contineret: atque adeo negauit eſſe cum fine mundi terminandum. Clariſſimè autem hoc dixit Chriſtus cap. 6. Ioannis in quo ſæpè repetit Corpus, & Sanguinem *ſuum cibum eſſe qui non perit, & æternam vitam operari*, qui cum manducet, *æternum victurum*. Et opponit Manæ qui erat cibus mortalis, & caducus, & quem qui manducarunt in deſerto, mortui ſunt, cùm tamen Pa- Mhtth: 26 Marc. 14. Luc: 22:

nis Euchariſticus & vita æterna eſſet, & vitam æternam daret. Et concludit. *Qui manducat hunc Panem viuet in æternum.* Adeo vt æterna Beatitudo fructus Sacramenti Euchariſtiæ ſit: vti probat Maldonatus in cap. 6. Ioannis. Quare & illam in Cœlo *conuiuium*, id eſt *Cœnam Agni*, vocat Ioannes Apocal. 19. *Beati qui ad Cœnam Agni vocati ſunt*, perinde ac vellet ex ratione Euchariſticum cum Agno Paſchali celebratum epulum, quam Cœnam Domini dicimus, commemorare: niſi fortè maluit Cœnam, & Agnũ coniungere, vt vtriuſque generis hoſtiæ meminiſſet, & incruentæ in Sacramento, & cruentæ in Cruce, vbi Agnus dicitur Chriſtus Immolatus. Vtcumque ſit, illud conſtat, æternum illud Conuiuium Euchariſticum in Cœlo fore, & æternam ibi vitam dare, ac proinde æternum per fructum, quam affert immortalitatis duraturum. Et quamquam verba Lucæ de Paſchate loquantur, & ante conſecrationem dicta referantur, tamen ad idem conuiuium pertinere, nemo prudens Lector dubitet, cùm illud Paſcha illud epulum includat; quod autem Lucas verba præmiſerit, anticipationis figura fecit. Certè etſi de Paſchate quidam ambigant, de Calice Sanguinis authoritas Patrum non finit ambigere, qui illa verba *de hoc genimine vitis*, ad ſanguinem iam conſecratũ referunt, vti ſunt Origenes *tractat. 1. in Matth. 30.* & Cyprianus *in epiſt. ad Cæcilium 68.* & Chryſoſtomus hic *homil. 83.* et Epiphanius *hæreſ. 47.* Hieron. *in Comment.* Beda, Euthymius, et Theophyl. et author, qui Auguſtini nomine citari ſolet *lib. 1. quæſt. Euang. cap. 42.* Hac ratione effeci, vt ſacrificium iſtud Incruentum vltra finem mundi myſtico ſenſu tẽdatur, et ad æternitatem germanam pertineat. Addo nouum, nec opinor, ineptum: ſacrificium ipſum Crucis cruentum, tam eſſe cum iſto incruento coniunctum, vt eamdem rationem cibi, et potus ſpiritualis, id eſt conuiuij, myſticè contineat, nã Hieremias Corpus Chriſti in Cruce fixum, Panem appellauit Apoc. 19. Origen. Cyprian. Chryſoſt. Epiphan. Beda. Auguſt. Hieron.

lauit

lauit. *Mittamus lignum in panem eius*, et Iſaias hoc longiore circuitu
Iſai: ſanguinẽ clauis expreſſum vino comparauerit, dicendo: *Torcular calcaui ſolus*. Imo Chriſtus ipſe in Cruce mortuus aperto latere Calicem quodammodo exhibuit cum erupit *Sanguis, & Aqua*, quod ſymbolum Calicis fuit. Vnde ſacra illa mixtio aquæ, et vini in Euchariſtiam, et Calicem deriuata.

Faciunt iſta maximè ad ſoluendam primam, quam ſuprà indicauimus, difficultatem. De ratione, & forma Oblationis Melchiſedechi, an vera oblatio, & ſacrificium fuerit? et cur Paulus de illa nil hoc loco commemorarit? Quas duas capitales quæſtiones Heterodoxi fecerunt Duce
Caluin: Kemnit: Caluino, & Kemnitio negãtibus Melchiſedechum, panem, & vinum quem protulit, obtuliſſe, ac ex eo pręcipuè negantibus, quod Paulus hoc ad Hebræos loco de illa ne verbum quidem oblatione dixiſſet. Vnde deduxerunt Euchariſtiam, & Miſſam nullam prorſus eſſe. Et quidem non eſt meum de re tanta quæſtionem integram excitare; quam accuratiſſimè qui controuerſias ſcribunt, tractant; præſertim Echius, Pighius, Bellarminus, Becanus, Canus, Richardus, at nemo meo iudicio luculentiùs Pererio, nemo neruoſiùs Vaſquio, altero Scripturarum Interprete, altero Theologiæ Doctore. Vno verbo dicam cum
Eſtius Eſtio qui hac item quæſtione abſtinuit, rem eſſe à Patribus præiudicatam, qui communi conſenſu affirmant Melchiſedeh ſacrificaſſe *Panem, & vinum*, illoque Euchariſtiam, Miſſamque figuraſſe. Sanè Vaſquez pro ea veritate citat viginti quinque Patres
Bellarm *1. tom. in 3. p. d. 86. cap. 3.* quorum locos
Perer adducit Bellarminus *to. 2. Contr. cont. 2. lib. 5. de Euchar.* qui eſt primus de Miſſa cap. 6. & Pererius *in Geneſ. cap. 14.* Et id fatentur Caluinus, & Kemnitius, ſed ſuum tot Patribus anteponũt iudicium: qua fronte viderint. Ego,
Auguſt. aſſuetus illorum authoritatem vereri, ac imprimis Auguſtini qui vtrumque & Crucis, & Euchariſtiæ ſacrificium in Melchiſedechi ordine expreſſum perſpicuè docet Enarratione in Pſal. 33. rem definitam puto, & ad aliam me difficultatem expediendam accingo. Cur Paulus eo ad Hebræos loco de oblatione Melchiſedechi, atque adeo de Miſſæ incruento ſacrificio non meminerit?

Et quidem Bellarminus, & Pererius, et poſt illos Cornelius à Lapide, Perer. Cornel. Bellarm
dum reſpondent ideò Paulum de Euchariſtia ſiluiſſe, quod aliud ageret, minùs certè aptè reſpondẽt; nam cùm fateantur Paulum ibi de æternitate ſacerdotij Chriſti agere, ac ipſi ſentiant non poſſe illam ſine perpetuitate ſacrificij intelligi, et hanc in celebratione Miſſæ ad vſque finem ſæculi duraturam conſiſtere, certè negare non poſſunt, illam ad inſtitutum Pauli pertinere, cùm nihil magis faceret ad inſtitutum: Deinde quòd aiunt Paulum Hebræos id myſterii celare voluiſſe, etſi coniecturis probabile red- Eſtius
dant, et authoritate vtcumque ſuadeant, Eſtiuſque conniueat, mihi non admodum ſatisfacit, qui ſciam Chriſtum nobis Ioan. 6. tantum myſterium probaſſe, & Paulum hominem eſſe non timidum, & meticuloſum, ſed in loquendo liberum, vbi veritatis ſcrutinium erat, cùm præſertim ille hic tam perſpicuè de Crucis, quod magis, opinor, Iudæis durum, ac difficile videbatur, myſterio loqueretur; quare ſi opus eſſet Euchariſtiam ad probandam veritatem ſacerdotij adhibere, nulla ratione Paulus illius mentione abſtinuiſſet.

Nobis id affirmare licitum erit, qui etſi iuuare ad æternitatem dicimus, non tamen ad id neceſſariam prorſus eſſe Euchariſtiam aſſerimus. Verum ne ob id quidem in ea ſumus ſententia. Aliam dicendi rationem excogitamus. Dicimus Paulum rem ſuam egiſſe, id eſt, prædicationem myſterii Crucis, cuius magnus vbique præco, & laudator fuit, in idque ſacrificium omnem vim Diuinę ſuę doctrinæ, & elegantię contuliſſe, quod videret ab eo redemptionem ſalutemque noſtram pendere, nec ob id tamen

men

men de Euchariſtia, quantum ſatis erat non ſignificaſſe, nam cum hæc idem omnino ſacrificium eſſet cũ de Sacrificio Crucis differebat, de Euchariſtia quoque differebat. Cum præſertim Chriſtum Pontificem, & Sacerdotem appellaſſet: & ſecundum ordinem Melchiſedech, quod initio propoſuit, eſſe Sacerdotem dixiſſet, vt ſignificaret totum illud Crucis ſacrificium, etſi cruentum, ad ordinem tamen incruentum Melchiſedechi, non Aronicum pertinere. Atque vti hic hunc ordinem ſacrificandi in Pane, & Vino induxerat, ita qui ſe illi accommodaret, eum eodem genere Sacrificij vſurum: atque adeò ſuum illud Corpus, & Sanguinem in Cruce oblatum ad cibum, & potum Fidelium pertinere: & Calicem illum Paſſionis, illum Cœnæ Calicem reddere docebat. Vnde eodem nomine, vtrumq; Sacrificium, ſi tamen dici debet, voluit appellari: adeò nihil erat in vtroque præter rationem vulneris mortiſque diuerſum. Quare, vt antea obſeruaui, Sacramentum ipſum in Cœna ſacrificium Crucis, vti in duas diuiſum ſpecies ad exprimendam mortẽ repræſentauit, & Corpus Chriſti mortuum Cruci affixum, Panem adumbrauit, & Latus apertum, ſanguine, & Aqua manans Calicem expreſſit. Igitur Paulus, quod ſciret idem illud eſſe Crucis, atque Euchariſtiæ Sacrificium, ſatis duxit de ſacrificio cruento Crucis loqui, perinde, ac de incruẽto Euchariſtiæ loqueretur. Quorſum autem quinquies Ordinis Melchiſedech meminit? quorſum pluries noui Teſtamenti? niſi, quia reſpiciebat ad Sacramentum Corporis, & ſanguinis ſui in Cœna, & ad Calicem noui Teſtamenti, quo eum nomine Paulus

PaulusCorinth: 1. Corinth. 11. appellauit? Iraque non ſiluit de Euchariſtia Paulus, ſed cum eius in ſacrificio Crucis rationem habuit, perinde habuit de morte, ac de Sacramento mortis, dicere, & quod re vnum erat, noluit verbo diſtinguere.

Auguſt. Et quidem S. Auguſtinus Apoſtoli anima, ſenſum illius acutè, & grauiter expreſſit. Enarrat. in Pſal. 33. côcione 1. quem, quia nimis eſt pro loco longus, omitto.

Meam hanc expoſitionem Religioſiorem facere ſtatui, & ſacrum ei authoritatis Concilij Tridentini pondus addere; quod ſi minus Caluinus, Kemnitiuſque curarunt, ſcio non omnino alios, quibus modeſtiora ſunt ingenia, contempturos. Inſeram hic Caput 1. ſeſſ. 22. quod ſanè, vel lectum mirificum quendam incutit ſenſum pietatis.

Quoniam ſub priori Teſtamento, teſte Apoſtolo Paulo, propter Leuitici Sacerdotij imbecillitatem, conſummatio non erat, oportuit, Deo Patre miſericordiarum ita ordinante, Sacerdotem alium ſecundum Ordinem Melchiſedech ſurgere, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui poſſet omnes, quotquot ſanctificandi eſſent, conſummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus, & Dominus Noſter, etſi ſemel ſeipſum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, vt æternam illic redemptionem operaretur, quia tamen per mortem Sacerdotium eius extinguendũ non erat, in Cœna nouiſſima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ Sponſæ ſuæ Eccleſiæ viſibile, ſicut hominum natura exigit, relinqueret ſacrificium, quo cruentum illud ſemel in Cruce peragendum repræſentaretur, eiuſque memoria in finem vſque ſæculi permaneret, atque illius ſalutaris virtus, in remiſſionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur, Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech ſe in æternum conſtitutum declarans; corpus, & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis, & vini Deo Patri obtulit, ac ſub earumdem rerum ſymbolis, Apoſtolis, quos tunc Noui Teſtamenti Sacerdotes conſtituebat, vt ſumerent, tradidit, & eiſdem, eorumque in Sacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent præcepit per hæc verba: Hoc facite in meam commemorationem; vti ſemper Catholica Eccleſia intellexit, & docuit.

Digitized by Google

CONTROVERSIA DE PECCATO ORIGINALI

CAPVT PRIMVM.

Proponitur ſtatus quæſtionis ex Concilio Tridentino.

NVLLA fermè veritas ſæpius, & vehementius oppugnata, quàm hæc de peccato Originali; ex qua prædeſtinationis, & gratiæ magna ex parte doctrina pendet, quã hiſce poſtremis, miſeriſque temporibus Nouatores euertere contendunt. Quare Diuino Conſilio Tridentini Patres cum ad hæreſes in Eccleſia Chriſti graſſantes auertendas, & confutandas accingerentur, errores de peccato Originali, quaſi capita, & fontes hæreſum extirpare decreuerunt, rati his ſtantibus non poſſe cæteros ruere, ruentibus non poſſe conſiſtere. Id non obſcurè ſeſſ. 5. initio decreti ſignificant, dum viam ratiocinando muniunt ad doctrinam de peccato originali Catholicè tradendam, faſſi inter plurima mala, quibus Eccleſia Dei perturbatur, de peccato item Originali, eiuſque remedio, non ſolum noua, ſed vetera etiam eſſe diſſidia excitata; quæ ne ſerperent in communem perniciem, ea detexerunt, & produxerunt in decretis ſequentibus intotto Anathematis fulmine in errorum Authores, vt & ſcirent hi ſe deprehendi, & damnari, & Catholici ex damnatione intelligerent, quid fugere, ſequiue deberent. Illud ſcitè obſeruatum, noua, & vetera mala in hanc hæreſim confluxiſſe, perinde hęc Lærna malorum eſſet; vnde hęc multiceps hydra capitalis culpæ exiſteret. In cæteris ſatis fuit hæreticis noſtri temporis, aut ſuſcitare hæreſes veteres, aut cudere nouas. Sed in hac de originali peccato controuerſia, & aliena acceperunt, & propria excogitarunt.

Concil. Trident.

Omnia igitur hæc errorum genera Tridentinum decretum proponit in quinque partes diſtinctum. In prima damnat eos, qui minimè confitentur Adam per tranſgreſſionem præcepti amiſiſſe iuſtitiam originalem, & iram Dei, ac indignationem, mortemque & captiuitatem ſub Diaboli poteſtate incurriſſe, & totum Adam ſecundum corpus, & animam in deterius mutatum fuiſſe. Vnde quinque veritates exiſtunt.

Prima. Adam perdidiſſe Sanctitatem, & integritatem, in qua conditus eſt. Secunda amiſiſſe gratiam, & odium Dei incurriſſe. Tertia. Morti obnoxium factum eſſe. Quarta Diabolo in ſeruitutem addictum. Quinta non animâ ſolùm, ſed etiam corpore deteriorem euaſiſſe.

Secunda pars decreti continet cenſuram duplicis erroris; alter eſt affirmare Adami peccatum, & pœnam intra ipſum ſtetiſſe, nec ad poſteros tranſiuiſſe; itemque ſoli Adæ nocuiſſe. Alter conceſſo, quod nocuerit poſteris, negare illam mortem animæ fuiſſe, atque aſſerere mortem corporis eam ſolùm extitiſſe. Qui duplex

error

error duas aperit contrarias veritates: nimirum propaginem peccati,& mortem animæ prærer eam, quę eſt corporis. In tertia parte vnum verum ſupponit, ideſt peccatum Adæ vnum eſſe origine, ſed propagatione in omnes poſteros transfuſum, & in ijs propriè, ac re ineſſe, non exemplo, & imitatione aſſimilari. Hinc duæ hæreſes damnantur. Prior, illud peccatum per aliud, quàm per Chriſti meritum Redemptoris auferri. Poſterior: hoc meritum non applicari per baptiſmum tam paruulis, quam adultis ad delendum peccatum. Quarta pars duos errores exhibet,& vnã ex vtriſq; conſequentem hæreſim. Primum negare infantes baptizandos eſſe, eos ſaltem, qui baptizatorum ſint filij. Secundum admiſſo baptiſmo dicere eos baptizari oportere, ſed non ad remittendum peccatum originale, quippe quòd illud in A damo non contraxerint, atque adeo non eſſe, à quo mundari oporteat. Ex hoc autem ſequitur illos fictè, non verè baptizari; quæ hæreſis conſequens eſt. In quinta, & vltima, vnus proponitur error; ideſt per gratiam baptiſmi reatum peccati originalis non remitti, aut non omnino tolli rationem veri peccati. Sed hoc tantum radi, ac non imputari. Et duplex veritas ſtatuitur. Prima: Fomitem, & concupiſcentiam manere etiam in renatis ad agonem, nec niſi conſentientibus nocere. Secunda: illam peccatum non eſſe, ſed ideo peccatum dici à Paulo, quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat.

Obſeruandum tamen Concilium adcalcem aduertere, ſe nolle in ea doctrina de peccato originali *B.* Virginem Mariam comprehendere, nec de eo quidquam ſtatuere præter id, quod Xiſtus IV. Pontifex decreuerat.

CAPVT II.

Omnes hæreſes, tum veteres, tum nouas hoc decreto contineri, & damnari, productis earum Authoribus oſtenditur.

VT conſtet verum dixiſſe Concilium, Hæreſim iſtam nouam exortam, non ſolum inuexiſſe noua, ſed vetera etiam diſſidia de originali peccato excitaſſe, operę pretium erit oſtédere, tum omnes veterum hæreticorum errores hic cenſeri, tum eorum nullum à nouis non excitatum, tum aliquos de nouo alios excogitatos ab ijſdem, & receptos.

Ac primum, etſi ante Pelagium Carpocratiani teſte Clem. Alex. *lib.* 3. Stromat. ſenſerint ſe natura filios Dei eſſe, nec natura quenquam eſſe malum, ſed opinione dixerint, imo, & ipſe Clemens ibid. ijs conniuere, teſte Coccio, videatur; & Manichæos ſentire naturam malam ex ſe, & concupiſcentiam naturalem malam eſſe Auguſtinus ſæpè aliàs, & hæreſi 46. expreſsè tradiderit; proprius tamen huius hæreſeos author fuit Pelagius, quod ex Auguſtino *lib.* 2. *de grat. Chriſti; & lib. de peccat. mer. & remiſſ.* & *de natura, & gratia* conſtat; proindeque Caſtro, & Stapletonus,& Bellarminus nemini ante Pelagium eam attribuunt; quare illam S. Thom. 1. 2. *q.*81.*art.*1. in corpore hæreſim Pelagianam vocat; ſequitur Vaſquez *ib. d.* 130.*cap.*1.*n.*1.*&* 2. Hic ergo Pelagius cum ſchola ſua peſtifera, in qua fuerunt Celeſtius, & Iulianus Magiſtro ſuo audaciores, omnes penè errores commemoratos à Concilio inuexit. Nam ſi vnum excipiamus, qui in alio extremo verſatur, & Lutheranorum proprius eſt, fomitem eſſe peccatum, & totam naturam noſtram peccato eſſe cor-

Carpocr. Clemens: Alex

Coccius

Auguſt: Manichæi Pelagius

Caſtro Stapleton Bellarm D. Thom Vaſquez

ſe cor-

ſe corruptam, quod inde ſequitur, nullus ex ijs; quos nominat Conciliū non eſt Pelagianus. Negabāt igitur hi Originale peccatum; & naturam noſtram puram inducebant, & in ſtatu, quo erat ante peccatum; quod refert Auguſtinus lib. ſup. citat. & alibi ſæpè, ac ex eo Bellarm. & reliqui. Aiebant peccatum Adæ illi ſoli nocuiſſe, non generi humano; quamquam Pelagius tectè, Celeſtius manifeſtè, vti ex lib. 2. de gratia Chriſti cōſtar. Hinc error alius; Excuſatio iſtius inuenta à Pelagio; peccatum hoc imitatione expreſſum, non propagatione contractum, quo nihil apud Auguſtinum frequentius occurrit. Inde alius; mortem non eſſe pœnam peccati, ſed conditionem naturæ, in iiſdem libris contentus. Preterea mortem animę nullam in poſteros deriuari. Itaque pueros non baptizatos vita æterna non priuari, ſed à Regno Cœlorum tantum excludi, quę erat aſtutia diſtinguentis Pelagij, ne damnare baptiſmum videretur; vti & alia, qua dicebat paruulos in remiſſionem peccatorum baptizandos eſſe, non ad purgandum peccatum, ſed ad maiorem munditiem conſequendam, quam Regnum Cœlorum requirat.

August. Bellarm.

August. Quemadmodum Auguſtinus oſtendit *lib. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap.* 18. *&* 20. & alijs locis. Vnde conſequens erat Paruulos non indigere ſanguine Chriſti, nec redemptione, cum innocentes, & extra poteſtatem diaboli eſſent, quod perpetuo Pelagio, & diſcipulis attribuit Auguſtinus. Ex obiectis vero ab Aduerſarijs aliæ hæreſes extiterunt, quas Concilij Decretum condemnat. Prima erat Originale peccatum ſaltem in filijs inſtorum eſſe non poſſe. Secunda: concupiſcentiā non eſſe ex peccato, ſed à natura, atque adeo bonam; ſin erat ex peccato, & ad peccatum inclinabat, omnino peccatum eſſe. Qui totidem ſunt errores propoſiti relati ab Auguſtino. Duobus libris de nuptijs & concupiſcent. & lib. 4. contra duas Epiſtolas Pelag. & libris contra Iulianum. Tandem ſi peccatum originale inerat verè paruulis, manente fomite, & concupiſcentia, illud non auferri per baptiſmum; ſed tantum radi, nec imputari; quemadmodum ex ijsdem libris manifeſtum eſt. Hæc origo peſtilens originalis erroris in ſuis fontibus Pelagianis inuenta. Inſpiciamus manantes ad hæreticos alios, ac ex iis ad noſtri temporis Nouatores deductos riuos.

Idem

Peccatum originis nullum eſſe tenuerunt Armeni, teſte Caſtro v. peccatum; & Sander. lib. 7. de viſib. monarch. hær. 118. & Prateolus verbo Armeni; & Guido eodem verbo. Ita Vaſquez 1. 2. d. 130. cap. 1. & Coccius verb. hæreſi, de peccato originali. Sequuti ſunt Albanenſes; an Albigenſes? nam Bellarminus, & Coccius nullam de Albanenſibus mentionem fecerunt, Caſtro è contra nullam de Albigenſibus. Sanderus vtroſque confundit. Ego author ſum vtroſque in ea hæreſi fuiſſe cum Vaſquio diſ. 130. cap. 2. cum de Albigenſibus Caſtro, & Bernard. Lucemburgenſ. & Prateolus: de Albigenſibus autem Coccius, & Bellarmin. ex D. Antonin. in ſum. p. 4. tr. 11. cap. 7. §. 5. affirment. Anabaptiſtarum huius temporis eſſe errorem omnibus compertum eſſe, & ego in Anglia cū iis ea de re diſputans experimēto didici, qua in re me iuuabant aliarū hæreſū Sectatores, qui baptiſtæ ſunt, & videri amant. Abaylardum cum Pelagio ſenſiſſe tradit Bernard. Epiſt. 188. & 189. Ioannem Vveſalienſem idem] tenuiſſe, atque ob id Auguſtinum improbaſſe ſcribit Bernard. Lucemburg à quo Coccius, & Coccius, à quo Vaſquez accepit. Hunc perſpicuè tradit Zuinglius de Bap. tr. 3. in digreſſione de peccato origin. & de prouidentia Dei cap. 6. In eadem naui eſt Oecolampad. in reſponſ. ad confeſſ. Lutheri. & Ioann. Somerus tract. de iuſtificatione. Puccius de Chriſti Saluatoris efficacit. rat. 11. & 13. & 34. qui omnes negant infantes peccatum originis contrahere, & omnino cum Pelagio, & Celeſtio conueniunt. Caluini, & Bezę illa ſententia eſt: filios fidelium immunes

Caſtro Sander Prateolus Guido Vaſq Coccius Bellarm: Coccius Caſtro Sanderus Vaſq Lucemb. Prateolus Coccius Bellarm. D: Anton: Bernard Lucemb Coccius Vaſq Somer. Puceius

eſſe

Digitized by Google

eſſe ab originali peccato, cæteros ob-
Caluin. noxios faciunt. Ita Caluin.lib.de ve-
ra, & genuina Eccleſiæ reformat.& in
Append. de vera Eccleſia,& admonit.
Beza contra Vveſtphalum. Beza item in
Creophagia,& in confeſſ. cap.28. de
infantium baptiſ. & in Cœna Domini
contra Vveſtphalum. Quibus adhę-
LasKo ſit Ioannes à LasKo contra Vveſtpha-
lum. Ex recentionibus Arminio, &
Armin. Borræus Borrço hæc hæreſis ex integro attri-
buta; verum ab illa ſe purgat Armi-
nius. Eius tamen diſcipuli Remon-
Remonſtr ſtrantes propaginem peccati infician-
tur, & naturam ſanam, & valentem
cum Pelagio aſtruunt, vt ex eorum
Ameſius Apolog.et Ameſii antiſynodali b.con-
ſtat. Hi ſunt antiqui errores à Noua-
toribus ſuſcitati, et ante Tridentinum
et poſtea: vt appareat Patres illos, et
vera de præteritis dixiſſe, et de futu-
ris hæreticis prædicere potuiſſe. Quid
Lutherus noui commenti ſint? videamus. Luthe-
rus igitur in Aſſert. art.2. argumentis
Iuliani, quibus Auguſtini Catholicam
ſententiam impetebat preſſus, ipſam-
met concupiſcentiam culpam origi-
nalem dixit; non quãcunque culpam,
ſed grauiſſimam, et quæ totam maſ-
ſam naturæ noſtræ ſic corrumperet, vt
vt nullus eius motus innocens, nullus
actus deliberatus honeſtus ſit: tantum
quippe contagij ex eo inoleuiſſe na-
turæ, vt quicquid ab hac prodijt, fæx,
& pus ſit, atque adeo non niſi vitium,
& peccatum poſſit agere. Itaque om-
nia opera libera ab ipſa, vel etiam
adiuuante gratia, facta eſſe peccatum.
Id Lutherus art.36. inter damnatos à
Leone. & Lutherani in confeſſ. Augu-
ſtana: & in Apolog. & Repet. & Phi-
Melancth. lipp. Melancthon in colloq. Vvormat.
& Caluin. *inſt. lib.2. cap.1. par.9. &*
Magdeb. Caluin *lib.3. cap.3.* & Magdeburg. *in præfat.*
*Centur.*5. Summa ſit ex Caluino *lib.2.*
*cap.*1. *c.*8. *&* 9. qui affirmat: Homi-
nem ita hoc peccato quaſi diluuio à
capite ad pedes obrutum, vt nulla
pars à peccato immunis ſit, proinde
quidquid ab eo procedit in peccatum
Kemnit imputari. In qua hæreſi eſt item Ke-
mnitius in exam Conc. Trident. licet
moderatius loquatur. Effrenatiſſime

locutus eſt Matthias Illyricus, qui tra- Illyric
didit peccatum originis eſſe ſubſtan-
tiam corruptam, & corruptiuum natu-
ræ, atque adeo Manichæiſmum reno-
uauit, vti memorant Caniſi. *lib.1. de* Canis
*Beat. Virg. cap.*8. & Turrian. *epiſt. ad* Turrian.
Epiſc. Antiſiodor. de peccato originali,
& ex illis Vaſquez *in q.*83. *art.*3. *diſ.* Vaſq.
132. *c.*1. *n.*1. *&* 2. in quo errore pro-
ferendo, & refutando multus, ſed
aptus eſt Bellarm. *lib.*5. *de amiſſ. gra-* Bellarm.
*tiæ, & ſtatu peccati cap.*1. 2. *&* 3. qui
illud ſcitè obſeruat parum inter eius
hæreſim, & Lutheranorum intereſſe,
irridetque Tilmanum Heshuſium,
Vvigandum, & Merlinum, & qui mul-
tum de acumine gloriatur Martinum
Kemnitium; qui dum conantur ad-
uerſarios ſe Illyrico oſtendere, & ar-
gumenta eius eludere, in eiuſdem la-
queum ſe inducunt; & in eandem foſ-
ſam cum Lutheranis cadunt. De Lu-
theranorum hac in re, & Caluiniſta-
rum erroribus accuratè Stapletonus Staplet.
*de vniuerſ. Iuſtificat. doct. lib.*1.2.*&* 3.
De Eraſmo Rhoterodamo Luthera- Eraſmus
notum haud dubie prodromo conſtat
eum de peccato originali Pelagianis
aſſenſiſſe. Nam commentariis in lo-
cum illum celebrem Paul. Rom.5. *In* Rom:4.
quo omnes peccauerunt de propagatio-
ne non vult, ſed de imitatione exem-
ploque intelligere, quemadmodum
obſeruarunt Pariſienſes in cenſura do- Pariſienſ.
ctrinæ Eraſmi, & refert Caſtro ad fi- Caſtro
nem, & Vaſquez, & Coccius citati, & Coccius
latè oſtendit Bellarminus *l.*4. *de amiſ.* Vaſq.
*gratiæ c.*2. Eandem reſtim ducit Iaco- Bellarm.
bus Faber Stapulẽſis, quod hi tres po-
ſtremi Authores animaduertũ t. Sem-
per in extrema hæretici abeunt, reli-
cta in medio, qui locus virtutis eſt, ve-
ritate. Alii, vt Pelagiani, peccatum
originale eſſe negant, & naturam in-
nocentem, et putam conſtituunt; alii
contra tam altè peccatum inhærere
naturæ volunt, vt eã prorſus corrum-
pat, et nihil boni retineat; vſque adeo
naturam in culpam vertunt, et ad Ma-
nichæos deflectunt. Id contigit infe-
licius nouis, quam priſcis, quod priſci
vno tamen modo errauerunt, altero
extremo contenti; at noui nullum in
erran-

Digitized by Google

errando modum tenuerunt; vtrumque extremum amplexi; nam & partim negarunt peccatum, partim ita aſſeruerunt, vt naturam, & libertatem euerterent. In quò certe minus acuti, quam illi antiqui eorum parentes fuerunt. Nam Pelagiani peccato ſublato viderunt non poſſe infici naturam. At Caluiniſtæ, ne in ijs quidem, à quibus peccatum remouerunt, naturam puram, valentemque nouerunt.

CAPVT III.

Doctrinam Concilij de peccato originali Catholicam eſſe, aptè, ac breuiter probatur.

INeptus ſanè, & eſſem, & viderer, ſi rem hanc ex profeſſo vellem probare. Quid enim niſi actum agerem, quo nihil eſt ineptins? Nulla ex quo in Eccleſia hęreſes eſſe cæperunt, veritas, tum pluribus, & validioribus locis ſacrarum ſcripturarum, tum decretis Conciliorum, tum ſententijs Pontificum, tum teſtimonijs PP. ſtabilita. Agust. Certè vnus Auguſtinus illius poſt Paulum vindex, & doctor abundè contra Pelagium, & Celeſtium, & Iulianum confirmauit; quem qui legat, nihil prorſus, cum ad confutandam Pelagianam hæreſim, tum ad aſſerendam, & illuſtrandam Catholicam doctrinam deſiderabit. Quod omnes ferè noſtri authores fatentur. *In hac enim cauſa duorum hominum*, (vt ipſius met grauiſſimis verbis vtar lib. 2. de gratia Chriſti contra Pelag. cap. 24.) *quorum per vnum venundati ſumus ſub peccato, per alium redempti à peccatis*, in quo fides Chriſtiana maxima ex parte cōſiſtit, Auguſtinus dominatur. De quo nemo, qui ea ſcripta legat, poſſit ambigere. Hac de re Turrianus *in ſua confeſſ.* Auguſtin. & Vaſquez *qu.* 83. D. Thomas *art.* 4. & Bellarminus *lib.* 4. *de ſtatu peccati c.* 1. qui recenſet libros Auguſtini. Quibus addo lib. de natura, & gratia; & Enchiridion, quòd rem maximè continet. Quin ipſum met Concilium Tridentinum accuratè textu ſuo hunc articulum probat, et in margine Concilia, et Canones citat, quibus hęc doctrina firmatur. Locorum veteris, et noui teſtamenti; Patrum Græcorum, et Latinorum more ſuo catalogum texit Coccius *lib.* 2. *art.* 2. *de pecc. hominis*. Eorundem, et Conciliorum, et Scholaſticorum ad noſtra vſque tempora ſeriem texit Bellarminus, et Vaſquez, vti ſolent accuratiſſimè. Meum erit Concilia numerare. Primum fuit anno 415. quod *Auguſtinus* Paleſtinum appellat, Dioſpoli congregatum contra Pelagium *lib.* 2. *de gratia Chriſti cap.* 8. & 9. Secundum Carthagin. anno 416. in quo præſens fuit Celeſtius, et à Paulino palam accuſatus hęreſis de peccato originali teſte Auguſtino *lib. de gratia Chriſti* 2. Tertium Mileuitanum ſecundum eodem anno 416. De quo Auguſtinus *epiſt.* 95. & 106. Hæc tria Innocentio Pontifice. Quartum Carthaginenſe aliud ſub Zoſimo, vt narrat *Auguſtinus lib.* 2. *de gratia Chriſti cap.* 7. & *lib.* 2. *cont. epiſt. Pelag. cap.* 5. 6. & 12. Arauſicanum 2. anno 529. cuius Canon 2. damnat Pelagianum de peccato originali errorem, quod Concilium non Leone, ſed Felice IV. Pontifice fuiſſe contra veterem ſententiam, in qua eſt Suarez et Vaſquez, animaduertimus. Toletanum 6. can. 2. cuius hæc eſt ſententia. *Filium fatemur ad redemptionem humani generis propter culparum debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter, & noſtro libero arbitrio contraximus reſoluenda à ſecreto Patris, arcanoque prodijſſe*. Conſentit Toletan. XII. Concil. Baſileenſe ſeſſ. 36. eandem doctrinam inſinuat, dum ait. *Pium eſſe credere Beatam Virginem præuenientе, & operante gratia Dei ſingulari originali peccato ob noxiam non fuiſſe*. Id Florentinum Generale ſupponit decr. 3. vbi ait. *Animas illorum, quæ in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedūt, mox in infernum deſcendere*

Turrian. Vaſq. D. Thom. Bellarm.

Trident. — Bellarm. Vaſq. — Paleſtin. — Carthag. — Mileuit. — Auguſt. — Carthag. — Toletan. — Baſileenſ. — Florentin.

re

re, pœnis tamen diſparibus puniendas. & perſpicuè in confeſſione tradita ab Eugenio Armenis hæc formula continetur. *Cum per primum hominem mors intrauerit in vniuerſos, niſi ex aqua aqua, & Spiritu Sancto renaſcimur, non* Auguſt. *poſſumus, vt inquit veritas, in Regnum Cælorum introire*. Auguſtini hoc eſt oraculum Can. 5. *Hoc primum hominum peccatum propago eſt, in omnes homines tranſiuit, & ſecum pœnam trahit, vt ſint omnes homines iræ Dei, damnationis, & mortis rei, & ad peccatum proni*. Iſta ſunt Concilia, quæ Tridentino tem hanc definitam tradiderunt. Bellarminus adijcit Concilium Concil. Tolet: Coccius Toletanum 12. cap. 2. ſed verba non refert, affert tamen Coceius, huiuſmodi autem ſunt. *Paruulorum infantium vita peccato originali obnoxia eſt.* Vaſq Vaſquez, miror, ſummæ apud me fidei authorem, Concilia quædam alia diſ. 130. cap. 3. pro eadem ſententia citaſſe, in quibus ſunt Toletanum 2. & Eliberitanum, nec fidem præſtitiſſe. Accuratiſſimè enim mihi duo hæc Concilia euoluenti, nihil occurrit, quo eius fidem liberare poſſem. Diſcite qui legitis fonres quærere, & riuulos omittere, quamquam Vaſquez diligenter fontes inſpiciat, hic tamen dormitauit cum Homero.

Bellarm: Siricius Concilia *Papæ* (hic Bellarmini eſt ordo) ſequantur. Primus eſto Siricius epiſt. ad Himer. cap. 2. *Infantibus, qui nec dum loqui valent per ætatem, vel his quibus in qualibet neceſſitate opus fuerit vnda bapsiſmatis omni volumus celeritate ſuccurri, ne ad noſtrarum perniciem tendat animarum, ſi negato deſiderantibus fonte ſalutari, vnuſquiſque exiens de ſeculo, & Regnum perdat* Innoc: I: *& Vitam.* Secũdus Iunocentius I. qui ob hanc hæreſim damnauit Pelagium Auguſt. Authore Auguſtino *lib. 1. in Iulian. c. 2. & Epiſt. 157. & in Epiſt. ad PP. Concilij Mileuit.* Sic. *Si ergo*, inquit, *nihil volunt officere non renaſci, fateantur neceſſe eſt, nec regenerationis Sacra fluenta prodeſſe*. Tertius Zo- Zozimus zimus, apud Auguſtinum; à quo eius verba referuntur epiſt. 157. ad Optatum. Longius eſt teſtimonium; decerpo propria. *Per ipſum filium Dei renaſcimur ſpiritualiter, & per ipſum crucifigimur mundo; ipſius morte mortis ab Adam omnibus nobis introducta, atque tranſmiſſa vniuerſæ animæ illud propagatione contractum chirographum rumpitur, in quo nullus omnino natorũ, antequam per baptiſmum liberetur non tenetur obnoxius.* Quartus Cælestinus Cœleſtinus copioſius Epiſt. ad Gal. 1. in capitulis annexis errores contra fidem Catholicam continentibus, aduerſus Pelagium cap. 4. illud ſtatuit. *In præuaricatione Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatem, & innocentiam perdidiſſe*. Et cap. 12. *Illud quod circa baptizandos Sancta Eccleſia agit non otioſo contemplamur intuitu, cum ſiue paruuli, ſiue iuuenes, ad regenerationis veniunt Sacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quàm exorciſmis, & exſufflationibus Clericorum ſpiritus ab eis immundus ambigitur, vt tunc verè appareat, quomodo princeps mundi huius mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, vt deinceps vaſa eius diripiantur in poſſeſſionem tranſlata victoris, qui captiuam duxit captiuitatem, & dat dona hominibus.* Quintus Leo Leo I. I. tribus in locis peccatum originis aſfirmat. Primo ſerm. 7. de Ieiunio, & eleemoſyn. c. 1. Secundo epiſt. ad Clerum, & plebem Conſtantinopolitanæ vrbis. Tertio epiſt. 86. ad *N*icetam Aquileienſem, vbi inter reliqua id eſt. *A paruulo recens nato, vſque ad decrepitum ſenem, quamlibet corporis ætatem gerant, ſicut nullus prohibendus eſt à baptiſmo, ita nullus eſt, qui non peccato moriatur in baptiſmo, ſed paruuli tantum originali, maiores autem his omnibus moriuntur peccatis, quæcumque malè viuendo addiderunt ad illud, quod naſcendo traxerunt*. Sextus. Greg. Mag. Gregor Magn cuius multa ſunt, & præclara teſtimonia tum lib. 6. expoſit. in lib. Reg. c. 15. tum ſuper Pſalm. 4. pœnitentialẽ, tum in cap. 25. Iob. lib. 17. cap. 10. Demum epiſt. 53. lib. 7. ad Secundinum; vbi ſic; *Illud incertum non eſt, quia niſi ſacri baptiſmatis gratia fuerit renatus homo, omnis anima originalis peccati vinculis eſt obſtricta*. Septimus. eſto

Leo IX

Leo IX. epiſt. ad Petrum Epiſcopum. *Animam non eſſe partem Dei, ſed ex nihilo creatam, & abſque baptiſmate originali peccato obnoxiam credo, & prædico.* Octauus, & vltimus Innocen.

Inno; III

III. qui hac de re perſpicuè, & eleganter loquitur, ſuper pſalm. 4. pœniten.

Auguſt.

& lib. 1. de contemp. mundi c. 3. & 4. ſententijs, & verbis Auguſtini vſus, quo nemo melius vim, & effecta culpæ originalis expreſſit; vti videre eſt loco ſuper pſalm. pœnitent. 4. in quo traductionem peccati, infectionem animæ, pronitatem ad malum, fomitem concupiſcentię, languorem ſpiritus, pruritum libidinis cum Auguſtino ſtatuit. Illud ſit ſatis. *Attenditur huiuſmodi qualitas in peccato circa vim concupiſcibilem præſcripto modo corruptam, atque fœdatam; quoniam ex concupiſcentia procedit pruritus circa ianuam humanæ propaginis, per quam traſfunditur originalis cauſa peccati.* Illud nõ

Idem

omiſerim, Patrum ante ſe Auguſtinũ teſtimonia Veterum multorum citaſſe lib. 1. contra Iulian. quos ad 20. re-

Bellarm. Coccius

cenſet *Bellarm.* Coccius 25. commemorat. Et quidem poſt Auguſtinum; mirum non eſt omnes conſpiraſſe; nam tradita ab eo lampade facile erat in Eccleſiæ Stadio currere, & triumphare. Et fruſtra illam Nouatores flatu ſuo peſtifero extinguere conantur. Sed fumum inhalarunt.

CAPVT IV.

Variæ de peccato Originali ſententiæ afferuntur, & explicantur.

Illyricus

OMiſſo Hæreticorum errore, quẽ renouauit Illyricus; peccatum originale fuiſſe amiſſionem formę cuiuſdam ſubſtantialis bonæ, & inductionem alterius prauæ ſentientium, qui penè Manichæorum fuit, ac omnino explodendus: quatuor ſunt de illo ſententiæ.

Prima, Lutheranorum in Confeſſ. & Apolog. Auguſt. à Melancthone concepta, & à Caluino *lib. 2. inſtitut.* ſæpè tradita, & à Kemnitio *in exam. Trident. ad ſeſſ. 5.* expreſſa; in corruptione ipſius naturæ, & naturali quadam prauitate conſiſtere, quæ comprehendat cæcitatem mentis, & vitium voluntatis, atque adeo ipſammet concupiſcentiam libidinis, inſtar fornacis (ſic enim aiunt) ardoribus æſtuantem. Hic error affinis eſt alteri, negatque remitti peccatum originale in hac vita, cum hic fomes, dum viuimus, duret, nec niſi morte extinguatur; qua maximè ratione refellitur, nam nec eſt illa culpa, ſed pœna, nec remitti per baptiſmum poteſt.

Melancth Caluin Kemnit

Secunda eſt, Pighij, & Catherini opuſcul. de peccato originali, dicentium nihil eſſe aliud, quàm peccatum Adami, denominans poſteros peccatores, vt ſicut aliena voluntate peccarunt, ita alieno peccato teneantur, non quod illud in ſe contraxerint, ſed quod ab illo deſcendant, & pœnas peccati experiantur. Quę ſententia communiter improbatur, quòd tollat veram rationem peccati in paruulis, & cum Pelagij errore conſentiat: fides enim docet ſingulis nobis peccatum ineſſe tractum ab illo primo, & per generationem transfuſum.

Pighius Catherin

Tertia eſt eorum, qui poſitiua quadam qualitate vitioſa in animam ex morbida carnis affectione traducta conſtituunt; quam affectionalem qualitatem, & languorem Auguſt. di-

Auguſt

cit *lib. 1. de nupt. & concupiſc. cap. 23. & 25. & lib. 5. contra Iulianum cap. 3. 9. & 11.* Hęc Magiſtro tribui ſolet *in 2. diſt. 30. & 31.* eſtque Holchot *q. de imputabilitate peccati*, & Greg. *in 2. diſt. 30. q. 2. art. 1.* Gabr. *q. 2. art. 1. & 2. concl. 6.* & aliorum apud Valent. & Vaſq. & probatur Driedoni *lib. 1. de gratia, & lib. arbitr. tr. 3. c. 3. puncto 4.*

Magiſt Holcot Gregor Gabr Valent Vaſquez Driedon

Confutatur primò, quia illa morbida qualitas in anima, vel producta eſt à natura, vel à Deo; non à natura, quæ non creat animam; nec à Deo, qui nequit eſſe author peccati; nec à corpore; quod agere in animam non poteſt. Secundo, quia illa affectio

vitio-

Digitized by Google

vitioſa, & languor manet in nobis poſt baptiſmum, per quem omnino delctur peccatum originale.

Cordub: Turrian. Alenſis Bonauen Richard D:Thom Caietan Conrad Medin: Capreol Scotus Vaſq Valent Bellarm. D:Anſel:

Quarta, quæ communis ſolet eſſe ſententia, ponit rationem peccati originalis in priuatione: cum autem duplex ſit forma: ſancta honeſtas, & rectitudo à gratia proueniens, & ſubiectio rationi, & Deo; ſunt qui in ſecundæ priuatione peccatum eſſe malint. Hanc eligunt Cordub. *lib. 1. q. 10. opin.* 6. & fermè Turrian. *epiſt. ad Iacobum Amiotam.* Illam communiter, & Scholaſtici cum Alenſi *p. 2. q.* 105. & Bonauent. *in 2. d. 30. q.* 1. & Richard. *art. 4. q.* 1. & Thomiſtæ cum D. Thom. 1. 2. *q. 82. art. 2. & 3.* Caiet. Conrad. Medina, & Capreol. *d. 30. q. 3.* & Scotiſtæ cum Scoto *in 2. d. 32.* & tota fermè Schola Ieſuitarum. Vaſq. *in p. 2. d. 132 à cap. 7.* Valent. *ibi. diſp. 6. q. 12. part. 1.* Bellarm. *de amiſſ. grat. & ſtatu peccati lib. 5. a cap. 27.* Huius ſententiæ nobilis eſt author Anſelm. *lib. de conceptu Virginali cap. 1. & 3.* qui Authores; etſi aliquantulum in modo dicendi diſcrepent, & quidam velint cum D. Thom. concupiſcentiam materiale peccatum dicere, omnes tamen conueniunt, quod priuatio illa iuſtitiæ originalis, quę erat in Adamo, & ineſſe debuerat poſteris, & non ineſt, ratio eſt peccati originalis.

Miror tot, & tantis Doctoribus id probari potuiſſe; cuius rei cauſam mihi inquirenti duplex fuiſſe videtur; altera quod non alia via expeditior in re tam ardua occurrit; altera, quia cum quidam vellent libertatem indifferentiæ illæſam, integramque ſuſtinere, labem illam peccati remouere à natura peccatrice voluerunt.

Hanc ego ſententiam ſic impugno. Primo, quia illa carentia, ſeu priuatio iuſtitiæ originalis in Adamo non fuit ipſum peccatum, ſed effectus, & pœna peccati. Igitur non poteſt in poſteris eſſe peccatum. Antecedens patet, quia peccatum actuale eſt actus humanus deordinatus à recta ratione, & lege, cum conuerſione ad creaturã: & auerſione à Deo, quæ eſt ipſamet ratio culpæ, peccatum vero habituale eſt macula iſtius peccati per modũ habitus inhærens animæ; at priuatio iuſtitiæ originalis ſequitur iſtam culpam, non eſt culpa. Conſequentia tenet, nam per peccatum Adæ ad nos transfuſum nos peccatores conſtituimur, non per pœnam peccati, quæ non eſt formaliter peccatum; aliud enim eſt tranſgreſſio, aliud carentia ob tranſgreſſionem. Secundo, peccatum originale in poſteris conſtituitur per id, quod fuit peccatum actuale in Adamo; ſed peccatum actuale in Adamo nõ fuit priuatio iuſtitiæ originalis; ergo non poteſt in hac conſtitui ipſum peccatum. Maiorem idcirco poſui, ne quis confugeret ad peccatum habituale Adami, de quo poteſt eſſe quæſtio, an ſit priuatio? Certum enim eſt, quamuis in Adamo non eſſet habituale peccatũ, per ſolum actuale, originalem culpam ad nos tranſmittendam eſſe. Minor vero ſatis patet; Conſequentia prorſus tenet. Confirmatur, quia nemo per pœnam peccati conſtituitur peccator; eſt quidem peccatum ſequens pœna peccati pręcedentis, cùm peccatum ſit pœna peccati, at pœna peccati præcedentis non poteſt eſſe formaliter ſequens peccatum.

Tertio, quia ſi Adamus mereretur, per actum obedientię tranſmitteret ad nos virtutem meriti, iuſtitiam originalem; tanquam fructum, & effectum meriti; noſque meritum illud orginale haberemus, ac per illud ius ad iuſtitiam originalẽ acquireremus. Ergo ſicut non per iuſtitiam originalẽ, quæ erat præmium meriti digni iuſtitia redderemur, ita neq; per priuationem iuſtitiæ originalis, quæ eſt pœna peccati, peccatores conſtituimur.

Quarto: quia ratio peccati eſt prior, quam ſit priuatio Iuſtitiæ. Igitur prius ſumus in peccato, quã priuati iuſtitia.

Quinto: Peccatum actuale, & habituale non conſiſtunt in priuatione gratiæ formali Ergo neque originale in priuatione iuſtitiæ originalis. Probatur antecedens, quia priuatio gratiæ eſt effectus cõmunis omniũ peccatorum; ſed habituale peccatum certũ

non eſt quid commune, ſed ratio propria, & ſpecies peccati; nam aliud eſt peccatum habituale ſuperbiæ, aliud iniuſtitię, aliud luxuriæ in genere peccati habitualis, cùm tamen omnia priuent gratia; igitur conſequentia negari non poteſt.

Sexto: quia meritum, per quod Chriſtus nobis meruit gratiam fuit actus voluntarius, & liber, non autem effectus meriti, nec cauſa illius, vti gratia, vel vnio hypoſtatica. Igitur & peccatum ad nos transfuſum ex Adamo non ſumitur ex priuatione iuſtitię, & gratiæ, ſed ex demerito, & peccato Adami. Confirmatur, quia Adam ſi nobis tranſmitteret gratiam, & iuſtitiam tranſmitteret virtute ſui actus obedientiæ, & per illum nos in eo meremur, ergo quando in eo demeriti ſumus, & peccauimus, per id quod eſt demeritum, & peccatum voluntarium demeruimus, & peccauimus. His argumentis puto hanc opinionem ſatis refutatam; alia ſuperſunt, quæ in confirmatione Auguſtini, quæ noſtra eſt, ſententiæ proponemus.

CAPVT V.

In quo germana ratio peccati originalis, ſita ſit Auguſtini, & vera ſententia.

Auguſt CVm neceſſitas, & virtus gratiæ Chriſti ex miſeria, & infirmitate naturæ humanæ per peccatum originale corruptæ æſtimanda ſit, Auguſtinus, qui poſt Paulum gratiæ, & peccati originalis Princeps Author fuit, accuratiſſimè de natura, de ratione, de effectu illius peccati egit, ac nemo illo melius rem expoſuit. Igitur quæ illius ſententia fuerit, eam prorſus veram, & conſtantem eſſe oportet. Expenſa eius in varijs libris ratiocinatione; illis præcipuè, quos cōtra Pelag. & Cæleſt. *de natur. & grat,* *& de gratia Chriſti;* & ad Valerium Comitem *de nupt. & concup.* & aduerſus Iulianum, *& de peccat. mer. & remiſſ. & de origine animæ;* ſcripſit, compertum eſt, Auguſtinum authorem eſſe: peccatum originale eſſe reatum ex actuali peccato Adami, ad poſteros per generationem transfuſum; qui reatus inſit in omnibus, & ſingulorum animas afficiat; quem reatum cum concupiſcentia ita coniungit, vt ſeſe comitentur, ac foueant in natura ante gratiam baptiſmi; poſt eam verò ſeparentur extincto reatu manente concupiſcentia. Vnde ait, reatum eſſe peccatum originale, & eo nomine appellat. Concupiſcentiam vero non formale peccatum, ſed effectum peccati Adami præteriti, & cauſam, & ſtimulum peccati futuri actualis, vt peccatum ſit, quia effectus eſt, & cauſa peccati; quo eam nomine Paulus appellat. Paul. Ro:

Quid ſit autem iſte, *Reatus,* Auguſtinus ſatis explicauit *lib. 1. de nupt. & concup.* ad Valerium *cap. 25. & 26.* vbi diſtinguit reatum, & concupiſcentiā; docetque reatum in Baptiſmate ſolui manente concupiſcentia; & comparat illum peccato habituali poſt actuale manenti, quem etiam appellat reatum, cap. 26. adducto exemplo adulterij. Vnde per reatum reum, & peccatorem conſtitui, & paruulum, & adultum fatetur; donec vterque originalis, & habitualis dimittatur; & eſt conſtans doctrina Auguſtini in ijs omnibus libris, quos citaui, & D. Aug: perſpicuè *lib. 2. de nupt. & concup. cap. 24. Reum peccati naſci paruulum dicit;* & lib. 6. con. Iulian. c. 4. *Voluntarium voluntate Adami eſſe* affirmat, vt peccatum eum eſſe probet. Illum Iterum *Reatum, & vinculum mortis* vocat c. 5. *& per Baptiſmum ſolui,* ait: Et ibi *labem* appellat; Iam vero cap. 6. & 8. eandem doctrinam, quam tradiderat *lib. 1. de nupt. & concup. c. 25. & 26.* latius; & manifeſtius tradit; & confirmat lib. 1. Retract. c. 15.

Itaque ſemper docet peccatum Originale eſſe reatum relictum ex actuali peccato Adami per generationem

Digitized by Google

tionem cum concupiſcentia ad nos transfuſum, cuius nos rei ſumus, dum ille per baptiſmi regenerationem non

Idem remittitur. Auguſtini ergo ſententia eſt, ex actuali peccato Adami habituale ad nos peccatum eum concupiſcentia traductum; quod verè nos cõtrahimus, & rei delicti ſumus *Reatus* vero non *habitus* nomine appellauit; quia de culpa loquebatur, cum habitus naturę ſit, quod autem in iſto reatu propriam rationem peccati agnouerit, conſtat ex eo, quod ſæpò appellat *peccatum, & iniquitatem* vocat in Pſal.50. & *labem* lib.6. cont.Iulianum c.4.*& paruulum per illum auer-*

Ipem *ſum à Deo*.dicit *lib.2.de peccat.merit.& remiſſ.c.24.* qui propriam rationem peccati expreſſit, quę conſiſtit in inobedientia erga Deum cum conuerſione habituali ad creaturam, & habituali auerſione à Deo, qui eſt reatus Auguſtinianus.

S. Thom. Hanc Auguſtini ſententiam ſequitur meo iudicio S. Thomas *q.*82. non

Cajetan, Ferrar: Sotus Medina vti eum intellexit Caietanus, & Ferrarienſis, ſed vti accipiunt Sotus, & Medina. Nam Caietanus, & Ferrarienſis putant eum poſuiſſe rationem peccati in priuatione, hi autem duo exiſtimant locaſſe in habitu corrupto; quod perſpicuè dicit D. Thomas illa qu. art.1. qui ſanè eſt ille reatus Auguſtinianus, relictus ex peccato Adami. Omnes autem conueniunt Sanctum Doctorem ſenſiſſe concupiſcentiam eſſe materiale peccati, in quo nemo diſcrepat. Eſt enim expreſſa

S. Thom S. Thom. doctrina *qu.4.de malo ar.*2. *& q.*82. *art.*3. quæ eſt ſententia Auguſtini. Et quamquam D. Thomas in hoc proximo articulo dicat priuationem iuſtitiæ originalis, per quam voluntas ſubditur Deo eſſe formale peccati originalis, cum doceat *qu.*85. *art.*5. *in fine corporis*, priuationem iuſtitiæ eſſe pœnam peccati originalis, ſicut priuatio gratiæ eſt pæna peccati perſonalis, non poteſt intelligi eo in loco voluiſſe priuationem ipſam formalem formale peccati dicere, ſed eo nomine cauſam priuationis ſignificare, quæ reatus ipſe, & culpa habitualis eſt. Ac ita interpretantur graues Theologi, in quibus eſt Rua Tole- Rua Tol. tanus doctor *tom.de Controuerſijs Controu.2. Scholaſtica*.

Sententiam Auguſtini Concil. Tri- Tridentin. dentin. videtur approbare, & ſequi *ſeſſ.*5. *Can.*5. dum ſie ait. *Si quis per IESV Chriſti Domini noſtri gratiam, qua in baptiſmo confertur reatum originalis peccati remitti negat; aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod veram, & propriam rationem peccati habet, Anathema ſit*. Quibus verbis ſignificat peccati originalis maculam in reatu conſtitui, vel certè ad eius rationem pertinere.

Equidem hanc ego ſententiam ipſiſſimam veritatem puto. Explicat enim optimè, & rationem formalem, & materialem peccati, & transfuſionem culpæ originalis, & debitum pęnæ æternæ ei peccato reſpondentem. Diſertè enim dicit actuale Adami peccatum, habituale quidã ad nos transmiſiſſe, qui eſt reatus cum concupiſcentia, qui nos reos conſtituit, id eſt, peccatores, ac ex ipſo formali peccato, non ex pęna ad nos peccatũ transmittit, quod verè ſingulis hominibus ineſt; quem reatum ſequitur priuatio iuſtitiæ originalis, qui eſt effectus, & pœna peccati, vti in Adamo fuit; ita vt nullũ ex ijs, quæ adduximus contra alias ſententias aduerſas contra hanc argumentum procedat. Nec tantum eſt munita, & tuta, ſed etiam perſpicua, & facilis adducto exemplo peccati habitualis in adulto ex actuali peccato relicti, vt ſicut ex peccato proprio proprius habitus peccati exiſtit, ita & ex alieno primi Parentis peccato reatus habitualis, id eſt, habitus corruptus in poſteris per generationem transfuſus exiſtat, qui nos natura filios iræ conſtituat.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT VI.

Sententia Auguſtini à calumnijs recentiorum vindicatur.

HVius modi Auguſtini ſententiam
miror, & minus perſpectam
Theologis, & minus probatam fuiſſe.
Vaſquez Inter quos eſt Vaſquez vir ſanè acu-
tus, & doctus, & in Auguſtino ſatis
verſatus; quem doleo, & in ſententia
Auguſtini referenda parum fidum In-
terpretem, & in ſugillanda nimis acrẽ
Cenſorem extitiſſe. Et quoniam is eſt
Author, cuius in vtramque partem
magnum afferr momentum authori-
tas, ne quem fallat, & in errorem in-
ducat, vti fefellit, & in errorem indu-
Faber xit Philippum Fabrum, qui cum eo
ſentit *in 3. d. 3. q. 2. diſp. 10. cap. 2.* con-
futare eum volo, & calumniam Augu-
ſtino ab eo impoſitam remouere.

Vaſq. Igitur Vaſquez *diſp. 132. cap. 3.* ex-
ponens Auguſtini de peccato origi-
nali ſententiam, rectè dicit, Authorem
eſſe, formalem illius rationem in rea-
tu conſiſtere. Sed in explicando quid
ſit iſte reatus, & fallitur, & fallit le-
gentes. Producto enim loco *lib. 6.
contr. Iulian. cap. 8.* ait: Auguſtinum
inquirere quid ſit iſte reatus: negare
eſſe ſubſtantiam: affirmare accidens
eſſe, nec ineſſe corpori, quod non ſit
materiale, nec animæ, nam ſi ibi exi-
ſteret, ideò tantum eſſet, quia eius
maneret memoria, & compunctio; quo
pacto non dicitur peccatum manere
in anima, & eam inficere. Sequere-
tur enim eum, qui non recordatur
peccati, hac ſola ratione, quod obli-
uiſcitur, à peccato purgari, quod eſt
abſurdum, *concludit igitur*, ait, in fine
Auguſt. capitis Auguſtinus *hunc reatum mane-
re tantum in occultis legibus Dei, &
Chirographum damnationis æternæ ab
Auguſtino vocari.*

Sic intellectam Auguſtini ſenten-
Vaſq. tiam acerbè, & iniquè taxat Vaſquez,
aitq; ex ea cogi nos incidere in erro-
rem Pelagij, negantis originale pec-
catum. Nam cum reatus ſit obliga-
tio ad pœnam, & hæc non ſit pecca-
tum, ſed effectus illius, ſequitur nullo
modo eſſe peccatum; & quamquam
referat alias acceptiones reatus, quæ
rationem culpæ ſignificant illas non
probat, aitque abſolutè Auguſtinum
niſi de obligatione ad pænam intelli-
gi non poſſe: ac demum ſtatuit Augu-
ſtinum difficultate rei oppreſſum nihil
aliud inueniſſe, & ignorantiam ſuam
ingenuè faſſum eſſe.

Vaſquez ego ingenium, & iudiciũ
ſoleo admirari; ſed hic, tum acumen
ingenij, tum pondus iudicij in eo de-
ſidero. Nam nec mentem Auguſtini
cepit, & malè ſententiam taxauit.
Probo alterum. Auguſtinus eo loco Auguſt.
cap. 8. lib. 6. contra Iulianum, multò
aliter, quam finxit Vaſquez, ratioci-
natur. Scopus illius eſt probare, con-
cupiſcentiam ſoluto reatu peccati per
baptiſmum, actu remanere; vtitur hoc
argumento. Quemadmodum ma-
nent peccata reatu quæ præterierunt
actu; ſic è contrario fieri poteſt, vt con-
cupiſcentia maneat actu, & prætereat
reatu. Primum admittebat Iulianus. Iulianus
Secundum negabat, & adducto ido-
lolatræ exemplo concedebat præteri-
to actu ſacrificandi manere in illo rea
tum. Negabat verò ſoluto reatu ma-
nere actum. Auguſtinus vero reſpon-
debat non eſſe ſimile exemplum ido-
lolatriç exemplo concupiſcentiç, quia
concupiſcentia eſt effectus peccati
Adæ, & cauſa peccati noſtri; dicebat-
que ex peccato Adami actuali mane-
re concupiſcentiam cum reatu, & ſo-
luto reatu manere eandem concupi-
ſcentiam actu: cui exemplo ſimile eſſe
non poterat exemplum idololatriæ,
in quo præterito actu licet maneat
reatus, non tamen præterito reatu
manet actus. Hæc eſt Auguſtini eo
loco ratiocinatio non iam proprie de
natura peccati originalis diſputantis,
ſed de veritate iſtius reciprocationis
occaſione peccati originalis conten-
dentis. Deinde vrget Iulianum, ar-
repto, quod dederat, manere reatum

peccati actualis in peccatore, quem negabat dari in paruulis ex peccato Adami eo argumēto quod affert Vaſquez, ſed non vt ſe defendat; imo vt Iulianum cogat fateri, dari item poſſe reatum in paruulis; quomodo ipſe in adultis admittebat; nam vtcunque maneret, certè manebat; ſi minus vti ſubſtantia, vel accidens inhærens, certè contractum, & conſtituens reum damationis æternæ, atque adeo vti reatus intrinſecus faciens hominem obnoxium Chirographo Diuino, quod ipſum eſt eſſe peccatum. In eo Vaſq autem vehementer errauit Vaſquez, quod cenſuit Auguſtinum dixiſſe, Reatum ipſum eſſe Chirographum, Auguſt cum Auguſtinus perſpicuè dicat: *Conſecratur vnda baptiſmatis, vt ea diluatur reatus tanquam in Chirographo ſcriptus*. Vbi apparet aliud eſſe reatum, aliud Chirographum; cum Vaſquez dixerit. *Hunc reatum vocat Chirographum. Eſſe* autem *in Chirographo*, id eſt, *eſſe peccatum*, quod Auguſtinus eo dicendi modo ſignificauit, reſpiciens ad phraſim Pauli, *Chirographum decreti, quod cum Chriſtus Cruci affixerit*, & ſanguine ſuo deleuerit, manifeſtum eſt peccata continuiſſe, quod Auguſtinus vult, cui ſi Vaſquez repugnet, uiderit an neget Chriſtum nos à peccatis redemiſſe; illud ſaltem videre debuit, cùm Auguſtinus reatum in Chirographo poſuit non niſi vti peccatum poſuiſſe. Et quidem futilis eſt illa ratio Vaſquez impugnantis illum reatum, eo quod ſit in ordine ad pœnam, quaſi excludat rationem culpæ; nam quid quæſo eſt, quod meretur pœnam, niſi culpa? Igitur ſi reatus reddit hominem dignum pœna culpa ſanè eſt, quæ reum pœnæ, id eſt debitorem facit, nec inter culpam, & reatum pœnæ video, quid intercedat, cum reus pœnæ, non niſi per culpam fiat. Vnde ſacra pagina hac ratione nominat peccatores. *Peccati*

Geneſ.43. *reus*, Geneſ. 43. *reus cadis*, Deuter. 21.

Deut.21. *reus ſanguinis*, & *reatus ſanguinis*

Deut. 35: Deuter. 35. Imo Chriſtus Matth. 5. vt

Matth. 5: peccata diſtingueret per gradus grauitatis, non alia voce vſus eſt, quam *reus*; qui *iraſcitur, reus erit iudicio, qui dixerit Racha, reus erit conſilio, qui dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis*; hoc nomine delinquentes, & peccatores appellans. Quare Auguſtinus vir ſcripturarum peritiſſimus ea phraſi vti voluit, quam qui improbat ſacræ paginæ phraſim non probat. Melius ſentit de hoc peccati reatu Suarez *de* Suarez *incarnat. diſp. 4. ſect. 8.* vbi dicit, *peccatum reatus, vel reatum peccati manere moraliter in anima præterito actu, vti eſt auerſio à Deo præter priuationem gratiæ*, quę eſt ipſa met Auguſtini ſententia de originali peccato. Conſentit Bellarminus *lib. 5. de amiſſ. gratiæ* Bellarm. *cap. 19.* vti infra dicemus.

Impugnata interpretatione Vaſquij ad alterum pergo, & iudicium confuto. Ineptè quidem, & iniquè cenſet Auguſtini ſententiam nos ducere in errorem Pelagij, cum nulla magis à Pelagij ſenſu abhorreat; qui omnino originale peccatum, & concupiſcentiam negabat, cum vtriuſque maximè cum Paulo Auguſtinus aſſertor eſſet, Ego contra dixerim hac vna Auguſtiniana ſententia, quam longiſſimè à Pelagio recedi, nam reatus ille eſt verè macula peccati ex actuali Adami exiſtens, & ad nos per generationem naturæ transfuſum, vt intimè hæreat, & idcirco cum ipſa innata concupiſcentia coniunctum. Eſt autem in eo vera ratio peccati, id eſt habitualis cōuerſio ad creaturam, & auerſio à Deo, quod reos nos facit per culpam, & obnoxios damnationi æternæ; quo ſenſu intellexit Auguſtinum Petrus Soto *lect. 3. de pœnit.* & Bellarminus Soto Bellarm. *lib. 5. de amiſſ. grat. cap. 19. & 20.* Ac debuit Vaſquez intelligere, ſi Auguſtinum accuratius, vti aliàs ſolet, legiſſet. Etenim quidquid ille numero 17. in Reatu ad veram culpę rationem formandam requirit, id omne Auguſtinus in iſto reatu poſuit. Et qua Vaſ- Vaſq quez catena, & compede peccatorem teneri vult, eo Auguſtinus infantes li- Auguſt gat; qui epiſtola 13. *Reatus vinculum* dicit, & epiſt. 29. *Vinculum peccati* appellat.

Iam vero, quod ait Vaſq. reatum iſtum

eſſe

ſtitui. Antecedens patet, quia peccatum Adami fuit voluntaria, & libera tranſgreſſio præcepti, & actus humanus malus. Ergo non fuit priuatio iuſtitiæ originalis, quæ non eſt actus humanus, nec tranſgreſſio libera, & voluntaria, ſed quid ex eo conſequutum, & inuoluntarium. Conſequentia rectè colligit. Nam poſteri ideo peccarunt in Adamo, quia in eius voluntate peccarunt, non potuerunt ergo peccare extra voluntatem, & quod non erat peccatum per illud delinquere. Deinde confirmatur, quia priuatio gratiæ, & iuſtitiæ originalis ſequuta eſt ex peccato, tanquam pœna illius, cuius cauſa fuit ipſum peccatum; quare non poteſt ipſa habere rationem peccati, ſed pœnæ ortę ex peccato, cum non ſit pœna ſatisfactoria, quæ, tantum poteſt eſſe voluntaria ex doctrina *Diui Thomæ quæſtione* 87. D. Thom.

Argumentor ſecundo. Ita ſe habet priuatio gratiæ ad peccatum ſicuti infuſio gratię ad meritum, ſed infuſio gratiæ non eſt meritum, ergo neque priuatio gratiæ peccatum: quare quêadmodum poſteri non poſſent dici meruiſſe gratiam per ipſam gratiam Adami, ſed per meritum Adami; ita neque poſſunt dici peccatores per priuationem gratię, & iuſtitię Adami, ſed per peccatum illius. Confirmatur, quia ratio peccati priuatiua, etiã ſumpta in ipſo actu humano eſt priuatio rectitudinis debitæ, & adhuc in iſta ratione antecedit priuationem gratię, & gloriæ, quæ illam ſupponit, & in ratione priuationis, cum illa ſit culpa formalis, iſta effectus, & pœna culpæ.

Argumentor tertio: Deus non poteſt velle, nec intendere peccatum; at vult, & intendit priuare hominem ſua gratia, & iuſtitia, & de facto priuat; ac in Adamo noluit tranſgreſſionem, & voluit pœnam. Igitur iſta priuatio eſt, aliquid diſtinctum à peccato; imo peccatum eſſe nequit, cum ſit intenta, & volita à Deo in ſupplicium peccati; nec Vaſquez hoc negare poterit, qui *diſp.*139.*c.*2.*num.*6. ait Vaſquez contra Scotum: Deum amare ex iuſtitia reatum pœnæ ortum ex peccato; vt probet peccatum habituale non conſiſtere in reatu pœnæ. Vnde à fortiori debet fateri peccatum non poſſe in priuatione gratiæ conſiſtere, cum hæc ſit pœna peccati.

Argumentor quarto. Ex macula relicta poſt peccatum actuale in anima; quam dicit Vaſquez *diſp.* 139.*c.* 5. non eſſe ſolam priuationem gratiæ; ſed aliquid etiam poſitiuum, & extrinſecum, à quo peccator iuſtificatus dicitur emundari, de quo agit *diſp.* 206. & 207. vnde aduerſus eum concludo: Sicut peccatum habituale in Adultis non conſiſtit ſolùm in priuatione gratiæ, ſed neceſſe eſt addi iſtud morale poſitiuum, quodcunque ſit, ad conſtituendam rationem peccati habitualis, ita etiam ad rationem peccati originalis formandam non ſufficit illa priuatio inſtitiæ originalis, ſed opus eſt aliquo alio poſitiuo; hoc autem quid erit, niſi reatus ille peccati manens inſtar maculæ in peccatore? Vaſq.

Tandem, quod aſſumit Vaſquez, tanquam certum impugnare illud volo. Eſt autem, iuſtitiam originalem, qua paruuli priuantur, eſſe debitam naturæ, quod etiam affirmat Suarez *tom.*3.*de grat.lib.*7.*cap.*23. eſtque communis ſententia ponentium peccatũ originale in priuatione iuſtitiæ originalis, quod ſcilicet ea debita erat ipſi naturæ humanæ ex pacto Dei inito cum Adamo. Hoc autem debitum verum non eſſe ita oſtendo. Nam Deus ita pepigit cum Adamo creato in gratia, & iuſtitia; vt ſi præceptum ſeruaret, iuſtitiam illam ad poſteros tranſmitteret, ſin autem violatet, tranſmitteret peccatum, & pœnam illius. Hoc autem, opinor, negari non poteſt. Tunc arguo, ergo ante peccatum non erat debita iuſtitia naturæ, cum eius tranſmiſſio ad naturam eſſet conditionata, & pendens ab obſeruantia præcepti. Si enim Adam perſeueraret, tranſiret Iuſtitia. Sin peccaret, non tranſiret: ergo non erat debita, ſed gratis donata naturæ ante Suarez

Zz pecca-

peccatum; vt autem eſſet debita opus erat merito de condigno ex parte Adami, quod cum non fuerit, nullum etiam debitum fuit. Hanc ego rationem validam puto ad probandum illam Iuſtitiam non deberi; non quod negem illam iuſtitiam in natura noſtra fore manſuram; ſed nego ex debito eſſe manſuram; atque adeo nego, ita debitam ineſſe naturæ, vt ius aliquod ad eam haberemus, ſiue ex Iuſtitia, ſiue ex fidelitate.

Venio nunc ad id, quod initio propoſueram. Vaſquez, & qui cum eo perſonam calumniæ Auguſtino imponunt illam in ſe fabam cudiſſe: ac probo eos ad Pelagij errorem propius, quam exiſtimant acceſſiſſe. Primum, quia ſi iſta iuſtitia erat debita ineſſe naturæ, vt ea priuarentur pueri, interuenire debuit culpa illorum; ſed nulla in ijs interuenit, cum ante iſtam priuationem, & præter illam nulla alia in ijs culpa ponatur, nec reſtat, niſi culpa Adami, igitur per iſtã ſolam Adami culpam iuſtitia priuantur, ac proinde non ſunt proprio peccato maculati. Secundo, quia ſi peccatum originale tantum in ea priuatione iuſtitiæ originalis conſiſtit, & nihil vlterius in natura ponitur præter illam carentiam, ſequitur nullo modo vitiatam eſſe naturam, ſed puram in ſe, intactamque manſiſſe, atque adeo in ſtatu, quo futura erat in puris naturalibus. Hoc autem dixit Pelagius, eique exprobat Auguſtinus *lib. de natur. & grat. & duobus libris de gratia Christi.* Tertiò, quia in illa natura, nihil eſt peccati præter ipſam pœnã peccati, quæ eſt illa priuatio, at illa peccatum non eſt; ergo natura ſine peccato eſt; quod ſi Vaſquio ſatis viſus non eſt reatus pœnæ, vti reatum intellexit ad rationem peccati ſaluandam in ſententia Auguſtini; quomodo in ſua ad eam ſaluandam ſolam pœnam putat ſufficere?

D. Aug.

Verùm, quo ſunt acumine Vaſquij diſcipuli, reſpondebunt; longe à Pelagio abeſſe eum, qui naturam priuat gratia, & iuſtitia Originali propter peccatum; proindeque ponit naturam inuiſam, ingratamque Deo, ac peccatum in ea ſupponit, quo prorſus caret in ſententia Pelagij. Præcludo effugium. Nam ſi iſta priuatio non eſt culpa, carent illa pueri, nec re ipſa contrahunt originale peccatum, de quo eſt quæſtio in Pelagio, qui nunquam negauit peccatum Adami, ſed peccatũ in poſteris negauit; quod autem priuentur gratia, & iuſtitia id nõ pertinet ad iſtam quæſtionem; quia Pelagius gratiam in pueris non admiſit, ſed puram naturam poſuit, & noluit infici peccato alieno. Vaſquez autem nullum ponit in pueris propriũ peccatum ante priuationem Iuſtitiæ, niſi peccatum Adami, vnde ſequitur ſolum Adam peccaſſe, quod eſt placitum Pelagij. Controuerſia autem, quæ relinquitur cum Pelagio, non eſt de peccato, ſed de pœna peccati; in quo certè neſcio an magis conſequenter philoſophetur Pelagius, cum nolit propter ſolum Adami peccatum puniri pueros. Vaſquez vero velit eos ob illud tantum puniri; quod ipſum vrgeo, aſſumpto illo, quod dat, pueros per illam carentiam iuſtitiæ reddi inuiſos, & odioſos Deo; quia hic non quærimus. An Deus ſit offenſus, & inimicus peccato ex parte ſua, ſed vtrum paruuli Deum offenderint; hæc autem offenſa actiua non apparet in paruulis, qui conſtituuntur peccatores per illam carentiam gratiæ Dei erga ſe, non per culpam in ſe contra Deum, quæ omnino ſe debet habere ex parte offenſę actiuæ. Deinde quia ſi illa iuſtitia inerat, vti debita naturæ, non potuit Deus ea priuare paruulos in indiuiduo, niſi propter peccatum illorum in indiuiduo, ſed illi non ſupponuntur aliud habere peccatum præter hanc ipſam priuationem. Ergo iniuſtè Deus illos priuauit iuſtitia originali, quod certè abſurdum non ſequitur ex vi conſequentię in ſententia Pelagij.

Præterea illud repono. Idcirco Vaſquez ſententiam Auguſtini ſugillat, quia inducto reatu pœnæ æternæ in paruulis nullum aliud in illis poſuit,

niſi

niſi Adami, peccatum. Sed Vaſquez prçter illam priuationem Iuſtitiæ, nullum aliud in illis, niſi eiuſdem Adami reliquit peccatum, ergo eadem omnino ratione eandem notam ſuomet iudicio debet incurrere; eò maiori iure, quod Auguſtinus per reatũ intellexit quiddam diſtinctum à pœna. Vaſquez verò non poteſt per iſtam priuationem intelligere aliquid à pœna diuerſum; cum reatus nomine ipſo culpam inuoluat, & includat, priuatio verò illa Iuſtitiæ originalis ſupponat quidem culpam, non includat.

His ergo argumentis Vaſquium torqueo, & dare pænas temerarij iudicij Auguſtino cogo; ijs eum eruditiſſimi diſcipuli, ſi poſſunt, liberent. Nemo eum illorum plus, quam ego, amat, aut pluris facit, ſed veritatem illi, & Auguſtinum antepono, quem à Veritate nunquam alienum inuenio. Vtriuſque ſum vindex, eroque dum vixero; nec mihi quiſquam impunè abierit, qui Auguſtinum læſerit.

CAPVT VIII.

Vtrum homo per peccatum originale ſpoliatus tantum fuerit gratuitis; an etiam vulneratus in naturalibus?

NOn poteſt huiuſmodi quæſtio exactè tractari, niſi prius quot, & qui ſint naturę noſtræ ſtatus noſcamus. Tres vulgò proferri ſolent, Puræ, Integræ, Lapſę naturæ, qui in ſex item diſtribui ſolent. Eligo tres, vt breuius dicam. Primus eſt ille, in quo natura ſumitur ſecundum ſe naturaliter conſiderata, vti conſtat ſubſtantia, & potentijs naturalibus, & accidentibus ſibi connaturalibus, cũ naturali modo operandi in ordine ad finem naturalem; qui ſtatus nunquã fortaſſe fuit; ſed eſſe potuit, vti ſentio cum Suarez primo tomo de gratia. Prologomeno 4. cap. 2. Si Deus vellet hominem, ita condere, vt intra naturæ terminos contineret, nec niſi ad finem naturalis beatitudinis ordinaret. Dixi, fortaſſe; propter nonnullos Authores, qui apud Suarez citatum cap. 4. num. 9: tenent Adamum primò fuiſſe conditum in puris naturalibus. Secundus ſtatus eſt naturæ integræ, innocentis, & ſanctę ordinatæ ad finem ſupernaturalem, quę rectè eſſet conſtituta, optimè compoſita, ſine vlla partium corporis, & animi diſcordia, tranquilla, ſine vllo vitio, morboue corporis, incorrupta, & ſana, veſtita gratia ſupernaturali, & virtutibus eam comitantibus ornata, quæ diuerſorum collectio donorum iuſtitia originalis appellatur, ac in eo conditum fuiſſe ſtatu Adamum conſtat. Tertius eſt lapſæ naturæ, in quã illa cecidit per peccatum Adæ; in quo nos miſeri nunc, & peccatores ſumus; amiſſo illo cumulo felicitatis omne genus miſeriarum tum animi, tum corporis experti, quas facilius eſt deplorare, quam dicere. De quibus nos latè, & accuratè in noſtra cortina multis in locis diximus, Authoreſque de ijs commemorantes adduximus.

Suarez

Suarez

His ſuppoſitis vnum compertum eſt; omnia dona ſupernaturalia, & quæ in ijs ſequebantur bona, ideſt totam iuſtitiam originalem Adamo peccante nos amiſiſſe. De eo quæritur. Vtrum naturæ ſecundum ſe ſpectatæ iuxta primum ſtatum aliquid naturale detractum ſit, vt non modo ſpoliata ſit ijs, quæ gratis fuerant à Deo donata, ſed etiam propriis vllo modo priuata?

Omiſſis craſſioribus Hæreticorum erroribus, de quibus initio diximus, Arminius, & Remonſtrantes dicunt: naturam ſupernaturalibus tantum donis ſpoliatam, nullo modo in naturalibus vulneratam fuiſſe. Iuniani, & Contraremonſtrantes affirmant non ſolum ſupernaturalibus ſpoliatam, ſed etiam in naturalibus vulneratam manſiſſe. Primi aiunt naturam, vti in primo ſtatu puro, & merè naturali futura erat, omninò remanſiſſe. Se-

Arminius Remonſtr.

Franciſci Iunius Contraremonſtr.

cundi negant; & in deteriorem,quam ille primus futurus eſſet, ſtatum deueniſſe confirmant. Vtriſque diuinãdum eſt: nam cum nos exactè ſcire nequeamus; cuiuſmodi ille purus ſtatus foret, neceſſe eſt ad ſtatuendum, quid retinuerit, quid perdiderit prorſus diuinare, quod ſcitè aduertit Bellarminus proximè citandus.

Bellarm.

Nec tantum Hæretici inter ſe, verum etiam Catholici de eo diſſentiũt. Habent Arminiani ſuos Patronos; & Iuniani ſuos, vbi citra errorem licet opinari. Arminiani pro ſe adducunt Dominicum Sotum *lib. 1. de natura, & gratia cap. 3.* Andream Vega *lib. 3. ſupra Concilium Tridentinum cap. 11.* Ruardum *in explicatione artic. Louanienſ. art.* 2. Pighium *controu.* 1. Valentiam *diſp. 6. q. 15. puncto* 1. vbi probat ſententiam Scoti. Vaſquium *diſput.* 138. Suarez *Prologomeno 4. de gratia cap.* 8. Molin. *in Concordia q. 1. art. 13. diſput.* 3. Becanum *opuſc. de Iuſtitia bonorum operum ſecundum Caluiniſt. n.* 3. Fabrum *de Incarnatione diſp. 4. cap. vnico.* Iuniani contra producunt Gregor Arimin. *in 2. d. 30. q. 2. art. 3. & 6.* & alios Theologos, quos tacito nomine citat Vaſquez *diſp. 138. cap. 1.* & Stapletonum *de Corrupt. naturæ lib. 2. à c.* 6. & Ioan. Driedonem, quem nullo iure citat Vaſquez pro ſua ſententia *tract. 4. cap.* 1. enim ibi potius confirmet ſententiam Gregorij, quam omninò tradit *lib. 1. de gratia, & lib. arbitr. tract. 3. p. 1. & cap. 3.* & præcipuè agens de libidine cõtra Eraſmum *lib. de grat. & lib. arbitr. cap. 2. parte 1. in fine; & parte 2. in fine.* Eiuſdem Authores, & vindices acres ſunt Aluarez *lib. 6. de Auxilijs diſp. 45. 46. 47.* & Pennotus *in propugnaculo lib. 9. cap. 7. num. 5.* & Zumel. *q. 109. a. 2. d. 2. & 3. & d. 4. concl. 7. art. 7. d. 3. ad* 2. & nonnulli Salmanticenſes Magiſtri, de quibus meminit Ripalda *lib. 5. d. 114. ſect.* 2.

Dominic Sotus
Andreas Vega
Ruard
Pighius
Valent
Vaſq
Suarez
Molina
Becanus
Faber
Gregor Arimio
Stapleton
Ioann: Driedon.
Aluar
Pennotus

Primam ſententiam, quæ tenet hominem ſpoliatum duntaxat gratuitis, & nullatenus vulneratum in naturalibus illius Authores probant. Primò, culpa eſt in genere morali, non phyſico, & illa præſertim culpa originalis, in priuatione conſiſtit; nec aliquid relinquir, aut ponit poſitiuum in natura, ergo nihil omnino tollere poteſt de naturalibus, & phyſicis principijs, & proprietatibus naturę, vti apparet in Angelis peccatoribus, in quibus integra manſiſſe naturalia, communis eſt Theologorum ſententia.

Secundò. Inordinatio, & pugna inter ſe partium animæ, & rebellio inferiorum aduerſus ſuperiores naturalis eſt, orta ex ipſa natura potentiarũ, & obiectorum, ergo remota iuſtitia originali naturaliter redibat, & manebat ſine vulnere naturæ. Antecedens patet, quia appetitus ſenſitiuus, eiuſque obiectum bonum delectabile, & intellectiuus, eiuſque obiectum bonũ rationabile, opponuntur inter ſe, & naturaliter appetitus ſenſitiuus ſuum obiectum proſequitur, & proſequendo aduerſatur intellectiuo; quæ eſt inordinatio naturalis, vnde exiſtit diſſidium, & rebellio.

Tertiò, Capitalis illa pœna peccati, Concupiſcentia, quæ libido dicitur, naturalis eſt homini, nam cum ſit carnalis, & ex appetitu pulchritudinis, & deſiderio generandi oriatur, naturaliter accenditur, eſtque paſſio, quędam naturalis; alia vero concupiſcentia, quę ſubtilior eſt, & magis ad animum pertinet, vti ira, & inuidia, & ſuperbia ex amore proprio naturæ exiſtit, quo nihil magis naturale eſt homini; ergo neutra eſt pręcisè à peccato, & dum non extitit in natura, primi parentis gratia in cauſa fuit; qua recedente, ceu ramus violenter adductus, vi qua tenebatur remiſſa ad trũcum naturaliter reuertitur.

Quartò. Id præcipuè patet in morte, quę haud dubiè pœna peccati, & eſt, & dicitur; hanc autem ſequi ex principio naturę conſtat, hominemq; vtpotè intrinſecè corruptibilem omninò naturaliter eſſe moriturum; vnde etiam in ſtatu innocentiæ erat mortalis, euentu mortis duntaxat per illud donum remoto; igitur ea naturalis effectus eſt, & eò pœna peccati, quod beneficium gratiæ intercedentis,

tis, & auferentis mortem peccatum ſuſtulit, & virtute ſupernaturali impediuit. Tandem, quia non videtur apparere, in quo natura vulnerari potuerit. Nam de ſubſtantia animæ nihil, nihil de potentijs, nihil de modo operandi illarum detractum; igitur manſerunt integra, & illibata, nec aut Intellectus, aut voluntas, aut phãtaſia, aut appetitus, quidquam de ſua naturali ratione, & conſtitutione amiſerunt; idque nos in naturalibus, & phyſicis actionibus experimur; quod ſi ad opera ſupernaturalia minus valemus, id ex priuatione gratiæ, & donorum prouenit. non ex defectu naturæ. Itaque concludunt illius ſententiæ authores longè deteriorem eſſe in genere moris naturam amiſſa per originale peccatum integritate, & gratia, qua ſpoliata ſentit ſe illis obnoxiam malis, quę nuda ſecum natura traheret, quibuſque penitus per ſupernaturalia dona liberata, & in feliciſſimũ vltra naturæ terminos ſtatum euecta erat, ex quo per peccatum deiecta in imum, vnde extracta fuerat, locum præcipitata. Non tamen quicquam in genere naturæ de ſuo amiſiſſe.

Contra ſentiunt ij, qui vulneratum in naturalibus hominem per peccatum exiſtimant; nec eum duntaxat ſpoliatum, ſed læſum item, ac vitiatum contendunt. Id totidem argumentis oſtendunt.

Primò. Status naturæ lapſæ eſt ſtatus peccati, & pœnæ, cuiuſmodi non eſſet ille puræ naturę, in quo illa ſtaret erecta, & in ſuis naturalibus iuſtè conſtituta, vti ex manibus conditoris formata innocenter, non deformata per culpam exierat. Ergo per peccatum non ſolum priuata fuit iuſtitia originali ſupraddicta, ſed etiam vulnerata, & infirmata in ſe ipſa.

Secundò. Peccatum non eſt ſolum aduerſum gratiæ, & ſtatui ſupernaturali, ſed etiam naturali lumini, & rationi, quo tollitur ordo, & harmonia naturaliter inſtituta rationis, & boni, igitur hac ſublata per peccatum originale natura læditur, & violatur. Antecedens eſt D. *Aug. lib. 3. de libero* Auguſt.

Arbitrio cap. 13. & 15. & D. Thomas *1.2. qu. 71. art. 2. in Corp.* vbi citat D. Dionyſium *& ibidem art. 6. & qu. 82. art. 1.* vbi agit de peccato actuali, de originali vero fortius, cum ſit peccatum corrumpens, & inficiens naturã, vti idem tradit *qu. 81. art. 1. & 4. & quæſt. 82. art. 1. & 2.* ac ob illud dicitur diminui bonum naturæ, ibidem *q. 85. art. 1. 2. & 3.* vbi refert vulnera naturæ; ex quibus apparet naturam eſſe vulneratam. D. Thom. D. Dion.

Tertiò. Illa ſpoliatio iuſtitiæ originalis non ſolum fuit priuatio donorum ſupernaturalium gratiæ additæ naturę, ſed etiam deordinatio, ac deformatio ipſius naturæ, vti ex locis proximè citatis conſtat. Ergo ex illa ſpoliatione ſequitur vulneratio naturæ. Antecedens ſuadetur, quia illa ſpoliatio non erat externarum quarundam rerum, ſicuti veſtium, quæ exui, & detrahi poſſunt ſine læſione corporis, cui intimè non adhærent, ſed per ablationem rerum intimarum quæ intrinſecus inhærebant animæ, & cum potentijs, & actibus naturalibus coaluerant, vti D. Thomas tradit locis adductis. Igitur ex ea ſpoliatione læſio, & vulneratio fuit ſequuta, quemadmodum ſi hominis cutis, vel aliquid intimum corpori detraheretur, eo ipſo corpus læderetur. D. Thom.

Quartò. Peccatum originale eſt peccatum naturæ traductum ab Adamo per ſeminalem viam inficiens naturam, & contractum ab anima, quæ eſt doctrina D. Thom. *qu. 81. artic. 1. in Corp. & ad 2. & 3.* Ergo debet cum aliqua pœna traduci vltra debitum æternæ pœnæ; non poteſt autem eſſe alia, præter læſionem aliquam, & vulnus naturæ. Igitur natura vulnerata eſt in naturalibus. Prima conſequentia patet; quia omni peccato actuali mortali præter pœnam æternam reſpondet pena aliqua temporalis; quod probant Theologi ad tertiam partem in materia de pœnitentia. Secunda conſequentia probatur, quia incredibile eſt peccatum actuale Adami impunitum manſiſſe pœna temporali vltra æternam, & eam pœnam non Idem

tran-

Digitized by Google

tranſiſſe cum peccato in naturam.

Vltimò, ſi omnes miſeriæ, tum animæ, tum corporis, quæ nobis inſunt per peccatum eſſent homini naturales, certe miſerrimus futurus eſſet ſtatus ille puræ naturæ, in quo à Deo expertes peccati conderemur, & malè iſte ſtatus puræ naturæ diceretur, ſed potius impuræ, & vitiatæ: deinde nihil intereſſet inter naturam ſui iuris, & ingenuam, qualis tunc eſſet, & naturam ſub poteſtate diaboli, & captiuam, vti nunc naſcitur, quod ſanè maximum videtur abſurdum. Ecquis enim credat tam miſeram, & afflictam, & pronam ad malum, & auerſam à Bono conditum iri à Deo Naturam ſine peccato, ac illa eſt reddita poſt peccatum? aut nihil intereſſe, an illa libera, & erecta, an captiua, & lapſa ſub diaboli poteſtate ſit? Igitur vt neutrum ſequatur, dicendum eſt naturam noſtram per peccatum non ſolum ſpoliatam donis gratuitis, ſed etiam in naturalibus vulneratam manſiſſe.

Sic harum, quę extremè ſunt oppoſitę, ſententiarum Authores argumentantur. Primæ pro ſe adducunt aliquos Patres Græcos, præſertim Chryſoſtom. Secundæ Patres Latinos, pręſertim Auguſtinum, ſed nec multum Iuniani, Chryſoſtomi, nec Arminiani, Auguſtini authoritatem curant, nam Iuniani fauiſſe Pelagio Chryſoſtomum dicunt, vt pote magiſtrum Caſſiani; quod item fatetur Vaſquez *prima parte diſp.91. cap.9. num.55. & 56.* & eius Achates Alarcon; Arminiani Auguſtino, & D. Thom. in rebus prędeſtinationis, & gratiæ aduerſantur, quemadmodum apparet in Arminij Examine prædeſtinat. PerKinſian, & alijs locis, quos in mente Innocentij contra propoſitiones Ianſenij adduximus, & initio Scrinii Auguſtiniani monſtrauimus; omnes vero pro ſe citant D. Thomam, vti tertius ſuo loco dicemus.

Chryſoſt. Auguſt. Vaſq. Alarcon. PerKinſus

CAPVT IX.

Iudicium de prædictis ſententijs, & electio ſecundæ.

NOn ſoleo tam grauiter, ac recentiores quidam, aliorum taxare ſententias. Cautius, & mitius, cum Catholici eas amplectuntur, me gero. Primam Arminii aientis naturam poſt peccatum nudatam ſolum. fuiſſe originali iuſtitia, & minimè in naturalibus vulneratam, & quæ in ea videntur vulnera, naturales eſſe defectus, qui omnino in ſtatu naturæ puræ futuri fuiſſent, acerbe cenſet Stapleton. ante Armin. cum adhuc Catholicorum eſſet *lib.2. de peccato originali cap.2.* dum vix à Pelagianiſmo excuſari poſſe pronuntiat. Secundam vero Iunii quidam certi Theologi Baio, Baianiſque infenſi non dubitant atro damnare calculo, perinde ac à Pontificibus *Pio*, & Gregorio ſit proſcripta. Ego à cenſura abſtineo, quod video, vtramque, dummodo ſibi moderetur, ſeque intra terminos contineat, ab errore alienam eſſe; atque adeo ſic generatim propoſitas tutas pronuntio. Secundam tamen primæ longè præferendam exiſtimo. Et quidem præter allatas rationes, quæ idoneæ meo iudicio ſunt, aliis inſuper ducor argumentis.

Stapleton.

Primo authoritate Concilii Arauſicani II. Can.1. & Tridentini illius verbis ſtatuentis ſeſſ 5. in decreto de peccato originali. *Propter illud peccatum incurriſſe nos in poteſtatem diaboli, totumque hominem ſecundum corpus, & animam in deterius eſſe mutatũ*; vbi duo ſunt animaduertenda, ne quis cum ſecunda ſententia interpretari poſſit de mutatione à ſtatu innocentię in ſtatum naturæ lapſæ. *Alterum*, præmiſiſſe lapſum in poteſtatem diaboli, ex quo non poſſemus deuenire in ſtatum puræ naturæ, qui erat liber & ſui iuris, non in captiuitate diaboli.

Arauſic. Trident.

Alte-

Alterum vocem, *in deterius*, non rectè comparationem trahere ad ſtatum innocentiæ, in quem non cadit terminus ille, *deterius*, cum nihil mali in eo eſſet, ſed ad ſtatum puræ naturæ, in quo deerat bonum gratiæ, in quo habet locum comparatio deterioris ſtatus naturæ lapſæ. Nec enim quadrare poteſt comparatiuus, vbi non eſt locus poſitiuo, nam vbi non eſt locus malo, non poteſt eſſe locus deterioris; neque enim rectè quis dicat, deterius ſum in peccato, quam in gratia, cum in gratia nihil ſit mali, ſed deterius ſum in maiore malo, quam in minore. Quare cum dicunt Concilia, hominem per peccatum in deterius fuiſſe mutatum, non poteſt eſſe ſenſus mutatum fuiſſe de ſtatu innocentiæ in ſtatum peccati, cum in ſtatu innocentiæ malum non eſſet. Itaque comparatio fieri debuit inter ſtatum puræ naturæ, in quo non erat gratia, & ſtatum lapſæ naturæ, in quo eſt peccatum; vt in hoc deterior factus ſit homo ſe ipſo in ſtatu puræ naturæ; ac proinde deterior redditus eſt in ipſis naturalibus. Præterea cequis vnquam dubitauit hominem deteriorem eſſe in ſtatu naturæ lapſæ, quam erat in ſtatu innocentię, vt Concilia id tanta vi decernerent; perſpicuum eſt enim ſtatum innocentię fuiſſe ſtatum felicitatis. Statum autem lapſę nature eſſe ſtatum miſeriæ. Igitur Concilia docere voluerunt, naturam noſtram ſecundum ſe deterius nunc habere cum eſt peccatrix, quàm foret in ſtatu, in quo peccatrix non eſſet, quomodo autem id eſſe potuit, id nos poſtea inquiremus.

August. Ducor ſecundo authoritate Auguſtini, & Patrum eius ſcholæ; hæc enim omnis in eo contra Pelagianos conſentit. Eorum teſtimonia adducit Stapleton. Stapletonus *lib. 2. de peccato originali*, quem de corruptione naturę inſcribit, Valent. Bellarm. & Valent. *in* 1. 2. *diſp.* 6. *qu.* 15. *punct.* 1. & Bellarminus *lib.* 6. *de amiſſ. grat. & ſtatu peccati*. Locos Auguſtini dedimus olim in Cortina, & in mente Innocentij in theſibus, qui õnes fermè Patres exemplo hominis illius vtuntur, de quo Lucas cap. 10. narrat cum in Iericho ab Ieruſalem deſcenderet ſpoliatum, & vulneratum à latronibus fuiſſe, ſemiuiuumque relictum, quem volunt eſſe hominis in ſtatu naturæ lapſæ paradigma. Vti etiam voluit Beda in eum locum, ex Beda cuius vulgata doctrina affirmat Vaſquez Vaſq diſp. 138, cap. 1. totam huiuſce diſputationis difficultatem ortam fuiſſe, in quo hallucinatus eſt; nam multò ante Bedam Ambr. lib. 7. in Lucam Ambroſ: ibi, & Auguſt. August: *lib. de natura, & gratia cap.* 43. eo loco ad vulnera naturæ poſt peccatum monſtranda vſi fuerant.

Ducor tertio, quod ſententia, quæ negat naturam vulneratam, læſamque fuiſſe, & quas experimur poſt peccatum miſerias eſſe naturales defectus ex illius conſtitutione ortos, placuit olim Pelagio; Pelag: & noſtro ſeculo Eraſmo Rotherodamo Retherod Nouatorum omnium Prodromo, quem ita refert de concupiſcentia ſenſiſſe Driedo Driedo *lib. 2. de gratia, & libero arbitrio tract. 2. cap. 2.* & poſtea Arminio, Arminius & Remonſtrantibus Remonst: acerrimis gratiæ, & Auguſtini hoſtibus placuiſſe demum comperi, & quidem Pelagius authore Auguſtino multis in locis præſertim *lib. de natura. & gratia & lib. 2. de gratia Chriſti*, naturam humanam poſt peccatum repoſuit in eodem ſtatu, in quo erat ante peccatum, quod nollet eam vllo peccato inquinari, cum originale nullum in nobis eſſe ſentiret, quod tametſi Eraſmus, & Arminius Arminius improbent originali admiſſo, ſanitatem tamen, immunitatemque naturæ cum eodem Pelagio affirmant; & quæ futura eſſet in ſtatu puro, eandem prorſus in ſtatu ruinæ nunc eſſe contendunt; eo diſcrimine, quod ille ſubſtulit cauſam, & effectus, hi effectus relicta cauſa ſuſtulerunt. Sed non ideo cenſuram vitarunt, cum ijs ſemper aduerſarij obiecerint effectibus peccati ſublatis, peccatum quoque auferri; qua ſe culpa purgare ſæpe ſolet Arminius, vti apparet in reſp. ad art. ſibi falsò impoſitos. Theologos ergo noſtros ab omni nota, & ſuſpicione eximo, quod tutò procedant, ſed minus cum ijs ſentire etiam extra errorem volo, quòd ma-

lo à

ſo à ſenſu Pelagij quàm longiſſimè abeſſe, & ibi, vbi eſt Auguſtinus, eſſe. Illud mihi perſuadere non poſſum, quæ incurrimus poſt peccatum originale mala, quæ contraximus vitia, quæ accepimus vulnera, eas naturæ inſtitutæ proprietates eſſe, non pœnas damnatæ; quemadmodum Bellarminus poſt longam tandem diſputationem coactus eſt nobiſcum fateri *lib. 6. de amiſſ. grat cap. 15. in fine*: cuius verba infra citabimus. Nec ſufficit dicere ideo pœnas eſſe, quia cum ſint miſeriæ, quibus nos gratia liberabat, ſatis eſt in illas redeundo incidere, vt pœnæ ſint, quemadmodum in morte videmus, quam negare non poſſumus naturalem effectum eſſe, & tamen à Deo pro peccato inflictam, vti pœnam, fuiſſe, qua ratione video multos moueri ad ſequendam illam de inuiolata, immunique natura ſententiam; quare volo rem hanc ſeriò, & accuratè expendere.

Bellarm.

Et qnidem altius iſta mihi, & profundius conſideranti, duæ cauſæ videntur eſſe huius in opinando diſſidij prima quod nobis compertum non ſit, qualis ille ſtatus puræ naturæ futurus eſſet; cum enim nunquam fuerit, & cuiuſmodi foret diuinandum ſit, ſicut eum quiſque apud ſe fingit, ita de eo philoſophatur. Secunda, quod non item conſtat, quid ſtatus innocentiæ ſupra ſtatum puræ naturæ addiderit, quid inuenerit, quid attulerit? nam niſi diligenter diſtinguamus inter ea, quæ ſunt naturæ, & gratiæ non poſſumus ſatis diſtinguere inter ea, quę natura retinuit, & quæ amiſit, nec ſtatuere, an quod amiſit fuerit naturale, an ſupernaturale, & an iactura pertinuerit ad ſpoliationem, an ad vulnus; nam ſi quidquid boni erat in illa natura, erat à gratia, hac perdita, & omne bonum amiſit, & amittendo ſpoliata fuit. Si autem pars illius boni naturæ inerat, & illam per peccatum amiſit, certe in ea fuit vulnerata. Vtrumque autem diligenter inueſtigabo duobus additis capitibus.

CAPVT X.

Qualis futurus eſſet ſtatus puræ naturæ.

SCio nonnullos, & eruditos, præſertim in Gallia viros, nolle admittere poſſibilem fore ſtatum puræ naturæ. Scio item alijs difficilem videri eum ſtatum ſine ordine ad finem ſupernaturalem, & quia ſi homo in illo peccaſſet, gratia illi opus eſſet ad remiſſionem peccati, & iuſtificationē obtinendam; non enim videtur poſſe dari iuſtificationem ſine gratia ſupernaturali inhærente. Itaque ſunt graues Theologi, qui dubitant, an eſſet poſſibilis ille ſtatus puræ naturæ; à qua quæſtione ego ſtylum abſtinere volo, nec enim multum intereſt eſſe ne potuerit, nec ne, cum in eo tantum nos conditiones puræ naturæ, ſecundum illius conſtitutionem, & operationem inueſtigemus. Sumo tria certa, & rata apud omnes. Primum naturam phyſicè ſuis partibus conſtare debere, non mancam, non mutilam, non læſam, non violatam futuram fuiſſe, ſed integram ſuo in genere, & conſtantem, tum quoad animā, tum quoad corpus; tum circa ſpirituales, & intellectiuas, tum circa corporeas, & ſenſitiuas potentias. Secundum: eam naturam moraliter ordinatum iri à Deo authore naturę ad rectè operandum intra limites ordinis naturalis, ad idque conditam cum lumine naturali rationis, intellectu claro, iudicio idoneo, arbitrio libero, poteſtate ad bonum, & malum ex ſe indifferente. Tertium, naturam in peccato condi non potuiſſe; atque adeo peccati expertem, non tamen gratiæ participem extra ordinem Dei, intra naturalem beneuolentiam authoris naturę condendam; atq; adeo ſui iuris, non Diaboli mancipium.

Ad ea, quæ magis ſunt dubia, & naturæ accedunt veniamus. Ac primum

Digitized by Google

mum homo ita conditus poſſet, ac deberet *operari ſecundum rationem, & propter finem*, quod omnino ſequitur
S. Thom. ex ratione, vti docet D. Thom. 1. 2. q. 1. *& appetere beatitudinem, in qua tanquam vltimo fine quieſceret*; nam Au-
Auguſt thore Auguſtino lib. 13. de Trinit. c. 3. *omnes homines conueniunt in appetendo vltimum finem*, qui eſt beatitudo.
Ariſt: Cum autem teſte Ariſtotele primo Ethic. *Beatitudo ſit præmium Virtutis*, hac ad illam erat enitendum; quod ſi *Beatitudo bonum eſt perfectum* iuxta eundem ibid. *Deum neceſſe eſt illam eſſe confiteri* cum Boetio 1. de Conſolat. atque adeo concludimus hominẽ in puta natura conditum, ad Deum, tanquam vltimum naturæ rationalis finem eſſe referendum.

Suppoſito autem, quod virtus ad beatitudinem eſſet via, neceſſe erat, vt
S. Thom ait D. Thom. 1. 2. q. 85. art. 2. in Corp. *vt homini eſſet naturalis inclinatio ad virtutem, quæ quidem conuenit homini eo ipſo, quod rationalis eſt, & fundatur ſicut in radice in natura rationali, & tendit in bonum virtutis, ſicut in terminum, & finem, & per quam ho-*
Ariſtot. *mo haberet in ſe ipſo*, ſecundum Ariſtotelem lib. 10. Ethicorum *delectatio nem perfectam in ipſa operatione virtutis*. Huiuſmodi vero operatio futura erat in poteſtate hominis, eiuſdem Ariſtotelis teſtimonio lib. 1. Ethicorũ
D: Thom: cap. 7. ex quo D. Thom. 1. 2. q. 5. ar. 5. *quia ſubditur naturali hominis poteſtati, qua ſuorum actuum eſt Dominus*. Vnde ſequitur fore homini naturalem tunc beatitudinem imperfectam; *quæ eſt operatio virtutis*, ſecundum Ariſtotelem eo loco, & 10. Ethic. & D. Thom. q. 3. art. 5. in corp. & perfectam poſſe eſſe, quæ eſt vltimus finis, ideſt *Deus naturaliter poſſeſſus* ex eorundem doctrina. Hac in re autem magna eſt vis Authoritatis Philoſophorum antiquorum, qui vel in hoc miſero naturæ ſtatu lumine tantum rationis ducti multa, & præclara de virtute dixe-
Platonici runt. Platonici enim innatas eſſe animæ noſtræ ſcientias, & virtutes puta-
Stoici runt, vti refert D. Thom. *q. 63. art. 1. in corp.* Stoici vero præterquam quod in honeſtate beatitudinem collocarunt, virtutem animi ab omni paſſione liberam eſſe voluerunt; nec huius nitorem patiebantur vllo perturbationis cœno ſordidari. Socrates etiam Socrates
negauit teſte Ariſtotele 7. Ethico. c. 2. Ariſt.
Scientiam à paſſione vnquam poſſe ſuperari. Nihilo item minus Tullius Tullius
lib. 2. Rethor. *Virtutem habitum in modum naturæ rationi conſentaneum* definiuit, probatque D. Thom. *qu. 71.* D: Thom:
art. 2. ad 1. Hinc peccatum aduerſum rationi eſſe dixerunt, adeo vt prima deordinatio actus mali ſit à recta, & naturali ratione, vti docet D. Thom. *q. 21. a. 1. in corp.* Vnde Ariſtoteles ci- Ariſtot
tatus ab eodem D. Thom. peccata *monſtra* appellauit, quod à recta ratione deuiatent. Idem autem Diu. D. Thom.
Thom. dicit: *bonum naturæ diminui per peccatum*; idque accuratè probat *q. 85. art. 2. & 3.* Ex quibus conſtat hominem in ſtatu puræ naturæ potuiſſe, ac debuiſſe benè, & honeſtè operari, idque ei naturæ, quòd rationalis eſſet, conuenire.

PRIMA PARS
CAPITIS.

De pugna partium animi inter ſe, & concupiſcentia.

CApitale dubium eſt, ân, & quatenus in illo ſtatu pugnarent inter ſe animę partes inferior, & ſuperior, ſenſitiua, & intellectiua? Ac primum diuerſas inter ſe, & oppoſitas eſſe ex obiecto, & conſtitutione ſua conſtat, cum pars ſenſitiua feratur in obiectum delectabile congruens ſenſui, intellectiua autem in bonum honeſtum conforme rationi; quatenus vero pugnarent in pura natura, id videndum.

Primum, cum illa integra, & ſana eſſet ſine peccato condita, & naturali conditioni relicta, habere debebat, & corpus congruenter ſubditum ani-

Digitized by Google

mæ, & partem ſenſitiuam aptè ſubor-
dinatam intellectiuæ, qui erat rectus
Ariſtol ordo conſtitutionis humanæ. Nouit
hoc Ariſtoteles adhuc in miſero ſtatu
noſtro docens 1. Politic. *Quod ratio
praeeſt iraſcibili, & concupiſcibili prin-*
Gregor *cipatu Politico*, & *Regali*. Et Gregor.
Niſſen. Niſſen. apud D. Thom, *quaeſt.* 17. *art.*
7. idem tradit affirmans, eos appeti-
tus obedire rationi; & cum ijs ſentit
D.Thom: S. *Doctor q.* 17. & *q.* 24. & quidem res
ita poſtulabat, vt opera Dei perfecta
eſſent, ne quid inordinatum natura
ſua eſſet, cum ordo ſit finis Dei, adeo
Augu[ſt]. vt etiam in peccatis, & pœnis ordinē
ſeruet; quod ſolet Auguſtiuus obſer-
uare, quodque in mundo ex diuerſis
elementis diuerſa loca occupantibus
conſtanter ſeruata concordia fieri vi-
demus, ſine vllo inter ſe bello ad exi-
tium mundi tendente, illud etiam in
homine altero mundo retenta partiū
differentia ſeruaretur, vt eum vna-
quæque ſuum obiectum, finemque re-
ſpiceret, ordinem tamen inter ſe, vin-
culumque concordiæ retineret. Non
eò hæc dico, quòd vel non eſſent mo-
tus circa ſuum obiectum in illo
appetitu ſenſitiuo præter rationem,
vel ſemper eos ratio refrænaret, ſed
quod qui tunc eſſent motus, minus
vehementes eſſent, & naturaliter vi-
tioſæ paſſiones non eſſent, ſed affe-
ctiones naturales, quæ non turbarent
natura ſua rationem, ſed exurgentes
ad nutum arbitrij ſe facilè poſſent fin-
gere, quod certè arbitrium rectè in
arce animi collocatum eſſet, & natu-
raliter dominium in appetitum exer-
S. Thom: ceret iuxta doctrinam S. Thom. *q.* 17.
art. 2. *ad* 3. & *art.* 7. *in corp.* vbi repetit
dictum philoſophi de iure rationis in
appetitum. Quare congruenter do-
cet idem Sanctus Doctor quæſt. 24. ar.
3. *Ad humani boni perfectionem perti-
nere, quod etiam ipſæ paſſiones ſint mo-
deratæ per rationē*, quod bis in corpo-
re art. repetit. Idque Stoici in hac ſtra-
ge peccati putabant conſequi ſe per
imperium rationis poſſe, vti author eſt
Cicero lib. 3. & 4. Tuſculan. quæſt. Cicero, qui
eiuſdem erat ſententiæ. Præterea bo-
num delectabile, honeſtum eſſe, &
ſecundum rationem poteſt; quod
tradit D. Thom. *q.* 31. *art.* 4. 5. 6. & 7. D.Thom.
& delectationes intellectuales in na-
tura illa defœcata eſſent maiores: Si
enim *In hac ſordida*, affirmat Ariſto- Ariſtot
teles, *maximam delectationem eſſe, quæ
eſt ſecundum operationem ſapientiæ*.
Ethic. 10. quid in ſtatu illo futurum
eſſet, qui purus, & incorruptus eſſet?
Accedit ratio D. Thom. *q.* 61. *art.* 5. *in
corp.* apta quidem, & congrua. Dele-
ctationes corporales, ideo magis ap-
peti ſolere, quia medicina quædam
ſunt contra corporales defectus, vel
moleſtias, ex quibus triſtitiæ conſe-
quuntur; quibus hæc noſtra lacryma-
rum vallis abundat; quod ille diuini-
tus expendit loco adducto. *At* in eo
ſtatu naturæ ſereno, & tranquillo, non
tot nubes mœroris, nec tot turbines
curarum, nec tot tempeſtates mole-
ſtiarum exiſterent; atque adeo minus,
& mentes angerentur, & animi tri-
ſtarentur; & vbi maior ſanitas natu-
ræ eſſet, minor vſus medicinarum fo-
ret. Tandem multæ delectationes
appetuntur contra rationem, vt inquit
Sanctus Doctor, propter corruptio-
nem naturæ, quas *ægritudinales* dixit
Ariſtoteles 7. Ethic. Sicut enim febri- Ariſtot
citantibus dulcia videntur amara. &
è conuerſo, ſiue ob malam comple-
xionem inſipida placent, ita & ob hu-
manę naturę infectionem ortam ex
peccato guſtus animæ deprauatus eſt,
vt abſonas quaſdam, & ineptas de-
lectationes ſectetur, quæ eſt D. Tho. D. Thom
pulchra ratiocinatio qu. 31. art. 7. quæ
quidem locum non habet in illo ſtatu
ſanctitatis, integritatiſque naturalis
puræ naturæ citra infectionem pecca-
ti originalis, niſi velimus naturam
puram in continua febri fore.

Hinc duo conſequuntur. Alterum
pauciores ibi, & remiſſiores fore mo-
tus cupiditatis remota corruptione na-
turæ. Alterum, qui futuri naturaliter
ex appetitu ſenſitiuo eſſent, eos faci-
lius ſubiectum iri rationi, ac proinde
diuerſitatem naturalem fore, rebellio-
nem non fore; quæ ſi foret non natu-
ræ conſtitutioni, quæ ſana exiſteret,
ſed priuatæ cupiditati hominum eam

affi-

aſſignandam, idque, opinor, rationes factæ perſuadent.

Veniamus ad ipſam concupiſcentiam, quæ effectus eſt appetitus ſenſitiui, imo ab eo vix diſtinguitur, in quorundam ſententia, ſecundùm naturam cuius obiectum ſunt delectationes
Stoici ſenſibiles. *Et* quidem Stoici, qui naturam rationi obedientem ponebant, omnes delectationes malas eſſe affirbant, quod ijs corrumpi, eneruarique
Epicurei rationem eredebant. *E*picurei contra omnes bonas pronunciabãt, quod cõuenientes eſſe naturæ cenſebãt, quem
D. Thom admodum tradit D. Thomas *qu.* 33. *ar.* 2. quos ita componit idem Authot, vt definiat medium quiddam verum eſſe; nec enim omnes, aut bonas, aut malas eſſe, ſed ſuum quibuſdam bonum, quibuſdam malum ex fine, & exceſſu ineſſe; de quo non eſt nunc diſputandi locus, vti nec de illa parte appetitus, quæ iraſcibilis eſt, & mala fugit, & fugat, quoniam huius actus au-
Idem thore D. Thomas hic 1. 2. *qu.* 23. *a.* 1. etſi ſint ſpecie ab actibus concupiſcibilis diuerſi, ad hunc tamen, tanquam ad finẽ ordinantur, cum idcirco auertantur mala, vt delectationes habeantur.

Igitur concupiſcentia tunc eſſet delectationum, quæ congruunt appetitui; ſed cum is eſſet ſubordinatus rationi, concupiſcentia cæca, & præceps non eſſet, ſaltem vitiata non eſſet, nec corrupta, cum id habeat non à natura, ſed à peccato; cuius materiale eſt,
Idem ac dicitur à Sancto *qu.* 4. *de malo ar.* 2.
Magiſter *&* 1. 2. *qu.* 82. *art.* 3. quin Magiſter, alijque Scholaſtici ex doctrina Auguſtini quiddam obliquum, & curuum in malum, & morbidum in natura infecta notant, quæ eſt Auguſtini ſententia contra Pelagium, & Iulianum art. 3. poſita, & in noſtra Cortina &
Auguſt Scrinio toties validè confirmata, & iſtam obliquitatẽ in voluntate, ex peccato actuali relinqui generatim ad-
Suarez mittit Suarez *tomo de incarnatione diſ.* 4. *ſect.* 4. quam in natura peccato originali corrupta nemo non agnoſcit; ac in natura ſine peccato; cuiuſmodi illa pura foret, nemo ponere debet, cum ea non ſit, vt Authore Auguſtino dicam, *natura inſtituti hominis, ſed pœna damnati*.

Quod ſi quis dicat huiuſmodi concupiſcentiam eiuſdem omninò rationis fore cum ea, quæ nunc eſt, contra obiecero. Vel eſt moraliter bona, vel mala; ſi bona, quomodo ſemen, & fomes peccati; ſi mala, quomodo effectus naturæ puræ non corruptæ pecca-
to? *Præterea* vtar ad id refellendum Coninch
argumento AEgidii de Konink *de Charitate diſp.* 15. *dub.* 3. *num* 34. vbi quærens, *an natura noſtra inclinet magis ad amandum ſe appretiatiuè, quam Deum?* negat, *quia aliàs Deus malè inſtituiſſet naturam*; quomodo ergo eam conderet obliquam, & incuruam in malum, cum concupiſcentia ad peccatum ſtimulante? Certè vti inter naturam puram, & non infectam, & inter corruptam, & infectam aliquid intereſt; ita & inter concupiſcentiam vtriuſque naturæ aliquod eſt diſcrimen
ponendum. Idque vidit Suarez *diſp.* Suar.
34. *ſeſſ.* 1. agens de pugna inter appetitum ſenſitiuum, & rationem, negansque in Chriſto fuiſſe, eo quod: *appetitum moueri contra, vel propter ſuperioris conſenſum eſt quidam defectus humana natura, qui in alijs hominibus ex peccato originali contractus eſt*, vbinõ dixit, relictus, ne naturæ tribueret, ſed *contractus*, vt peccato aſſignaret; hoc autem affirmat Suarez de appetitu ſenſitiuo nondum in concupiſcentiam, & fomitem peccati verſo, qua ratione multo magis à natura ſecundum ſe alienum putat, eumque omnino remouet à Chriſto, & Beata Virgine, *quia eius*, inquit, *origo eſt originale peccatum, & aliàs ad peccatum inclinat*; rem autem, quæ inclinet ad peccatum condi
poſſe à Deo, etſi concedat Vaſquez 1. Vaſq
2. *diſp.* 90. *c.* 4. admittens poſſe à Deo infundi habitum vitioſum, quod latiùs probat 2. 2. *qu.* 1. *art.* 3. Communiter tamen alij inficiantur, ac eo nomine Vaſquium reprehendunt; quare illi Theologi optimè ſentiunt, quos ipſe citat *diſp.* 90. *cap.* 4. *num.* 8. qui dicunt appetitum ſenſitiuum non natura ſua, ſed poſt originale peccatum ad pec-

Digitized by Google

catum inclinare, quia in hoc ſtatu caret ordine debito, idque ſibi videntur colligere ex Concilio Tridentino ſeſſ. 5. Can. 5. vbi habetur. *Ex peccato eſſe, & ad peccatum inclinare.*

Tridens.

Pelagius Iulian.

Illud ego obſeruo Pelagium, & Iulianum homines acutos vidiſſe, quod ineſſet naturæ ſecundum ſe, & à Deo conditore, id malũ eſſe non poſſe; hinc enim deducere ſoliti erant concupiſcentiam non eſſe malam, quod naturalis eſſet, nec malam eſſe poſſe, cuius Deus author eſt, qui mali author eſſe non poſſet. Contra quos Auguſtinus acutius arguebat concupiſcentiam malam eſſe, quòd ad peccatum inclinat, id autem quod inclinat ad peccatum, naturę effectum non eſſe, ſed peccati pœnam, eiuſque Deum authorem eſſe non poſſe; eſſe igitur in homine peccatum originale, à quo concupiſcentia eſſet. Sed quoniam magnus hic, quem proximè adduximus, author Vaſquez nobis contrarius eſt, & fortiter ſuſtinet eadem prorſus ratione fore appetitum in ſtatu puræ naturæ, qua nunc ad peccatum propenſum & inclinatum, tum diſp. 90. tum 138. operæ pretium duxerim hic cum breuiter ex ſuis principijs confutare.

Auguſt.

Vaſq.

Igitur is ea *diſp. 90. cap. 1. & 2.* docet cum Diuo Thoma omnem virtutem eſſe conformem naturæ hominis, & contrà omne vitium diſſonum eſſe naturæ, atque adeo admittit in nobis inclinationem naturalẽ ad virtutem. Concedit deinde cap. 4. inclinationem ex parte appetitus ad vitium, & peccatum. Hoc aſſumpto ſic aduerſus illum argumentor. Illa inclinatio appetitus ad vitium in ſtatu puræ naturæ, vel eſſet maior, vel minor, vel æqualis inclinationi rationis ad virtutem. Si minor, aut æqualis, vincitur prorſus Vaſquez, nam hodie in ſtatu naturæ lapſæ maior eſt inclinatio ad peccatum, quam ad virtutem, & appetitus ſuperat rationem citra gratiam. Supereſt, vt eſſet maior illa inclinatio in vitium in ſtatu puræ naturæ, atque adeo vti eſt in ſtatu lapſæ naturæ. Id vero contra Vaſquez ſic retorqueo. Inclinatio ad virtutem minuitur per peccatum, vti docet ipſe 1.2. diſp. 137. ſed in eo ſtatu naturæ puræ, natura eſſet ſine vllo inſtituta peccato, ergo non eſſet imminuta hoc modo inclinatio ad virtutem; quam inclinationem negare non poteſt Vaſquez imminutam per peccatum originale in ſtatu lapſæ naturæ.

Si vero neget Vaſquez, & dicat nõ imminui per peccatum originale, ſed per actuale, quia in ſua ſententia originale eſt mera priuatio iuſtitiæ originalis, qua vna ratione elabi, vti eſt acutus, poteſt, elabi ego non ſinam: vrgendo fateri peccatum originale verè & propriè peccatum eſſe, ab proinde ob illud minui inclinationem virtutis in natura eo affecta, magis quam in natura illo liberata. Deinde rurſus ex alio principio probo illam Inclinationem peccandi, quamuis in actu primo eſſet eadem cum naturæ inclinatione in ſtatu ruinæ, fore multò minorem in actu ſecundo, quod multò grauiores ſint ab extrinſeco occaſiones peccandi in ſtatu lapſæ naturæ, quod Vaſquez inficiari non poteſt; nam *prima parte diſp. 218. cap. 4. & in com. in 1.2. qu. 80. ad art. 2. & 4.* ait, in hoc ſtatu, in quo ſumus Diabolo obnoxij ſæpe ab eo incitari, ſtimularique ad peccandum, ſed hic ſtimulus deeſſet in ſtatu illo purę naturæ, ergo ſaltem in actu ſecundo, & exercito minus diſſentiret à ratione appetitus, & minor eſſet inclinatio elicita ad peccatum. Vnde ſequitur deterioris eſſe conditionis naturam noſtram in ſtatu ruinæ, quàm in ſtatu puritatis, etiamſi demus appetitum in actu primo ęque ad malum propenſurum in vtroque ſtatu; cũ in ſtatu naturæ lapſæ, multo magis, ac ſæpius ſuggerente, & tentante Diabolo ad peccatum ſtimulandus eſſet, ipſo etiam anthore Vaſquio acerrimo noſtrę ſententiæ oppugnatore.

Vaſq

S E-

SECVNDA PARS CAPITIS.

De Carnali Concupiſcentia, & libidine

VEniamus ad ipſam concupiſcẽtiam pulchritudinis, & voluptatis, quę carnalis appellatur, & in libidinem vertitur. Negare non poſſumus futura tunc eſſe in pura natura illicia, & lenocinia palchritudinis, & illecebras voluptatis, quæ titillarent ſenſus, & irritarent appetitum, animumque pellicerent, quos quidem ſtimulos cupiditatis inhoneſti, & turpes illi motus ſequerentur, qui non ſunt in arbitrij poteſtate, & quorum maximè pudet honeſtum quemque, & ſapientem, qui naturales eſſe videntur, nec ſubijci rationi poſſe, ſicut & motus cordis, vtroſque enim præter ratio-
Ariſtot: nem exiſtere, tradit Ariſtoteles *lib. de Cauſis motus animalium*, & probat S.
D. Thom Thomas *quæſtione 13. articulo 9. ad 3.*

Authores citati pro prima opinione affirmant eandem omnino fore vim libidinis in ſtatu puræ naturæ, quæ nunc eſt, eodem argumento, quod putant ad naturalia pertinere; eiuſque refrenationem iuſtitiæ originalis effectum, & beneficium fuiſſe, qua iuſtitia amiſſa ex integro in pœnam peccati redijſſe. Mihi tamen aliud videtur; tametſi enim admittam concupiſcentiam ex viſa pulchritudine, & ſenſum illius in appetitu, & motum in corpore fore, multo tamen eam minorem futurã, & multo facilius comprimendam, motumque illius coercendum exiſtimo; duoque in ea diſtinguo, modum naturalem, & exceſſum pœnalem, modum igitur relinquo, ex-
Suar: ceſſum aufero; quod diſcrimen vidit Suarez author contrariæ ſententiæ *tom. 1. de gratia. Prologom. 4. cap. 4. num. 5.* vbi dicit *Deum potuiſſe creare hominem cum fomite, & concupiſcentia naturali, non pœnali*; quo eum mox argumento vrgebimus; vt certo autem vtar vocabulo fateor futuram eſſe cõcupiſcentiam, nego libidinem. Et probatur primo, quia hæc eſt fomes peccati, & materiale illius, ac ex illo immediatè orta in natura, & tradux peccati originalis in naturam, atque adeo vitium naturæ infectæ, inficienſque naturam. Id perſpicuè Auguſti- Auguſt.
nus, ac tota eius ſchola contra Iulianum, & ſequaces docuit, vti nos in
Cortina noſtra monſtrauimus. Cum D. Thom.
Auguſtino ſentit D. Thomas *qu. 4. de malo art. 2. & 1. 2. qu. 82. art. 3.* vbi docet *concupiſcentiam eſſe materiale peccati originalis*, & *qu. 81. ad ſecundum* dicit *infectionem naturæ traduci à parente in prolem per virtutem ſeminis, & generatiuam motionem*. Et rurſus *qu. 82. articul. 3. in fine corporis* ait: *Concupiſcentiam, quæ trãſcendit limites rationis eſſe contra naturam, & talis eſt*, inquit, *originalis peccati*, & *quæſt. 83. ar. 1. in corp.* affirmat *in ſemine corporali eſſe peccatum originale, ſicut in cauſa inſtrumentali, eo quod per virtutẽ actiuam ſeminis traducitur peccatum originale in prolem, ſimul cum natura humana*. Eſtque conſtans illius doctrina in his duabus quæſtionibus 82, & 83. naturam fuiſſe infectam per peccatũ originale; & infectionẽ fieri per tranſmiſſionem ſeminis cum motione generatiua, eamque eſſe inſtrumentum iſtius corruptionis, quam *lepræ, & ſcabiei* ſimilem dicit *qu. 83. art. 4.* ex quo deducitur huiuſmodi effrenem libidi-
nem eſſe non naturę proprietatem, ſed Auguſt.
vitium concretum cum peccato. Vnde *quæſt. 17. art. 9.* cum Diuo Auguſtino *14. de Ciuit. cap. 16. Hoc quod*, inquit, *motus genitalium membrorum rationi non obedit, eſt ex pœna peccati, vt ſcilicet anima ſua inobedientia ad Deum in illo præcipuè membro pœnam inobedientiæ patiatur, per quod peccatum originale ad poſteros traducit*; quod certè de pro-
prietate naturæ dici nequit, & confir- D. Thom.
matur ex eo, quod tradit idem Sanctus Doctor *qu. 33. art. 1. ad 1.* vbi ait *libidinem in coniugatis, quamquam non ſit peccatum, prouenire tamen ex quidam*

dam morali malitia, ſcilicet ex peccato primi Parentis; malitia autem opinor moralis non quadrat in principium puræ naturæ, quæ moralis malitiæ expers futura erat ex naturali ſua conditione. Nec obijcias iſtam libidinem relictam ex amiſſione originalis iuſtitiæ; nam præcisè non inde oritur, cum prius ſit tranſmitti ſemen, & generari hominem, quàm priuari iuſtitia; at iſta libido tranſit cum ſemine, & per illud traducitur. Igitur non ſequitur ex amiſſione iuſtitiæ, ſed eſt immediatè ex infectione naturæ, quę infectio non eſſet in natura pura; ergo nec libido, quod vlterius probo, quia recepta gratia manet in homine iuſtificato, comitans, & ſequens naturam, & transfunditur per actum copulæ coniugalis, qui licitus eſt, & fit in gratia, igitur nec prouenit ex amiſſione iuſtitiæ, nec pugnat cum receptione iuſtitiæ.

Argumentor ſecundo, quia vel iſta libido eſt, quid bonum, vel quid malum, vel quid indifferens ad vtrumq; Bonum eſſe nequit, nam hic erat error Iuliani dicentis libidinem eſſe bonum, contra quem D. Auguſtinus toties, tamque vehementer pugnauit ex Apoſtolo vocante illam *malum*, & *peccatum*; quemadmodum apparet ex diſputatione cum eo habita ſex ijs libris contra Iulianum, & alijs pluribus locis, quos in cortina citamus. Vnde ne indifferens quidem eſſe poteſt, cum inclinet ex ſe ad peccatum, & peccati fomes ſit, & effenata licentia feratur. Igitur malum eſt, quamquam non ſit peccatum. Itaque vitium naturæ eſt contractum ex peccato, non proprietas innata. Confirmatur quia ſi iſta libido eſſet proprietas naturæ, & flueret ex illius principijs, attribueretur Deo conditori, ſed non decet Deum condere naturam cum illo modo, qui inducit ad peccandum, & oritur ex natura infecta peccato; igitur non eſt innata; & hinc argumentum ſumo contra Suarez negantem poſſe à Deo eſſe habitum vitioſum, vel per ſe, vel per accidens infuſum in voluntate, eo quod inclinet natura ſua ad malum morale. Ita in Metaph. diſp. 44. ſeſſ. 13. num. 26. ſi enim id poſſe fieri à Deo negat, quia Deus non poteſt habitum infundere, qui voluntatem ad id quod eſt vitium, inclinat, imo nec item erroneum in intellectũ, quia ad id, quod eſt falſum inducit; quomodo concedit poſſe Deum condere naturam cum libidine effrenata, quæ fomes eſt peccati, & ad peccatũ inducit ſaltem per accidens, quod ille in habitu negat?

Iulian.
D. Aug.
Paulus
Suarez

Argumentor tertiò, contra eundem Suarez aſſumpto eodem argumento, & in eundem retorto. Ideò Suarez negat Concupiſcentiam eſſe malum additum naturæ, quia non poteſt, niſi ſit naturalis aduenire naturæ, & inclinare eam ad peccatum, cum in natura nihil ſit præter naturalia principia, quæ non minuuntur, nec mutantur, quod latè proſequitur Prologom. 41. cap. 8. num. 14. Sed in eodem numero dicit loqui ſe de natura ſecundũ ſe non reſpectu perſonæ habentis talem complexionem, quo ſignificat, vbi ſit diuerſa complexio, ibi poſſe eſſe maiorem vim concupiſcentiæ, & vt appellat *rebellionem*, atque adeo ex priuata hominis conſtitutione augeri minuiue libidinem; quam ego rationem in ipſum aptè retorqueo. Nam ſi complexio naturalis in hominibus priuatis naturalẽ concupiſcentiam ex accidenti augere poteſt, & inuenitur intra naturam, quod ipſam naturam mutet aucta libidine, cur non poterit poſito peccato in vniuerſa natura, exiſtere in illa exceſſus, quidã libidinis, qui in pura natura non eſſet, niſi illud peccatum interueniſſet? Cui argumento neſcio, quì reſponderi pro Suario poſſit. Me quippe iuuat, vti antea ſuis telis Vaſquium, ita & nunc ſuis Suarium impetere, veritum ne ſi meis cum ijs dumtaxat argumentis congrederer pumilio à Gigantibus vincerer.

Suarez

Argumentor quartò. Si hæc Suarij, & Vaſquij opinio (nam in ea vterque conſentit) vera eſſet, ſequeretur hominem à Deo per ſeipſum citra humanam generationem de integro cõditum ex ratione ſuæ conſtitutionis cum eadem omnino fore libidine, qua eſt

eſt homo conceptus, & genitus à Parentibus more humano per ſemen infectum, & traducem peccati originalis. Hoc autem videtur abſurdum. Igitur negandum libidinem eſſe à natura, & in natura pura. Sequelam in maiori poſitam concedant illi neceſſe eſt; minorem credo negare non poſſe, cum abſurdum ſane ſit fateri è manibus puriſſimis Conditoris Dei hominem illum tanta libidine conſpurcatum, tamque turpi macula infectum exire; quod ſi illi concedere non verentur, me certè pudet, qui credo, ſi illis daretur optio vtro modo naſcendi omnino electuros è Dei manibus intaminatos, quam illa infectos tabe libidinis è ſemine ſordido, ſpurcoq; procedere. Suario autem, id quod ex eius doctrina proximè attuli obijcio: nam ipſemet to. 1. de grat. Pologom. 4. c. 4. n. 1. pœnalem libidinem à natura pura remouit, & negauit Deum cum illa naturam condere potuiſſe. Suarez

Argumentor quintò. Ex coniectura; tametſi in ſtatu puræ naturæ futuri eſſent motus genitalium, & ſæpè præter rationem, qui eam præuenirent exurgendo, & affligerent continuando; tamen non puto eos homini pudori futuros, quod naturales eſſent, non à peccato; ſed ille pudor ſignum eſt illos motus ita effrenes æſtuantis libidinis eſſe à peccato, non à natura; igitur vbi non eſſet futurus pudor, nec etiam eſſet exceſſus in motibus libidinoſis. Aſſumptum coniecturæ videtur certum, nam & in hoc ſtatu lapſæ naturæ compertum eſt pueros, & in certis barbaris regionibus homines non erubeſcere ex nuditate, & turpi illo motu, quos dicere ſolemus in ſtatu puræ naturæ videri eſſe; quod ſanè argumentum eſt in eo non fore erubeſcentiam ob illum ſenſum, motumque libidinis, atque adeo non fore libidinem, & hanc omnino à peccato proceſſiſſe. Vnde valet coniectura feliciorem multò, & honeſtiorem futurũ hominem eo in ſtatu fuiſſe, & cuius effectus non puderet, illius cauſam, ideſt libidinem, non futuram.

Itaque ſentio in ſtatu puræ naturæ, cum peccatrix natura non eſſet, non fore corruptam, nec infirmam, minuſque multo, quàm noſtram in ſtatu ruinæ miſeram. Admitto in ea diuerſitatem partium animi, & appetituum differentiam, & diſſentientes inde inclinationes, & motus, ſed magis præter rationem, quam contra illam, & tumultum potius, quam pugnam cientes, non pace compoſitos, ſed non omnino bellantes; cum diſſidio citra diſcordiam, cum alienatione extra odium, cum iracundia præter furorẽ, leuiter animum pulſantes, non vehementer concutientes; do tentamenta, non tormenta, do igniculos, non faces, do illicia, non incendia; pono cõmotiones, excludo perturbationes, admitto affectiones, eijcio ægritudines; fero motus, non tolero paſſiones. Volo naturam ſanam, nolo validam; ſtantem, non ſtabilem; illęſam, non inuulnerabilem; puram, non perfectam, quæ concupiſcentiam quidem habeat, excludat libidinem. Hęc eſt mea de ſtatu naturę puræ apta fortaſſe; non abſurda certè, opinor, ſententia.

TERTIA PARS
CAPITIS.

Soluitur vnum, & validum argumentum.

CONtra ſuperius dicta ſic validè, & vehementer obijcitur. Si homo in ſtatu naturæ lapſæ differt ab homine in ſtatu naturæ puræ, vt non ſolum ſit ſpoliatus donis gratuitis, ſed etiam vulneratus in naturalibus, ſequitur Deum non poſſe condere hominem in ſtatu, in quo nunc eſt. Hęc autem eſt vna ex propoſitionibus *Baij* damnatis à Pio V. & Gregorio XIII. vt patet ex ipſa bulla damnationis producta à Suarez *tom. 1. de Grat. Prolegom. 6. cap. 2.* in qua ſeries propoſitionum *Baij* continetur, quarum LV. eſt.

Baius

Suarez

eſt. *Deus non potuiſſet talem ab initio creare hominem, qualis nunc naſcitur.* Quod autem id ſequatur ex noſtra ſententia patet, quia ſi homo non tantum amiſit gratuita, ſed etiam perdidit aliqua naturalia, & intra ſtatũ puræ naturæ factus purus eſſet, & incorruptus, nunc verò tam corruptus, & infectus ob peccatum naſcitur, vti ſupponitur cum inclinatione intrinſeca, & fomite peccandi non poteſt certè à Deo authore naturæ, & boni mancus, & imperfectus, & prauus condi, quod ne contingat, dicendum prorſus eſt hominem in ſtatu naturæ lapſæ tantum ſpoliari gratuitis, non vulnerari in naturalibus, atque adeo remiſſo peccato originali in natura pura manere, talemque eſſe hunc ſtatum remota gratia, & peccato, qualis ille naturæ puræ futurus erat.

Vaſq. Turrian. Hauzeur Mæratius Author Cortinæ: Author Scrinii Auguſt:

Huic argumento reſpondeo. Primò cum Vaſquio, & Turriano, & Mæratio, & Hauzeur, Meque authore in Cortina quæſt. ſingulari de neceſſitate gratiæ, & in Scrinio monit. ad calcem poſita, non omnes propoſitiones Baij damnatas eſſe, cum ipſa *Bulla* dicat, *nonnullas poſſe aliquo pacto ſuſtineri*, quarum certè vna hæc eſt; & quidem ſi ſolitariè ſumatur, & ſeorſim conſideretur, certa omninò, & tuta eſt. Quid enim, quæſo, verius, & ad fidem congruentius, quam dicere Deum non potuiſſe hominem creare in ſtatu peccati originalis, in quo nũc naſcitur? Veriſſimum eſt enim non poſſe hominem à *Deo* condi cum peccato originali. Igitur iſta propoſitio abſolutè non damnatur.

Secundò, Reſpondeo dato damnari illam, vti vult Suarez in ea ſerie contentam, nihil inde ſequi contra noſtram ſententiam; nam ea ſolum damnatur, vt inquit Bulla, *In rigore, & proprio verborum ſenſu ab aſſertore intento*, ideſt non ſolitaria, ſed cõiuncta, connexaque cum alijs, & vti cum illis conſentiens; atque hoc modo continet peruerſam doctrinam: nam ex propoſitione 22. & 27. eiuſdẽ Baij in eadem *Bulla* relatis conſtat illum ſenſiſſe integritatem, & Iuſtitiã originalem non fuiſſe donum Dei, ſed conditionem naturæ, quod ſanè hæreſim continet; ex quo etiam reſultat hęreſis alia quinquageſima; quę ex cõſequenti negat *poſſe creari hominem ſine integritate, & iuſtitia Originali, qualis nunc naſcitur*, qui ſanè peruerſiſſimus eſt ſenſus, & minimè ferendus, à quo longiſſimè abeſt propoſitio illa ſolitariè ſumpta, & à quouis alio Theologo pronuntiata; dicere enim abſolutè non poſſe hominem in peccato originali à Deo condi Catholicum eſt, dicere autem non poſſe hominem à Deo condi ſine Iuſtitia originali hæreticum eſt. Primo ſenſu nos dicimus; ſecundo Baius. Igitur *Baius* damnatur, nos certè damnari non poſſumus; nec Aduerſarij contra nos quidquam inde poſſunt colligere; mens enim Pontificum fuit damnare propoſitionem Baij *Baiano* illo ſenſu, à quo nos longiſſimè diſtamus; nec nos quidem eam quæſtionem excitauimus, *poſſit ne Deus, an non poſſit creare hominem, qualis nunc naſcitur?* in quam nos volunt arguendo deducere; ſed tantum ſtatuimus minus miſeram fore naturam in ſtatu puro, quam in ſtatu ruinæ; Verum autem Deus potuerit condere hominem in illo ſtatu, in quo nunc eſt, id nos minimè ventilamus. An verò inde ſequatur, alia quæſtio eſt, in quã ſi affirmemus alio sẽſu, quã eo Baij affirmamus, qui ſolus eſt in affirmando damnatus.

Deinde vt Aduerſarijs ora occludamus, non negamus Deum potuiſſe in ſtatu naturæ lapſæ citra peccatum hominem condere, ſed dicimus non debuiſſe; quod ſi nos vrgeant Aduerſarij, & compellant dicere, an potuerit de potentia *Dei* abſoluta? fortè affirmabimus condi poſſe eadem ratione, qua Vaſquez affirmat poſſe à Deo creari hominem cum habitu vitioſo, Nam ſi illum poteſt homini creato infundere authore Vaſquio, poterit hominem cum illo creare, quod ſi cum habitu vitioſo poteſt, cur non poterit cum fomite peccati? Si autẽ ne ſic quidem abire nos velint, ſed omnino ad negandum cogant, omni-

nò

nò negamus Deum poſſe hominem condere in hoc ſtatu cum fomite, & Suarez concupiſcentia pœnali. Noſque obiecto Suario defendemus, qui *negat Deum potuiſſe creare hominem cum fomite, & concupiſcentia pœnali*, quod expreſsè habet tom. 1. de grat. Prologom. 41. cap. 4. Si enim id negat Suarez, quin incidat in opinionem Baij, nos etiam qui negamus, in eam Baij ſententiam non incidemus.

CAPVT. XI.

An, & aliquæ proprietates naturæ in ſtatu puro eidem naturæ in ſtatu integro conueniant?

Hinc opinor extitit fons, & cauſa diſſidij inter graues, & magni nominis Theologos circa vulnera naturæ, quod dum accuratius agerent de iuſtitia originali, & amiſſione illius per peccatum, intenti in excellentiam primi ſtatus, & in miſeriã ſecundi minus certè conſiderarunt fundamenta naturæ; quibus præclara illa gratuitæ perfectionis fabrica incubuit; itaque & ſplendor ille ſupernaturalis perſtrinxit oculos, & ab humilitate naturę auertit, & dolor poſtea ex miſeria conſequutus ſenſum ad lacrymas conuertit; qui cum augeretur ex comparatione calamitatis præſentis cum felicitate præterita, in ea tantum cogitatione verſabãtur, vnde ceciderat, non vnde ſurrexerat. Hinc fuit, vt cum vellent noſſe, in quo ſtatu futura eſſet pura natura, ex eo, quod detractum eſt de ſtatu integritatis, & Iuſtitiæ originalis, quis & qualis ille eſſet conijcerent, cũ æquius foret ex eo, quod additum fuit naturę per ſupernaturalia dona deducere; multò enim euidentius conſtabit, quid fuerit proprium puræ naturæ comperto, quod ei de nouo Dei beneficio aduenit, quam omperto, quod ei eſt ademptum, cum ante aliena accepta apparere poſſit, quid habuerit proprium, non autem poſt accepta dona aliena, quę cum proprijs eſſent coniuncta, & commixta; facilius eſt enim ſeparata, antequam coniungantur dignoſcere, quam poſtquam ſunt coniuncta, connexaque diſcernere. Quare diligenter nobis danda eſt opera, vt quid natura illa habuerit proprium, cum ei donata ſunt gratuita videamus; vt cũ eam ijs ſpoliatam viderimus, an aliquid item naturale ſimul amiſerit, comperiamus.

Supponimus primò contra Pelagianos: Adamum non fuiſſe conditum in pura natura, ſine vlla integritate, & gratia, nec vnquam eam naturam puram habuiſſe; deinde aduerſus quoſdam Catholicos ponimus fuiſſe illum ſtatum à principio creationis ſuæ conditum in iuſtitia originali, & gratia ſupernaturali donis illam comitantibus inſtructum, vti ex Auguſtino, & communi Theologorũ ſententia in Cortina noſtra probauimus. Author. Corfine Illud quęrimus, quid in eo homine eſſet innatum, quid acceptum?

Et quidem *Durandus in 2. diſtin.* Durand *28.* ſenſit, quod eſt integritatis non ſolùm phyſicæ conſtitutionis, ſed etiã concordiæ partium inter ſe animi, & corporis, & conſenſionis appetitus cum ratione citra vllam rebellionem, & diſcordiam ad naturam ipſam pertinere, ac ex illius principijs fluere; atq; adeo integritatem innatam Adamo, vnde puram naturam, & integrã naturam minimè diſtinxit. Huius item fuerunt ſententiæ Franciſcus Iunius, & Iunius Baius Michael Baius, vti apparet ex propoſitione 27. Hæc opinio communiter improbatur, vt videre eſt apud Suarez Suarez *tom. 2. de grat. Prologom. 4. cap. 2.* Alij integritatem partium animi, & corporis, quibus phyſicè natura componitur naturæ tribuunt; quæ autem inter appetitum, & rationem fuit ſubordinatio, & concordia, eam penitus gratiæ aſſignant, in quibus ſunt Arminius, & Remonſtrantes cum bona no- Arminius Remonſtr

ſtrorum Theologorum parte; nos mediam viam ſequamur, & exactè rem conſideremus.

Igitur in humana natura poſſunt ſpectari partes, quibus conſtat, vt natura ſit, cuiuſmodi ſunt corpus, & anima, & potentiæ, quæ animæ inſunt, intellectus, & voluntas; & quæ corpori, phantaſia, & appetitus; quæ quidem naturales ſunt, & ad conſtitutionem naturæ pertinent; deinde conſideranda eſt coniunctio, connexioque harum partium, & diuerſitas, quomodo conueniant, quomodo differant. Nam cum anima ſit forma corporis, ita illud informat, & animat, vt viciſſim ab illo dependeat. Tametſi enim quoad functiones vitales, & animales corpus omnino dependeat ab anima, quoad operationes tamen rationales, & morales, quamquam nobiliores partes ſint animę, certè priores ſunt corporis; nam niſi miniſterio ſenſuum inſtrumẽta agendi accipiat, intelligere, & velle anima certè non poteſt. Præterea ſicuti ſunt diuerſa corporearum facultatum obiecta, ita & diuerſi earum in illa obiecta motus ſunt, qui cum pręueniant rationem, ſæpe ab illa diſſentiunt, eamque à ſuo interdum ſtatu deijciunt; & quamquam ſubordinatio quædam ſit appetitus ad rationem ob excellentiam gradus, tamen ob concretionem cum ſenſibus, & viciniam obiecti, & vehementiam appetitus, ordo ſæpe peruertitur, & appetitus dominatur. Itaque & contenuo ex parte, & ex parte diſſenſio naturalis eſt. Id videndum, quid integritas illa Adami fuerit, & quatenus donata, vel innata. Igitur conſtitutio partium, & potentiarum, & facultatum phyſica vis, & virtus inſita potentijs, & ab intrinſeco proueniens, tota eſt naturæ; functionum vitalium, & animalium opus naturale item eſt. Diuerſitas appetituum inter ſe ratione obiectorum, & differentia motuum omninò innata, vt quiſque naturaliter in ſuũ natiuo pondere obiectum tenderet. Hæc omnia conſtant, ſunt enim phyſica. In ordine ad moralia quæſtio eſt, quid habuerit natura, quid contulerit ſuprà naturam Deus?

Vel igitur ea natura potuit ex ſe eſſe indifferens ad bonũ, & malũ, vel inclinata ad bonũ, vel inclinata ad malum, nã aliud pręterea eſſe nõ poteſt, & quidẽ authores primæ ſentẽtiæ, qui dicũt talem hominem fore in ſtatu purę naturæ præter peccatum, qualis nunc eſt in ſtatu lapſæ naturæ, & affirmant in ea futurum fomitem peccati, & eandem prorſus rebellionem inter partes animi, quæ nunc eſt, dicere debent naturam ex ſua conſtitutione ad malum inclinare, quod certè durum videtur; ij vero iuſtum putant, vt omnia integritati aſſignent, quemadmodum videre eſt in Suarez *Prologom. 4. cap. 2.* & Bellarmino *lib. vnico de Gratia primi hominis cap. 5.* Authores autem ſecundę ſententię, qui negant hominem in pura natura conditum in eodem, in quo nunc eſt, miſero ſtatu futurum fuiſſe, quorum aliquos viros inſigniter doctos Bellarminus citatus appellat, aiunt naturam inclinatam fore ad bonum, quod non tanta eſſet futura naturalis illa diſcordia, vt fomitem peccati induceret, & ordinem rectum rationis perucrteret; idque nobis probatur, dummodo in hac ſententia detur integritati gratuitę locus; nec enim videtur conueniens, vt tantum aduerſus rationem valeat appetitus, vt illam naturaliter obtundat, & opprimat, nec probabile eſt, vt natura, quæ eſt opus Dei, cum iſto languore, & vitio ad peccatum inclinante cõderetur; quod certè in authorem ſemper refunditur. Quomodo autem ſtante hac naturali rectitudine ſ locum habeat gratuitum integritatis donum iam explico. Natura humana, etſi ex diuerſis appetitibus, vti diximus, conſtet, cùm tamen ſit rationis particeps, & ex ſe ad bonum, quemadmodum proxime oſtendimus, ex Philoſopho, & Angelico Doctore inclinata, ordinem quendam iuris habet in moderamine ſuarum facultatum, quod ſimile regiæ Politicæ dixit Ariſtoteles 1. politic. & probauit S. Thomas 1. 2. *qu. 17. art. 7. in corp.* & ſæpe alias. Igitur ſubordinatio quædam eſt potentiæ inferioris ad ſupe-

Suar.
Bellarm.
Ariſtot.
D. Thom.

ſuperiorem haud dubie naturalis; hæc autem inerat in Adamo ex vi naturalis conditionis, & hanc in eo inuenit integritas donata Diuinitus, quæ addidit huic ſubordinationi politicę deſpoticum dominatum appetitus rationalis in ſenſualem, cuiuſmodi eſt Domini ad ſeruum, ita vt qui antea erat politicè ſubordinatus redderetur deſpotice ſubiectus, & illa ſubordinatio in ſeruitutem tranſiret. Hæc diſtinctio dominatuum eſt Ariſtotelica, & placet D. Thomæ citato, eſtque admodum ſententię noſtræ apta, & congrua. Quid autem inter vtramque interſit, apparet ex ipſomet Ariſtotele, & Diuo Thoma. Nam illa ſubordinatio politica eſt liberalis, & ingenua, nixaque ratione, ſed non omnino ſubdit, nec in officio continet ſubiectos. Itaque & tumultuantur, & interdum rebellant. At vero ſubiectio illa deſpotica omnino ſubdit, & coercet ſeruos, & facit, nequid moueant, aut machinentur. Hoc autem diſcrimen fuit integritatis additæ illi puritati naturæ, in qua ſubordinatio tantum erat, dabatque locum rixæ, & diſſenſioni, & motibus appetituum, addito vero dono integritatis illa ſubordinatio tranſijt in ſubiectionem ſeruilem parente omninò appetitu ſenſitiuo ad nutum rationis, vt nihil, aut præter eam, aut contra eam moueret, ſed protſus in illius poteſtate eſſet, eiuſque imperio obediret; quod Auguſtinus optimè declarauit exemplo eius partis, in qua eſt libido, vt etiam illa, ſicut cæteræ partes, & membra corporis in poteſtate voluntatis eſſet, ac imperium rationis iubentis, vetantiſue expectaret, ac ſequeretur. Hoc autem totum additum fuit ſubordinatæ naturæ, quæ huiuſmodi iure, & poteſtate carebat, quod intra facultatis naturalis virtutem non erat, eiuſque limites longè excedebat.

Auguſt.

Probo autem, & illam ſubordinationem inſitam ineſſe naturę, & iſtam ſubiectionem additam fuiſſe naturæ, hac, opinor, non inepta, nec debili ratione. Integritas naturæ nihil detraxit, ſed attulit, & addidit naturæ, eamque compleuit, & perfecit; igitur debuit inuenire in natura aliquid inchoatum, quod compleret, & perficeret; hoc autem fuit illa inclinatio bona, & ſubordinatio naturalis, igitur ea ſupponenda eſt naturaliter ineſſe naturæ. Maior eſt certa, & nemo non Aduerſariorum concedit, & ſuadetur, quoniam ſi per peccatum nihil naturale violatur, vt ipſi volunt, à fortiori, vt aiunt, nihil naturale per gratiam aufertur, ſed perficitur; minor autem patet, & eſt integrum argumentum ad hominem contra eoſdem Aduerſarios, quia ſi non inueniſſet illam inclinationem, & ſubordinationem naturalem, inueniſſet naturalem diſſenſionem, & pugnam, quæ cum talis eſſet, & omninò auferenda eſſet, vti re ipſa ablata eſt, vt aiunt, per donum integritatis, amitteret natura ſua proprietatem naturalem, & gratia non perficeret naturam, ſed deſtrueret. Conſequentia rectè colligit, nam optimè inde concluditur illam inordinationem, & rebellionem, quæ nunc eſt, innatam non eſſe, cùm ſi innata eſſet, non tolleretur à dono integritatis, quę vt vera eſſet integritas, debebat naturam complere, & perficere, non imminuere, & detrahere.

Quare omnino dicendum iſtam integritatem donum Dei fuiſſe additum inchoatæ inclinationi, & ſubordinationi naturæ, in qua erat tantùm quædam delineatio boni rudis, & imperfecta, cui integritas formam, & velut vltimam manum adhibuit, ſubijciens prorſus appetitum ſenſibilem intellectiuo, eiuſque motus rationi ſubdens, ita vt in eius poteſtate eſſent, eiuſque nutui obedirent, non contra illius naturæ inclinationem vim afferendo, & quod erat proprium auferendo, ſed iuuando inclinationem, illamque corroborando, & promouendo addita perfectione, quæ nō inerat, non adempta, quæ inerat, proprietate.

Deinde probo iterum illam naturam ex ſe non fuiſſe inclinatam ad malum, nec inordinatam, vti nunc eſt, argumento ipſo integritatis; nam illa integritas tam congrua, & conue-

Digitized by Google

niens fuit illi naturæ, vt cum ea mirificè cohæſerit, & prorſus coaluerit, ita vt velut in naturam tranſierit; & nullus motus præter ordinem rationis in ea ante peccatum extiterit, & connaturalis quædam ſubiectio orta fuerit inferioris partis ad ſuperiorem, adeo vt pars corporis, quæ in nobis eſt maxime rationi rebellis, & effrenis more cæterorum partium, membrorumque nutui, & imperio iubentis rationis paritura fuerit, quod certè non cõtingeret, ſi natura ſua rebellis, atque peruerſa naſceretur. Semper enim quamquam cohibita, compreſſaque repugnaret, ac repente exurgeret, vt ſaltem frænos morderet, vti in hoc ſtatu videmus fieri in hominibus etiã ſanctis, qui magna gratia fruuntur, quæ certè cum maxima eſſet in Paulo, non poterat tamen illos impetus concupiſcentiæ penitus coercere, quorum nemo, etſi iuſtus, & ſanctus expers, ac immunis fuit, niſi qui caruit concupiſcentia, & fomite peccati Chriſtus Dominus, & Virgo Mater. Quare quod in ea integritate motus illi non fuerint, argumento eſt, in natura, cui eſt donata integritas, illum fomitem vehementem libidinis non fuiſſe. Accedit authoritas

Gregor Magn.

Gregorij Magni *lib. 8. moral cap. 6.* dicentis *Culpæ ſuæ pænaliter ſubdita, iam natura noſtra, facta eſt extra naturam*. Vnde deduco pęnalem iſtam concupiſcentiam eſſe, non naturalem, vt potè per quam natura extra naturam facta eſt, & illam tranquillam integritatem fuiſſe illi connaturalem, non quod non eſſet donum Dei, ſed quod naturam in genere ſuo compleuerit, atque perfecerit, quæ eo affecta non extra ſe facta eſt, ſed ſupra ſe euecta, altiùs quam erat, aſcendit. Itaque non tam bene cohæreret, nec tam coaleſceret illa integritas cum natura, niſi natura ex ſe inchoatam pacem habuiſſet, nam ſi inquieta naturaliter, & rebellis eſſet, non omnino quieſceret, nec conſiſteret, quo pertinet; *Naturam expellas furca tamen vſque recurret*.

Sed obijcies illam rebellionem eſſe imperfectionem, & vitium naturæ, atque adeo non repugnarè tolli per donum integritatis, nec enim eſt contra naturam, illam qua parte deficit, emendare, quemadmodum & ipſum humanum compoſitum, cum mortale eſſet, & mori naturaliter debuiſſet, per ipſum donum integritatis, & iuſtitiæ originalis fuit à morte præſeruatum, eſtque optimum contra noſtram ſententiam argumentum, quia ſi liberari à morte natura ſine iniuria potuit cum mors naturalis eſſet; ita & potuit eximi à rebellione, & fomite peccati, quãquam hic innatus eſſet. Hęc obiectio, quæ valida eſſe creditur, firmabit maxime noſtram aſſertionem.

Antequam reſpondeam aduerto; eſſe quaſdam proprietates naturæ, quæ cum ſint imperfectæ non ſunt vitia, nec defectus, præſertim, quæ ſunt actiuæ, & operatiuæ, & aguǹt potius, quam patiuntur, ad quas omnia propriè, ac per ſe concurrit, & ſunt ſecundum appetitum, & inclinationem naturæ, alias verò eſſe, quæ ſunt defectus, & vitia, orta quidem ex principijs naturæ, non agentis tamen, nec operãtis, nec appetẽtis illa, ſed patientis, & ferentis, quod vitare nõ poteſt. Prioris generis ſunt in homine V. G. diſcurrere formaliter circa neceſſaria, & dependere à ſenſibus, qui certè modi cognoſcẽdi præſertim reſpectu Angeli imperfecti ſunt. Si Deus tamen mutaret modum iſtum cognoſcendi, & diſcurrendi, mutaret certè naturalem intelligendi modum humanum, & naturam non iuuaret, nec perficeret, imo illi iniuriam faceret, quia naturalem, quamquam imperfectum cognoſcendi, & diſcurrendi modum mutaret, in quem natura humana naturaliter inclinatur, & fertur. Secundi generis ſunt morbi, & ęgritudines animi, & corporis, qui etſi ex conſtitutione naturæ mortalis, & caducæ oriantur, ſunt omninò defectus, & mala, nec à natura appetuntur, nec intenduntur, quæ patitur, non per quæ agit, & quibus carere ſine iniuria, imo cum dignitate, & vtilitate poteſt. Nunc ad argumentum reſpondeo. Inclinatio illa ad malum, &

fomes

fomes peccati orta ex modo appetendi ſenſitiuo, & tota illa pugna, & rebellio, quæ ponitur ab authoribus primę ſententiæ eſt naturalis operatio, & ſecundum naturam agentem, & operantem, ac proinde non poteſt tolli à Deo ſine gemitu, doloreque naturæ, at verò mors cum ſit defectus naturæ caducæ, & mortalis, quam non agit, nec appetit, nec intendit natura, imo quam patitur, & contra quam conatur, poteſt auferri ab ipſa natura non modo ſine dolore, ſed etiā cum voluptate naturæ. Vnde ſequitur non poſſe auferri, ſi naturales ſint, illas operationes naturæ ſine iniuria naturæ, hos autem defectus mortis, & ſimiles tolli poſſe, quamquam ſint naturales, quia natura per illas, quamquam imperfectas viuit operando, & appetendo, per hos autem defectus mortis deficiendo, & patiendo. Hac ratione manet ſoluta obiectio, & noſtra ſententia confirmata.

Procedendo vlterius, adijcio: donum illud integritatis, conſeruaſſe, quæ erant in natura pura, & alia de nouo addidiſſe, atque adeo, cum nihil mutaſſet eorum, quæ innata erant, illi omninò aptè cohæſiſſe. Itaque inuenit naturam ordinatam, conſeruauit ordinem, addidit ſubiectionem, & harmoniam; inuenit inclinatam ad bonum rationis, addidit promptitudinem, & expeditionem, & guſtum de illo bono, inuenit ſanā, reddidit valentem, & fortem, inuenit appetitus diuerſos, & ſuſpectos ex diuerſitate, fecit concordes, & ſuſtulit ſuſpicionem remota cupiditate, & aditus omnes intrinſecos ad erumpendum motibus, qui exurgere præter rationem poſſent, prçcluſit. Inuenit non grauem, reddidit leuem, agilemque ad virtutem. Inuenit non obſcuram, nec tenebroſam, fecit claram, et illuſtrem. Inuenit non corruptam, nec deformē, reddidit incorruptam, & pulchram. Inuenit viuam, ſed mortalem, & morituram, reddidit immunem à morte, & cauſas mortis morbos, & ægritudines remouit, miſerias quibus natura ex ſe obnoxia erat, & decurſu temporis contractura repulit, & excluſit. Nec dum extra integritatis limites euagor; nec terminos gratiæ adhuc attingo, quæ cum omnino ſupernaturalis ſit, minus cum natura, quam integritas iſta coaluit. Sed integritatem conſequuta eſt; cumque illa coniuncta naturam in ordine diuerſo altiſſimè euectam repoſuit; de quo ſuo loco dicemus.

Hac ratione prudenter effecimus, ne quis nobis poſſet obijcere cenſuram *Bullæ* Pij, & Gregorij, de qua ſupra egimus aduerſus Baium propoſitione 27. dicentem; *Integritas primæ creationis non fuit indebita naturæ humanæ exaltatio, ſed naturalis eius conditio*, id enim nos negamus, non ſolum in eo ſenſu, quem intendit Baius, & qui ex propoſitione 22. & 24. colligitur, & ad dona item gratiæ ſupernaturalis extendi videtur, qui falſus eſt, & meritò damnatus, cum gratia ſupernaturalis nullo modo debita naturæ dici poſſit, ac multo minus naturalis conditio, verum etiam in ſimplici ſenſu, & ſolitario ſingularis illius propoſitionis, dato quod cū *Baius* tantum intendiſſet, quomodo argumentatur Suarez contra eam ſententiam, quæ ait illud donum integritatis naturale eſſe Prologom. 4. cap. 2. num. 9. Nam facile reſpondemus: nos minimè affirmare donum illud integritatis eſſe naturale; imo fateri eſſe ſupernaturale, cum eius effectus ſupra vires puræ naturæ ſit, vti apparet ex proximè dictis; ſed tantum dicere illud donum inueniſſe quidem naturā inchoatam, & primis lineamentis inſtructam, & accomodatam illi dono recipiendo, non ei repugnantem, ſed conformem, per quod illā fuiſſe completam, & perfectam, & meliorem, quam erat, redditam; non mutatam, nec deſtructam.

Duo hic adhuc ſuperſunt explananda. Primum, an hoc donum integritatis præcisè ſit naturale, an ſupernaturale? Reſpondetur cum Vega *lib.* 2. *in Trid. cap.* 12. & Suarez *Prologom.* 4. *cap.* 2. *num.* 2. Simpliciter dicendum eſſe ſupernaturale, etſi gratia in eo ſtatu

Michael Baius

Suar.

Vega Suarez

Digitized by Google

ſtatu non eſſet, nam cum non eſſet debitum naturę, nec ex principijs illius ortum, licet eam non reponeret in ſtatu ſupernaturali, ſupernaturale dici debet; quamquam non ſit abſurdum eo ſenſu dici naturale, quod potuiſſet donari naturæ citra eleuatioñe ad finem, & ſtatum ſupernaturalem; quod etiam admittunt citati authores.

Secundum, an integritas, & Iuſtitia originalis, quæ dicitur, ſint dona diſtincta? Cui reſpondeo, quamquam latius videatur patere iuſtitia originalis, tamen communiter non diſtingui à dono integritatis; ac ita loqui ſolent Theologi cum D. Thom. *q.* 103. *art.* 1. *&* 2. & Soto *lib.* 1. *de natur. & grat. cap.* 5. *&* 6. in quam demum ſententiam inclinat Suarez *Prologom.* 4. *c.* 2. *n.* 8. poſtquam nõ nullam inter eas differentiam excogitauit. Ratione moueor; quia vtraque ita complet, & perficit naturam, vt eam ponat in ſtatu gratiæ ſupernaturalis; quæ autem Suarez vult addi à Iuſtitia integritati, vt hanc illa excedat, ea nos omnia non ineptè integritati aſſignauimus; quæ autem illa ſint, quiuis apud eundem cap. 3. videre poterit, nobis ſatis eſt, ſi cum D. Thoma ſentiamus.

D. Thom
Soto
Suarez

Supereſt tamen ingens difficultas ex auctoritate contraria D. Thom. & Scoti, obiecta à Bellarmino *lib. vnico de grat. Primi hominis cap.* 5. & Suarez *Prologom.* 4. *cap.* 2. qui docent totam illam ex integro appetitus ſubordinationem, & ſubiectionem rationi fuiſſe donum Dei, & ab integritate omnino proueniens, nec vlla ex parte eſſe à natura; quam illi aiunt ex ſe inordinatam, & pugnantem eſſe, & ita in malum pronam, vti eſt in lapſa natura. Agendum prius de D. Thoma, deinde de Scoto agendum; quinque videntur expreſſa teſtimonia D. Thomæ pro hac ſententia; omnia affert Bellarm. *cap.* 5. *ex* 1. 2. *q.* 82. *art.* 1. *ad tertium, & art.* 7. *& quaſt.* 4. *de malo art.* 1. *&* 4. *contra Gentes cap.* 52. *& in* 2. *diſt.* 31. *q.* 1. *ar.* 1. Summa vis eſt in vno loco. Primæ partis q. 95. ar. 1. qui ſi ſoluatur cæteri omnes haud difficile ſoluuntur. Ait ergo D. Thomas; *manifeſtum eſt, quod illa ſubiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem non erat naturalis, alioqui poſt peccatum manſiſſet, cum etiam in dæmonibus dona naturalia per peccatum remanſerint.* qui locus non videtur pati explicationem, cum tam perſpicuus ſit, nec in alium ſenſum trahi poſſit.

D Thom
Scotus
Bellarm
Bellarm
D. Thom

Ei antequam reſpondeam, animaduerto D. Thomam planè cenſuiſſe meliorem haud paulò fore naturam noſtram naturaliter, & ſecundum ſe ſpectatam, quam ſub peccato originali, quod quidem tum ex ijs, quæ proximo capite diximus, tum ex alijs, quæ deinceps dicemus apparebit; idque ego nunc duobus argumentis cõfirmo. Altero, quod naturam corruptam, & infectam peccato, & infirmam in ſtatu ruinę ponat; ſic tradit q. 82. 83. & 85. in cuius art. ex mente Auguſtini, & Bedę vulnera naturæ commemorat; qui duo Patres ipſis etiam aduerſarijs fatentibus vulneratam in naturalibus eſſe naturam docent; vnde ſemper requirit gratiam ſanantem, tanquam neceſſariam ante operationem honeſtam naturæ poſt peccatum, vti patet ex doctrina qu. 111. art. 3. in corp. Altero quod q. 104 ar. 2. in corp. propoſita quæſtione: vtrũ aliquis ſine gratia poſſit mereri vitam æternam? diſtinguit perſpicuè ſtatum naturæ purę, & lapſæ, & vocat ſtatũ hominis *in puris naturalibus ſtatum integræ naturæ*, quod rem maximè continet, ex eo enim patet, integritatem ad eum ſtatum inchoatè pertinere; ſaltem id conſtat non eſſe in illo ſtatu naturam læſam, aut debilitatam, cuiuſmodi eſt in ſtatu *naturæ corruptæ*, quo ibi nomine naturam lapſam poſt peccatum appellat. Vnde autem proueniat in natura lapſa, & iſta infirmitas, & illa corruptio non dubito quin D. Thomas ſentiat tribuendum eſſe Priuationi gratiæ ſupernaturalis; aliud eſt tamen tenere effectus, aliud quærere cauſas. Vtcunque enim ſit, dummodo conſtet diuerſo modo affectam eſſe naturam in ſta-

in ſtatu ruinæ, atque in ſtatu integritatis (loquimur cum *D.* Thoma) non multum intereſt, à qua cauſa ſit; eſſe autem diuerſo modo affectam naturã in vtroque ſtatu patet, cum pura hoc ſenſu ſecundum *D.* Thomam à peccato non ſit infecta, nec corrupta, nec deiecta, ſed ſana, incorrupta, & integra, vndecunque id tandem proueniat.

Deinde obſeruo illam integritatem perfectam, & additam naturæ, ita cũ ea inclinatione, & ſubordinatione naturali, cui aduenit cohæſiſſe, vt in vnum quiddam coaluerit; adeo vt vnum ſine altero eſſe non poſſet, & altera parte amiſſa, altera item amitteretur. Itaque ſublata per peccatum originale ſubiectione illa deſpotica appetitus ad rationem conſequenter deperdita fuit ſubordinatio Politica, atque adeo extitit rebellio, & pugna, & libido, & paſſiones excedentes limites rationis naturalis, quod omnino eſſe contra naturam docet Diuus Thomas q.85.art.3. ad 3. vbi ſic ait; *Concupiſcentia intantum eſt naturalis homini, in quantum ſubditur rationi, quod autem excedat limites rationis, hoc eſt homini contra naturam*; ex quo manifeſtè apparet, amiſſa per peccatum illa integritate, & iuſtitia originali, non ſolum id, quod erat ſupernaturale bonum, & aduenerat naturæ, ſed etiam aliquid, quod erat naturale, & per illud donum perfectũ fuerat, eſſe amiſſum; quo perdito quiddam extitit in natura, quod eſſet contra naturam; id autem ſupernaturale eſſe non potuit; nec enim eius defectus poſſet eſſe contra naturam. Igitur naturale eſſe debuit, cuius tantum defectus potuit eſſe contra naturam.

D. Thom

Nunc reſpondeo argumentis ex D. Thomæ auctoritate petitis. Eum in ijs locis appellaſſe donum ſupernaturale omne id, quod ad illam integritatem, & concordiam appetituum, pacemque animi pertinebat, tum id, quod erat inchoatum in natura, tum id, quod iuſtitia, & gratia originalis ſecum attulit, addiditque naturæ, quod cum eſſet principale, & ſimpliciter componens, perficienſque naturam in eo genere integritatis, & concordiæ nomen ſibi, decuſque omne arrogauit. Et quidem iure; vnde D. Thomas illius partis naturalis inchoatæ rationem non habuit, & ſupernaturale donum omne illud coniunctũ, quia in vnum coaluerat aptè appellauit. Itaque dixit naturale non eſſe, & effectum eſſe iuſtitiæ, & gratiæ originalis, & ſine illo naturam ſibi relictam fuiſſe in pœnam peccati, vt pugnam in ſe, & rebellionem experiretur; quæ certè omnia vera ſunt eo ſenſu, nec contra noſtram ſententiam faciunt. Omnia igitur quæcunque ex D. Thoma obijci poſſunt, hac vna ratione ſoluũtur rectè applicata; ſi enim obijcias D. Thomam dixiſſe: illud donum eſſe, & ſupernaturale eſſe, verum quidem eſt, cum illa inchoata inclinatio reſpectu illius additę perfectionis exiguum quiddam ſit, & vix eius ratio haberi poſſit, ac debeat. Si rurſum opponas: amiſſo illo dono *naturam ſibi fuiſſe relictam*; quod ait *D.* Thomas 1. 2. q. 87. art. 7. nihil nobis nocet; ſumpſit enim naturam vti amiſſo illo dono ex parte ſua frandatam, ac proinde non vti futura erat pura, & cum illa inchoata ſubordinatione, quę ſimul cum integritate perdita fuit. Tãdem ſi vrgeas maiore vi, dixiſſe D. Thomam eo loco 1.p.quæſt 95.art.1. quem adduximus, eam ſubiectionem non eſſe naturalem, alioqui poſt peccatum manſuram. Reſpondeo, ne id quidem nobis officere; nam ſi eſſet tota naturalis, aut pars illa naturalis per ſe conſiſteret, nec penitus cum ſupernaturali dono in vnum coaleſceret ſine dubio manſiſſet; ſed cum ea inchoatio naturalis à ſupernaturali dono accepta, & vnita, & quodammodo abſorpta fuiſſet, non potuit dici naturalis, nec vti naturalis in natura manere, quod non potuit ab eo, quod vnum, & idem donum effecerat ſeparari; quod ſi poſſet, ſine dubio vti naturalis in natura manſiſſet; quod autem D. Thomas neget eam eſſe naturalem inde eſt, quod eam ſupernaturalem affirmauit, vnde quo iure

D. Thom

licuit

licuit ſupernaturalem dicere, eo non licuit vocare naturalem. Itaque aptè opinor, & verè argumenta ſoluuntur, & D. Thomas, qui omnino cum Auguſtino, & Patribus ſentit vulneratam fuiſſe naturam, optimè explicatur, ac ex his refellitur doctrina Suarij primo tom. de Grat. prolog. 4. c. 8. n. 6. qui fruſtra contendit D. Thomam in ſua eſſe ſententia. Suarez

Scotus. Locus autem Scoti à Bellarmino prolatus; noſtræ potius ſententiæ, quã ipſius Bellarmini fauet; quia Scotus in eo loco, 2. ſent. diſt. 29. q. vnica dicit. *Si omnis perfectio integritatis erat à Iuſtitia originali, eam ſupernaturale donum fuiſſe, cum hoc non habuerit potentia facta in puris naturalibus.* Quo tantum docet illam perfectionem totalem non fuiſſe propriam naturæ, ſed gratiæ; non autem negat partem aliquam fore in natura. Imo ex eo deducitur Scotum ſenſiſſe illam ex parte naturalem eſſe; nam qui ſolùm negat fuiſſe totam, videtur concedere partem fuiſſe; proindeque Scotus diſertè dixit, cum hoc non habuerit, id eſt, hoc omnino perfectum, faciendi perfectam tranquillitatem in potentijs, perinde ac ſi aliud, quod minus, & imperfectum eſt, id quidem natura præſtiterit, quę illa erat inclinatio ad bonum, & inchoata ſubordinatio, quam nos in natura poſuimus, qua ratione, non ſolùm ſoluimus argumentum, ſed etiam retorquemus.

CAPVT XII.

Concluditur aduerſus Arminium naturam per peccatum Originale, non ſolum ſpoliatam fuiſſe gratuitis; ſed etiam vulneratam in naturalibus, & argumenta oppoſita ſoluuntur.

EX dictis conſtat naturam per peccatum originale non ſolum amiſiſſe ornamenta gratiæ, & dona ſupernaturalia; illam vel antecedentia, vel comitantia, vel conſeqnentia; ſed etiam aliquid de naturali ſua facultate, & pulchritudine, nitoreque perdidiſſe, & per illam ſpoliationem aliquantulum læſam, vulneratamque manſiſſe. Atque hic ſanè Patrum eſt ſenſus poſt D. Auguſtinum aduerſus Pelagium, Cœleſtium, & Iulianum Magnos naturæ laudatores, cuius locos alias in Cortina noſtra citauimus; quorum plures adducit contra ſuam ſententiam Bellarmin. *lib. de amiſſione grat. cap. 6.* & conantur ſoluere, ſed meo quidem iudicio fruſtra, de quo ego Iudicem Lectorem facio, & Bellarmino nobilem oppono Authorem Thomam Stapletonum nobiſcum ſentientem *lib. 2. de pecc. Orig. cap. 7.* Auguſtino conſentiunt tres Pontifices Romani; Cœleſtinus, Leo, & Gregorius; Cœleſtinus, dum ait *in preuaricationem Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatem, & innocentiam perdidiſſe.* Leo dum affirmat *naturalem generis noſtri dignitatem eſſe formam Diuinæ benignitatis amiſſam per peccatũ.* Gregorius dum fatetur *hominem ab ingenitæ poteſtatis facultate cecidiſſe.* quod multò clariùs adhuc expreſſerũt Patres diſcipuli Auguſtini, Proſper ad Ruffinum, & Fulgentius *lib. 1. de Voluntate Prædeſtinationis*, & Paulinus *epiſt. 8: ad Seuerum.* & Bernardus de Bellarm. Stapleton Cœleſtin: Leo Gregor Proſper Fulgent Paulinus Bernard.

vita

vita ſolitaria ad fratres de monte Dei. Iſidor & Iſidorus *lib. 1. de ſummo bono cap.* 113. vbi ait *hominem, qui bonus naturaliter fuerat conditus, culpa merito contra naturam malum effectum.* Richard Conſentiunt his Patribus Richardus de S. Victore annotatione in pſalm. 118. verſ. 135. Hugo & Hugo de Sancto Victore *lib. 7. de anima cap. 47.* cum ijs Scholaſticis, quos adduximus, & alijs, quos Bellarm, tacito nomine citat Bellarm. *l. 1. de grat. primi hominis cap. 5.* & inſigniter eruditos appellat, & quod caput eſt D: Thom Staplet D. Thomas, quem nobis prorſus vindicat contra Sotum Stapletonus *tom. 2. de peccato originali cap. 7.* Aluarez & Aluarez contra alios Thomiſtas *diſput. 45. 46. & 47.* Nec ego dubito eum noſtræ authorem fuiſſe ſententiæ, quemadmodum hucuſque tot teſtimonijs oſtendi, ac eo præcipuè, quod proximè adduxi de natura in ſtatu ruinæ; quam vbique inducit infirmam corruptam, imperfectam, & egentem gratiæ ſanctitatis, cuius vulnera commemorat, & enumerat ex doctrina D. August, Beda Auguſtini, & Bedæ q. 85. art. 3. quo nomine ſatis indicat fuiſſe vulneratam. Velle autem hæc teſtimonia in eum ſenſum conuertere, vt homo amiſſa iuſtitia, & gratia originali ad ſtatum D. Thom puræ naturę redierit à mente D. Thomæ alienum exiſtimo, & contrà opinantes illo inuicto loco refuto 1. 2. *q.* 114. *art.* 2. *in corp.* Vbi de ſtatu integræ naturæ ita loquitur, vt accipiat pro ſtatu puræ naturæ agens de neceſſitate gratiæ ad merendum vitam ęternam. Ibi quippè diſertè vocat vires naturæ ad meritum in ſtatu integro *pura naturalia*, quo nomine ſatis indicauit naturam ex ſe ſecluſo originali peccato eſſe puram, & integram, qualis eſſe non poteſt in ſtatu ruinæ poſt peccatum originale; in quem ego locũ cũ incidiſsẽ omninò mihi perſuaſi Idem D. Thomam Auguſtinianę penitus adhæſiſſe ſententiæ, quæ tenet naturã nõ ſolum fuiſſe ſpoliatam donis gratuitis, ſed etiam vulneratam in naturalibus.

De his, & alijs Patribus audiamus Vaſq Patrem Vaſquez 1. *p. d.* 193. *c.* 4. *n.* 43. *Fortaſſis infirmitatem naturæ noſtræ lapſæ ante reparationem aliqui ex Patribus, qui ſunt de Schola Auguſtini, in eo etiam poſuerunt, vt homo propter peccatum primi Parentis mereatur priuari etiam auxilio ſufficiente; id quod indicare videtur Bernardus lib. de Gratia, & libero arbitrio circa medium;* D. Bernar *cum enim docuiſſet, manſiſſe arbitrium poſt peccatum, quia re vera manſit voluntas, amiſiſſe tamen hominem potentiam non peccandi, quia amiſſa gratia ſtatim ſequitur, vt peccet; deinde ſubiungit. Quid ergo? perijt liberum arbitrium, quoniam non poteſt nõ peccare? nequaquam, ſed liberum perdidit conſilium, per quod prius habebat, poſſe non peccare.*

His Patribus nobiles adiungimus Theologos, qui apertè fatentur naturam lapſam eſſe debiliorem, quam puram, quos nominauimus ſupra cap. 8. alioſque infra recenſebimus.

Equidem cum peccati originalis malum, & pœnam iuxta primæ ſententiæ placitum expendo, illud apud me ſtatuo non admodum graue fuiſſe delictum, cui tam leuis pœna in natura reſponderit, & malè contagium dici, quod naturam puram reliquerit; nam quod priuarit donis indebitis illum non me admodum terret, qui videam ea eſſe ſupra naturam, & ex gratia Dei collata, atque adeo mirum non eſt, quod natura amiſerit, quæ aliunde accepit, quæue vel nomine ingratitudinis poſſet perdere; quo enim ornari naturaliter non debuit, quid mirandum eſt ſi illud amiſerit? quod autem genus contagij eſt ad naturam puram, ſanamque redire? certè ſi Deus nos eius naturę conderet, qualis naturaliter eſſe debet, beneficium daret, &, vt inquit Auguſtinus, omninò *laudandus eſſet*. August. Igitur quamuis aliunde gratuitis donis ſpoliemur, hoc beneficio non priuamur; ac proinde erit in peccato quod nobis gratulemur, laudanduſque erit Deus, quod in nobis concupiſcentiam, & fomitem peccati reliquerit, & pro iſto beneficio gratias agemus; nec erit vnde Deum timeamus, à quo præter nomen pœnę nullum ſupplicium naturale infligitur. Imo ſi mala, quæ patimur eo tantùm

pœnæ dicuntur, quod naturaliter ſunt nobis relictæ proprietates naturæ, non eſt in illis vis ſupplicii, ſed denominatio pœnæ, vnde ſequitur culpam, cui reſpondent quoad hoc veram rationem culpæ non habere, ſed denominationem peccati; nec valebit ad priuationem iuſtitiæ originalis confugere, cum illa priuari vera pœna eſſe non poſſit. Nam quod pœnæ genus eſt eo priuari, ſine quo creari natura, & debuit, & potuit, cum illa dona ſupernaturalia eſſent, & gratis collata?

Atque hinc ego aduerſus primam ſententiam validum, opinor, & forte argumentum formo. Iſtud peccatum originale, nullam ſecum attulit verã, & propriam rationem temporalis pœnæ. Probo hoc aſſumptum, quia per illud natura nihil de ſuo naturali ſtatu, nec conditione amiſit; quod autem naturale omnino eſt, id pœnale propriè eſſe non poteſt; quod apparet, cum pœna naturæ aduerſa ſit, eique damnum afferat, & inferat malum, vbi autẽ natura omnia ſua bona naturalia habet, iiſque fruitur malum pœnæ ineſſe nequit. Sed amiſſa iuſtitia originali natura mãſit in ſuis naturalibus integra, & illibata, ergo nõ mãſit in pœna, nec paſſa eſt malum. Patet, quia iuſtitia originalis non erat debita naturæ ſecundum ſe, imo eius carentia illi naturalis, igitur eius amiſſio pœna propria eſſe non poteſt. Patet amplius, quia natura ſi crearetur à Deo in ſtatu puro, ſine gratia, & iuſtitia crearetur, ergo cum ad illud amiſſa gratia reducitur redit ad ſua naturalia; quod autem priuetur gratia, quam habebat, id non facit veram rationem pœnæ, cum amittat beneficium acceptum, non ſupplicium accipiat. In hoc enim pateretur, at in ſtatu naturæ ſuæ non patitur, quod ſi pati velitur id non erit, niſi ratione amiſſionis boni indebiti; quæ tantum eſt ratio pœnæ, non propriè, ſed denominatiuè; ac ſicuti illa carentia gratiæ eſt priuatio, ita antea negatio erat in pura natura, in quo certe non multum intereſt. Hac ratione dum volunt naturam eſſe ob peccatum pœnam ſui, coguntur facere peccatum naturam; nam cum dicant peccatum originale eſſe ipſam priuationem iuſtitiæ originalis, cuius carentia eſt naturalis in natura ſecundum ſe, erit ipſum peccatum naturalis negatio; ac proinde natura in peccato erit in ſtatu naturę, & ipſum peccatum proprietas naturæ.

Hinc argumenta oppoſita ſoluamus. Primo neganti peccatum eſſe quid phyſicum, & affirmanti ſolum eſſe morale, & ex inde perneganti quicquam phyſicum, & naturale corrupiſſe, quòd ſit abſurdum phyſicum à morali corrumpi; reſpondemus verum eſſe antecedens, & veram etiam eſſe partem conſequentis; nam per peccatum nihil de ſubſtantia naturæ, nihil de potentijs, ſenſibuſue detractum, quæ purè phyſica ſunt, ſed de ijs, quæ ita ſunt phyſica, vt cum moralibus ſint connexa, quæ præciſè nõ ſunt de conſtitutione naturæ, ſed ex ea conſtituta oriuntur, & magis pertinent ad operationem, quam ad naturam; hac diſtinctione vſi dicimus: argumentum non rectè colligere, quod nulla ex parte naturalia per peccatum ex eo quod non ſit phyſicum, corrumpantur; nam ſimilis erat ratio argumentandi Pelagio contra Auguſtinum [Auguſt.] lib. de nat. & gratia cap. 19. neganti poſſe per peccatum, cum nihil eſſet reale poſitiuum, corrumpi naturam, & ratio ſoluendi noſtra eadem eſt, quæ Auguſtini cap. 20. poſſe defectum, & negationem rei poſitiuæ naturam lædere; vti eſt abſtinentia cibi, quæ cum ſit negatio perimit hominem; quem reſpondendi modum approbat maximè Valentia *diſp. 6. quæſt. 5. punct. 1.* [Valentia] ex quo deducitur poſſe quid morale corrumpere phyſicum, vti negatio deſtruit poſitiuum, quod autem natura infecta, & corrupta, & vulnerata ſit per peccatum originale, docuit nos D. Thomas *q. 84. & 85.* [D.Thom] Itaque argumento in forma, conceſſo antecedente negatur conſequentia. *A*d confirmationem de Angelis reſpondetur. Angelos nihil de naturali ſua conſtitutione amiſiſſe, vti ne homo quidem amittit; at certè de naturali ordine, &

recta

Digitized by Google

recta ſecundum eum operatione, & inclinatione ad bonum multum perdidiſſe;nec enim Angeli ſolis donis gratiæ ſunt ſpoliati, ſed etiam in deterius ſecundum naturæ dignitatem,& puritatem naturalem,& rectitudinem operandi per additionem pęnarum,& miſeriarum ex peccato aduenientium commutati, & eſt ſolutio iuxta mentem D. Thom. *q.85. art.1. ad primum* vbi explicans dictum Diui Dionyſij ait, cum loqui de primo bono naturæ, quod eſt, *eſſe, viuere, & intelligere*, hoc autem nos imminutum eſſe negamus.

Idem

Ad ſecundum petitum ex diuerſitate, & pugna partium inter ſe animi, & concupiſcentiæ naturalis motibus, ſatis, ſuperque in ſuperioribus reſpondimus. Nunc breuiter in forma dicimus:diuerſitatem quidem ex obiecto, & commotionem ex potentijs naturalem fuiſſe manſuram in ſtatu purę naturæ, ſed non omnino inordinatam, ſed obnoxiam rationi, vt diſſenſio,non diſcordia, vt diſſimilitudo,& rixa,non rebellio, & prælium eſſet. Fore quidem illam naturam commotam, ſed non ſeditioſam; concupiſcentem, ſed non libidinoſam, nec tam deprauatam, vt in lapſa natura; nec tam moderatam,vt in ſtatu innocentiæ.Itaque ſubordinationem in ea partium inferiorum reſpectu ſuperiorum,non ſubiectionem futuram.

Ad tertium, quod fermè ad ſecundum redit, eodem modo dicitur radicem quidem concupiſcentiæ, & libidinis, quæ eſt ipſa diuerſitas, & diſſonantia appetituum vnam, & eandem in omni ſtatu eſſe, ſed formalem pugnam multo futuram minorem in ſtatu naturæ puræ propter inclinationem ad bonum magis expeditam, & rationem minus obſcuratam,& naturalem ſubordinationem appetitus, & rationem.

Quarto de morte: damus eam naturalem eſſe, & ex principijs naturæ ductam, atque adeo fore in ſtatu purę naturæ; negamus tamen eiuſdem fore doloris, & pœnæ, atque nunc eſt poſt peccatum. Itaque dicimus re ipſa omnium hominum mortem fore, ſed modum non fore; nam & vita eſſet longior, & ſanitas firmior, & corpus fortius, & natura valentior:eſſent mitiores morbi, pauciora contagia,raræ peſtes,mors ipſa tranſitus magis eſſet, quam cruciatus, & defectus naturalis ſine magno ſenſu doloris. Itaque & vita felicior eſſet,& mors tranquillior; idque ex eo patet, quod nunc natura noſtra obnoxia eſt Tyrannidi Diaboli nos in pœnam pecc ti torquentis, à quo in ſua origine natura in ſtatu puro libera extitiſſet.

Quinti, & vltimi circa modum,quo natura vulnerari in naturalibus potuerit, ea eſt ſolutio. Naturæ quidem nihil de ſua conſtitutione detractum, ſed multum additum pœnæ. Itaque non per detractionem eſſe corruptam & vulneratam, ſed per additionem oppreſſam, & læſam, & quemadmodum illa ſine vlla iactura ſuarum partium adiectis donis, & ornamentis gratiæ eſt mutata in melius,ita& perditis hiſce donis additione malorum, obruta eſt, & in deterius commutata, non per amiſſionem potentiarum,ſed ſed per additamentum miſeriarum, quarum pondere oppreſſa multum de naturali virtute amiſit pręſertim circa **operationes, ad quas multo minus** prona nunc eſt, quam tunc eſſet expedita, cum hodie plurima habeat impedimenta, quibus tunc caruiſſet;nec opus eſt aliquid de naturali potentia amittere, vt amittat de vſu. Nam qui acutos oculos habet inſuſa caligine videre nequit, non ex defectu virtutis, ſed ex poſitione impedimenti; neque homo validus, & fortis; vt minus valeat, & reddatur infirmus opus eſt, vt amittat brachium, vel manum, ſed ſatis eſt, ſi ligetur,aut coerceatur, aut mole aliqua obruatur, ſub qua fatiſcat. Huic autem nos pœnas peccati, & miſerias ex ijs ortas comparamus, quæ tot, & tantæ ſunt in lapſæ naturæ ſtatu, vt minus illa videre, & capere ſit vna ex pœnis peccati.Cuius effectus eſt ignorantia, & cæcitas, & difficultas in cognoſcendo,& agendo, quæ fieri honeſtè oporteat; vti Diuus Auguſtinus *lib. de natura,& grat.c.67.* D.Aug.

Digitized by Google

S. Thom. & D. Thomas *quæſt.* 85. *articul.* 3. exponunt.

Id quod contraria ſententia colligit argumentis adductis ſupra, naturam ſolum ſpoliatam fuiſſe gratuitis, non vulneratam in naturalibus, refellimus dicendo ex illa ſpoliatione multa, & grauia vulnera conſequuta, quæ cum Diuo Thoma numerauimus, & naturam inter ſpoliandum nonnihil de ſuo amiſiſſe, ideſt inclinationem naturalem ad bonum, & ſubordinationem de qua ſupra diximus, Vnde non ſolum per adiectionem, ſed etiam per detractionem ex ſpoliatione conſequutam natura noſtra vulnerata eſt, vt nō ſolum homo nudatus, ſed etiam vulneratus ſit, *& ſemiuiuus relictus*. Atque hoc modo aptè, & penitus contrariæ ſententię argumenta ſoluuntur, ijs verò ſolutis apparet, quam ſit vera noſtra hæc de infirmitate, & vulneribus naturæ ſententia. Cui magnum hic ad calcem afferre momentum volo petitum ex ipſa Aduerſariorum authoritate, quod quis miretur. Nam illi ipſi, qui tam conſtanter oppoſitum ſuſtinent, & noſtrum ſenſum acriter impugnant, cum paulum de contentione argumentandi remiſerunt, & ad alias eum hac difficultate connexas, ſed longius aliquanto poſitas quæſtiones ſtylum conuerterunt, à ſua quoque ſententia deflexerunt, & in noſtram inclinarunt; ac hi tres ingentes plane ſunt viri Vaſquez, Suarez, Bellarminus, quos ego non dixerim, aut minus memores fuiſſe, quos video cautos ſemper, & tenaces, & ſimiles ſui eſſe, ſed tantam eſſe in noſtra ſententia vim veritatis, vt cum ipſi ad illam affectione animi depoſita, & ardore diſputandi remiſſo aduertiſſent, non potuerint ei demum non cedere; quod ne inhoneſtè facerent, longe ab eo loco, in quo erant, receſſerunt, ne quis eos cedentes, & victos videret.

Vaſq. Ac primùm Vaſquez, quo nemo eſt Author ſuarum tenacior opinionum, & in concepto ſemel ſenſu conſtantior 1.2. *diſp.* 190. tam infirmam in hoc ſtatu ruinæ naturam putat, vt nullum opus morale naturalis bonitatis ſine gratia Chriſti agere poſſe affirmet. Idque magna vi aſſeuerat, & omnino ſentit cum ijs, qui ob naturæ vulneratæ infirmitatem tantam neceſſitatem gratię ponunt, vt citra illam ad nullum opus bonum morale deliberatum valentem credant, quo nomine Vaſquez tanquam præuaricator à reliquis ſuæ ſententiæ Patronis, & Societatis authoribus accuſatur, imo & cum Baio à quibuſdam ſentire dicitur, à qua ille nota, vt ſe purget multas implet paginas, & nimium ſudat, quãquam meo iudicio haud infeliciter. Vaſq.

Vaſq. Hic adducendum quod idem Vaſquez ait 1. p. d. 193. c. ap. 4. ad finem. *Secundo dicendum eſt, in primo parente nos omnes perdidiſſe in ſingulis occaſionibus etiam peccati, & tentationis occurrentis abundantiam auxilij ſufficientis, non tamen totum, nam cum ſufficiens auxilium, quo poteſt homo operari, & ſine quo non poteſt, latitudinem habeat; negari nobis poteſt propter culpam primi Parentis id, quod abundantius eſt, & id, quod minus, & tenue eſt concedi. Quod ſi ad vincendam tentationem eſt aliquis gradus minimus ſufficientis auxilij: illud ſane non perdidimus in primo parente.*

Suarez. Suarez autem quis crederet tam ſui in tanta operum vaſtitate ſimilem, tam circumſpectum, tam maturum, tam acrem naturæ inuiolatæ defenſorem, & vulnerantium oppugnatorem; qui eam contra Vaſquez fortem, & valentem ad benè moraliter operandum citra gratiam ſtatuit, in noſtra demum caſtra veniſſe, nobiſcumque ſenſiſſe? Id quòd minus credibile cuiquam erit; operæ pretium duco prolato eius loco monſtrare. Igitur ille tom. 1. de grat. cap. 24. agens de neceſſitate gratiæ ad vincendas graues tentationes, cum affirmaſſet ſine auxilio gratiæ vinci non poſſe, & cauſam inquiſiſſet, eam num. 28. proponit; quæ omninò è noſtra ſententia ſumitur, in quam ille demum deuenit. Audiamus

Suarez Suarez. *Dico ergo neceſſitatem Diuini auxilij ad vincendas tentationes graues in natura lapſa prouenire ex aliqua impotentia liberi arbitrij in ſtatu tali conſtituti; quæ autem illa ſit accipe: eſt illa*

illa impotentia moralis, ideſt debilitas quædam mentis, & voluntatis ad conſtanter operandum proueniens radicaliter ex peccato originali, & proximè ex duobus defectibus infirmitate, & ignorantia relictis ex peccato. Quo quid pro noſtra ſententia clarius? *Sed adhuc eſt tertium quiddam expreſſius, & illuſtrius. Quibus duobus, ait, impedimentis adiungitur inſtigatio Dæmonis, cui fortaſſe ratione lapſus humanæ naturæ maior quædam in homines licentia data eſt; ex his ergo omnibus præſertim ſimul ſumptis, & quando grauiter vrgent, oritur in homine quædam impotentia reſiſtendi conſtanter tentationi, niſi à ſuperiori iuuetur; Ita rem hanc explicat Bellarminus lib. 5. de grat. & lib. arbitr. cap. 5. ad 3. in 1. ſolutione.* Hactenus Suarez, & num. 29. iterum. *Eſtque conſentaneum antiquis Patribus, qui in hac debilitate ex peccato originali contracta fundantur.* Plus dedit mihi Suarez, quam petere ab eo auderem; ſatis enim mihi eſſet habere ab ipſo leuiter in parte aliqua læſam, & debilitatam naturam; ſed ille dedit in ipſo iugulo libertatis vulneratam; cui fatetur peccatum originale ferrum infixiſſe. Ego certè plura non dicerem, qui inter vulneratæ authores numerari volo; nec poteſt tergiuerſari Suarez dicendo illam impotentiam licet ex peccato originali ſit, non eſſe præcisè à peccato, ſed occaſione peccati ex amiſſione gratiæ originalis prouenire, nam illa tertia ratio Dœmonis nos inſtigantis, & tentantis nullo modo poteſt eludi, aut declinari. Deinde eſſe in natura lapſa debilitatem ex peccato originali, et impotentiam nũquam Suarez antea voluit dicere, imò conſtantiſſimè ſemper negauit.

Bellarm:

Idem Suarez

Bellarm̃

Quod attinet Bellarminum in eo loco, quem citat Suarez nihil eiuſmodi habet, mirorque hallucinatum in eo Suarez. Sed in eodem libro c. 3. §. *Tertio loco obijciunt* ait. *Per peccatum primi hominis intellectus humanus læſus, & debilitatus eſt, non tamen extinctus.* quod ſanè mirum eſt eum fateri, cum ex hoc item deducatur liberum arbitrium læſum, et debilitatum fuiſſe, vti recta ratio exigit, nam quomodo ſe habet intellectus, ita ſe habet, et voluntas, cum potentię nexæ, et conformes in operando ſint. Et cap. 8. *Diabolus*, inquit, *habet maximam potentiam, & artem nocendi concupiſcentiam excitando, atque inflammando.* Sed quoniam hic locus non affirmat vulnera intrinſeca naturæ, ſed externam Dœmonis tentantis oppugnationem, volo proferre teſtimoniũ Bellarmini omnino perſpicuum, ex quo eum in noſtra ſententia prorſus eſſe appareat. Igitur cap. 6. de amiſſione gratiæ, & ſtatu peccati c. 15. §. penultimo. ſic ait. *Tametſi calamitates humani generis fermè omnes potuerint eſſe naturales, quod accidiſſet: Si Deus hominem ſine originali iuſtitia in puris naturalibus condere voluiſſet; ex quo ſequitur, vt remota reuelatione iam habita, & fide in animis noſtris accenſa Diuinitus non mediocriter ratio naturalis fidem ipſam corroborat; Omnino enim veriſimile eſt non fuiſſe Deum optimum, & noſtri generis amantiſſimum conditurum hominem tam miſerum, quam nunc eſt, niſi peccati noſtri magnitudo tale ſupplicium meruiſſet; quare plerique veterum Ethnicorũ humanæ vitæ miſerias, ita deflent, vt de natura, tanquam Nouerca querantur vel per has miſerias puniri; peccata animarum in alia vita commiſſa ſuſpicentur; de quibus rectè pronuntiauit Auguſtinus lib. 4. in Iulianum cap. 12. eos rem vidiſſe cauſam ignoraſſe.* Hæc Bellarminus. Ex quibus conſtat authorem eſſe: non omnes, quas patimur calamitates, & miſerias fore in ſtatu puræ naturæ; quod à Deo natura in illo condenda eſſet ſine peccato; ſed aliquas eſſe veras, & proprias pœnas peccati, in quo nobiſcum ſentit; nec enim nos volumus, vt omnes miſeriæ, & vulnera naturæ ſint à peccato; ſed quod non omnes ſint à natura; atque adeo hanc non ſolum eſſe ſpoliatam gratuitis, ſed in naturalibus etiam vulneratam, non quod omni ex parte vulnerata ſit, ſed quod aliqua vulnera acceperit, quæ in ſta-

Bellarm.

Auguſt

tu

tu puro non habuiſſet, quod cum fateatur Bellarminus ei nos certè gratias habemus, eiuſque vrbanitarem magni facimus, cuius ne pudeat monemus, eum non vbi pugnabatur argumentis ceſſiſſe, ſed vbi pugna non erat, ratione deduci ſe faſſum fuiſſe in noſtram ſententiam; ne vi aliena compelli, ſed ſponte ſua veniſſe videretur.

Becanus Supereſt breuis quædam, ſed illuſtris huius ſententiæ impugnatio ex dicto Becani, ea quæſtionis appendix eſto, & finis. Sequitur ex oppoſita Auguſtino, & noſtræ ſententia, naturam ex ſe ad malum eſſe propenſam, & inclinaram à principijs intrinſecis, quæ conſequentia videtur accedere ad errorem Manichæorum, in quem Aduerſarij Auguſtinianam ſenrentiã volunt contrudere. Probatur ſequela ex dicto Becani tractatu de Iuſtitia bonorum operum ſecundum Caluiniſt. c. 1. num 23. ita concupiſcentiam in actu primo definientis. *Nota per concupiſcentiam intelligi non ſolum pronitatem, & inclinationem, quæ eſt in appetitu ſenſitiua tam iraſcibili, quam concupiſcibili, ſed etiam illam, quæ eſt in intellectu, & voluntate; nam hæ quatuor potentia, voluntas, intellectus, & vterque appetitus natura ſua prona ſunt ad quoſdam motus inordinatos, & rectè rationi repugnantes, vt v.g. intellectus ad Iudicia falſa, & erronea, voluntas ad odium inuidiam, & deſperationem. Appetitus ſenſitiuus ad carnalia, & terrena deſideria. Hæc ergo pronitas iſtarum potentiarum, ſeu naturalis inclinatio vocari ſolet communi nomine concupiſcentia in actu primo; hanc formaliter negamus eſſe peccatum originale. Quid ergo eſt, inquies? dicam, eſt quædam imperfectio, quæ homini in puris naturalibus condito eſſet naturalis, poſt lapſum verò eſt pœna, ſeu effectus peccati primi parentis; & à Theologis ſolet vocari morbus, ſeu languor naturæ, infirmitas, fomes peccati, fons tentationis, vis appetendi immoderata; Apoſtolus nunc peccatum, nunc legem peccati vocat, non quod ipſa peccatum ſit, ſed quia eſt effectus, & cauſa peccati, vt explicat Auguſtinus lib. 1. de Nuptijs, & Concupiſc. cap. 3, & lib. 1. contra duas epiſtolas Pelag. cap. 13. & alibi.* Auguſt

Quæ ſententia Becani multa continet duriuſcula. Primum, potentias naturales eſſe propenſas ad peccatum, & quod Suarez negat in habitibus à Deo infuſis in eaſdem potentias eum Arriaga de Anima diſp. 9. ſeſſ. 5. & Ouiedo de Anima controu. 14. punct. 6. non iam *in* habitus, ſed *in* ipſas potentias quadrare. Secundum, naturam ſecundum ſe inordinatam eſſe, & diſtortam à recta ratione, cum ſit naturaliter ad malum prona. Tertiũ, malum eſſe ſecundum exigentiam naturæ, & qui malè agit, ſequi ductum naturæ. Quartum, naturam ſibi relictam non virtutem, ſed peccatum eſſe operaturam, atque adeo non eſſe ad vtrumque æquè indifferentem, quod eſt contra communẽ ſententiam Ieſuitarum. Quintum, quod natura poſſit dici mala in actu primo, imo & naturalis inclinatio appellari peccatum; quo ſenſu Paulus dicit concupiſcentiam eſſe peccatum, quod certè Manichæis non diſplicebit, qui naturam prauã affirmabant. Tandẽ ſequitur naturã nõ eſſe puram, nec ſanam, ſed vitiatam, & ægrotam; quæ enim maior ægritudo, quam poſitiua inclinatio ad peccandum? quæ certe omnia duriora ſunt, quam à bonis Theologis, & Ieſuitarum amantibus recipi debeant. Ex his apparet, quam ſit tuta Auguſtini de Peccato Originali, Concupiſcentia, & miſerijs, vulneribuſque naturæ ſententia, cum qui ab eo diſſentire velint, aut ſibi minus ipſi conſentiant, aut contra rectam rationem ſentiant. Arriaga Ouiedo

Hæc lentius, ac ſeuerius expendentes nobiles quidam Societatis Theologi communem ſuæ ſcholę ſententiã deſeruerunt, malueruntque cum Auguſtini, & Sancti Thomæ diſcipulis ſentire. Quorum vnus Primariæ Cathedræ Emeritus Lector S. Officij Cenſor, & Rituum Conſultor P. Martinus Sparſa d' Articda Magni nominis Theologus in ſuo de gratia opuſculo P.Sparſa

ſic

ſic ſcribit. *Et quidem aliquam debilitatem maiorem virium ineſſe, quocunque demum modo id explicetur, quam foret in natura pura, tria quædam efficaciter perſuadent. Primum eſt hominem ratione peccati originalis inductũ eſſe in Dæmonis ſeruitutem, eiuſque aſſiduè tentandi poteſtati, & vſui ſubiectum exiſtere. Alterum eſt homini lapſo deeſſe inter alia, ſi non adiuuetur per gratiam, poteſtatem moralem ſeruandi totam legem naturalem. Tertium ſic hominem eſſe ſpoliatum gratuitis ratione peccati, vt ſimul vulneratus ſit in naturalibus, iuxta communem intelligentiam Parabolæ, quæ habetur Luc. 10. Quæ tria principia ne quidem ab Authoribus rationum dubitandi negantur, nec negari vllo pacto poſſunt propter obuias, & manifeſtas authoritates ſacras, quibus ſtabiliuntur. Nihil autem ex illis tribus adfuiſſet homini in ſtatu natura pura. Non primum, quia nulla fuiſſet iuſta cauſa ſubdendi Dæmoni, & eius tentationi hominem innocentem, eiuſque conditionem reddendi vſque adeo deteriorem propter ſolum peccatum, & inde contractam iniquitatem alterius. Non ſecundum; quia vt liquet ex quæſtione tertia, homini innocenti debetur ex natura rei ſufficientia non ſolum phyſica, ſed etiam moralis ad ſeruandam totam legem naturalem, & ad obtinendum ſuum vltimum finem naturalem. Non tertium, quia natura pura non ſolum ſpolianda non foret bonis ſibi connaturalibus, verum neque vulneranda in illis vlla ex parte; cum eo ipſo pura futura non foret, ideſt, nil magis, nihilque minus habens, quam ipſa ferat ex ſe, & ſpectata benefica conditione creatoris ſui; negari igitur non poteſt, quin natura lapſa ſit ratione lapſus aliquatenus debilior, quam foret pura.*

In eadem cum eo ſententia eſſe hic audio P. Giatinum doctiſſimum, & multarum litterarum virum magiſtrum in eodem Romano Collegio Theologiæ: nunc præfectum Studijs Maioribus, cuius ego iudicio, & authoritati multum tribuo. Hi duo perſpicuè noſtram Auguſtinianam doctrinam amplectuntur. Pater Giatinus:

Nec ab ea eſt, opinor, alienus inſignis huius ætatis Theologus Tridentinæ Hiſtoriæ, & veritatis Scriptor, & aſſertor egregius P. Sfortia Pallauicinus, tum Theologicè Cathedræ, tum facultatis inſignis moderator, nunc autem cum hæc ſcribo Purpura Cardinalitia ab Alexandro VII. Papa ſummo iure donatus. Idque varijs ex eius doctrina de gratia argumentis colligo. Ac ex eo imprimis loco in 1.2.d.2.q.2.art.2. vbi ſic. Hic poſitis duo aſſerenda ſunt. *Primum eſt, in ſtatu natura pura fore maiorem probabilitatem æterna fœlicitatis, quàm æterna miſeria, alioquin non expediret nobis naſci in eo diſcrimine.* Vnde enim maior illa probabilitas, niſi ex meliori conſtitutione, & conditione naturæ? & vnde illud diſcrimen proprium lapſæ naturæ, niſi ex inclinatione ad malum, quæ eiuſmodi eſt, vt non expediret naſci cum illo, ex quo apparet iſtam inclinationem ad malum, & fomitem peccati futurũ non fuiſſe in ſtatu puræ naturæ. P: Sfortia Pallauic;

Hoc idem velit nolit ſentit Ripalda d. 114. ſect. 2. quamuis enim impugnet ſententiam affirmatiuam: Naturã lapſam eſſe debiliorem, quam puram, ait tamen num. 16. *Voluntatem operantem in ſtatu lapſa natura ſolitaria viribus ſibi debitis abſque eleuatione Dei ſolum poſſe peccatum, nam opus bonum etiam naturale non operatur ſolitariè, abſque opere ſupernaturali, in quod influit eodem conatu, quo in opus naturale fertur, quin opus naturale à ſupernaturali diuidere queat.* & citat ſuam doctrinam diſp. 20. in qua ſeſſ. 6. de imbecillitate naturæ gratia deſtitutæ ſic agit, vt ſtatuat eam iuxta doctrinam Patrum ſuis viribus relictam nihil poſſe, niſi ſuperbiam, & peccatum, negatque ſine adiutorio ſupernaturali gratiæ vel minimam quidem moralis, & naturalis boni opus poſſe efficere; eſtque iuxta peculiarem huius authoris ſententiam docentis in hoc ſtatu naturæ eleuatæ ad ſtatum ſupernaturalem, etſi lapſæ, ſemper inueniri coniunctas illuſtrationes ſupernaturales cum naturalibus, & omnia Ripalda

bona

bona opera naturalia eſſe à ſupernaturalibus indiuiſa. Sed præſtat audire ipſum ſuis verbis hæc edocentem, quia quamquam ſint prolixa, tractatio in ea tanti vt momenti eſt patienter ſe habere lectores debeant, & nouam huiuſce authoris, ac inſolentem doctrinam audire. Igitur diſp. 20. ſect. 6. num. 25. ait. *Si autem poſſet fieri opus virtutis moralis ſeorſim à gratia, poſſet ſanè voluntas auxilio cæleſti deſtituta, aliud quam ſuperbiam, & peccatum, nempe opera excellentia virtutum moralium, quæ in ea opinione non agnoſcente gratiam Theologicam auxiliantem, niſi intrinſecè ſupernaturalem, ex natura rei fieri poſſunt abſque auxilio gratiæ. Igitur quia opera bona naturalia, nunc à ſupernaturalibus indiuiſa ſunt, rectè dicitur voluntatem in hoc ordine prouidentia deſtitutam auxilio gratiæ, ſuiſque viribus relictam ſolùm poſſe ſuperbiam, & peccatum, quandoquidem ad agendum, quidpiam moraliter bonum, non relinquitur ſuis viribus, ſed præmunitur ſemper viribus gratiæ, ſuiſque viribus ſolitarijs ſolum ad peccandum completur.* Aſſumptum frequens eſt in ſcriptis eorum, qui Pelagianos, & Semipelagianos contriuerunt. Concil. Arauſicanum 2. can. 22. ſtatuit. *Nemo habet de ſuo, niſi mendacium; & peccatum.* Auguſtinus de ſpiritu, & littera cap. 3. *nam neque liberum arbitrium quicquam niſi ad peccandum valet.* Contra duas Epiſtolas Pelagianorum lib. 3. cap. 8. *Liberum arbitrium deſertum à diuino adiutorio quamlibet ſcientia legis excellat; nullo modo habet iuſtitiæ ſoliditatem, ſed inflationem impia ſuperbia.* Similiter de verbis Apoſtoli ſermone 10. *noſtrum nihil niſi peccatum eſt; quid enim habet, quod non accepiſti?* Eadem ſermone 13. & lib. 1. retractationum cap. 15. & tract. 5. in Ioannem lib. 2. de peccatorum meritis cap. 28. lib. 4. c. contra Iulianum c. 3. & alibi ſæpe habet: quam ſententiam, vſque adeo vrget Auguſtinus epiſt. 106. vt oppoſitum errori Pelagij connumeret, dicens de ipſo Pelagio, quod interdum ita paribus momentis poteſtatem voluntatis æqua lance perpendat, vt aliquantulum

Concil. Arauſic: Auguſt

etiam ad non peccandum valere definiat. *Quod ſi ita eſt, inquit Auguſtinus, nullus locus adiutorio gratiæ reſeruatur, ſine quo nos dicimus ad non peccandum, nihil voluntatis arbitrium valere.* En igitur, Pelagianorum vox eſt, poteſtatem voluntatis aliquantulum ad non peccandum valere, quod fateri videntur; qui bona opera moralia, licet ſterilia in ſalutem illi tribuunt. Chriſtianorum ergo profeſſio ſit ſine adiutorio gratiæ ad non peccandum, ſeu rectè, ac bene moraliter agendum, nihil valere voluntatis arbitrium, nullaſque ſteriles virtutes viribus arbitrij haberi, ſed omnia virtutis officia auxilio gratiæ ſemper nobis aſſiſtenti, fieri ſalutaria. Proſper de libero arbitrio circa finem. *vtique liberum arbitrium cum ſolum eſſet, ſibique permiſſum, nonniſi in ſuam perniciem mouebatur.* Ad Capit. Gallor. 6. *Ante illuminationem fidei in tenebris arbitrium, & in vmbra mortis agere, non rectè negatur.* Item in fine. *In bonis voluntas eſt intelligenda de gratia; in malis autem voluntas intelligenda ſine gratia.* Ad Demetriadem pag. 7. *Cum in peccatis agitur propria diliguntur, cum autem in bonis, & rectis actibus laudabilis vita ducitur, Dei eſt, quod geritur, Dei eſt, quod amatur.* Etiam Cyrillus Alexandrinus de lapſu hominis par. 62. *Contrahente Deo manum ſuam, neque auxilium ſuppeditante, neceſſe omnino eſt, vt in mala prouoluamur, & ab omni virtute excidamus.* Item Iſidorus de ſumm. bono lib. 2. cap. 5. *Hominis meritum ſuperna gratia non inuenit, vt veniat, ſed poſtquam venerit, facit in eo meritum, quod remuneret, quæ ſolum inuenerat, quod puniret.*

Proſper

Cyrill. Alexandr:

D Iſidor:

Vnde hoc argumentum confirmo. Inquirentes Eccleſiæ Patres, quid exiſteret in libero arbitrio independenter à gratia, vt intuitu illius antecedentis poſſet gratia diſpenſari, aſſerunt contra Maſſilienſes, nihil præcedere, niſi peccatum. At ſi opera virtutum moralium fierent à libero arbitrio abſque gratia Theologica, facile poſſent Eccleſiæ Patres falſitatis redargui à Maſſilienſibus, opponentibus exiſtere ante gratiam eximios

mios naturæ conatus, & actui virtutum moralium, quos nunc Catholici ante gratiam, hoc eſt independentes à gratia ingenuè fatentur; reuera igitur putabāt Patres, nullum eſſe naturæ conatum, aut actum virtutum moralium, qui gratia Theologica præuentus non ederetur. Minor, & conſequentia probatione non egent, ſi quidem obſeruantia moraliter bona præceptorum naturalium, & plurium excellentium virtutum opera naturalia, inter peccata referri non debent. Maior eſt Iſidori ſupra, & Auguſtini Epiſt. 106. poſt Initium. Nam ſi quærere voluerit, ante gratim quid habuerit, vt acciperet eam, mala ſua poterit homo inuenire, non bona. Quæ repetit ad Paulinum, & alibi frequenter; ante gratiam igitur nullum bonum opus, etiam virtutum moralium agnoſcebant Eccleſiæ Patres. Explicatur. Volebant Maſſilienſes fieri à libero arbitrio viribus naturæ, ante gratiam Dei virtutum moralium actus; deindeque eorum actuum intuitu à Deo gratiam præberi. Patres autem Eccleſiæ, ad eos repellendos nolebant admittere, eos actus viribus naturæ fieri ante gratiam, ſed gratiam ſemper præceſſiſſe, quæ illos perficerent, nihilque ante gratiam arbitrium poſſe, niſi ſuperbire, & peccare. At ſi Patres agnouiſſent virtutum moralium opera, quæ ſine gratia abſque merito congruo, aut impetratione ſupernaturali fierent à libero arbitrio, poſſent facile ea opera viribus naturæ elicita Maſſilienſibus admittere; eis tamen omne meritum, & impetrationem ſalutarem negare, vt Catholici nunc opinantur. Igitur cum nullibi ita reſponderint Eccleſiæ Patres, ſed abſolutè negauerint, virtutum naturalium opera, quæ Maſſilienſes opponebant viribus naturæ fieri abſque auxilio gratiæ, argumentum efficaciſſimum eſt nulla eos virtutum moralium opera agnouiſſe, quæ ſolis naturæ viribus abſque conſortio gratiæ præuenientis fiant.

Dices; Eccleſiæ Patres non meminiſſe actuum naturalium, ſed tantum ſupernaturalium, quia ſupponebant, ſteriles eſſe in vitam æternam, atque adeo, quaſi nihil computabant in ordine ad finem ſuarum diſputationum. Sed contra. Diſputabant Patres Eccleſiæ aduerſus Pelagianos, & Semipelagianos, qui actus naturales viribus ſolius naturæ elicitos tanti faciebant; vt eos in vitam æternam conſequendam. & initiandam ſalutem conferentes profiterentur. Ergo Inermiter dimicaſſent contra illos, ſi de ſubiecto diſputationis Pelagianorum, & Maſſilientium non affirmarent, aut negarent aliquid eis contradicens, ergo cum ſubiectū diſputationis Pelagianorum, & Maſſilienſium eſſent actus naturales ſolius arbitrij viribus eliciti, putandum eſt Eccleſiæ Patres negantes, ante illos actus exiſtere naturam deſtitutam gratia, & affirmantes, ante gratiam ſolum exiſtere peccatum, de illis quidem actibus, ac vniuerſim de omnibus moraliter bonis affirmaſſe, & negaſſe contradicentia aduerſarijs, quos oppugnabant. Ergo credendum non eſt, omnino præteriiſſe eos actus, atque adeo aſſerentes ſolum peccatum præcedere auxilium gratiæ, non excludere præcedentes omnes actus virtutum moralium; alias nulla eſſet argumentatio patrum, cum poſſent aduerſarij opponere, præter peccatum antecedens gratiam, præcedentes eſſe virtutum moralium actus, quos ſemper ſalutares fieri ſupponebant. Igitur cum Eccleſiæ Patres hanc ſuppoſitionem indemnem reliquerint, imo potius veram illam ponentes, contra hoſtes gratiæ ſolum contenderint ante gratiam nihil boni nobis eſſe, ſemper credidiſſe ante hos actus præueniri arbitrium auxilio gratiæ, ſoloſque naturæ conatus in peccatum, ſpeciali Dei auxilio, deſtitui.

Dices 2. damnatam eſſe in Michaele Baio à Gregorio XIII. & Pio V. hanc ipſius vigeſimam octauam propoſitionem. Liberum arbitrium ſine gratia adiutorio, non niſi ad peccandum valet, atque adeo ex principio nobis poſito nihil veritati Catholicè conſonum deprehendi. Fateor difficilem eſſe conciliationem huius propoſitionis damnatæ cum iis, quæ nos ex Concilio Arauſicano, & Auguſtino protulimus. Plura dicta ſunt à Theologis, quæ modo impugnare non licet. Ego iuxta meam doctrinam plenam exhibeo interpretationem; quippe Arauſicanum, & Auguſtinus cum alijs

Eccleſiæ Patribus congredientibus cum Pelagio, & eius diſcipulis agebant de libero arbitrio iuxta prouidentiã præſentem, propriam naturæ rationalis iam eleuatæ ad finem ſupernaturalem. Baius vero diſſerebat de arbitrio libero iuxta propriam ipſius naturam, & vires ex natura rei ipſi competentes. Igitur Arauſicanum, & Auguſtinus volunt naturam de ſuo non habere, niſi peccatum, & mendacium, quia ſuis viribus arbitrium iam eleuatum non relinquitur, niſi ad peccandum; quoniam ad quicquã bene moraliter agendum ſemper præmunitur ſubſidijs ſupernaturalibus gratiæ. Cum hoc autem rectè componitur poſſe ex natura rei elicere ſuis viribus ſine gratia Theologica actus naturales virtutum moralium ſolitariè, ac ſeorſim ab actibus ſupernaturalibus, & conditione meriti, & impetrationis, quæ iuxta præſentem prouidẽtiam ab eorum actuũ exercitio minimè diuiduntur. Potuit itaque damnari Louanienſis, quod ita depreſſerit vires naturales arbitrij, vt poſt peccatum ex natura rei, ſolas illi reliquerit ad peccandum, quam interpretationem pluribus elucidabimus tractatu ſpeciali, quem edemus de propoſitionibus Michaelis Baij.

Redeamus cum hoc authore ad diſp. 114. ſect. 3. in qua inquirit, an natura lapſa viribus ad actus bonos naturales requiſitis debilior ſit, quam pura natura; vbi vtraque opinione oppoſita adducta ita ſe gerit, vt ſolutis ambarum argumentis ſentiat naturam lapſam eſſe per accidens debiliorem, ſed tamen eſſe debiliorem. Ego breuiter dixi. Ille longius; aſſero ſententiam num. 26. Poſtquam argumenta vtriuſque partis ſoluiſſet ita:

Ripalda *Quare*, inquit, *hanc litem ſic compono; natura lapſa non eſt debilior, quam pura viribus debitis naturæ puræ, quia eædem vires vtrique naturæ debitæ ſunt; tamen debilior eſt viribus naturalibus, & ordinarijs indebitis, & gratioſis, quarum natura lapſa facta eſt per peccatum eis viribus indigna; priorem partem authoribus negantibus concedo, qui ſuis argumentis præſertim Antiquiores, nec amplius probant, nec intendunt. Poſteriorem affirmantibus tribuo.*

Ad cuius probationem præmitto breuiter tria. Primum: poſita cogitatione honeſtatis obiecti intentionem affectionis neceſſariæ, & delectationem indeliberatam voluntatis in obiecto honeſto gratioſam eſſe, eiuſque determinationem à Deo, vt authore naturæ pendere. Ita docuimus diſp. 103 ſect. 6. Alterum, Deũ vt authorem naturæ poſſe homini plura beneficia naturalia à dono creationis, & conſeruationis diſtincta liberaliter conferre, atque adeo poſſe iuxta prouidentiam ordinariam, occurrentibus cogitationibus honeſtis, voluntatis affectiones, & delectationes boni, quæ tanti momẽti ſunt ad inducendam voluntatem in conſenſum, gratiosè intendere, & augere. Etenim Deo ſupremo Reipublicæ rationalis Principi neganda non eſt largitas, & munificentia donorum, quæ ignobili cuique Principi creato decentiſſimum eſt conuenire; quocirca etiam in pura natura poſſet Deus pro beneficijs naturalibus, præſertim ad bona opera moralia conducentibus exorari. Tertium hominem lapſum factum fuiſſe per peccatum his beneficijs naturalibus indignum, vt factus fuit indignus integritate naturæ, & conſenſione appetitus cum ratione, quam in ſtatu innocentiæ poſſidebat.

Quare ſi ea beneficia homini lapſo concedantur, magis gratioſa erunt, quam conceſſa homini puro. Hæc negari non poſſunt. Vnde ſic argumentor. Homo lapſus eſt poſitiuè indignus gratioſis affectionibus, & delectationibus boni, quas Deus prouidentia ordinaria confert homini puro, qui eis gratijs naturalibus indignus non eſt. Ergo in actu primo robuſtior eſt viribus natura pura, quam natura lapſa. Nã vt vidimus affectiones, & delectationes indeliberatæ honeſti pertinẽt ad vires, & auxilia operãdi quin auxilia ſunt, quæ ad extorquẽdum volũtati cõſensũ maius momẽtũ, & energiam habent; idem etiam dicendum eſt de cogitationibus honeſtis, quæ à Deo, vel Angelo prouidentia Dei immediatè excitari poſſunt. Nam vt diximus diſp. 108. à Deo, & Angelo etiam iuxta prouidentiam ordinariam excitari poſſunt

im-

immediatè cogitationes honeſta, quod autem honeſtæ excitentur potius, quam turpes, & in hac intentione, gratioſum; & indebitum eſt. Ergo idem, quod de affectionibus boni, de cogitationibus honeſtis dicendum eſt.

Dices hoc argumentum tantum probare, poſſe quidem naturam lapſam debiliorem eſſe, quam puram, ſi Deus neget illi ratione peccati gratiam, quam tribuit naturæ puræ, non vero re ipſa, & abſolutè eſſe debiliorem, cum poſſet Deus naturæ lapſæ his affectionibus ſauere, quibus ſauet puræ. Sed contra. Nam re ipſa maior gratia, & miſericordia requiritur, vt naturæ lapſæ tales affectiones tribuantur, quam vt tribuantur naturæ puræ, cum poſitiuè indigna ſit, & morali quadam exigentia poſtulet, vt non præbeantur; hæc verò ſecundum ſe eſt digna talibus beneficijs naturalibus, & decentiſſimum eſt, vt illi tribuantur. Ergo natura pura ſecundum ſe, & in actu primo dignior, & capacior eſt, cui maiores uires, quam naturæ lapſæ conſerantur, ac per conſequens in actu primo robuſtior eſt. Hæc iterum ſequentibus redibunt.

Hæc eſt poſt longas periodos manifeſta Ripaldæ de infirmitate naturæ lapſæ ſententia; omnino quoad hanc partem Auguſtiniana, & Thomiſtica, atque adeo admittens naturam eſſe non ſolum ſpoliatam gratuitis, ſed etiam ex conſequenti vulneratam in naturalibus. Eiuſdem ſententia eſt Primarius Theologiæ Magiſter acuto vir, & acer ingenio ſoli-
Eliſalda daque doctrina P. Eliſalda Sparſæ in Romana Cathedra dignus ſucceſſor, qui hoc ipſo, quo hæc ſcribo anno argumentanti in Collegio Romano mihi, conceſſit naturam per peccatum amiſiſſe illud naturale indifferentiæ æqua lance poſitum æquilibrium, & vrgenti mihi hunc ſequi, naturam eſſe in naturalibus vulneratã libenter conceſſit ſequelam, & huic ſe ſubſcribere ſententiæ affirmauit. Quod ego accipiens alacriter de eo Auguſtino meo gratulatus ſum, nam illius in illa præclariſſima ſchola lætabar celebrari hoc in parte doctrinam.

Verum non Recentiores tantum Ieſuitæ, ſed etiam ex antiquioribus grauiſſimi duo hanc ſententiam tradiderunt, quæ cum optima ſit, non potuit non Ieſuitas habere patronos. Vnus eorum eſt Henriquez tantus Magiſter, Henriq:
vt Suarium illum magnum *Diſcipulum* inter cęteros nobiliſſimos numerarit. Hic *in lib. de fine hominis cap.* 14. ad doctrinam traditam in textu. *Eget*, inquit, *homo ſpeciali auxilio vt vincat difficilem tentationem, ſeruet diu omnia præcepta etiam naturalia, & perſeueret in gratia vſque ad finem. Multo impotentior eſt homo infidelis qui caret omni habitu infuſo &c.* adhibet ad marginem. *Quia per peccatum vulneratus eſt in naturalibus, & auerſus à fine etiã naturali. Diuus Thomas* 1.2. *quæſt.* 86. *cum Beda in Luca* 10. *Alligauit vulnera eius*. Conſentit reliqua huiuſce Doctoris doctrina de gratiæ neceſſitate, & efficacia hoc libro egregio ſane tradita, & tota ex Auguſtino accepta, eſt enim Henriq. totus Auguſtinianus.

Alter eſt, Azor ſummæ eruditionis author, quem pro hac ſententia citat Azor
Ripalda *d.* 514. *ſ.* 3. Et quidem iure: nam ille *tomo* 1. *lib.* 3. *cap.* 34. *Quæſt.* 2. quod ita explicatum proponit. *An poſſit homo corruptus omne bonum præſtare quod poſſet alioqui purus, & integer?* adducta vtraque oppoſita citatis authoribus ſententia, ſic demum reſpondet. *Quidquid ſit certe Sotus, & Caietanus negare non poſſunt aliquod eſſe iuris naturalis præceptum, quod homo purus, & ſanus poſſet implere cum tamen homo lapſus non poſſit. Poſſet homo purus Deum pluſquam omnia diligere amore naturali, hoc eſt vt naturæ authorem & finem per auxilium gratuitum quidem, ſed naturale, hoc eſt naturæ, & rationi conſentaneum non ſupernaturale, vt dicam inferius, at homo peccato corruptus nequit huiuſmodi amore Deum diligere per ſolum auxilium naturale ſine gratia Dei naturam ſanante, eo quod peccatum quandiu non deletur, impedit, quo minus peccator Deum diligat pluſquam omnia etiam amore naturali: item ſicut hoc præceptum homo lapſus ſine gratia Dei naturam ſanante implere*

non poteſt, ſic nec omnia iuris naturalis præcepta, quia in omnibus illud includitur, & purus homo eo ipſo quo poſſet Deũ diligere plusquã omnia amore naturali, poſſet vniuerſa iuris naturalis præcepta complere, quoniam qui diligit Deum ſuper omnia amore naturali vniuerſam legem naturalem obſeruat. Hanc autem debilitatem naturæ lapſæ ad ſeruandam legem vulnus eſſe naturę admiſerat ſuperius iuxta doctrinam, vt ait Magiſtri *in.2.d.35.* & S. Thomæ *1.2.q.85.art.1.& 3*, verum quidem eſt Azorium non omnia naturæ vulnera admittere nec velle vt pugna carnis, & ſpiritus ſenſus, & mentis ſit præter conſtitutionem naturæ vt apparet ex quæſtio 3. verum debiliorem eſſe in ſtatu ruinæ, ac eſſet in ſtatu puræ naturæ, ſaltem ex parte, id omnino affirmat illis verbis, & idcirco inter alios authores naturæ vulneratæ à Ripalda numeratur.

CAPVT XIII.

Quomodo traducatur, & contrahatur peccatum originale Adami ad Poſteros?

INter cæteras difficultates, quas Pelagiani olim mouebant, & hodie Nouatores Sectarij mouent contra originale peccatum, & quæ rationes erant illud negandi, duas imprimis eſſe comperio. Alteram quæ negat omninò Peccati originalis contagium, eoque naturam infici, & maculari animas inficiatur; alteram, quæ admiſſo iſto contagio culpæ, illud reſtringit ad infideles tantum, & impios, & negat poſſe ad fideles, & ſanctos peruenire. Prima capitalis eſt, & propria Pelagianorum, qui cum capere non poſſent modum, quo fieret peccati propagatio, propagationem nolebant. Secunda Nouatorum, Caluiniſtarum, & Remonſtrantium, qui cum crederent in hominibus iuſtis peccatum originale non eſſe, intelligere non poterant, aut nolebant, qua ratione illud ad prolem tranſmitterent, quo carebant; & ſanè grauis vtraque viſa olim fuit. Sed multò grauior illa prima, nec parum ſummum illud Auguſtini torſit ingenium. Et quamquam multi ex ſcholaſticis authoribus ingentes de illa excitent cõtrouerſias, & varias euadendi vias excogitent, nonniſi ope Auguſtiniani fili labirintho euadunt, quod ipſi tanquã meliori Theſeo Sapiẽtia Diuina tradidit. Igitur primũ de hac propagatione peccati eſt accuratius agendum. Propono argumentum Pelagianum, vt vt eius in formam contexti vis appareat. Peccatum originis cũ ſit peccatũ in poſteris, ineſſe poſteris debet, ſed ineſſe nequit, ergo nullum eſt peccatum. Maior eſt Catholicorum, minor probatur; peccatum non eſt in corpore, ſed in anima, ſed hoc peccatum originis in anima eſſe non poteſt, ergo non eſt in homine, cum vt ſit debeat eſſe in anima, in qua omnino eſſe non poteſt. Maior rurſum conſtat; Minor ſuadetur. Anima non generatur ab homine, ſed creatur à Deo; ſed à Deo conditur pura, & ſine labe peccati, & ita corpori infunditur, ergo non habet peccatum. Huic argumento maiori conceſſa difficile videtur reſpondere; nam ſi dicatur à Deo condi peccatricem, impium id eſt. Si aſſeratur in ipſa vnione cum corpore contrahere peccatum, ſequitur in corpore peccatum eſſe, quod non eſt capax peccati; aliud tertium non eſt, vt propagetur, nam vnio culpa non eſt, nec ideo contrahenda culpa, cum in corpore culpa non ſit; *Per quam ergo rimam*, aiebat apud Auguſtinum lib.2. de nuptijs, & concupiſcẽtia c. 18. Iulianus, *peccatum in Animam peruadit?* Acuti homines erant Pelagiani, & in hoc argumentandi genere acutiſſimi, eò enim rem deducere volebant, vt ſi admitteretur peccati originals traductio, animarum item traductio admitteretur, qua admiſſa immortalitas animarum tollebatur; nam quę per traducem ex Adamo eſſent, creari non poterant, atque adeo generabantur, & morti obnoxię erant,

Auguſtĩ

Iulianus Pelagianꝰ

erant, cuius erroris cauſa erat tradux
originalis peccati; quare hanc eſſe
excludendam, & ſolam imitationem
ponendam; vt in eo eſſet ratio culpæ
originalis, quod homines ex Adamo
geniti eum peccando imitarentur.
Hęc omnia acutior ijs Auguſtinus vi-
Auguſt: debat, & imprimis, ita ſe gerebat:
vt Catholicam veritatem de tranſmiſ
ſione peccati aſſereret, de qua conſta-
bat, de modo tranſmittendi non cu-
raret, cum is in occulto eſſet, & aliud
eſſet rem tenere, aliud modum inqui-
rere. Ita declinando difficultatem
modi traducendi, quia fides non re-
uelarat; traduci peccatum, quod fi-
des docuerat, defendebat; vnde ad
doctrinam Pelagianam ita reſponde-
D.Aug: bat, vti patet ex lib. 2. de nupt. &
Concup.cap.28. *Quid quaris latentem
rimam? cum habeas apertiſſimam ia-
nuam? Per vnum hominem, ait Apo-
ſtolus peccatum in hunc mundum intra-
uit.* At non quieſcebant Pelagiani ſo-
liti argutiis, non teſtimonijs ſcriptu-
ræ agere, atque vti defenſores natu-
ræ ſoliti in natura ratiunculas quære-
re; vrgebant illam peccati tranſmiſ-
ſionem fieri exemplo, & imitatione,
non propagatione, quæ ſine traductio-
ne fieri non poterat; non corporis,
quod non eſt ſedes peccati, ſed ani-
mæ, in qua eſt peccatum; quod ſi à
Deo erat, non poterat maculari, ſi ab
homine generante, maculari quidẽ
poterat per traducem, ſed cum tra-
duce immortalitatem aiebant non
poſſe conſiſtere.

Bellarm. *Hoc argumentum*, inquit Bellarmi-
nus lib:4. de amiſſione gratiæ, & ſta-
tu peccati cap.10. ad finem, *Semper
Auguſtino difficilimum, & penè inſolu-
bile viſum eſt; qua etiam de cauſa nun-
quam certè ſibi perſuadere potuit ani-
mas creari ex nihilo, non à Parentibus
Suarez *trahi*. quod idem animaduertit Suarez
in 1.2. tract.5. d.9. sect. 3. num. 6. Ego
qui Auguſtinum ſæpe legi, & in quo
fere ſemper verſari ſoleo, id verè di-
ctum à Bellarmino confirmo; addo-
que Auguſtinum de origine animæ
dubium vixiſſe vſque ad mortem,
quo cum nomine maleuoli quidam

Recentiores noui Theologi, multò
quam Suarez, & Bellarminus mode-
ſti minus, & docti criminantur; qua
ratione neceſſe eſt Gregorium Ma- Gregor Magn
gnum, & Gregorium Nyſſenum, & Gregor Nyſſen
Eucherium, & alios Patres ante Gre- Euther
gorium, & poſt eos nonnullos, qui
de origine Animæ ambigunt, crimi-
nari. Hi quippe omnes cum Augu-
ſtino, ſpiritum Animam, & immor-
talem aſſeruerunt, ſed quæ illius eſſet
origo dubitarũt; putaueruntq; dubita-
tionem de origine, nihil immortalitati
detrahere. Itaq; eos non latuit immor-
talitas latuit origo. Vtrumque patet ex
Auguſtino, vbicunq; de anima, & eius Auguſt:
origine agit; agit autem multis in
locis. Pręcipuè *lib. de origin. anim. ad
Hieron. & lib.4. ad Vincent. & Renat. &
epiſt. 157. & lib. 10. de geneſi ad litter.
& lib. 2. retractatio. cap. 56.* & alibi. Se-
quutus eſt Auguſtinum Gregor. *epiſt.
ad Secundin. lib. 7. cap. 27.* & Eucher. *in* Gregor
comment. cap. 2. lib. Geneſ. quod antea Eucher
ſenſerat Niſſenus. *lib. 2. de anima cap.* Nyſſen
6. Ex omnibus Diuum Gregorium lo- Gregor
co citato audiamus. *De origine ani-* Magn
*ma inter Sanctos Patres requiſitio non
parua verſata eſt; ſed vtrum ipſa ab
Adam deſcenderit, an certè ſingulis de-
tur incertum remanſit, eamque in hac
vita inſolubilem faſſi ſunt eſſe quæſtio-
nem; grauis enim eſt quæſtio, nec va-
let ab homine comprehendi; quia ſi de
Adam ſubſtantia anima cum carne na-
ſcitur, cur non etiam cum carne mori-
tur? Si vero cum carne non naſcitur,
cur in ea carne, quæ de Adam prolata
eſt, obligata peccatis tenetur? Sed
cum hoc ſit incertum, illud incertum
non eſt, quia niſi ſacri baptiſmatis gra-
tia fuerit renatus homo, omnis anima ori
ginalis peccati vinculis eſt obſtricta.*
Ore Auguſtini locutum Gregorium,
& quod ille ſenſerit ſenſiſſe apparet.
Vnde illi noui Theologi, qui Augu-
ſtinum ob id carpũt, Gregorium quo-
que ſugillant. Quanto melius Mal- Maldonat
donatus author haud ijs paulò me-
lior, qui de huiuſmodi cunctatione
Auguſtini ſic cenſuit. *Homo*, inquit,
in ſuſtinẽdo iudicio miræ prudentiæ; nec
enim iudicium ſuſtinere vitio verti

poteſt,

Digitized by Google

poteſt, cum graues dubitandi rationes occurrunt. Eiuſmodi autem eſſe probanr ij Theologi, de quibus ait c. 11. ad finem Bellarm. *ſunt qui in eadem dubitatione adhuc perſeuerandum eſſe velint.* Bellarm. Equidem de creatione ſingularum animarum non ambigo, qui eam teneo, & confirmo immortales eſſe, ac ſingulas à Deo creari, & corporibus infundi. Sed aio, difficile admodum poſſe ratione naturali cum ea propagine peccati conciliari; imo audeo dicere, nec illam hactenus à noſtris Theologis eſſe clarè, & ſine controuerſia conciliatam, qui dum facilè argumentum illud ſolui exiſtimant, penè integram difficultatem, & ſolidam relinquunt; quare vt videant minus à ſe eſſe profectum quam putant, volo rationes ſoluendi, quas excogitauerunt, afferre, & confutare, rem poſtea accuratiſſimè examinare, & veras, & germanas traductionis peccati, quoad eius fieri poterit, rationes ad mentem Auguſtini, Gregorij Nyſſeni, & Gregorij Magni, Eucheriique producere. Multum quippe hac in quæſtone ſtudij me poſuiſſe confirmo; cuius nec pœniturum Lectorem, qui attentè conſiderare, quæ à me dicenda ſint, velit, recipio.

CAPVT XIV.

Varij traductionis Peccati originalis, & argumenti Pelagiani ſoluendi modi afferuntur, & examinantur.

PRimus eſt quorundam Recentiorum, à quibus ego Romæ illum audiui, qui dicunt peccati tranſmiſſionem fieri à voluntate Dei; quod ne coincidat cum hæreſi *Buceri*, qui ait Bucerus Deum eſſe authorem peccati originalis, ita explicant. Deum ſuo pacto ita cum Adamo ſtatuiſſe, vt ſi pareret præcepto, iuſtitiam ad poſteros tranſmiſiſſet, ſin minus peccatum tranſmiſſurum. Itaque voluntate Dei fieri, vt ſinguli homines peccatores naſcantur; nec tamen Deum authorem peccati fieri, qnia ſcilicet vult vt naſcantur in ſtatu, quo Adam peccauit contra præceptum. Verum hæc ſententia, nec vera, nec tuta eſt, nec modũ explicat. Singula breuitet oſtendo. Vera non eſt, quia homo non poteſt conſtitui peccator per voluntatem Dei, neque voluntas Dei libera eſſe poteſt cauſa peccati, nec velle libere ſine aliquo effectu creato, & ipſo in rerum natura poſito; cum actus libet in Deo totus ſit in reſpectu ad effectum creatum; vt egregiè demonſtrat Vaſquez 1. *p. d.* 82: *cap.* 2. & rurſum 1.2. *d.* 202. *cap.* 3. Vaſq Vnde ſequitur ſi Dei voluntas conſtituit hominem peccatorem, aliud ineſſe oportere homini, quod peccatum ſit. Nam ſine illo actus ille in Deo liber eſſe non poteſt. Vnde hic modus dicendi verus non eſt. Quod autem non ſit tutus ſequitur. Nam vel iſta voluntas Dei ponit aliquid in homine, vel non; ſi ponit; ergo eſt cauſa illius peccati; ſi non ponit, homo eſſet peccator per ſolam voluntatem Dei, quod vtrumque eſt erroneum; ergo ſupereſt probandum Tertium, ſcilicet hoc modo non tolli difficultatem, quia peccatum originale verè, & propriè hominibus ineſt, at ille actus liber volunratis Dei extrinſecus eſt hominibus, atque adeo ineſſe non poteſt. Debet peccatum illud contrahi voluntate humana virtualiter in Adæ voluntate contenta; at voluntas Dei non eſt humana, nec in ea peccatum eſt, nec peccati cauſa eſſe poteſt, nec peccatum propagatur communicata voluntate Diuina, ſed traducta natuta; quia illud peccatum eſt peccatum naturæ. Tandem voluntas Dei non vult, imo odio habet peccatum, quomodo ergo etit cauſa peccati, imo ipſum peccatum, quod maxime odit, & euertit? Itaque modus hic ineptus eſt.

Secundus eſt, quem affert Bellarminus, & facilem dicit lib. 4. de amiſſ. Bellarm

gratiæ

Digitized by Google

gratiæ, & ſtatu peccati cap. 11. & 12. eumque authoritate D. Anſelmi, D. Thomæ, Scoti, & Durandi confirmat: ac eiuſmodi eſt. Animam non trahi ab Adamo, quaſi ab Adamo fiat, vel ex Adami anima fiat, ſed tamen eſſe partem hominis, qui verè trahitur ex Adamo; non eſſe autem neceſſarium, vt anima fiat ab Adamo. Cum igitur homo generet hominem, vndecunque tandem anima exiſtat, & hominis generatio Adamo competat, hoc ſatis eſt, vt homo ab eo dicatur maculatus peccato. Demum addit, non multũ ad cauſam intereſſe vtro modo anima fiat ad contrahendum peccatum, cum nc in generationibus quidem beſtiarum animæ non fiant ex propagine, quaſi pars animæ traijciatur in prolem cum pater ſolum præbeat ſemen, quod eſt ſuperfluum alimenti, & mater miniſtret menſtruum ſanguinem, qui itẽ eſt ſuperfluum alimenti, & neutrum pars animantis, atque adeo parentes non animent ſuarum prolium fœtus, ſed tantum ad animalitatem materiã diſponant, & facta huiuſmodi ratiocinatione concludit in cap. 12. *Itaque ſiue animæ fiant ex propagine, ſiue inſpirentur à Deo, non poteſt reddi commodior, & expeditior ratio traductionis peccati, quàm ſit ea, quam aſſignauimus, quia videlicet quicunque per carnalem generationem concipiuntur, verè ſunt Adæ filij. Proinde nulla cauſa eſt cur propter originale peccatum de animarum creatione amplius dubitemus.*

Non putaram Bellarmino hunc dicendi modum placiturum; nec tam facile ſibi perſuaſurum eo difficillimam quæſtionem ſolutum iri, & quæ Diuo Auguſtino tantum negotij faceſſiuit, eam leuem nobis, imo & inanem redditurum. Miror autem hominem acutum, & doctum minus in phyſiologia circa virtutem ſeminis, & beſtiarum generationem vidiſſe, ac multo magis pronuntiaſſe nihil facere ad traducem originalis culpæ traducem animæ, contra quod Auguſtinus, Gregoriuſque, & maximi authores cenſuerunt; quare examinanda ſunt omnia, ac primum ventilanda ſolutio. Ea vt candidè dicam, fluxa eſt. Imprimis nemo dubitat, hominem eſſe, qui contrahit peccatum Adami, & ex eo contrahere, quia generatur ex Adamo, ſed quæ ſit ratio contrahendi in homine dubitamus. Nam in hominem tranſmitti peccatum non poteſt, niſi aut per animam, aut per corpus, aut per vnionem; nihil enim ſupereſt aliud. Accepto corpore non traducitur culpa, quia corpus capax non eſt, ergo per corpus non traducitur; anima ſi fiat à Deo per creationẽ caret peccato; quando vnitur, & incorporatur nihil in ſe recipit à generante, nihil à corpore, imo corpus ab ea accipit ſenſum, motum, & vitam; vnio nihil ponit in extremis, cum ea ſupponat tantùm extrema, & colliget inter ſe, non ergo communicat culpã, quam potius deberet ſupponere. Præterea vnio iſta, aut eſt materialis, aut ſpiritualis; ſi materialis capax non eſt culpæ, ſi ſpiritualis, tenens ſe ex parte animæ non contrahit ſecum peccatũ, quod non eſt in anima. Vnde ergo venit peccatum, ac vt dicebat Iulianus *Per quam rimam intrat peccatum?* Subiectum quidem peccati conſtat, quod eſt homo genitus ex Adamo, ſed quæ ſit ratio contrahendi peccatum, non apparet, atque adeo corruit argumentum Bellarmini, & manet integra Pelagiana difficultas. Iulianus

Hæc quoad ſoluendi modum, qui certè non ſatisfacit rimanti rem oculis Dialecticis, quibus vti voluit Bellarminus, cum Auguſtinus ab ijs ad Fidem prudentiſſimè appellaret; quod autem Bellarminus addidit ad contemptum difficultatis, in eo ipſe minus profecit. Duo ſumpſit, alterum animas beſtiarum non fieri ex traduce; nec attingi à generante, quòd tantum materiam diſponat ad formam. Alterum rationem huius eam eſſe, quod generans ſemen ſolum producat; non partem animæ in prolem transfundat; vtrumque autem eſt alienum à vera phyſiologia, nam ſi verum eſt illud primum, certe non differt generatio bruti à generatione hominis, imo & anima bruti non educitur de potentia ma-

ma-

materiæ, quod ſic probo. Eo differt generatio bruti à generatione hominũ, quod hæc ſolum tendit ad vnionem inter partes compoſiti diſponendo materiam, & vniendo tantum, non producendo formam, illa vero producendo formam in materia, & vniendo materiæ; ergo in generationibus brutorum producitur forma materialis à Generante. Aſſumptum antecedentis eſt commune, & latè demon-
Conimbri Auerſa ſtrant Conimbricenſes *in 2. lib. de anima quaſt.* 3. & Auerſa *tom. 2. philoſoph. q. 57. de anima rationali ſ.* 3. tenetque
Toletus Toletus 3. *de anima tex.* 20. *qu.* 17. & quidem animas materiales propagari, & produci ex ſemine à generantibus
Ariſtot: manifeſtè docet Ariſtoteles *lib. 2. de generatione animalium cap.* 3. dubitat autem de rationali, de qua vtinam eius mens conſtaret, vti apud Platonem conſtitit, cum quo Theologi, & qui mentem tollere humo potuerunt Philoſophi omninò ſenſerunt; locum Ariſtotelis citat Toletus proxime citatus. Propriè vero produci animas materiales ab agentibus naturalibus oſtenditur ex eo, quod illæ in potentia materiæ continentur, ab eaque educuntur; ad id verò ſufficit virtus naturalis agentis, quæ communis ſenten-
Conimbr Toletus D. Thom tia, & ratio eſt apud Conimbricenſ. 2. *de anima qu.* 3. & Toletum 3. *de anima cap.* 19. *&* 20. docentque D. Thomas
Scotus 1. *p. q.* 45. *art.* 5. & ſępè alias, & Scotus *in* 1. *diſt.* 37. *& in* 4. *diſt.* 12. cum Scholis; quæ in eo ſolum diſſentiunt, quod Scotica vult, vt immediatè à ſubſtantijs generantium, Thomiſtica ab accidentibus vicarijs producantur. Opinio autem, quam ſequitur Bellarminus attribuens Deo productionem formarum ſubſtantialium inſolens eſt, & quæ vix vllum habeat, ſi Paulum
Areſius Areſium excipias, Authorem; quamquam ne is quidem author eſt, ſed tolerator opinionis; nam *lib. 1. de generatione qu.* 20. *ſ. 4. d.* 5. ait *non eſſe improbabilem*. Itaque oppoſitam, quæ noſtra, & communis eſt, certam omnino putat Auerſa *tom. 2. q. 37. ſect.* 5. ſed hęc philoſophis relinquo. Alterum bre-
Ariſt: uiter expedio cum Ariſtotele *lib. 2. de generatione animalium cap.* 3. vbi propoſita quæſtione. *An omnis anima producatur à virtute ſeminis? reſpondet: produci præter intellectiuam, quæ aduenit de foris, ideſt extrinſecus*, & ita ex eo
tradit Toletus *lib. 3. de anima c. 5. tract.* 20. *qu.* 17. In quo phyſici, & medici penè omnes conueniunt, licet differant in modo, quo ſemen operetur, qua de re infra commodius agemus. Quod ait, ſemen excrementum eſſe ex alimento relictum, de eo, etſi dubitari poteſt, cum non omnino conſtet earere anima, damus id modo nolit eſſe ex reiectaneis, cum ad generationem ordinetur, & partes habeat tenues, & ſubtiles, & ſpiritibus vitalibus abundet, quos ſecum vehit, & tranſmittit in ſemen matris, qui etiam in medicorum ſententia actiui ſunt, & ad productionem formæ materialis concur- Toletus
runt; qua de re Hurtadus *d. 2. de gener. ſeſſ.* 6. & Arriaga *diſp. 2. de gener. ſeſſ.* 6. Hurtado Arriaga
& Ouiedus *de generatione controu.* 2. *punct.* 7. & Auerſa *q.* 50. *de anima veget. ſ.* 8. & accurate Conimbricenſes Ouiedus Auerſa Conimbr.
lib. 1. de gener. cap. 4. qu. 28. nec oportet ſemen eſſe partem animantis, vt ſit inſtrumentum virtutis actiuę, nec opus eſt, vt partem animæ transfundat, ſed ſufficit, vt accidentia, & diſpoſitiones ſecum ferat impreſſas ab anima, quæ ad aliam animam materialem, de his quippe loquimur, & agit Bellarminus diſponant. Quomodo autem hoc, & quatenus conducat ad generationem humanam compoſiti, in quo forma creatur, paulò poſt dicemus, & noui aliquid dicemus.

Poſtremam nunc refuto, ex quo Auguſtini cũctationi detrahitur, quam prudentem eſſe ſtatuo cum Maldonato ſupra citato, nimirum non multum iuuari, vel illuſtrari traductionem peccati, ſi animæ ex traduce propagentur, atque adeo parum id ad quæſtionem intereſſe, vt ait Bellarminus *l.* 4. *c.* 11. *&* 12. contra quàm Auguſtinus, & Gregorius, Eucheriuſque putarunt. Ecquis enim non videt, ſi anima ex anima Patris fieret, multo fore intellectu faciliùs, cum anima tranſire qualitates, & affectiones animæ, quem-

admodum

admodum tranſferunt corporis; cum ſit corpus ex corpore; notius hoc eſſe exiſtimo, quam vt perſuaderi argumentis debeat, nam cum peccatum originis fuerit in anima, & voluntate Adami; ſi hæc anima, & voluntas per traducem ad poſteros eat, quocunque ea, ſecum vehet peccatum; nec opus erit inquirere, vnde peccatum, & quomodo tranſmittatur? cum tranſmittatur anima, quæ peccauit? cum præſertim ſit peccatum naturę, quod cum natura transfunditur, naturæ autem præcipua pars ſit forma. Non eo hęc dico, quod ita fiat, ſed monſtro, ſi ita fieret, cum traduce animæ fieri traducem peccati; nec etiam affirmo in anima Adami iuſtificata ineſſe potuiſſe peccatum, quod transfunderet; cum iam eſſet omnino remiſſum; ſed tantum oſtendo, quodcunque illud tandem ſit, vnde peccatum contrahitur, id ſi ſit in anima multo facilius ab ea per traducem ad aliam animam eſſe tranſiturum; quod autem, & quomodo tranſeat, partim iam ſuperius diximus, partim inferius dicemus. Manet ergo adhuc in via Bellarmini integra dubitatio.

Vaſquez Supereſt via tertia, quæ videtur cõmunis; quam iuit, & aperuit Pater Vaſquez *in* 1.2.*d.*133.*c.*1.2.*&* 3. & habetur multo expeditior. Vt eam ſtatuat altius, & à capite orditur Vaſquez. Sumit primò iuſtitiam originalem ex pacto Dei cum Adamo, ſi perſeueraret iuſtus, ad poſteros tranſmittendam; ſi ſecus, minimè. Secundò: cauſam traducendi peccatum originale non eſſe facultatem naturalẽ generandi, quæ ſola conditio eſt, ſed debitum iuſtitiæ, & ſanctitatis, primo parenti, tãquam capiti pro poſteritate commiſſa. Tertiò: rationem peccati originalis in priuatione huius ſanctitatis, & gratiæ conſiſtere, vt vidimus. Tum affirmat: *Animam ſimul, ac corpori infunditur, ex eo maculari, quòd carere debet iuſtitia commiſſa Parenti Adamo; atque adeò verè ipſa omnino priuari, & peccatum, ſeu defectum naturæ contrahere*. Hinc colligit duo. Alterum: hominem, qui non generetur per ſeminis Adæ propagationem cariturum peccato, nec enim incurrere priuationem iuſtitiæ Adamo commiſſæ, & ſibi debitæ: alterum, peccatum originale contrahi à poſteris, & ſanè poſt remiſſionem illius in parentibus, nam hæc remiſſio non facit debitam iuſtitiam amiſſam, quę ſemel amiſſa ex illo pacto, non debetur. In hanc ſuam ſententiam trahit Scotum, & D. Thomam, imo & Bedam, & putat rem eſſe confectam. Suarez Idem fermè ſentit Suarez in 1.2.tr.3. d.9.ſect.2.n.13. Equidem quæ Vaſquez colligit, de iis cum eo conſentio. Diſſentio autem in eo, quod caput eſt, in cauſa, & nego eam eſſe rationem contrahendi originale peccatũ, quam Vaſquez adducit; & quidem primum aſſumptum de pacto commiſſæ Adamo iuſtitię, quod Auguſtini, cuius apud me ſancta ſunt, & rata placita, principium eſt, admitto. Secundum, & tertium, quod nec Auguſtini ſit, nec ſit opinor verum, conſtanter excludo; atque vt à tertio, quod eſt iugulum cauſæ, incipiam. Nego rationem peccati originalis in priuatione iuſtitiæ, & gratiæ commiſſæ Adamo ſitam eſſe. Idque breuiter, ſed rotundè probo. Primò. Priuatio illa iuſtitiæ, & gratiæ eſt pœna peccati, ergo non eſt peccatũ; antecedẽs patet, quia in pacto inſtituto poſſeſſio illius iuſtitiæ haberet rationem pręmij ad meritum, & carentia illius pœnæ ad demeritum; ergo vti illius poſſeſſio non eſſet meritum rectè agentis, nec amiſſio demeritum peccantis. Vno verbo: commiſſa iuſtitia præmium fuit obedientiæ, ergo amiſſio fuit inobedientiæ pœna. Secundo. Si priuatio commiſſæ iuſtitiæ eſſet ipſum originale peccatum, ſequeretur per baptiſmum non omnino remitti. Remittitur autem, ergo falſum eſt aſſumptum. Probo conſecutionem; quia per baptiſmum non reſtituitur iuſtitia originalis, quæ Adamo fuit commiſſa; cum nec integritas, nec innocentia, nec pax, nec concordia partium animi reſtituatur, quæ erant in commiſſa iuſtitia, ergo ſi illius priuatio

uatio eſt peccatum originale, nunquam hoc ex integro remittitur. Vno verbo: peccatum originale prorſus tollitur, illa priuatio non prorſus tollitur, ergo ea nequit eſſe peccatum originale. Tertio; priuatio illa commiſſæ iuſtitiæ fuit volita, & probata à Deo, ſed Deus non poteſt velle, nec probare peccatum, ergo illa priuatio non fuit peccatum; minor, & conſequentia tenent, maior patet. Nam ſi in pactum venit illa priuatio à Deo, ſuppoſita inobedientia volita, probata, imo & executioni mandata fuit. Quarto: illa priuatio non fuit voluntaria Adamo, ergo non fuit culpa. Antecedens conſtat, quia priuatio illa eſt malum, & pœna, ergo non eſt obiectum voluntatis; nec dicas indirectè volitam, quod ſequebatur ex culpa; & qui voluit obiectum culpæ voluit pœnam; eſt enim hoc falſum; nam qui vult peccatū, etſi videat pœnam peccati, & peccet, non idcico vult indirectè pœnam, imo directè vult peccatum, & indirectè non vult pœnam, cum pœna non ſit obiectum voluntatis ſub ratione pœnę; quam vel peccatores oderunt, cum peccant.

His argumentis tertium Vaſquij aſſumptum quaſſatum corruit. Nunc ſecundum propriè euerto; & probo non contrahi originale peccatum per illam priuationem iuſtitiæ. Illa priuatio iuſtitię, vti pœna non habet rationem peccati originalis, nec quatenus carentia, nec quatenus priuatio, ego nullo modo eſt originale peccatum. Antecedens ſic oſtenditur, quoad primam partem; quia ſi Deus conderet hominem in ſtatu puræ naturæ, hic homo careret iuſtitia, & gratia, & tamen non contraheret peccatum, ergo carentia illius iuſtitiæ non eſt peccatum. Quoad ſecundam partem ſuadeo, quia eſſe debitam illam iuſtitiam cauſat tantum priuationem, & pœnam præciſè, non culpam; nam debitum fundatur in bono, & priuatio ſupponit aptum, ergo non facit culpam priuatio debiti, ſed pœnam; Innuit quidem priuatio rationem peccandi, ſed extra ipſam priuationem; hæc autem ratio eſt culpa, non autem priuatio, cuius eſt cauſa. Deinde ſupponitur falsò à Vaſquez eam iuſtitiam eſſe debitam, & illius carentiam eſſe peccatum; quia illa iuſtitia fuit data pro poſteris ſub conditione operis, ſi ſequeretur; ante opus, non erat debita; eſſet autem debita poſito opere, quod inferret debitum, quod nullum eſſe potuit, ante illud poſitum; quòd autem homines tunc erant apti ad habendam gratiam, cum fuerunt expertes peccati, non ideo gratia illis debita erat. Præterea illa priuatio iuſtitiæ originalis præciſè, vtcunque debitæ, non inuoluit odium, & iram Dei in creaturam illa carente, ergo ea præciſè non eſt peccatum. Patet antecedens, quia ſi Deus animam conderet in iuſtitia, & poſtea illam ex mera ſua voluntate ad naturæ ſtatum reduceret priuaret illam iuſtitia, quam ante habuerat, ſine odio tamen & citra iram, ergo in illa priuatione non eſt ratio peccati. At opponet Vaſquius illam priuationem eſſe ſpoliationem ex mera voluntate Diuina; & nulla ſuppoſita ex parte creaturæ culpa, vel cauſa voluntaria, at vero illam poſterorum Adæ, cauſam in eius peccato habuiſſe. Sed retorqueo.

Igitur cauſa odij diuini non eſſet priuatio. ſed cauſa eſt quærenda; vnde ſequitur peccatum non eſſe priuationem, aut in priuatione. Imo addo; niſi ſit culpa in cauſa priuationis, priuationem ipſam non poſſe eſſe obiectum odij, & indignationis diuinæ: imo potius fore miſerationis, quod perſona habens illam priuationem careat dono debito ſibi, niſi aliunde culpam contraxerit. Tandem peccatum originis eſt peccatum naturę, & conſtituit nos filios naturæ, & generatione contrahitur, quod eſt proprium compoſitis non vnius tantum partis, præſertim animæ, quæ ſi ſit à Deo per creationem, à Deo, qui gratiam nō confert, erit peccatū, niſi cauſa priuationis ſit in homine, imo prior erit ira Dei, quam peccatum hominis, quia quando Deus creans animā non con-

confert illi gratiam, ideo non confert, quia odit illam naturam ob Adæ peccatum; ergo odium antecedit priuationem ipſam, proindeque Deus odit cauſam priuationis non priuationem, & ſanè illa priuatio eſt in anima; nec deſcendit ad corpus, quod non eſt capax gratię, nec dicitur priuatum gratia; vnde enim poteſt eſſe peccatum naturæ, cum natura corpus includat; debet igitur eſſe peccatum, quod etiam tranſeat ad corpus, & partes ſenſitiuas, & animales, in quas poteſt quadrare ratio participata, & denominatio peccati, quam doctrinam ſequitur ipſemet Vaſquez *in* 1.2.*d*.72 *&* 73.*&* 103.& ait illam ſe à D.Thoma *q*.20.*&* 74. accepiſſe; proindeq; fatetur non modo in ſenſualitate, & appetitu interno, ſed etiam in membris, & facultatibus externis eſſe malitiam ſumptam ex obiecto, & deriuatam à voluntate. et ſic manifeſtè affirmat d.103. c.4. & dat membris exterioribus denominationem peccati; ac eò D. Thomam, vel pugnantem conatur adducere; quare neceſſe eſt peccatum, non conſiſtere in priuatione gratiæ, & iuſtitiæ, nam eius ſubiectum corpus eſſe non poteſt, atque adeo nec denominationis peccati, ſi ſit priuatio iuſtitiæ, nam quod non eſt capax formæ, nec priuationis eius eſſe poteſt, vt manifeſtum eſt. Hoc modo Vaſquio refutato clauſi ſunt aditus ad euadendam difficultatem propoſitam, & patet eam ſummam eſſe, dignamque Auguſtini cunctatione; cuius certè ingenio, & iudicio iniuriam facimus, ſi in qua illa ſoluenda laborauit, nos eam facilè ſolui poſſe arbitremur.

Vaſquez D.Thom:

CAPVT XV.

De origine animæ inquiritur, & via ad traducem peccati originalis aperitur.

GRauiter dixit Auguſtinus lib. 1. de ordine cap.8. *duas eſſe præcipuas in philoſophia quæſtiones, vnam de anima, alteram de Deo.* Neque in philoſophia ſolum, ſed etiam in Theologia capitales, tum ipſemet, tum alij authores noſtri Catholici diſputando probarunt; atque ſecunda omiſſa, de qua conſtat totius Theologiæ, ac Philoſophiæ fontem eſſe, ac de prima ad rem noſtram agendo, nemo qui de originali culpa diſſeruit, non prius de animæ origine diſceptauit. Itaque ipſe Auguſtinus acerrimus poſt Paulum originalis peccati, & baptiſmi aſſertor originem animæ diligentiſſimè inquiſiuit. Infinitus eſſem, ſi omnes locos percurrerem. Indico præcipuos. *lib.10. de Geneſ. ad litt. Epiſt.28. ad Hieronym. &* 157 *ad Optatum. &* 4. *libris de origine animæ ad Vincent. Victorem, & Renat.. & lib.2. Retract. cap.*56. quę imitati ſunt Stapleton. Bellarm. *lib.*4. *de amiſſ. grat. & ſtatu peccati. cap.* 11. *&* 12. & Vaſquez *in* 1. 2. *diſput.* 133. *num.*1.

S.Auguſt.

Auguſt.

Stapleton. Bellarm. Vaſquez

Errorum circa animam rationalem primus fuit eorum, qui cum Auerroe vnum tantum *in lib.2. Ariſt. de anim. tex.* 11. in omnibus intellectum ponente, vnam in omnibus animam hominibus poſuerunt. Contra quos Lateran. Concil. tertium ſeſſ.8. ſingulas ſingulis eſſe definit. Alter: duas in vnoquoque animas eſſe rationales, qui Manichæorum fuit, quem damnauit 8. Synod. General. *act.* 10. *can.* 11., Tertius Galeni *lib,*3 *de locis affect. cap.*6. *& lib.*1. *de eo, quod mens animæ temperamentum ſequatur,* eſſe temperamentum primarum qualitatum; quæ abſurda eſt, niſi fortè aliud voluit,

Auerroes

Lateran: Conc 3.

Manichæi Synod. gener 8

Galenus

Toletus luit, qua de re Toletus *lib.2.de anim.*
Conimbr: *tex.11.q.1.* & Conimbricenſes *tract.*
de anima ſtpar.d.1.ar.2. qui eum cer-
tè à ſuſpicione erroris non liberant.
Quartus, non eſſe corporis formam,
Plato ſed extrinſecus aſſiſtere, quod ſentit
Themiſt. Plato referente Ariſtotele *lib.2.de ani*
ma tex.11. cui conſentit Themiſt. *lib.*
2.de anim.c.2. qui putant animam in
corpore eſſe, inſtar nautæ in naui.
Contra quem eſt definitio Concilij
Concil. Viennenſis, & Clementina 1. & 3. de
Vienn: ſumma Trinitate, & fide Catholica c.
Concil. Later: vnico. & Concil. Lateran. ſub Leone
X. ſeſſ. 8. Quintus eſſe ſubſtantiam cor
Tertullian poream, in quo fuit Tertullianus *lib.*
Apollina: *de anima*, & Apollinaris *in hiſtoria*
tripart.lib.7.cap. 11. contra quem eſt
decretum Lateranen. 1. ſub Innocen-
tio III. *& cap. extra de ſumma Trinit.*
& fide Catholica cap. firmiter. Sextus,
eſſe mortalem, qui eſt diſtinctus error
nam Tertullianus, & Antropomor-
phitæ, etiam crediderunt Deum eſſe
corporeum, non tamen mortalem, &
Caſtro obſeruat diſtinctionem Caſtro V. Ani-
ma. Septimus eſſe materialem, &
Epicur. cum corpore interire. Hic fuit Epi-
Saducæi cureorum, & Saducæorum, & Plinij
Plinus *lib.7. Nat. hiſtor. c.15.* De Ariſtotele am
Ariſtotel: Conc: Lat bigitur. Damnatur hic error à Conc.
Conc. Vié Lateranenſi 3. ſeſſ. 8. & Viennenſi ſub
Clemente V. habetur Clementina
tertia de Trinitate, & fide Catholica.
Octauus eſſe poteſt Palinganeſia, ſeu
tranſmigratio Pythagorica, quæ ab-
ſurda eſt, & indigna homine philo-
ſopho, quam rectè, vti fabulas Poe-
Conimbr. ticas, narrando cenſent Conimbri-
cenſes *in lib.2.de anima q.7.art.1.*

Sunt hi errores longius poſiti; ad
propriores accedo. Dato animam
eſſe vnã, & in ſingulis ſuam ſpecialem,
immortalem, formam corporis. Erra-
Gnoſtici runt primo Gnoſtici, & Manichæi di-
centes fieri ex Dei ſubſtantia, & Car-
Carpocr pocrates apud Irenæum *lib.1. aduers.*
hæret. cap.24. Manichæi, & Priſcillia-
Manich Irenæis niſtæ apud Conc. Brachar. 1. *c.5.* à quo
Concil: Brach huiuſmodi error damnatur. Et à Leo-
Leo I. ne I. Epiſt. 91. cap. 5. Errarunt ſecun-
Meſſalian do Meſſaliani, qui maiori temeritate
& errore dixerunt Angelos eſſe autho-
res animarum, vti narrat Hiſtor. Tri-
part. lib.7. cap.44. & quidem ineptè;
cum Angeli cuſtodes noſtri ſint, non
autem Creatores. Errarunt tertio
ex ijs, qui ſenſerunt condi à *Deo*, Ori-
genes, Priſcillianus, & alij ſentientes
ante corpora creari animas, & pro
meritis ſeorſim factis in corpora de-
trudi; quos condemnant Concil. Bra-
char. 1. *cap.6.* & Leo 2. *epiſt. ad Turib.* Con. Brac Leo
& optimè refellit eos Auguſtinus *lib.* Augug.
de origine Anim. & Epiſt.28. ad Hie-
ron. & Cyrill. Alexand. *lib.1. in Ioan.* Cyr. Alex
cap.9. argu.23. impugnat. Errarunt
quarto Rabbini nonnulli, quibus per-
ſuaſum fuit omnes animas ſimul fuiſ-
ſe cum Angelis creatas, ſed ſuis tem-
poribus ſubinde venire in corpora, ſeu
ſponte ſua, ſeu miſſas à *Deo*; de quo
errore ſcribit. Hierony. Epiſt ad Mar- Hierony
cellinum, & Anapſychiam, quę eſt 27.
inter Epiſtolas Auguſtini, & ipſe Au-
guſtinus epiſt. ad Hierony. 28. quem Auguſt
librum alij dicunt cap. 5. eum errorem
ſtultum Hieronymus vocat; & aſſe-
rentium argumenta ſoluit Auguſtinus
Epiſt. ad Hierony. cap.6. & 7. & D. D: Thom
Thomas *prima parte quæſt.118. arti-*
cul.3.

Reſtant duæ ſententiæ ambæ negã-
tes animas fieri ante corpora; ſed affir-
mando tamen maximè diuerſę. Prima
quæ aſſerit animas ex traduce eſſe, &
vnam ab alia fieri, & omnes ex vna
Adę anima propagari. Secunda quę
affirmat animas creari ſingulas de no-
uo à *Deo*, & in corpora infundi, ſed à
generantibus vniri. Inter has duas
ſententias Auguſtinus conſtitutus, vtra Auguſt:
earum vera eſſet? dubitauit, tum quia
non videbat in ſcripturis locos pro al-
terutra expreſſos, tum quia contractio
originalis peccati, quæ per generatio-
nem fit difficiliter cum animarũ crea-
tione ſeorſim à *Deo* facta videbatur
cohærere; quæ ratio eum tenuit, ne
Hieronymo creari eas ſingulatim ſen-
tienti prorſus aſſentiretur; quod ille
ingenuè fatetur Epiſtola illa 28. *cap.*
8. & 21.22.23. & lib.10. de geneſ. cap.
23. & in libro 4. de anima ad Renat.
& Petr. & Victor. & lib.2. retract. c.56.
vbi diſertè affirmat, & excuſat *cuncta-*
tionem

tionem ſuam. Cunctantem Auguſtinum ſecutus eſt D. Gregor. Magnus Epiſt. ad Secundinum, quæ eſt in Regiſtro Epiſtolarum *lib.* 7. *cap.* 27. & D. Eucherius *in comment. cap.* 2. *lib. Geneſ.* quemadmodum de vtroque refert Bellarminus *lib.* 4. *de amiſſ. grat. & ſtatu peccati cap.* 11. ac de Eucherio Toletus *lib.* 1. *de anim. qu.* 4. *in propoſit.* & Caſtro *verbo anima*, & Vaſquez *d.* 133. *cap.* 1. qui cum Auguſtino adiungunt.

D. Greg. Magn. — D. Euch. — Bellarm. — Toletus — Caſtro — Vaſq.

Non ſum aut dubius, aut cunctator, ſed certus, & alacer ſecundam de ſingulari animarum creatione amplector, de qua infra dicam, & ſecundum illã de traduce peccati ſtatuam; nam hæc celebratur in Eccleſia, & Schola; nec fas eſſe puto ab ea diſſentire. Idque iam ſupra ſum teſtatus. Verum in gratiam Auguſtini, & Gregorij, & Eucherij de doctrina Catholica benè meritorum; & quia video, facilè in ſecunda ſententia de traduce animarũ, & expeditè currere traducem peccati originalis, expendere volo illius momenta, & inſpicere, an improbata, & damnata ſit, quod ſentiam vulgò male audire, & communiter reprobari.

Illud in primis affirmo. Sententiã, quæ ponit traducem animæ ex corpore, quaſi ſemen eius corporeum ſit, & illa corporea, & conſequenter mortalis, omnino hæreticam eſſe. Deinde iudico non omnes, qui ex traduce animam eſſe tenuerunt, illam caducam, & mortalem poſuiſſe, cum non ex corpore, ſed ex anima duci poſſe animam exiſtimarunt; atque hoc fortaſſe ſenſu locutus Tertullianus lib. de anima, quam ob rem ait Auguſtinus *lib. de hæreſ. cap.* 8. non fuiſſe proclamatum Tertullianum, vti obſeruat Caſtro V. *hæreſis* et Toletus *l.* 1. *q.* 4. *in* 4. *Propoſit.* 5. *At circa errorem Tertulliani*; quod autem Tertullian. hoc ſenſu loqui potuerit, animaduertit Caſtro Verbo *anima*. Sed quicquid ſit de Tertulliano certum eſt Auguſtinum ſpecialem traducem poſuiſſe, cum de traductione, & propagatione animarum dubitabat; nam cum eam ſemper ſpiritum, incorpoream, & immortalem Catholicè dixiſſet, non potuit illius originem in ſemine corporeo conſtituere; idque tum ex perpetua illius de animæ immortalitate doctrina, tum ex ſingulari quodam loco apparet; id eſt Epiſt. 157. in qua taxat Authores propaginis animarum his verbis. *Itaque illi*, inquit, *qui propaginem animarum inconſiderata temeritate defendunt*, & prolata Tertulliani ſententia; ait, *quo quid peruerſius dici poteſt?* nempe Tertullianum cum faceret animam corpoream, ex ſemine illius propaginem affirmare debere; cumque corpus ſit corruptibile, & caducum eiuſmodi animam fore neceſſe eſſe, vtrumque ergo ſenſum Auguſtinus vidit. In altero culpauit Tertullianum, in altero damnauit. Hoc ergo ſic accepto: animam trahi ab anima, ſpiritum à ſpiritu vtrum ſit damnata, conſideremus.

Tertull. — Auguſt. — Caſtro — Toletus — Caſtro

Hanc igitur ſententiam de traduce animarum, per ſemen à parentibus deciſum, vt quemadmodum corpus à corpore, ſic anima propagetur ab ab anima, ſeuere condemnat Magiſter *in* 2. *diſt.* 31. poſita diſerte vtraque de traduce peccati originalis, animæque ſententia; ſic enim ait. *Putauerunt quidam ſecundum animam trahi originale peccatum, non ſolum ſecundum carnem, ſed & animam ex traduce eſſe arbitrati ſunt. Sicut enim in generatione prolis de carne paterna ſubſtantiali trahitur caro, ita & de gignentis anima animam geniti eſſentialiter deduci ab his exiſtimabatur; ideoque ſicut de corrupta carne caro corrupta ſeminatur, ita & de anima peccatrice anima peccatrix corruptione originali infecta ab illis tra bi dicitur. Hoc autem fides Catholica reſpuit, & tanquam veritati aduerſum damnat, quæ non animas, ſed carnem ſolam, ſicut ſuperius diximus, ex traduce eſſe admittit.* Quæ cenſura manifeſta eſt; & directè cadit ſuper opinionem ponentem traducem animæ ex anima. D. Thomæ id iudicium eſt; Nam *prima parte q.* 118. *artic.* 2. docet *animam non poſſe fieri ex ſemine, ſed neceſſario creandam eſſe, & hæreticum iudicat contrà ſentire.* Itaque concludit

Magiſt. — D. Thom.

Digitized by Google

dit in fine corporis articuli. *Anima cum ſit immortalis ſubſtantia non poteſt cauſari per generationem, ſed ſolum per creationem à Deo; ponere ergo animam intellectiuam à generante cauſari nihil eſt aliud, quam ponere eam non ſubſiſtentem, & per conſequens corrumpi eam cum corpore, & ideo hæreticum eſt dicere, quod anima intellectiua traducatur cum ſemine.* Manifeſtius adhuc quam Magiſter *hæreſim* appellauit illam de propagine animarum opinionem, quam *à fide reſpui* dicit Magiſter, & quam aduerſam veritati affirmat. His duobus Authoribus Scholaſtici hanc opinionem communi conſenſu

Bellarm. vti *erroneam* explodunt, & huic cenſu-
Conimbr. ræ ſubijciunt, teſte Bellarmino *lib. 4. de amiſs. grat. cap. 11.* & Conimbricenſes *de anim. q. 3. art. 2.* aiunt *ſententiam de creatione ſingularum animarum eſſe omnino certam, nec Chriſtiano Philoſopho de ea dubitari fas eſſe.* Eamque Hiero-

Hierony. rony. in Apolog. ad Pammach. *Eccle-*
S. Thom. *ſiaſticam* vocat, & oppoſitam D. Thomas iterum 2. contra Gentes cap. 86. *errorem* appellat; & in qu. de potent. qu. 3. art. 9. dicit eſſe *damnatam*, quos

Toletus duos locos Diui Thomæ citat Tolet. in quæſt. proœm. qu. 4. in propoſitionibus. At minimè citat locum primæ partis, in quo *Hæreticam* vocat. Recentiores, qui de anima ſcribunt, penè omnes qui hanc controuerſiam exactè tractarunt, cenſuram minimum erroris ſententiæ de traduce animarũ

Auerſa impingunt. Vti ſunt Auerſa *qu. 57.*
Ouiedus *de anima rationali ſ. 3.* & Ouiedo *contr.*
Conimbr. *1. de anim. punct. 2.* qui cum Conimbricenſibus citant cap. Moyſes 32. qu.

Leo 2. & Leonem *in epiſt. ad Euſebium*, &
Conc: Br: Concilium Brach. cap. 6. & Latera-
Conc Lat: nenſe ſub Leone X. cap. 8. & Vien-
Con Vien. nenſe ſub Clemente V. relatum Clement. 5. de Trinit. & fide Catholica §. porro, & cap. firmiter de ſumma Trinitate inter Epiſtolas Sophronij in Cõcilio Conſtantinop. 5. act. 11. citatis à Conimbricenſibus tr. de anim. ſeparat. d. 1. art. 5. & magno numero Patrum; quos more ſuo adducunt, vt probent animam rationalem eſſe ſpiritualem, & immortalẽ, perinde ac ſe haberet eſſe ex traduce, & eſſe corporeãm, & materialem, quod ego in ijs diligẽter obſeruaui. Imo & P. Vaſquez vir Vaſq.
ſanè acutus, & circumſpectus, & qui res accuratè perpendit *in 1. 2. d. 133. cap. 1.* nihil differre arbitratur inter ſententiam, quæ affirmat animam educi de potentia materiæ, & illam quæ aſſerit eſſe ex traduce, vtraque enim propoſita ſine vllo examine ait. *Quæ duæ ſententiæ manifeſtè contra fidem Catholicam ſunt, cum definitum iam ſit animam rationalem immortalem eſſe, & ex traduce, vel ex materia non fieri, ſed à Deo ex nihilo creari.* Manet itaque de communi omnium Theologorum calculo hanc ſententiam de traduce animarum ex ſemine, errorem eſſe; & cauſam eſſe, quod ex ea ſequatur animam eſſe corpoream, & materialem. Itaque et patet cenſura, et cauſa cenſuræ. Vnum tantum inueni authorem, qui inter hæc accuratè diſtinguat, et errorem contra fidem eſſe neget; atque adeo liberet à nota

hæreſeos. Is vero eſt Pater Alphon- Alphons. à Caſtro
ſus à Caſtro *lib. 2. aduerſus hæreſes.* verbo anima in 4. errore; vbi longa inſtituta diſputatione inter alia ſic. *Hinc ergo colligere hoc vnum valebimus, hanc aſſertionem Tertulliani, & Apollinaris, ſi aliquis ſit ſacræ ſcripturæ locus apertus aut Eccleſiæ definitio, cui repugnare oſtendatur, eſſe hæreſim cenſendam: ſi autem nullus ſcripturæ locus, aut Eccleſiæ definitio in hac parte reperiatur, cui repugnet, etſi non ſit hæreſis appellanda, dicetur tamen error.* Non vidit illum,

opinor, Author, locum Diui Thomæ D. Thom.
1. p. q. 118. ar. 2. vbi *hæreſim* vocat; nam ex loco eiuſdem l. 2. contra Gentes c. 86. quem contra eam citat, deducit eſſe *errorem*, fortè dicturus *hæreſim*, ſi alterum locum vidiſſet.

Sunt tamen in oppoſitum nonnulla argumenta, quæ afferam. Primum Auguſtini, quod ſupra tetigi, dubitatio, quæ vt eſſet de ſe abſurda, & damnationi obnoxia; certè tunc non erat damnata, nec proſcripta. Sed ſi ex ea ſequitur mortalitatis, & corruptionis conſequentia, parum vidit Auguſtinus, quem illa latuit. At vidit

Augu-

Auguſtinus, aliquid intereſſe inter opinionem Tertulliani, & ſuam; cum Tertulliani damnauit, & peruerſam epiſt.157. dixit;poſtquam eam temeritatis accuſauit. Intererat autem multum; quòd Tertullianus ex anima corporea trahebat corpoream,cui mortalis annexa eſt conditio, & Auguſtini cogitatio erat, an illa anima cum ſpiritus eſſet,poſſet animam ex ſe propagare:ideſt ſpiritus ſpiritũ. Secundum,nõ videbatur Auguſtino tã certa illa conſequentia: corpus eſſe, & mortale eſſe,quòd per traducẽ eſſet; quia fortè nõ duxit impoſſibile ſpiritũ poſſe eo modo produci; vel enim repugnabat ex eo,quod eſſet ſpiritus,vel ex eo quod eſſet ſubſtantia ſpiritualis; neutrum autem apparebat Auguſtino; nõ primum, quia intellectus eſt ſpiritus, & tamen producit conceptus; & conceptus ſunt ſpiritus, & tamen producunt habitus ſpirituales; deinde nõ ſolũ intra ſe immanenter, ſed etiam in alios tranſeunter agunt;eum Angelorum locutio in probabili ſententia fiat producendo, aut ſpecies ſpirituales, vt putat Richardus *in 2. diſt. 9. art.2.q.1.* quemque non pauci Recentiores ſequuntur, aut conceptus ipſos, & intellectiones, vt opinatur Scotus *ib.d.9.q.2. §.ad quaſtionem iſtam. & §. ad vberiorem.* De ſecundo maius dubium, ſed tamen nõ videbatur implicare contradictionem, quod vna ſubſtantia ſpiritualis aliam ex ſe producat; idque breuiter ſuadeo, nam ſi eſt poſſibilis materia ſpiritualis,ex hac erit tradux, & propago ſpiritualis, vti eſt ex materia corporea; eſſe autem poſſibilem multi nobiles Theologi putant, vt Alexander, Diuus Bonauentura, Richardus,Aureolus apud Suarez in *metaph.d. 13.ſect. 14. num. 5.* & alij authores, apud eundem; cum ijs ſenſit Bubalus de Angel.*qu.5.artic.2. quaſito 2.difficultate 2.§.1.*Ouiedo *in phyſicis controu.4. puncto 3.* & Arriaga *d.1.de anim. num.168.* qui negat euidenter demonſtrari de facto animam noſtram non eſſe compoſitam ex materia ſpirituali, num.178. Dato autem eſſe poſſibilem, poterit anima ex ea componi, qua ratione indicauit Auguſtinus *lib.7.de Geneſi ad litteram cap.6.* dum ſic ait. *Sicut caro etiam habuit materiã, ſcilicet terram,de qua fieret, vt omnino caro eſſet. Sic fortaſſe poterit & anima antequam ea ipſa natura fieret, qua anima dicitur habere aliquam materiam pro ſuo genere ſpiritualem, qua nondum eſſet anima, ſicut terra de qua caro facta eſt, iam erat aliquid quamuis non erat caro.* Idq; dicere quoſdam refert D. Thomas *1.parte q 90.art.2.ad 1.* quorum ſententiam refutat, ſed non ſugillat;quia hæc compoſitio nihil nocet immortalitati; nec item officit creationi, cum materia traducatur ſine diſpendio creationis. Quis enim neget materiam primam traduci, ex propagatione? ecquis autem affirmet eo amittere creationem, & generari? qua ratione Arriaga proximè citatus nu. 178. id non iudidat improbabile. Si autem non eſt impoſſibilis iſta materia; non monſtratur impoſſibilis productio ſubſtantiæ ſpiritualis à ſubſtantia ſpirituali, cum ſit inter vtramquè proportio. At non creabitur anima à Deo ſolo? video id ſequi, ſed non videbat in ea re Auguſtinus impoſſibilitatem, aut periculum:non primum, quia cum primò anima eſſet à ſolo Deo creata, & cum hac virtute agendi, ac ea in creando à ſolo Deo pendeat, ab hoc eſſet virtus omnis creationis. Præterea materia tota à Deo primò creata eſt,ac idcirco ſemper dicitur creari cum traducitur: ita ſuo modo Anima ſemel creata ſemper eſſet creata, & cum traduceretur non produceretur. Et hoc ſatis eſſe ad ſuſtinendam creationem Animæ Rationalis fatetur Bellarm.lib.4. cap.11.Non ſecundum,quia fides noſtra tantum docet animas eſſe ſpirituales, & immortales, hoc autem ſaluo, quod ſemper ſaluum habuit Auguſtinus, nullum videtur periculum errandi contra fidem. Quid? quòd nobilis Ieſuita Theologus Arriaga *d. 1.de anima.ſect.11.num.314.* affirmat non implicare, quòd creatura poſſit creare, nec quòd vna anima rationa-

lis,

Ricard

Scotus

Alexand
D Bonau.
Richard
Aureol
Suarez

Bubal
Ouiedo
Arriagã

Auguſt

Arriaga

Arriaga

lis producat animam; & ait hanc productionem, nihil detrahere immortalitati. Vnde non ſequitur, ex hac propagatione ſpiritus tolli rationem creationis animarum, vti non aufertur ex traductione materiæ primæ. Igitur ſicut hæc cum traducatur ad omnes, eſt in ſingulis ſua, & ſingularis, & tamen creata, non genita, incorruptibilis, non caduca, atque adeo propria Dei, ita etiam diceret Auguſtinus traduci animam, & eſſe in ſingulis ſuam, nec idcirco non creatam, nec immortalem; ac proinde propriã Dei, quod vidit tandem, & faſſus eſt Bellarminus *lib. 4. de Amiſſion Grat. c. 11. §. ſed obſeruandum*. Ad difficultatem vero (quod Auguſtino obijci poterat) materiam poſſe trahi in ſemine deciſo, non autem animam, quę eſt communis Philoſophorum ſententia; reſponderet ipſe ex ſupra dictis, fortaſſe ineſſe ſemini animam, & eo inuehi ſpiritum ex ſpiritu, non deciſum, ſed infuſum; nec omnino certum eſſe ſemine carere animam. Si autem animam habeat; cur eam in Matrice non retinebit? & vrgeret exemplo ſanguinis, quem multi Philoſophi Thomiſtæ cum Caietano, &

Caietan. Conrado. Scaliger. Toletus. Hurtadus. Complut. Arriaga. Ouiedo.

Conrado, & ex alijs cum Scaligero, & Toleto animatum eſſe affirmant; vti probat Hurtadus *d. 1. de anima ſect. 6.* & Complutenſes *d. 6. de inform. anim. q. 1. à § 3.* & Arriaga *d. 1. de anim. ſeſſ. 2.* Ouiedo *controu. 1. de anima. puncto 5.* Non hæc affirmaret Auguſtinus, ſed more ſuo expenderet, & obijceret, & in medio relinqueret; vt cunctationi ſuæ probabilem rationem afferret. Ad

Conimbr.

id autem, quod aiunt Conimbricenſes *tract. de Anim. ſeparat. d. 1. artic. 6.* Diuum Auguſtinum, ſi tunc apertè intelligeret, cum immortalitate propaginem illam ſtare non poſſe, eam haud dubiè negaturum. Diceret ipſe Auguſtinus verum quidem eſſe, ſe veritatem de animæ immortalitate tenuiſſe, nec putaſſe cum ea pugnare propaginem; cuius opinionis cauſas

Bellarm.

attuliſſet. Ad aliud Bellarmini *lib. 4. de amiſſ. grat. cap. 11. in fine dicentis. Certè Sanctus Auguſtinus. Si nunc inter homines viueret, non ſolum faueret ſententiæ de ſingularum creatione, ſed etiam gratias ageret ijs, qui eam tuerentur*. Reſponderet, iam ſe tunc ſatis probabilem illam exiſtimaſſe, imo & locos contra illam ex ſcriptura ductos explicaſſe; & Diuo Hieronymo eam tuenti gratias egiſſe; ſed id tamen optaſſe, vt ea omnino proficeret ad traducem peccati tuendam, quæ ſola ratio à conſtanti aſſenſu retrahebat. Quod verò attinet ad aſſenſum, ſe, qui ſoleret momentis ſacrorum locorum duci, nullum inueniſſe, quo penitus conuinceretur, idque ipſumet Bellarminum fateri eodem cap. his Bellarm.

verbis: *quare vt Sanctus Auguſtinus diſputat in Epiſt. 28. ad Hieron. Nullus fortaſſe ſcripturæ locus inuenitur, in quo perſpicuè doceatur animas non fieri ex propagine, ſed creari*. Imo & locos, qui contra obijciuntur ſoluere ex doctrina eiuſdem Auguſtini *eod. l. 4. de amiſſ. Grat. c. 11. §. Quare*. Itaque in eadem naui ſecum eſſe Bellarminum. Quod autem Patres antiquiores contra ſentirent, id non obſtare, cum ij de traduce corporea locuti ſint; quam ipſe Auguſtinus damnat; vel de ea opinione, quæ animam in partem ſectilem, atque adeo corpoream facit. *L*eonis vero in Epiſtola ad Turibium Leo

decretum opponenti, quod ſic habet; *Catholica fides conſtanter prædicat, atque veraciter, quòd animæ hominum priuſquam ſuis inſpirentur corporibus non fuerunt, nec ab vllo incorporantur, niſi ab Opifice Deo, qui & ipſarum eſt creator, & corporum*. Reſponderet, Conimbr.

quod Conimbricenſibus eo loco vtentibus lib. 2. c. 1. q. 3. ad probandum animam rationalem per creationem à ſolo Deo produci, obijcit Pater Arriaga *diſp. 1. de anima ſect. 11. nu. 312.* Arriaga

Hoc decretum ſic intellectum vti ſonat, nimium videtur probare; & contra ipſos met Conimbricenſes, videlicet vnionem animæ ad corpus non produci ab anima matris. Nam illa vnio eſt incorporatio, quæ à Pontifice ſoli Deo hic videtur tribui. Adijceret decretum illud contra eos eſſe factum, qui dicebant animas ante corpora

con-

conditas, & in corpora, aut ſua ſpon-
te venire, aut ab Angelis induci, qui
eas conderent; quod autem ſingulæ
de nouo à ſolo Deo crearentur, id eo
decreto non contineri; nec ex verbis
deduci poſſe, quod ſi velimus, vti ſo-
nant accipere, intelligemus æquè
corpora, ac animas creari, cum dicat
Leo, *Animarum eſt creator, & Corpo-
rum.* Itaque is erit ſenſus verborum,
vt Deus ſit creator, & incorporator
animæ cum corpori infunditur, non
ante, cum nec Angelus illam, aut ip-
ſa met anima ſe incorporet. De modo
autem non agit, an creet, an tradu-
cat cum de incorporatione loquatur,
quod hæc omnino fit ab homine cum
Deo, vti cauſa vniuerſali operante.
Pręterea non coegiſſe hoc teſtimo-
nium Leonis Gregorium Magnum,
qui poſt illum fuit ad dubitationem
de traduce animæ deponendam; nec
ergo Auguſtinum coacturum.

At perſuaderet Auguſtino Canon
Conc. Lat. Lateranenſis Concilij ſub Leone X.
ſeſſ. 8. qui ſic: *Damnamus*, inquit, *&
reprobamus omnes aſſerentes animam
intellectiuam materialem eſſe, & hoc in
dubium vertentes; cum illa non ſolum
per ſe, & eſſentialiter humani corporis
forma exiſtat, verum & immortalis,
quod manifeſtè conſtat ex Euangelio.*
Quod item definitum eſt Clementina
1. de ſumma Trinitate, & fide. Ve-
rum facilè admitteret hæc omnia Au-
Auguſt. ſtinus, qui id ſemper docuerat; roga-
retque, vbi mentio eſſet de traduce,
aut propagine, ex qua interitus ani-
mę ſequi diceretur? aut quomodo
Concilium vetando nequis aſſereret
eſſe mortalem, vetuerit etiam ne quis
ex traduce ſpirituali trahi diceret, cū
nihil horum ſit in Concilio? Itaque
immortalem, & incorpoream ratio-
ne illa ſtatui à Concilio, vlterius quic-
Vaſq. quam non ſtatui. Ac exemplo Vaſ-
quij ſui germani diſcipuli, luminis
Theologiæ Ieſuiticæ, Auguſtinus forte
vteretur, qui non vult loco illo tam
expreſſo definiri animam omnino na-
tura ſua eſſe immortalem; ſed tantum
immortalem eſſe more creaturarum,
non Dei; qua de re cum ipſo expoſtu-
lat Arriaga *diſp. 1. de anim ſect.* 1. ad- Arriagā
ducto æmulo Suario, qui Vaſquium, Suarez
ob id reprehendit. At Vaſquez illa d.
182. tuto dicit illud *natura ſua* nō eſſe
in Concilio. Itaque reſponderet, di-
cendo animam rationalem; imo &
Angelum eſſe creaturas, atque adeo
defectibiles ex ſe, ac proinde à Deo
in nihilum redigi poſſe, quo ſenſu
negare ſe animam eſſe natura ſua im-
mortalem; cum non eſſet Deus, qui
hoc tantum modo natura ſua, & ſim-
pliciter eſt immortalis, cum nulla poſ-
ſit ratione perire; ſed creatura à Deo
pendens eſt, ac niſi ab eo conſerue-
tur, & teneatur prorſus peritura. Cen-
ſuram autem D. Thomæ facilè vita- D. Thom.
ret occurrendo, illum perſpicuè dam-
naſſe hæreſeos opinionem ex traduce
corporea ſeminis, vti aſſertio art. 2. q.
118. in principio corporis habet. *Re-
ſpondeo dicendo, quod impoſſibile eſt vir-
tutem actiuam, quæ eſt in materia, ex-
tendere ſuam actionem ad producendū
immaterialem effectum.* Agit enim de
virtute inhærente materiæ, & ra-
tio, quam adhibet idem omnino con-
tinet, ex eo quod virtus ſeminis eſt
ab anima, vti eſt actus corporis, &
vt ineſt corpori, ideſt ab ſpiritu; *in
operatione autem illius*, infert, *non
communicat corpus*. Vnde conſtat non
veniſſe in mentem D. Thomæ cum il-
la dictabat Magiſtri ſui, & Parentis
ſui *Auguſtini*, cuius eſt anima, *cun-
ctationem* de animæ origine damnare.
Rurſum ſolum Lombardum mirare-
tur, quod ille expreſsè traducem ſpi-
ritualem animæ ex anima cum poſuiſ-
ſet, eam grauiſſima cenſura affeciſſet;
idque eo magis miraretur, quod vi-
deret illum altius, quam oportebat
peccatum originale inipſammet carnē
impreſſiſſe; ait enim in 2. d. 30. lit. g. Magiſter.
*Quid ergo originale peccatum dicitur?
Fomes peccati, concupiſcentia, vel concu-
piſcibilitas, quæ dicitur lex membrorū,
ſiue languor naturæ.* Et paulo poſt
contra imitationem Pelagij. *Omnes
enim vnus homo fuerat, ideſt in eo ma-
terialiter erant, manifeſtum eſt itaque
omnes in Adamo peccaſſe, quaſi in maſſa.*
quæ ſane quomodo intelligeretur cor

Digitized by Google

cepta niſi in animā peccatum eſſet; in qua maſſa Anima *materialiter* quodammodo eſſet; & ad finem. *Patet omnes ſecundum corpora in Adamo fuiſſe per ſeminalem rationem*. Itaque peccatum naturæ corporeę immergit, imo & adhuc altius infigit *diſ.* 31.*S.*2.*&* 3. quo nomine à Diſcipulis, à quibus vti Magiſter colitur, ſugillatur, vti videre

Bellarm. eſt apud Bellarminum *lib.* 5.*de amiſſione gratia cap.* 15. quo iure viderint, cum illum vindicent, Stapletonus de peccato originali libro primo, & Vaſquez in 1.2.d.132.c.4.

His opinor rationibus, & alijs ingenio tanto dignis cunctator ille Africanus ſuam cum Gregorio, & Eucherio cunctationem defenderet, & ita ſe ab ea calumnia liberaret. Vno Verbo totam illam à RR. fabricatam machinam euerteret. Aliud ſe eſſe credere traduci animas aliam ex alia. Aliud eſſe corporeas, & mortales. Itaque omnino negare eſſe corporeas, & mortales; ſpiritus eſſe, & incorruptibiles aſſerere; dubitare tamen, an cum tales eſſent, ex traduce ſpirituali propagari poſſent, quod non indicaret ob traducem immortalitatem periclitari; & occaſionem dubitandi eſſe, quod non ſatis appareret, qua via peccatum originale, cuius anima propriè ſedes eſt, in animam, ſi non eſſet ex propagine, tranſiret? verum quia Auguſtinus in quibus de anima diſceptauit locis, æquè propenſus in alteram de creatione ſingularum animarum ſententiam fuit, & modum ſignificauit, quo retenta illa ſententia originale peccatum venit in animam, quam ſuo loco afferemus, noſque creari animas de nouo cum communi doctrina, non ex traduce fieri ſentiamus, neceſſe erit aliam viam traducendi peccatum excogitare, quod iam poſt diuturnam commentationem præſtamus.

CAPVT XVI.

Supponuntur nonnulla ad notitiam traducis Peccati neceſſaria, & ad illud perducendum ad animam rationalem accuratè via munitur.

NVlla magis quæſtio torquet ingenia, quam tradux peccati, remota traduce animarum, & ſtatuta ſingularum creatione, in animam? Hanc rimam, quia non inueniebant naturali ratione, Pelagiani contractionem peccati negabant, imitationem aſtruebant. Auguſtinus oſtium in Fide reperiebat, & contractionem culpę fatebatur. Videbat rationis naturalis imbecillitatem, ſed animos ei Fides faciebat. Vtra opinio vera eſſet, ſiue traducis, ſiue creationis, contrahi verè peccatum aſſeuerabat. Nos igitur cum eo admiſſa vera, & communi *Eccleſiæ* ſententia, ſingularum creationis animarum, traduci à parentibus ad eas originalem culpam probemus.

Proponamus primò difficultatem. Anima rationalis cum ſit ſpiritualis, & immortalis creatur à Deo, à quo ſuū eſſe accipit independenter à materia. Igitur quando fit à Deo, & creatur, peccatrix non fit. Tunc fit Peccatrix quando materiæ vnitur, quæ actio eſt generatio, non creatio, & eſt à cauſa ſecunda cum concurſu cauſæ primæ ordinario: vnde traductio culpæ fit per generationem à cauſa ſecunda: quæ eſt partialis cauſa vnitionis, & culpæ tranſmiſſionis, totalis. Nunc quęſtio eſt: quomodo Anima illa creata pure, & nullatenus creata Peccatrix, Peccatrix momento fiat contracta culpa? Generans quippe non attingit animam, ſed tantum vnionem quæcunque illa demū ſit: vel abſtrahendo

ab

ab vnione, vniat animam duntaxat corpori. Atque adeo nulla in Anima intrinſeca fiat mutatio phyſica. Cur ergo fiet moralis contrahendo peccatum? Nec ſatis eſt dicere Peccatum illud eſſe priuationem Gratię: nam præterquam quod hæc eſt pœna, & effectus peccati, vti ſupra oſtendimus: iſta priuatio vti eſt peccatum, non incurritur per creationem, ſed per generationem: alioqui non contraheretur ex parentibus, nec eſſet peccatum naturæ, & Deus eſſet author peccati; quomodo ergo iſta priuatio, quæ eſt peccatum per vnitionem incurritur, quæ nihil ponit in anima: & cur Deus odit animam vnitam, tanquam peccatricem, cum animas parentum, qui ſunt baptizati ob peccatum, quod traducunt, non oderit, & ſi ſint in gratia eos prorſus amet, ac diligat? Certe aliquid hic eſt præter priuationem gratiæ originalis, quod propriè contrahatur, & traducatur: nec enim priuatio contrahitur, aut traducitur.

Videamus ergo quid ſit in Parentibus, quando generant, & quid ſit in generatione vitioſum, & radix traducti peccati. Hæc eſt ſine dubio concupiſcentia, & libido in ipſo actu generandi, & in tranſmittendo ſemine: quam ideo Auguſtinus cum *D.* Paulo *Peccatum* dicit: & Sanctus Thomas appellat *Materiale Peccati*. Inſpiciamus *ſemen*. Inueniemus radicem peccati. Cum ſemen ſit vehiculum virtutis generatiuę, & concupiſcentiæ, cuius eſt, & effector, & receptaculum. In eo quippe continetur principium generatiuum, & infectiuum materiale. Sed contra, quia ſemen eſt excrementum, & inanime teſte D. Thoma: & communi authorum ſententia: quare non tanta vis in ſemine eſſe poteſt, vt penetret, & inficiat. Præterea dato, quod ſit Animatum dum cohæret corpori generantis, cum deciditur amittit animam. Denique conceſſo, & non eſſe excrementum, nec inanime, quomodo poteſt immittere ſuam illam morbidam qualitatẽ in Animam rationalem ſpiritualem, & immortalem, & quæ nullo modo ſit ex ſemine, quod ſolam materiam ſubminiſtrat? Supereſt igitur integra difficultas. Ad quam tollendam dico me negare ſemen eſſe excrementum cum nonnullis authoribus, & affirmo animari, dum eſt in corpore illud mittentis. Idque vna, & altera ratione confirmo. Prima eſt, quia ſemen eſt ſanguis ſubtilior, & defœcatior, & plenus ſpiritibus vitalibus, & ordinatur ad nobilem finem generandi, & conſeruandi ſpeciem naturæ, à qua ad propagationem ordinatur. Secunda eſt, quia excrementa ſunt onera, & ſordes, à natura grauata deiecta ob nullum aliũ finem, niſi vt iis exoneretur. Ea & retenta vexãt, & eiecta leuant, ſed non cum voluptate, & delectatione. At ſemen intenditur à natura, & ſeruatur: nec grauat collectum, & emiſſum afficit voluptate. Quod ſi interdum natura eo oppleta ſe exonerat, id non idcirco facit, quod excrementum ſit, ſed quod ſit nimium; & in tanta copia pro anguſtiis receptaculi nequit ſeruari. Accedit ratio moralis. Si enim excrementum foret, cur non poſſet emitti ſine peccato? In quo quæſo alio excremento emittendo peccatur? Imo peccabitur aliquando, niſi eiiciatur. At vero ſemen etiam natura eò vergente vt expellat, ſi eiiciatur, in eo ſemper peccatum committitur.

Dico ſecundo, Animam rationalem eſſe natura ſua, & eſſentialiter formam corporis illum omnino reſpicientem, & cum eo vnum quid per ſe intimè componentem. Aſſumptum eſt de Fide. Ita definiuit Concil. Viẽnenſe ſub Clemente 5. & habetur Clement. Ad noſtrum. de ſumm. Trinit. & Fide Cathol. ac rurſum in Concilio Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 8. idq; ratione naturali probat D. Thomas 1. *p. q. 76. art. 1.* vnde ſequitur naturaliter eſſe propenſam ad corpus: vt ſuo modo ſit quędam aptitudo formalis ad materiam, ſicut materia ſimpliciter eſt aptitudo materialis ad formã: vti aiunt Conimbricenſes *tract. de Anima ſepar. diſput. 2. art. 1.* Adeo vt ſtatus ſeparationis minime illi ſit conſentaneus,

Concil. Vienn.

Concil. Later. D. Thom

neus, & in eo ad materiam propendeat, & vergat. Quemadmodum do-

D. Thom Abulenſ: D:Auguſt: ecet D. Thom. *1.p.q.76.art.1. ad 6.* & Abulenſ. *in 22.cap.* Matth. *q.222. ad 4.* Vnde docet D. Auguſtinus *lib. 12. de Geneſ.ac lit.cap.35.* Animæ ſeparatæ ineſſe naturalem, quendam appetitum adminiſtrandi corporis. Ex quo

Scotus Scotus opinor, *in 4.d. 43 q. 2. art. 3.* circa tertiam propoſit. *& d.5. q. 2. in reſponſ. argumen.* hauſit ſententiam, quam ibi pulchrè contra Platonem, & Origenem tuetur illos acutè, & acriter impugnans, quod ſenſerint Animas in pœnam addictas eſſe corporibus. Imo ipſemet Scotus quodl. 9. ait, & probat Animam ſeparatam, nonnulla perfectione carere, quam habuerat in corpore: quam perfectio-

Caietan nem Caietan. *1.2.q.4. art. 5.* extenſinam appellat: eamque admittunt in

Conimbr Anima vnita corpori Conimbricenſes d.2.art.3. qui ibidem aiunt Animam ſeparatam deſiderare in quocũque ſit ſtatu etiam Beato reunionem ad corpus, quod eſſentialiter forma ſit, quod perſpicuè docet D. Thomas *1.p.q.76.art.1. ad 6.* Vnde Ferrarienſi proximè citato viſum probabiliter eſt Animæ ſtatum extra corpus eſſe vio-

S. Thom: lentum. Certè S. Thomas *lib.1.quaſt. 118.art.3. & 4.contra Gent.cap.79.* ex eo item refutat errorem Platonis, Origenis, & aliorum dicentium Animas ante corpora fuiſſe creatas, quod il-

Auerſa lè ſtatus ſolitarius eſſet contra naturam animæ. Idque placet Auerſæ *q.*

Arriaga *69.de Stat. Anim.ſepar.ſect.1.* & Arriagæ *de Anima.d.10.ſect.2.* quamuis enim per accidẽs perfectius habeat, quoad operationes, per ſe tamen melius eſt in ſtatu coniunctionis: cum ei ſit naturalis, & in eo conquieſcat.

Dico tertio. Anima rationalis vnica tantum eſt in ſingulis; non plures. Hæc

Philopon Paul.Ven Quint:Bonioan eſt contra Philopon.2. de Anima tex. 91. & Paul.Venet. in ſum.de Anima, & Quint.Bonioan.lib.de princip. nat. ſ.2. cap.5. qui Platonem ſecuti tres in homine ponunt Vegetatiuam: Senſitiuam: Rationalem; quod videant hominem creſcere, ſentire, intelligere: vti plantæ, & animalia creſcunt, ac ſentiunt per animas diſtinctas, & D: Thom

corporeas. Sed nos cum Diuo Thoma *1.p.q.76.art.3.* & Scoto *in 2. d.15. q.5.* & Scholis, & communi ſententia quam ſequitur Suarez *in Metaphyſ.* Suarez

diſ.15.ſ.10. & lib.1. de Anima.cap.6. & Toleto *lib.2.qu.7.* & Hurtado *d.1.ſ.4.* et Dondino *digreſſ.8.* et Auerſa *q.46. de Anima ſ.4.* et Arriaga *Phyſ. d.3. ãn. 1. & d.1.de Anima ſ.2.* quæ item eſt Eccleſiæ doctrina, tenemus vnam duntaxat eſſe in homine animam rationalẽ: quæ illa tria munia obit: quòd cum ſit altioris ordinis illa ſupplere, optimè poſſit. Et quidem in mea ſententia quæ tenet nullam poſſe eſſe formam materialem, et corpoream, quam ſtatim propono, ſtat tradita de vna Anima veritas. Egregie vero demonſtrat vnius animæ veritatem in homine contra Platonem D. Thom. *1.p. qu. 79.a.3. & 4.* Toleto Hurtado Dondino Auerſa Arriaga

Dico quarto. Anima corporea, et materialis ſecundum ſe nulla, aut eſt, aut eſſe in homine poteſt. Imo nec forma vlla, et actus informans ſubſtãtialis. Nouum hoc, et inſolens in Scholis videbitur, ſed ſi me audiant Philoſophi, planè ferent. Imprimis illud diu eſt quod ſentio, Corpus phyſicum præciſè nihil aliud eſſe, quàm materiam quantam, ideſt affectam ſua quantitate. Quare eſſe corporeum non poteſt præſtari à forma ſubſtantiali. Alioqui forma eſſet ſubiectum alterius formæ: nam quæcunque forma compoſito materiali, et corporeo adueniat illud manet in eadem ratione corporis, ac eiuſdem ſpeciei; ſi autem eſſe corporeum à forma, aut recedente, aut veniente acciperet, variaret profeſſo ſpeciem, et indueret corporeitatẽ ſuę formę, niſi forte omnes formæ quas dicunt materiales, et corporeas, conueniunt in vna ſpecie infima corporeitatis, quam contrahunt; quod ſi Scotus quem tamen maior philoſophantium pars teſte Arriaga diſ.3.phyſica deſerit, formam Corporeitatis admiſit, poſuit eam in materia prima, ac illius inſeparabilem comitem fecit. At non fecit ſingulas formas corporeas ſua indiuidua, et

pro-

propria corporeitate affectas. Sin dicamus in vnaquaque forma, verbi gratia lapidis, aut ligni eſſe dimidiam formam corporis, et dimidiam talis corporis, ideſt lapidis, aut ligni. Igitur quicquid eſt corporis à materia, et ſubiecto eſt, non ab actu, et forma. Prætereà non capio quomodo Anima quę dat vitam, ſenſum, et motum, et eſt actiua, et actus, poſſit eſſe materialis, et corporea, quæ ſane pugnant cum illis effectibus; nam materia per ſe nec viuit, nec dat vitam, nec ſenſum, nec motum, nec quantitas quę eſt accidens brutum, et inerſ:ct materię adhæret, eamque corpoream, diuiſibilem, et menſurabilem facit. Itaque nego eſſe aliam rationem materialem, et corpoream præter materiam primam, et quantitatem. Vnde conuincitur eſſe materiale, et quantum, hoc eſt corporeum eſſe extra rationem formæ, vti forma eſt. Quod autem nulla forma, quæ eſt Anima, et dat qualemcunque vitam corpus ſit probatur ex D. Auguſtino *lib.10. de Geneſ. ad litter. cap.25.* cuius argumento id ſtatuit Diuus Thomas *1.p.q.75. art.1. in corp. Anima quæ eſt principium vitæ non eſt corpus, ſed corporis actus: ſicut calor qui eſt principium calefactionis nõ eſt corpus, ſed quidam corporis actus.* Et rationem adduxerat paulo ante quæ noſtram confirmat ſententiam. *Manifeſtum eſt,* inquit, *quod eſſe principium vitæ, vel viuens non conuenit corpori ex hoc quod eſt corpus: conuenit autem eſſe viuens, vel etiam principium vitæ per hoc quod eſt tale corpus.* Quod vero attinet cæteras formas non eſſe per ſe corpora ex eadem ratione partiali adducta à Diuo Thoma monſtratur, quia omnis forma eſt actus corporis, non corpus.

Nec obijcias. Corpus, & ſpiritum contra diuidere genus ſubſtantiæ; atque adeo vtrunque eſſe ſubſtantiam: nam niſi eſſet ſubſtantia corporea per formam corporeã, nulla corporea, & materialis forma eſſet, omnis alia ſubſtantia præter materiam primam eſſet ſpiritualis, & non ſoli Angeli, & Anima rationalis eſſent ſpiritus, quod eſt omnino hæreſis. Reſpondeo enim illam diuiſionem ſubſtantię in corpoream, & ſpiritualem eſſe bonam, & adæquatam: & nihil noſtræ officere ſententiæ: nam illæ formæ materiales non ſunt ſpiritus, qui prorſus carent partibus, nec ſunt capaces proprietatum, & effectuum corporis: adeo vt neque per ſe, neque per aliud ponantur in ratione materiæ, & corporis: & omnino ſint indiuiſibiles. At illę formę etſi ſecundum ſe abſtrahant à ratione corporea, & materiali, induunt tamen eas quando inſunt materiæ quantæ, et fiunt cum ijs materiales, et corporeæ, quod ſatis eſt vt nõ ſint ſpiritus. Quemadmodum materia prima ſecundum ſe non eſt quanta, nec eſt corpus, nec eſt diuiſibilis, nec menſurabilis, et tamen non eſt ſpiritus: vti nec etiam ſunt ſpiritualia illa accidentia, quæ ſenſibilia ſunt, nec ſunt tamen, aut materia, aut quantitas, aut corpus. Itaque illæ Animæ, illæ formę ſubſtãtiales vegetantes, et ſenſitiuæ nõ ſunt vel materia, vel quãtitas, vel corpora: nec ideo tamen ſunt ſpiritus. Prætereà educuntur de potentia materiæ in qua continentur, et ab ea dependent: quod non quadrat in formam rationalem: quæ cum ſit penitus ſpiritualis nõ cõtinetur in ſinu materiæ, nec ab eo educitur: nec eſt capax alicuius proprietatis, et effectus materiæ. Quare vti diuidimus, et quidem rectè accidens in materiale, et immateriale, corporeum, et ſpirituale, cum accidens per ſe, nec ſit materia, nec corpus, quia ſequitur naturam corum, et ab ijs accipit affectiones materiales, & corporeas, ita optimè diuidimus ſubſtantiam in corpoream, & ſpiritualem, & ſub corporea formas, irrationales comprehendimus, quia hæ ita ſe accommodant naturæ materiæ, ac corporis, vt participent affectiones materiales, & corporales: qua ratione in potentia materiæ continentur.

Dico quintò. Anima rationalis nullatenus præſtat materiæ gradum corporeum: nec illum vllomodo præſtare poteſt. Hoc item videbitur nouum,

uum, ſed mihi eſt indubitatum. Quia cum Anima rationalis ſit in genere, & gradu omnino contrario, ideſt ſpiritu, cui omnino repugnat ratio corporis, quomodo poterit communicare gradum Corporeum? Et patet; quia ſi communicaret illum, communicaret per modum Formæ: ſed ipſa non eſt corpus, ergo non poteſt communicare gradum corporeum. Euidens eſt iſta conſequentia, nam cum forma non diſtinguatur à ſuo effectu formali, ſi effectus formalis Animę Rationalis eſt corporeus ipſa eſt forma corporea: quod eſt impium affirmare. Si autem dicas habere eminenter rationem corporis. Nego quia nihil in alio eminenter continetur, quod cum eo pugnet, & illi contrarium ſit. Ecquis enim dicet, calorem continere eminenter frigus; & nigredinem albedinem: aut vt metaphyſica ſequamur, Rationale continere eminenter Irrationale? Vnde in diuinis vna relatio aliam nequit continere, quia directè ſunt oppoſitæ; eſſentia autem continet omnes, quia non ijs opponitur.

Dico ſextò. Anima Rationalis ſupplet quidem, ac ſupplere poteſt, & debet effectus vtriuſque animæ, & vegetatiuę, & ſenſitiuæ. Patet ex dictis, quia cum hi effectus non includant rationes corporeas, & materiales non repugnant Animæ intellectiuæ habent enim rationem actus, & ſunt perfectiones, & perfectiui. Vnde apparet quo iure ſtatuerim, quartam, & quintam concluſionem: quia ſi Anima vegetans, & ſentiens communicarent rationem materialem, & corpoream, non poſſet rationalis eos effectus communicare, cum eos præſtare non poſſet. Igitur oportet, vt illi præſcindant à ratione materiali, & corporea, vt ab Anima intellectiua preſtari poſſint, ac debeant. Imo & hinc ſumitur argumentum, quod vita vegetatiua, & ſenſitiua, vt vita eſt, nõ eſt, quid materiale, & corporeum, quòd ab anima ſpirituali ſupplentur. Dixi, vt vita eſt, quia ex communicatione, & participatione rationis materialis, & corporeæ; materiales, & corporeæ fiunt, & dicuntur.

Dico ſeptimò. In fœtu humano ex quo ſemen virile in aluum accipitur, ſunt tres formæ ſucceſſiuè introductę, & ſibi vna poſt aliam ſuccedentes. Prima Vegetatiua, ſecunda perfectior, & illam continens Senſitiua: tertia perfectiſſima, & continens ambarum vim & effectum, Intellectiua. Hęc eſt ſententia Sancti Thomæ *1.p.q.118.art.2. ad 2.* quem iure pro ea citant, & ſequuntur Conimbricenſes *lib.1.de Anima. quæſt. 4. art. 2.* contra Arriagam negantem D. Thomam noſtram hanc ſatis docuiſſe, cum eam perſpicuè doceat. Quemadmodum legenti ſolutionem ad ſecundum patebit: quam opinor, minus attentè Arriaga legit, quod ei ſæpe contingit præſertim in Auguſtino, & D. Thoma. Quem alio loco volo conuincere minimè à Conimbricenſibus citato. Igitur D. Tho. *1.p.qu. 76. art. 3.* ſic. *Dicendum quod prius embryo habet animam, quæ eſt ſenſitiua tantum. Qua ablata aduenit perfectior anima, quæ eſt ſimul ſenſitiua, & intellectiua, vt infra plenius oſtendetur.* id eſt *q.118.art.2.ad 2.* Ratio noſtræ ſententiæ eſt, quia Anima rationalis poſtulat certam, & idoneã corporis organizationem, quę non niſi die 40. pro maribus, & 80. pro feminis abſoluitur, quemadmodum & Philoſophi, & Medici communiter ſentiunt, & probant erudite Conimbricenſes q.4.art.2. ad finem. Igitur ante non eſt capax Animæ rationalis. Confirmatur ex eo quod Embryo eſt, quid iners, & imperfectum, atque adeo ſatis eſt ei virtus nutritiua, & vegetatiua: quæ paulatim illo creſcente diſponit ad ſenſitiuam, donec accidente iuſta formatione membrorum illa ſenſitiua recedat, & adueniat intellectiua, quod ex Ariſtotele ingenioſè, & aptè demonſtrant Conimbricenſes. A quibus eadem ſententia validè probatur ex Decretis Sacrorum Canonum, & morali Theologorum doctrina affirmantium nec fœtuum ante quadrageſimum diem abiectionem eſſe abortum, nec interemptionem eſſe homicidium. Accedit illa omnium Scholaſticorum ani-

S. Thom.

Conimbr.

Conimbr.

Digitized by Google

animaduerſio in materia Incarnationis, quòd Anima Chriſti Domini quo momento,& primo Conceptionis ſuæ corpus formatum, & organizatum fuit, eo in illud ſtatim fuit infuſa: quod certè non magnum priuilegium foret, niſi in aliis cæterorum hominũ conceptionibus gradatim iretur ab anima ad animam, donec ad rationalem perueniretur:nam ſolius temporis acceleratio, & rationis ante debitam ætatem vſus, minus habet, & prærogatiuæ, & dignitatis. Scio aliam ſententiam probabilem eſſe: primùm introduci in Embryonem animam rationalem,eamque ſolam in homine eſſe, ſed non efficere ſua munia ſimul, ſed paulatim iuxta diſpoſitionum exigentiam, & varietatem; & diſtinctionem non eſſe Animarum, ſed graduũ eiuſdem animæ: ſed minus mihi ea placet propter rationes morales, quæ certè efficaces ſunt. Et quia video

Ariſt.

Ariſtotelem 2. *de generat. Anim.cap.* 3. hanc noſtram doctrinam de tribus ſibi in conceptione hominis ſuccedentibus animabus perſpicuè omnino tradere. Quod optimè textu producto confirmant Conimbricenſes *lib.2.de Anima q.4.art.* 1. Itaque in humano fœtu cum nutriri, ac vegetari incipit, eſt anima vegetatrix: cum accedit ſenſus recedit vegetatrix,ſuccedit ſenſitiua: qua demum, organizato ex integro ad vſum rationalem corpore, abeunte,intrat Intellectrix. Si eſt corpus maris die 40. ſi feminæ 80. quod ex lege Purificationis Leuit. 12.&Luc. 2. tradita apparet. Non tamen Animæ rationalis ingreſſus expedit ad actiones cognoſcendi vias, ſed oportet expectare tempus, quo expediantur organa, adhuc informia, & exigua, & obturata humoribus; ac proinde inepta ad huiuſmodi functiones,quarum vſus apta, & congrua inſtrumenta requirit. Vnde quidam tardius, quidam celerius, iam adulti, & mouentur, & ſentiunt, & intelligunt.

His poſitis ſequitur inter Animam rationalem, & corpus arctum quendam neceſſitudinis gradum eſſe:cum ipſa ſit connaturalis forma materiæ, & pars vna eſſentialis humani compoſiti: ſupplenſque illarum formarum effectus, quæ ſunt in poteſtate materiæ, & ex illius gremio educuntur, & magnam inter vtramque vnitam eſſe proportionem, & fidem, & qua parte Anima rationalis præſtat effectum vegetatiuæ, ac ſenſitiuæ, multum in materiæ ſinum penetrare, non quod dependeat in ſuo eſſe, ſed quod informet intimè materiam, & afficiat, vt enim ait D. Thom. 1.p. q. 66.art.1.ad 4. *Anima ſecundum ſuam eſſentiam eſt corporis forma*. Hæc autem inquit art.1.ad 2. *propter ſenſitiuam virtutem requirit organum proportionatum*. Hæc autem informatio apparet ex eo,quod actiones noſtræ vegetatiuæ, & ſenſitiuæ, ſunt ſimiles aliis aliarum animantium,quæ viuunt anima duntaxat ſenſitiua, & ſumuntur ex gradu animalis. Vnde dicit idẽ S. Doctor q. de Anim. art.11. *Anima rationalis dat corpori humano, quicquid dat anima ſenſibilis brutis, & vegetabilis plantis,& vlterius aliquid: & propter hoc ipſa eſt in homine, & vegetabilis, & ſenſibilis, & rationalis*. Vnde multi, & graues authores volunt, vt Anima rationalis non ſit ſolum virtualiter vegetatrix, & ſentiens, ſed formaliter:vti ſunt Complutenſes Diſcalceati in ſuo curſu philoſophico lib.de Anim.d.4.q.3.§.4. cum Bañez, Suar. Rubio, & Murcia, & aliis quos citant.

D.Thom

Complut.

Hinc eſt illa harmonia, & neceſſitudo inter potentias cognoſcentes ſenſibiles, Animę Senſitiuę, & intelligibiles Intellectiuæ,quæ ita inter ſe cõmeant, & cohærent, vt intellectus in hac vita, *non intelligat actu, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata*. quæ ſunt concepta verba D.Thomæ 1.p.q.85. art.5.ad 2. & clarius q.74.art.7. in c. *Reſpondeo, dicendum: quod impoſſibile eſt intellectum ſecundum præſentem vitæ ſtatum, quo paſſibili corpori coniungitur, aliquid intelligere in actu, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata. Non ſolum*,addit paulo infra *accipiendo ſcientiam de nouo, ſed etiam vtendo ſcientia iam acquiſita*. Hæc connexio

D.Thom

tran-

tranſit in neceſſitatem. *Videmus enim* inquit ibidem D.Thomas, *quod impedito actu virtutis imaginatiuæ per læſionem organi, vt in phreneticis, & ſimiliter impedito actu memoratiuæ virtutis, vt in lethargicis impeditur homo ab intelligendo in actu etiam ea quarum ſcientiam præaccipit.*

Iam vero Appetitiuæ Potentiæ, quā inter ſe nectantur, & cohæreant, & ſcimus, & experimur. Quod elegan-
Conimbr ter probant. Conimbricenſes *de anima lib.3.q.1.*& Auerſa *q.57.ſ.1.*& Com-
Auerſa Complut. D: Thom plutenſes *d.22.q.1. c.2.* ſed nemo certius, & illuſtrius D. Thoma 1.*p. q.*80. *&* 81.82.83.*&* 1.2.*q.*17.*& à q.22. ad* 40.*& q.25. de verit.* ex quo Interpre-
Vaſquez tes ad hoſce locos, & præcipue Vaſq. qui rem hanc vti ſolet accuratè, & eruditè tractauit. Eligo nonnulla ex ſolis
D.Thom. DiuiThomæ, teſtimonia. *Qu.*17.*in* 1.2. agens de actibus imperatis articulo 7. excitat quæſtionem vtrum actus appetitus ſenſitiui imperetur: & ait. *Ex parte potentiæ actus appetitus ſenſitiui ſubiacet imperio rationis: qualitas autem & diſpoſitio corporis non ſubiacet imperio rationis. Et ideo ex hac parte impeditur, quin motus ſenſitiui appetitus totaliter ſubdatur imperio rationis.* Et adiungit. *Ratio præeſt iraſcibili et concupiſcibili non principatu deſpotico, quod eſt Domini ad ſeruum, ſed principatu politico aut legali, quod eſt ad liberos, qui non totaliter ſubduntur imperio.* Quantum autem valeat vis appetitiua ſenſibilis aduerſus voluntatem, & quantum ei reſiſtat, ac noceat, & quam ſępe illam trahat, & torqueat ex doctrina eiuſdem Sancti Doctoris 1.2 *q.*23. *&* 24. & ſatis conſtat. Idem apparet ex dictis *q.*77. *&* 78. & præcipuè vis, & efficacia concupiſcentiæ proponitur ab eo *q.*82. *&* 83. Sed ibi apertè videtur, quid pars ſuperior amiſerit, ex inordinatione appetituum, vbi agit de vulneribus naturæ per peccatum originale, ideſt *q.*85. *art.*3. vnum adduco locum. *In quantum ratio deſtituitur ſuo ordine ad verum, eſt vulnus ignorantiæ: in quantum voluntas deſtituitur in ordine ad bonum eſt, vulnus malitiæ, in quantum vero iraſcibilis deſtituitur ſuo ordine ad arduum, eſt vulnus infirmitatis; in quantum vero concupiſcentia deſtituitur ordine ad delectabile moderatum ratione, eſt vulnus concupiſcentiæ.* Hæc in corpore. Ad quartum ſic. *Infirmitas communiter dici poteſt omnis paſſio in quantum debilitat robur animę, & impedit rationem.* Quę nos ex Diuo Thoma numerauimus ea latiſſimè, & accuratiſſimè ex Auguſti-
no recenſet Bellarminus *lib.7.de amiſ. grat.& ſtat.peccati cap.*9-10.*&* 11. *Eſt* autem huiuſce veritatis acerrimus vindex, & aſſertor Auguſtinus contra Pelagium, & Celeſtium, & Iulianum & ſequaces tollentes peccatum originale, & ponentes naturam intactam integram, & valentem præſertim *lib. de natura & grat. duobus libris de nupt. & concup. ad Valer. 4. libris contra duas Epiſtolas Pelag. ſex libris contra Iulian. & lib.22. de Ciuit.cap.22.& lib.1.Confeſſ.c.7.lib.8.cap.9.* & alibi ſæpe. Hanc doctrinam hauſerunt ambo ex com- Bellarm. Auguſt
muni magiſtro D. Paulo Epiſt.ad Ro- D.Paul.
man. c.6. 7. & ad Galat.5. qui præcipuus author eſt huius, quæ in nobis eſt diſcordiæ, & pugnæ, ortæ ex peccato originali diſſentientibus inter ſe partibus, vt ait Cicero, animi; vt dicunt Patres, ſuperiore, & inferiore noſtri parte; vti malunt Scolaſtici, appetitibus ſenſitiuo, & intellectiuo. Quam pugnam in homine deſcribit Paulus illis duobus capitibus 6.& 7. epiſt. ad Romanos, & Galat.5, dum in vno homine duas animi partes ſibi diſſentientes & ſecum pugnantes inducit. Quod perſpicue dixit 5. ad Galatas *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.* Carnis autem nomine intelligit appetitum ſenſitiuum, quem alibi inducit dicens *deſideria carnis*, qua ratione concupiſcentiam appellat *Corpus peccati*, & *legem Carnis repugnantem legi mentis* ideſt appetitum contrarium rationi *cuius con cupiſcentiis* non vult obedire iuſtos, *nec in eorum corpore regnare peccatum.* Deinde hos motus in appetitu inſurgenies, & alios ſimiles in voluntate excitantes, imo & vtroſque dū præueniunt rationem dicit *paſſiones fructificantes morti.* Imo et hanc ortam

ex

ex peccato concupiſcentiam legem
mortis, & *peccatum*, vocat non quod
culpa ſit, ſed quod ex peccato fuerit,
et in peccatum inclinet. A quo recta
ratio, et gratia declinat. Hinc illæ
lacrymæ, illæ diſsẽſiones: *non quod vo-*
lo bonum hoc ago ſed quod odi malum il-
lud facio. Video legem in membris meis
re pugnantem legi mentis meæ. Menti
ſeruio legi Dei. Carne autem legi peccati.
Infelix ego homo quis me liberabit de
corpore mortis huius. Gratia Dei. Quæ
certe cùm pugna, tum infelicitas ex
peccato originali nata eſt, et intra nos
eſt, ac in eadem anima ſit, quæ vtrun-
que munus ſenſitiuæ, et intellectiuæ
cũ prçſtet, formaque ſit corporis, illos
effectus, et paſſiones ratione corruptæ
per peccatum, et infectæ naturæ ex-
peritur.

Hæc autem diſcordiæ, et pugnæ
interior partis appetitiuæ ſentientis, et
partis appetitiuæ intelligentis etiam
in baptizatis, et iuſtis inuenitur: vti ex
textu Pauli manifeſte apparet: quem
Pelagius etſi olim Pelagius cum quibuſdam
Græcis Patribus nollet niſi de homine
Iudæo, ſub lege conſtituto, cuius per-
ſonam Paulus gereret, intelligi, eum-
que communẽ eſſe ſenſum affirmaret,
vti patet ex illius in Paulum commẽ-
Auguſt tario, et teſtimonio *Auguſtini* lib. de
grat. Chriſt. c. 39. quem item aliquan-
do cum minus eſſet doctus Auguſti-
nus probauit, nimirum lib. 83. quçſt. q.
66. et in propoſitionibus expoſitis hu-
ius *Epiſtolæ*, et q. 1. ad Simplicianum,
quem item ſequitur, et commendat
Armin. maxime Arminius cum quibus ſentire
maluit Lyra, & Carthuſianus, & quem
miror, Toletus, nihilominus verus
ſenſus loci eſt de homine baptizato et
iuſto quem Paulus exprimebat, et re-
præſentabat eſſe accipndum Au-
Auguſt guſtino magno authore multis in lo-
cis derelicta priori ſententia ita expo
nente ſerm. 5. et 22 de verb. Apoſtoli,
et ſerm. 43. de temp. et lib. de Contin.
cap. 8. et lib. 1. de nupt. et concup. cap.
27. et ſequent. et lib. 3. contra Iulian.
c. vlt. et lib. 6. c. 23. et lib. 1. Retract. cap.
23. et 26. et lib. 2. c. 1. et l. de Prædeſt.
Beda ſanct. c. 4. et alijs quos citat locos Beda
in comment. ad hunc locum. Sed ille
illuſtris eſt lib. 1. contr. 2. epiſt. Pelag.
c. 8. 10. et 11. vbi Auguſtinus collatis
diligenter, et expenſis accuratè teſti-
monijs rem conficit. Cum Auguſtino
ſentiunt Proſp. contra Collat. c. 8. Gre Proſper
gor. moral. lib. 19. c. 5. et lib. 29 c. 15. Gregor.
et in 1. Reg. 1. lib. 5. c. 1. Hugo Victor. Hug Vict.
in quæſt. huius loci. Magiſter in 2. d. Magiſter
30. D. Thom. in commentar. Caietan. D. Thom Caietan.
Ioannes Haſſelan. Saboldus eius di-
ſcipulus, *B*enedictus Pererius, *G*uilel-
mus Eſtius. Idque tandẽ relicta prio-
ri interpretatione quam antea tradi-
derat, ſenſit Hieronymus in Epiſt. ad
Euſtochium, & diſerte lib. 2. Dialog.
aduerſus Pelagian. c. 1. Pelagij expoſi-
tionem confutat. Nec omnes Græci
Patres variè vti iactabat Pelagius,
contra ſentiunt nam antiquiſſimus Pa-
ter Methodius Martyr apud Epipha-
nium hæreſi *64*. Auguſtini ſententiam
multò ante docuerat. Pro qua item
citat idem Auguſtinus lib. 6. contra
Iulian. cap. 33. Hilarium, Nazianze-
num, & Ambroſium.

Id autem mirabile eſt, hanc diſſen-
ſionem, & pugnam inter ipſos met
gradus Animæ ſenſitiuum, & intelle-
ctiuum naſci ex ipſamet commiſſione
ipſorum; nam cum ſint in eadem Ani-
ma neceſſe eſt, vt cum ab ea corpori
præſtantur, & eorum munia fiunt eo-
rum effectus anima patiatur. Itaque
quod faceret, & ſentiret Anima ſenſi-
tiua ſi humano in corpore diſtincta fo-
ret, id facit, & ſentit ſecundum eum
gradum Anima Rationalis: imo neſcio
an magis ex propinquo ſentiat cum
intra ſe habeat illud principium ſen-
tiendi quod ſupplet. Sic illa veritas
*A*nimæ, & graduum intra ea conſen-
ſio pax quædam fit inſidioſa, quæ diſ-
cordiam foueat, & in pugnam erum-
pat. Iam vero hinc ad viam tradu-
cendi originalis *P*eccati inueſtigan-
dam accedamus.

Digitized by Google

CAPVT XVII.

Via demum, & tradux Peccati originalis inuenitur.

SVppoſita doctrina peccati originalis, & concupiſcentiæ, & tot expeditis quæ illam comitantur quęſtionibus: quæ quaſi obices, & impedimenta ad viam, & traducem indagandam erant, iam incipit apparere modus peccati originalis contrahendi. A ſemine, in quo vis generandi ſita eſt, initium ducimus.

Semen igitur vtriuſque Parentis, cum illo pruritu libidinis ex illorum lumbis deciſum, nō eſt dubium quin ſecum deferat ſpiritus vitales, et animales illic ebullientes ob coitus delectationem, quæ etſi inter coniugatos liceat, tamen comite concupiſcentia, et libidine fit, cuius commotio, et titillatio vitari non non poteſt. Hæc autem eſt pœna, et quidam veluti fomes peccati, quæ cum ſemine ipſo tranſitâ Patre in Vuluam, et in eadem ſimili modo recipitur, et fouetur citra culpam vtriuſque: ſed cū effectu quodam, et pœna prioris originalis culpę: *virtus autem illa actiua* inquit D. Thomas 1. p. q. 118. a. 1. ad 3. *quæ eſt in ſemine ex anima generantis deriuata, eſt quaſi quædam motio ipſius animæ generantis, nec eſt anima, nec pars animæ niſi in virtute. Hæc vero vis actiua fundatur in ipſo ſpiritu incluſo in ſemine quod eſt ſpumoſum, vti teſtatur eius albedo.* Hæc ſunt verba Doctoris Angelici. Ex quibus apparet virtutem quandam Animę ineſſe in ſemine ſeminalem, et in eo contineri, et generationi fœtus inſeruire. Quod enim ab Anima generante acceptum eſt, Animæ generati reddi debet, nam ad eum finem ordinatur: non poteſt autem ex eo ſemine Anima hominis, inquit D. Thomas art. 2. generari, cum hæc ſit ſpiritualis, et creetur immediatè à Deo, & *impoſſibile ſit* inquit D. Thomas a. 2. *in corpore: virtutem actiuam quæ eſt in materia extendere ſuam actionem ad producendum immaterialem effectum*, & rurſum *impoſſibile eſt quod virtus quæ eſt in ſemine ſit productiua intellectiui principij*, et addit *virtus quæ eſt in ſemine agit in virtute animæ generantis ſecundum quod anima generantis eſt actus corporis vtens ipſo corpore in ſua operatione: in operatione autem intellectus non communicat corpus. Vnde virtus intellectiui principij pro vt intellectiuū eſt, nō poteſt ad ſemen peruenire.* Igitur nec illa vis ſeminis eſt ſpiritualis, nec quod ex ea immediatè cauſatur eſt ſpirituale. Patēt omnia. Quid ergo generatur immediatè ab illo ſemine? Plane forma vegetatiua, & ſenſitiua, quæ antecedunt Animam rationalem, vti ſupra diximus ex eodem D. Thoma q. 118. ar. 2. ad 2. Poſita autem forma ſenſitiua in fœtu vis ſeminis in eam tranſit, cum illo pruritu, & ſpiritu libidinis, nam tranſire hic in Animam ſenſitiuam poteſt, ac debet. Cum autem fœtus ille ex hac materia, & forma ſenſitiua compoſitus vlterius accipit diſpoſitiones, & formam exigit perfectiorem ob præſtantiam organorum, & humorum harmoniam, & caloris præcipuè ſubtilitatem, deſinit illa forma ſenſitiua, & infunditur Rationalis, à Deo tamen creata. *Sic igitur*, ait D. Thomas *dicendum eſt, quod Anima intellectiua creatur à Deo in fine generationis humanæ: quæ ſimul eſt, & ſenſitiua, & nutritiua corruptis prioribus.* Hinc eſt, vt Anima Rationalis debita ſit materiæ, ita diſpoſitæ forma, & illam materia naturaliter exigat, & illa materiam. Cum igitur materia, ita ſit organizata, & affecta, vt in ea remanſerint diſpoſitiones libidinoſæ ſemini inhærentes, ex cuius poteſtate materiali, cuius media vi effectrice Anima ſenſitiua educta fuit, atque adeo infecta libidine, oportet, vt anima rationalis, quæ ſupplet hanc animam, & vera illius materiæ forma eſt contrahat eo modo quo poteſt illā rationem libidinis, quæ concupiſcentiæ,

D. Thom

D. Thom

Digitized by Google

tiæ, & ſenſualitas appellatur à *Diuo*
Auguſt. Thoma ex doctrina Auguſtini. Vnde
ſenſualis Animi motus ſecluſus à ra-
tione ſapientiæ lib. 2. de Trinit. cap. 12.
exiſtere dicitur, non quòd aliquid ma-
teriale, & ſenſitiuum tranſeat in ani-
mam, ſed quod cum anima forma ſit
naturalis illius corporis, ita organiza-
ti, & affecti, debet ſe illi accommo-
dare informando, & fouendo illud,
vti exigit, & nihil ei ex connaturali-
bus detrahendo, imo per occultam
quandam ſympathiam communican-
do, & accipiendo, quicquid forma
ſenſitina communicabat, & accipie-
bat. Vnde Appetitus ille ſenſitiuus,
cum ſua concupiſcentia, & ſenſuali-
tate accipit motiones ſuas ab anima,
& earum impetus, quos in ſe recipit,
per innatam quandam ſympathiam
refundit in animam, quæ ſentit illam
inordinationem inter vtrumque ap-
petitum ſenſitiuum, & intellectiuum:
cum habeat vim ſentiendi, & intelli-
gendi. Hoc Auguſtinus docuit cùm
lib. 5. contra Iulianum dixit *Animam*
inſici ex carne, tanquam ex vaſe: nam
diſpoſitiones illę carnis informatæ ani
ma ſenſitiua, ſunt illis ſordibus concu-
piſcentiæ inquinatæ. Vnde idem pul-
chrè ad Valerium Comitem lib. 1. de
nupt. & concupiſc. cap. 25. ſcripſit *ma-*
lum concupiſcentiæ eſſe affectionem ma-
læ qualitatis: quam alibi affectiona-
lem vocauit, *& languorem animæ*, alio
nomine nuncupauit. Et hanc iuxta re-
ceptã eiuſdem, & reliquorum Patrum
Conc. Tr. doctrinam Tridentinum Concilium
concupiſcentiam, vel fomitem peccati,
ad agonem relictam etiam in bapti-
zatis manere ◼cuit. Et vno vocabu-
lo Scholaſtico, ſed proprio *materiale*
peccati dicitur, & Apoſtolus teſte
eodem Tridentino Concilio ſeſſ. 5.
Peccatum appellauit, quod optimè ex-
plicat S. Thomas q 82. ar. 3. in cor-
pore: diſtinguens in peccato originali,
duo materiale, & formale, his verbis:
Priuatio originalis iuſtitiæ, per quam
voluntas ſubdebatur Deo, eſt formale in
originali peccato: omnis autem alia in-
ordinatio virium animæ ſe habet in ori-
ginali peccato, ſicut quoddam materia-
le. Et concludit. *Ita peccatum origi-*
nale materialiter quidem, eſt concupi-
ſcentia: formaliter vero eſt defectus ori-
ginalis iuſtitiæ. Quæ fuerat ſententia
Hugonis de S. Victore, qui vti erat Hug. de S. Vict.
in Auguſtini doctrina mire verſatus,
& ſuo tempore *Lingua* Auguſtini di-
ctus, hac duas rationes in peccato ori-
ginali inuenit, & aperuit, quem ſe-
cutus eſt poſtea Alexander de Ales. Alex: de Aleſ:
& D. Thom. & Bonauent. & Gabriel, D. Thom
qui ait hanc propoſitionem *Peccatum* Bonau
originale eſt concupiſcentia, eſſe mate- Gabriel
rialem tantum prædicationem. Imo
& nonnulli aliquid amplius volue-
runt, vti Guilielmus Eſtius comment.
in Paulum c. 5. ad Rom. Sed hæc aliàs.

Nunc in rem propriè, & propiùs.
Iſtud materiale, iſta concupiſcentia;
iſte fomes in appetitu ſenſitiuo reſi-
dens, eſt vehiculum originalis culpæ,
quæ omnino traducitur in Animam
cum priuatione originalis iuſtitiæ, &
relatione ad Peccatum Adami; in hoc
enim coniuncto reatu habituali, rela-
to ad actuale peccatum Adami ex
quo ſequuta eſt priuatio illa, rationem
peccati originalis, cum Auguſtino
conſtituimus. Vnde iam apparet via,
& tradux Peccati, quæ eſt ipſa concu-
piſcentia, ratione cuius Peccatum
formale tranſit ad animam, in qua ſo-
la eſt formale peccatum. Ac ita con-
ſtat illud Peccatum eſſe naturæ, non
quod natura ex ſe peccare poſſit, ſed
quod ex ipſiſmet principijs naturæ ge
nerantis, & genitæ concupiſcentia in-
uolutis, & vitiatis oriatur illa ratio
formalis peccati: quod eſt in anima
rationali, & hoc ſenſu dixit Paulus
natura ſumus Filij iræ. quòd natura
ratione concupiſcentiæ innatæ, mate-
riam, & vehiculum peccato forma-
li miniſtret, quod Deus odit, qui na-
turam odiſſe non poteſt. Cum autem
Anima ſit pars naturæ, & naturalis
forma materiæ, illius concupiſcentiæ
vehiculum, & tradux eſt, & cũ ſuppleat
vicem formæ ſenſitiuæ, cuius eſt ap-
petitus inordinatus, & fomes, qui eſt
ipſum materiale in peccato, dum in
eam traducitur per hũc tramitem cul-
pa originalis, dicitur Peccatũ naturæ.

Ggg 2 Hoc

Digitized by Google

Hoc ſanè modo naturam, & rationem Peccati originalis expoſuit in Concilio Tridentino Frater Angelus

Angelus Paſqual

Paſchalis Epiſcopus Motolenſis ad mentem S. Thomę cuius erat, & inſtituti, & ſcholæ. Cui conſenſit alius item Dominicanus Thomiſta Frater

Balthaſar d'Hered

Balthaſar d'Heredia Epiſcopus *Boſſen*tis, adducto alio teſtimonio S. Thomæ. Et quanquam nonnulli Patres eiuſdem Concilii, vti Sanfelix Epiſcopus Cauenſis, & Bonuccius Generalis Seruitarum viderentur admittere in concupiſcentia certum quoddam genus peccati, de materiali tantum exponente eos *B*ertano intellexerunt, quo item Cardinalis Setipandus, tum Auguſtinianorum Generalis ſenſu Peccatum concupiſcentiam eſſe dicebat. Imo tam hæc eſt vera de materiali Peccati ob concupiſcentiam ſententia, vt Patres in decreto eam pro appendice ponere voluerint, ſed ne viderentur Scholaſticas ſubtilitates quærere, illam detrahi maluerunt. Illud ab omnibus ſtatutum. Formale Peccati odio eſſe Deo. An eſſet item concupiſcentia? Seripando authore, diu, & anxie quæſitum, tandemque definitum concupiſcentiam ſecundũ ſe odio eſſe non poſſe, cum maneat in renatis poſt baptiſmum: quæ eſt manifeſta S. Auguſtini doctrina; non placere tamen illam Deo, quòd eſt quædam veluti radix, & matrix peccati. Cuius etſi ſtolones ramique præcidantur, vis tamen ſeminalis non aufertur. Fodinæ inſtar, quæ effoſſo metallo vacua, fœcũdũ tamẽ ſinũ retinet, alia ſi negligatur paritura. Quare concupiſcentiam, non haberi odio,

P. Sfortia Pallauic.

haberi diſplicentię. Hæc nos ex ſcriptis recentibus P. Sfortiæ Pallauicini inſignis Theologi, nunc Cardinalis in aureo de Concilio Tridentino opere, vbi hac de re acutè, eleganter, & ſolidè diſputat, accuratè colligimus.

Quod autem huiuſmodi concupiſcentia culpa non ſit, nec formale peccatum Catholica Fides docet. Ita

Conc. Tr.

Tridentinum, quod cum in Decreto de originali peccato ſeſſ. 5. definiſſet per Baptiſmum, *Tolli totum id quod habet veram, & propriam rationem peccati: nec illud radi tantum, aut imputari; ſed penitus auferri*. Paulo poſt in eodem Decreto adiungit: *Manere autem in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem, hæc Sancta Synodus fatetur, & ſentit, quæ cum ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, ſed viriliter per IESV Chriſti gratiam repugnantibus non valet: quin imo, qui legitimè certauerit coronabitur. Hanc concupiſcentiam, quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat S. Synodus declarat Eccleſiam Catholicam, nunquam intellexiſſe Peccatum appellari; quod verè, & propriè in renatis peccatum ſit: ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat.* Quæ omnes, ac ſingulæ ſententiæ ſunt Auguſtini ſummi poſt Paulum huiuſce veritatis de peccato originali, & gratię aſſertoris, & vindicis aduerſus Manichæos, & Pelagianos, quorum illi naturam malam: hi concupiſcentiam bonam ponebant: & negabant originale peccatum, ſimul cum radice, & fomite peccati. Contra quos ſtatuit Auguſtinus naturam noſtram ex ſe bonam eſſe, nec peccatum eſſe naturam: ſed ei naturæ vitium accidiſſe, atque peccatum voluntate commiſſum. Ex quo ab Adamo actualiter commiſſo manſit in eius animo macula, & in natura vitium concupiſcentiæ, quæ ad poſteritatem cum reatu illius culpę venit, qui reatus verè peccatum eſt: ſed hoc per baptiſmum omnino tolli, non auferri cõcupiſcentiam, quæ non eſt culpa in regeneratis, atque adeo peccatum formaliter non eſt: quanquam ex peccato ſit, inclinetque ad peccatum: imo & in ijs qui renaſcũtur per Gratiã Chriſti manet ad agonem relicta, & occaſio eſt victoriæ, meritique maioris. Ita Auguſtinus *lib. de peccat. mer. & remiſſ. cap. 28. & in Enchirid. cap. 52. & lib. 1. contr 2. Epiſt. Pelag. cap. 13. & 34. & lib. de peccato orig cap. 39. & lib. 1. cap. 27. de nupt. & concup. & lib. de nat. & grat. cap. 51. & lib. 2. & 3. & 6. contra Iulian. multis in locis, & ſerm. de verb. Apoſt. 5. & de verb. Dom. 43. &* August.

41. in Ioan. & lib. de perfect. Iuſtit. & lib. 1. Retractat. cap. 15. in quibus ſparſa inueniuntur, quæ ſunt à Tridentinis Patribus in illo decteto collecta.

Cum igitur concupiſcentia non ſit peccarum, & peccatum tamen à Paulo, & Auguſtino appelletur, debet ſumi pro materiali; vt aiunt Theologi, peccati, ſiue pro tradnce, & quaſi vehiculo peccati: nam ſi ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat, & dum eſt coniuncta cum peccato, illius veluti continens vas eſt, omnino ſequitur eſſe traducem, & vehiculum peccati, quod cette generatione traducitur, & ideo peccatum naturæ dicitur, non quòd ſit à natura; ſed à vitio inolito naturæ. Huiuſce rei idoneum argumentum eſt, quod quem prorſus expertem originalis culpæ credimus Chriſtum, eum fomite concupiſcentiæ omnino caruiſſe fatemur, & quam maximè volumus ab originali labe immunem *B*eatam Virginem eius Matrem, ab ea etiam fomitem iſtum peccati in actu ſaltem ſecundo remouemus, quod ſanè qui eo careat peccato, & traduce, & vehiculo eiuſdem catere debeat. Itaque intercluditur via ad terminum, quæ eſt culpa, ſublata concupiſcentia; & quo longius, quiſque abeſt ab originali labe, eò remotior eſt à fomite concupiſcentiæ. Quare Chriſtus, qui nullo modo erat capax illius labis, incapax item fuit fomitis
S. Auguſt. illius, vti docuit B. Auguſt. *lib. 1. contra duas epiſt. Pelag. cap.* 11. poſt me-
D. Thom. dium; *& lib. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap.* 29. & tradit D. Thom. 3. *p. q. 15. art. 2. & q. 27. art. 3.* & ad vtrum-
Suarez Vaſquez que locum Suar. & Vaſq. accuratiſſimè. At vero B. Virgo iuxta varias ſententias magis, aut minus eam à labe originali liberantes, magis, aut
D. Thom. minus illius particeps dicitur. *N*am authore D. Thoma, qui ſanctificatam poſt contractam culpam vult, ligatum cum ante conceptionem Chriſti, non extinctum habuit. Ita *in 3. p. q. 27. ar.* 3. In ſententia autem communiori Recentiorum, quæ negat in peccaio conceptam, fomite item caruit, vti ſentiunt cum pluribus, quos citant
Vaſq. *in 3. p. d.* 118. *c.* 4. & Suar. *d.* 4. Vaſqu
ſeſſ. 5. Quamuis enim formale pecca- Suar:
tum non ſit, eſt tamen materiale pecti, in quo tanquam in vaſe continetur. Vnde item apparet viam illam communem genetationis ex ſemine viri, & fœminæ eſſe rationem traducendi labem originalem: quæ, ſi generatio alio modo fieret, vti facta fuit Euæ ex Adamo, nullatenus in prolem tranſiret. Sane ſi qui Patres eam ſententiam, quæ peccatum originale B. Virgini tribui ſignificarunt, eos hæc ratio mouiſſe videtur; quod illa fuerit more aliorum ordinario, ex comixtione vtriuſque Parentis concepta.
Cuiuſmodi fuerunt Bernatdus (quem Bernard:
in hac ſententia fatetur, & contendit
fuiſſe Vaſquez *diſp.* 118. *in 3. p. cap.* 1. Vaſq
& 9.) in Epiſt 174. ad Canonicos Lug Rupert
dunenſes. & Rupert. *lib. 1. in cantic. in 2. tom.* ad illa verba. *Meliora ſunt*
vbera tua vino. & Leo Magnus *ſerm.* Leo Mag.
1. de Natiuitate Domini. & Ambro- Ambroſ:
ſius *lib. 2. in Luc. cap. de Circumciſ. Sal-*
uatoris. & Gregor. Magn. *lib. 11. Mo-* Gr: Magn
ral. cap. 26. alias 28. cuius vnius verba commemorate volo. *Quis poteſt facere Mundum &c. Poteſt vero hoc loco intelligi, quia Beatus ob incarnationem Redemptoris intuitus ſolum vidit in mundo hominem de immundo ſemine non eſſe conceptum, quia ſic in Mundum venit ex Virgine, vt nihil haberet de immunda Conceptione, neque enim ex Viro, & fæmina, ſed de Sancto Spiritu, & & Maria Virgine proceſſit. Solus ergo in carne ſua iure Mūdus extitit, qui delectatione Carnis tangi non potuit.* Neſcio an idem expreſſerit: certè breuius poſuit lib. 18. cap. 27. alias 35. *Ille ſolus veraciter natus eſt Sanctus; qui vt ipſam conditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex commiſtione carnalis copulæ conceptus non eſt.* Nego tamen iſtos Patres Beatam Virginem in peccato Conceptam eſſe voluiſſe (vnum excipio Sanctum Bernardum) aliud enim eſt affirmare Chriſtum eo prorſus caruiſſe, quod non fuit ex concubitu mutuo Parentum conceptus, aliud eſt, & omnes,

qui

qui ex eo concepti ſunt peccati maculã contraxiſſe: non enim vnum ex altero ſequitur. Nam illa propoſitio, qui extra morem ordinarium de Spiritu Sancto concipitur non incurrit peccatum, quia omnino euitat rationem contrahendi; non tollit quominus aliquis illa communi via conceptus per priuilegium ab illo liberaretur. Itaque Chriſtus natura non potuit, nec debuit. Beata Virgo, etſi natura potuit, & debuit, gratiæ tamen priuilegio non incurrit. Non enim ex ijs ſum qui à Beata Virgine non modo peccatum, ſed etiam debitum excludunt. Admitto debitum, ex-

Vaſq

cludo culpam: cum Vaſq. *diſp.* 116. *c.* 2. *&* 3. & Suarez *diſp.* 3. *ſeſſ.* 2. ſed in hoc ipſo debito video confirmatam noſtram de traduce peccati originalis ſententiam; idcirco enim debitum

Suarez

contraxit, *quia*, inquit Suarez, *Beata Virgo peccauit in Adamo, ex quo tanquam ex radice infecta per ſeminalem rationem eſt orta, quæ eſt tota ratio contrahendi originale peccatum.* Idem tra-

Vaſq

dit Vaſquez *d.* 116. *c.* 5. *&* 117.

Nemo hanc doctrinam vberius, & explicatius tradidit, quã Doctor Angelicus: quatuor nimirũ locis *in* 3. *d.* 3. *q.* 4 *de malo a.* 6. 1. 2. *q.* 81. *a.* 1. *&* 2. imo & omnibus alijs id eſt quinque tot enim habet illa quęſtio. & 3. p. q. 27. ar. 1. & 2. Et quidem q. 4. de malo. & 1. 2. q. 81. vniuerſaliter, & abſolutè docet traductionem peccati originalis fieri per viam ſeminalem mutui concubitus in 3. autẽ d. 3. & 3. p. q. 27. ex ea doctrina colligit Beatam Virginem contraxiſſe peccatum originale. Affero nunc vnum de B. Virgine, producturus poſtea duos ad confirmandam ſententiam, quam adducemus Augu-

D. Thom

ſtini. Igitur D. Thom. ſic in 3. p. q. 27 art. 5. ad 4. *Peccatum originale trahitur ex origine in quantum per eam communicatur humana natura, quàm propriè reſpicit peccatum originale, quod quidem fit quando proles concepta animatur. & art.* 2. *ad* 4. ita. *Et ideo ſi parentes Beatæ Virginis fuerunt mundati à peccato originali, nihilominus Beata Virgo peccatum Originale contraxit, cum fuerit concepta ſecundum carnis concupiſcentiam ex commixtione maris, & feminæ.*

Author, & Princeps huiuſce traductionis per viam illam ſeminalem fuit Auguſtinus, qui Diui Pauli Os in rebus ad originale peccatum, & neceſſitatem Gratię, & efficaciam illius, ac Prędeſtinationem haberi debet. Videbat quippe hæreticos Pelagianos Gratiæ hoſtes laudare ac extollere naturam, eamque puram, & integram, & ſanam ponere, fomitem concupiſcentiæ proprietatem naturæ eſſe; bonam, & ex bono natam affirmare, negare ex peccato eſſe, & ad peccatum inclinare: itaque nullum ex origine peccatũ contrahi, nec quenquam re peccatorem naſci, ſed peccatorem per imitationem dici. Id Pelagius *lib. de nat. & grat & libris* 3 *de pecc. mort. & remiſſ.* Id Celeſtius *lib.* 2. *de grat. Chriſti* Pelag. Id Iulianus *libris ſex contra Iulianum.* Iulian. Id omnes Pelagiani *libris* 2. *de nupt. & concup. ad Valer. & l.* 4. *contr. duas Epiſtol. Pelagian. ad Bonif.* & multis alijs eam epiſt. tum libris apud Auguſtinũ dicere, contendere, confirmare. Quibus Auguſtinus ex doctrina D. Pauli opponebat. Naturam quidem ex ſe bonam eſſe, ſed per Adæ tranſgreſſionem vitiatam, poſteritatem cum eo omnem (quod in eo omnis erat, & ad omnes eius voluntas, & tranſgreſſio pertinebat) ac in eo peccaſſe, & ob illud peccatum *Maſſam damnatam* extitiſſe. Inde inobedientiam appetitus, inde concupiſcentiam ortam, inde inclinationem ad malum proueniſſe. Omnes Adæ poſteros verè ac propriè contrahere culpam originalem per generationem traductam, & natura Filios iræ eſſe. Hæc doctrina tam eſt in Auguſtini operibus frequens, vt cuique ſit obuia eius libros euoluenti. Do tamen aliquot illuſtres, & ad rem facientes locos.

Lib. 2. de grat. Chriſti ſeu de Bapt. contra Celeſtium cap. 31. Ponit quæſtionem. Auguſtin. *Quid ſibi ergo vult*, inquit, *pro nullo propriæ voluntatis admiſſo tãta damnatio?* Et reprobata Platonicorum opinione, reſpondet. *Vnde niſi*, quia

quia pertinet ad maſſam perditionis, & iuſtè intelligitur ex Adam natus, antiqui debiti obligatione damnatus, et cap. 32. *Damnata originis propagatio nos damnat*, et paulo poſt. *Simul vtrunque propagatur, & natura, & naturæ vitium.* Et quærens originem, et viam propagati vitij, exactè diſtinguens honeſtatem nuptiarum à turpitudine libidinis, hanc eſſe originem, et viam traducis peccati affirmat cap. 34. & 37. vbi ſic: *libido eſt in illa, quam vocat Apoſtolus repugnantem legi mentis inobedientiam, lege mẽbrorum.* Hic autem ſic. *Hinc eſt quod infantes etiam qui peccare non poſſunt, non tamen ſine peccati contagione naſcuntur, non ex hoc quod licet, ſed ex eo quod dedecet, nam ex eo quod licet natura naſcitur: ex illa quod dedecet vitium.* At libro primo de nupt. & concup. eſt inſigne teſtimoniũ. c. 11. & 12. nam cum in 11. de caſtiſſimo matrimonio inter Mariam, & Ioſeph, & de Conceptione Chriſti de Spiritu Sancto ex Maria Virgine diuinitus egiſſet Initio cap. 12. ſic ait. *Solus ibi nuptiarum concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non potuit ſine illa concupiſcentia, quæ accidit ex peccato. Sine qua concipi voluit qui futurus erat ſine peccato, non in Carne peccati, ſed in ſimilitudine carnis peccati, vt hinc etiam doceret omnem quæ de concubitu naſcitur carnem eſſe peccati, quando quidem ſola, quæ non inde nata eſt non fuit caro peccati.* Vbi aduerte legem illam eſſe, ſed priuilegium legis non excludi, quo Beata Virgo immunis ab ea lege fuit, vti ſupra diximus, & Auguſtini eſſe doctrinam nos aliàs oſtẽdemus. Nunc enim id tantum agimus, vt probemus, rationem traducis peccati originalis in vi ſeminali mutui concubitus ſitam eſſe. Rurſum cap. 23. *Hæc concupiſcentia quæ ſolo Sacramento regenerationis expiatur, profectò peccati vinculum generatione trajcit in poſteros.* Et cap. 24. *Ex hac* inquit *concupiſcentia carnis tanquam filia peccati quæcunque naſcitur proles, originali eſt obligata peccato, niſi in illo renaſcatur, quem ſine iſta concupiſcentia Virgo concepit.*

In libro autem ſecundo multæ ſunt in hanc rem illuſtres ſententiæ. Cuiuſmodi eſt illa nomine Ambroſij cap. 5. Ambroſ. *Dixit hoc Ambroſius cum Chriſti carnalem natiuitatem ideo diceret expertem eſſe delicti, quia conceptus eius vtriuſque ſexus commixtionis eſt expers, nullum autem hominem eſſe ſine delicto, qui de illa commixtione conceptus eſt. Nam eius verba iſta ſunt. Ideo inquit, & quaſi homo per cuncta tentatus eſt, & in ſimilitudine hominis cuncta ſuſtinuit; ſed quia de ſpiritu natus abſtinuit à peccato. Omnis enim homo mendax, & nemo ſine peccato, niſi vnus Deus. Seruatum eſt igitur inquit, vt ex viro, & muliere, ideſt per illam corporum commixtionẽ nemo videatur expers eſſe delicti. Qui autem expers eſt delicti expers eſt etiam huiuſce conceptionis.* Aptus ſanè ad id quod agimus probandum locus: ſed ille aptior, quòd ſeminis mentionem facit cap. eiuſdem libri 8. diſputaſn de ſemine, cum libidine emiſſo, ita. *Neque hoc ideo dixerim, quod alius putandus ſit præter ſummum, & verum Deum, vel humani ſeminis, vel ipſius hominis creator exiſtere, ſed hoc tranquilla de homine obedientia membrorum ad nutum voluntatis exiſſet, ſi peccatum non præceſſiſſet; neque nunc agitur de natura hominis, ſed de vitio. Illa quippe habet authorem Deum. Ex iſto autem trahitur Originale Peccatũ. Nam ſi ſemen ipſum nullum habet vitium, quid eſt quod ſcriptum eſt in libro Sapientiæ: non ignorans quoniam nequam eſt natio illorum, & naturalis malitia ipſorum, & quoniam non poterat mutari cogita- illorum in perpetuum, ſemen illorum erat maledictum ab initio. Quomodo ergo cuiuslibet hominis malitia naturalis, & ſemen maledictum ab initio? niſi ad illud reſpiciatur quod per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt.*

Non opus eſt alios producere, hic enim inſtar omnium eſſe poteſt: eoque fiet ne magnam Auguſtini partem cũ hac peccati traduce traducamus. Auguſtinum ſecutus Beda tom. 8. quæſt. Beda qu. 14. vbi ait *Hominem ideo contra-*

here

bere peccatum originale, quia generantur cum ardore libidinis: & addit *Animam ex vnione cum Carne peccato ma-*

Bonau
Hugo de S.Vict.

culari. Hoc idem ſentit Bonauentua in 2.d.13.a.2.q.1.& Hugo de Sancto Victore q.132. Alijque Auguſtini diſcipuli. Addo ipſummet Auguſtinum rationem attuliſſe cur ab Adamo non ab Eua illud in nos peccatum fuerit transfuſum. Beda ſic eius verba citante: *Ideo per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, quia per ſemen generationis intrauit, quod à viro incipiens concipit fæmina. Quo more naſci noluit qui ſolus ſine peccato eſt natus ex fæmina*. Acuta ſanè, ſed apta

D. Thom

ratio, addenda ijs quas Theologi cum D. Thoma 1.2.q.81.a.vlt. excogitant ad probandum, Eua, non Adamo peccante tranſmittendum non eſſe peccatum originale: & fortaſſe aptior ea quã D. Thomas ibi in corp. adducit ideo non tranſmitti peccatum ab Eua, quia fæmina paſſiuè ſe habet generando: cum vir ſit principium actiuum. Hoc enim communi Medici conſenſu negant, & multi ex Philoſophis imo, & Theologis noſtris minime probatur. Adijcio ex meo paupere penu conie-

1. Ioan. 3

cturam ex loco Ioannis Epiſt. Canonicæ cap. 1. vbi ait *ſcimus quia omnis qui natus eſt ex Deo non peccat, ſed generatio Dei conſeruat illum, & malignus nõ tangit eum*. Vbi videtur opponere iuſtificationem hominis participatam à Deo, transfuſioni peccati tracti ab Adamo, vt ſicut hoc nos per generationẽ infecit, ita & gratia per quandam regenerationem nos iuſtificet. Et ſicut ex Adamo naſcimur Filij iræ, & natura peccatores, ita ex Deo naſcamur Sancti per gratiam, & Filij per adoptionem. Vnde addit: *Scimus quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt*. Ex Deo ſumus per gratiam, qui ex Adamo eramus per peccatum. Itaque mentionem facit natiuitatis, & generationis ex Deo, vt eliderct natiuitatem, et generationem ex Adamo. Certè vt mea coniectura valeat, multi nobiles authores hanc vltimam ſententiam *ſcimus quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus poſitus eſt in maligno* ad peccatum originale pertinere, ſecundum hanc poſtremam partem ſentiunt. Inter quos ſunt Di-

Dydim.
Beda

dymus, & Beda. Ita ex illa ſimilitudine iuſtitiæ per generationem Dei, et natiuitatem ex Deo expreſſa deducitur ſignificaſſe Ioannem modum, et viam traducendi peccatum originale in animam eſſe generationem Adami ac ex ipſo conceptionem.

Trident

Ex Concilio Tridentino duo argumenta deſumo. Alterum quod dicat, In Decreto de peccato originali ſeſ. 5. de Paruulis. *Ideo in remiſſione peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt*. Particula *mundetur* deſignat ſordes, ideſt quandam rationem peccati, quæ cum inquinamẽto, et fæce coniuncta eſt. Nempe ſeminis infecti ſordibus libidinis, quod in generatione emittitur, et per generationem traducit concupiſcentiam, quæ eſt fomes, et materiale peccati: quod per illam viam formaliter ex vi *generationis* contrahitur. Alterum, quod affirmet *per Baptiſmum totum id quod veram, & propriam peccati rationem habet*, et iterum exprimens concupiſcentiam *declarat Eccleſiam Catholicam nunquam intellexiſſe peccatum appellari quod vere, & propriè in renatis peccatum ſit*. Quibus ſententijs docet eam impropriè, et quodammodo eſſe peccatum; quid enim vetat dici propriè, ac verè peccatũ, niſi quod improprie, et lato modo peccatum, et ſit, et dicatur. Ideſt materiale peccati, vti ſupra ex S. Thoma docuimus. Itaque dum condemnat Tridentinum eos qui dicunt, Concupiſcentiam eſſe vere, ac proprie peccatum, tacitè permittit improprium, et materiale peccatum appellari.

Atque vt nihil maneat dubium. Illud ad calcem huiuſce quæſtionis de traduce peccati inquirẽdum eſt. Quomodo traducatur id quod eſt formale peccati: et quomodo hoc formale cũ ſit voluntarium traijciatur in eos qui non peccant, imo ne peccare quidem poſſunt propria voluntate? Nam cum nullum ſit peccatum niſi voluntarium,

vt

Digitized by Google

vt Peccatum originale peccatum ſit, voluntarium neceſſe eſt eſſe. Reſpondeat quæſtioni ipſemet à quo ranquā à fonte rota hæc doctrina petitur, Augustinus. *Primo lib. de nupt. & concup. cap.* 28. arguenti Iuliano. *Cito, inquit, reſpondeo: ex voluntate Peccatum eſt. Quæret fortè vtrum, & originale peccatum? Reſpondeo, prorſus & Originale Peccatum: quia & hoc ex voluntate primi Parentis ſeminatum eſt, vt & in illo eſſet, & in omnes tranſiret.* Secundo clarius *lib* 1. *Retract. cap.* 13. vbi examinatis, que dixerat in lib. de vera Religione c. 14. *vſque adeo Peccatum voluntarium eſt, vt nullo modo ſit peccatum, niſi ſit voluntarium.* procedens ad originale ſic ait. *Et illud quod in paruulis dicitur originale peccatum, cum adhuc non vtantur libero arbitrio voluntatis, non abſurdè vocatur etiam voluntarium, quia ex primi hominis mala voluntate contractum, eſt quodammodo hæreditarium.* Quod perſequitur cap. 14. & 15. & ſæpius tractat, præſertim lib. 6. contra Iulianum. Tertio clariſſimè lib. 3. de pecc. mer. & remiſſione cap. 7. *Nec ſic dicuntur iſta aliena peccata, tanquam omnino ad paruulos non pertineant, ſi quidem in Adam omnes tunc peccauerunt, quando in eius natura illa inſita in qua eos gignere poterat, adhuc omnes ille vnus fuerunt, ſed dicuntur aliena, quia nondum ipſi agebāt vitas proprias, ſed quicquid erat in futura propagine vita vnius hominis continebat.*

August.

Hanc doctrinam de voluntate vnius Adami in qua erant, & noſtræ, ad voluntarium pertinere conſtat. In vno enim illo Parente, & natura, & voluntas omnium noſtrum moraliter ſita tunc erat. Inde peccatum voluntarium dicitur. Cum autem ex eo peccato orta ſit concupiſcentia, & libido, quæ eſt inordinatio, & appetitus, & rationis, & inter ſe appetitiuū, & inobedientia partium genitalium, quæ inuerecundè citra imperium, & frenum rationis mouentur: hæc eſt in ipſo met actu generationis materiale peccati, cuius tanquam vas, & vehiculum illud ſemen vitiatum. Hoc ex Auguſtino hucuſque probauimus multis in locis: præcipui ſunt *lib.* 1. *de merit. & remiſſ. cap.* 9. *lib.* 1. *de nupt. & concup. cap.* 54. *& lib.* 3. *contra Iulian. c.* 9. Sequitur Auguſtinum Fulgentius *lib. de Fide ad Petr. cap.* 2. Quod autem Auguſtinus dubitabat de origine Animæ, & duas illas ſententias probabiles credebat, alteram de Anima Animam propagari: alteram ſingulas Animas à Deo creatas; ſecundum vtranque traductionem Peccati originalis defendebat, vt vtra vera eſſet, ſemper peccatum in alterutra omnino originale conſtaret: nam hoc certiſſimum eſſe ex Fide ſciebat. Vnde ſic Iuliano reſponder lib. 3. aduerſ. eundem cap. 3. *Profectò aut vtrunque vitiatum de homine trahitur;* iuxta primam de traduce Animæ ſententiam. *Aut alterum in altero, tanquam in vaſe vitiato corrumpitur.* Quo ſupra modo expoſuimus, qui hanc ſecundam ſententiam de creatione ſingularum Animarum probamus.

Auguſt. Fulgent.

Hac ratione B. Virgo Deipara cōtraxit debitum culpæ originalis, quoniam ex commixtione vtriuſque parentis fuit concepta, & accepit traducem peccandi, quod eſt materiale peccati, nullo autem modo incidit in formali peccari, quod eſt immediatè in Anima ab hac enim macula fuit præſeruata, & merito, ne eſſet in odio Dei, & vti filia iræ concepta, & ſub poteſtate Diaboli conſtituta. Quod minimè admittimus. Sic conciliantur diuerſæ ſententiæ cōcedendo Virginem contraxiſſe debitum, & materiale peccati ſine fomite tamen in ſe ſaltem in actu ſecundo, negādo nihilominus formale peccati, ideſt maculā in odio, & ira Dei contraxiſſe. Hac ratione defendit in Concilio Tridentino, hanc ſententiam P. Iacobus Laynez doctiſſimus è Societate IESV Theologus, & poſtea Generalis: Pontificius in Tridentino Concilio Theologus in ipſomet Concilio, & poſt cum vniuerſi eiuſdem Societatis authores, ne vno quidem excepto tradiderunt inter quos duo eminent illius ſcholę Principes Suarez

Suarez. Vaſq. Salaz Velaſq. Ægyd. rez, & Vaſquez; ad quos remitto Lectores, & ad P. Salazar, & Velaſquez, & Fr. Aegydium à Præſentatione Auguſtinianũ, & alios, quamquam nonnulli ex his cum Salazare, nimis B. Virgini dederint, eam à debito liberantes, quibus minimè aſſentior.

Hæc autem vt omnino firma, & rata maneant, & appareat, quam nos tutò, ac verè traductionem peccati originalis in hac ſententia communi de animarum creatione defendimus, verba Sancti Thomæ afferre S. Thom. volumus, qui & idem de Animarum creatione docuit, & de traductione peccati ſenſit. Ita ille 1.2.q.81.ar.1. in corp. propoſita quæſtione. *Vtrum primum peccatum primi Parentis traducatur per originem ad poſteros? Omnes homines, qui naſcuntur ex Adam poſſunt conſiderari, vt vnus homo in quantum conueniunt in natura, quam à primo Parente accipiunt, ſecundum quod in ciuilibus omnes homines, qui ſunt vnius communitatis reputantur quaſi vnum corpus, & tota communitas quaſi vnus homo. Sic igitur multi homines ex Adam deriuati, ſunt tanquã multa membra vnius corporis: actus autem vnius membri corporalis, puta manus, non eſt voluntarius Anima, quæ primo mouet membrum. Vnde homicidium, quod manus committit non imputatur manui ad peccatum, ſi conſideraretur manus ſecundum ſe vt diuiſa à corpore, ſed imputatur ei in quantum eſt aliquid hominis, quod mouetur à primo principio motiuo hominis. Sic igitur inordinatio, quæ eſt in iſto homine ex Adam generato, non eſt voluntaria voluntate ipſius, ſed voluntate primi parentis, qui mouet motione generationis omnes, qui ex eius origine deriuantur, ſicut voluntas animæ mouet omnia membra ad actum. Vnde peccatum, quod ſic à primo parente in poſteros deriuatur, dicitur originale, ſicut peccatum, quod ab anima deriuatur ad membra corporis, dicitur actuale. Et ſicut peccatum actuale, quod per membrum aliquod committitur, non eſt peccatum illius membri, niſi in quantum illud membrum eſt aliquid ipſius hominis propter quod vocatur peccatum humanum: ita peccatum originale non eſt peccatum huius perſonæ, niſi in quantum hæc perſona recipit naturam à primo parente. Vnde & vocatur peccatum naturæ, ſecundum illud Epheſ. 2. Eramus natura filij iræ.* Hæc verba continent traducem peccati originalis formalis in Animam per voluntatem, quam Diuus Auguſtinus adduxerat locis proximè citatis. Hanc tamen ſimilitudinem D. Thomæ impugnat proiectò vir ingenio Catherinus in opus. de peccato Origin. cap. 6. quod non omnino iuſta ſit, nec ex integro reſpondeat. Sed eam tuetur acutior haud paulò eò, ac doctior Caietanus in Commentar. & inſignis Theologus Vaſquez in 1.2.d.131.cap. 2. qui Catherinum optimè confutat. Catherin. Tam verò ea placuit S. Thomæ, vt eam iterum vſurparit art. 3. eiuſdem quæſtionis 81. in corp. vbi ſic. D.Thom. *Ex peccato primi Parentis traducitur culpa originalis in poſteros, ſicut à voluntate animæ per motionem membrorum traducitur peccatum actuale ad membra corporis. Manifeſtum eſt autem quod peccatum actuale traduci poteſt ad omnia membra, quæ nata ſunt moueri à voluntate; vnde & culpa originalis traducitur ad omnes illos, qui mouentur ab Adam motione generationis.*

Gradum hinc faciamus ad vas, & vehiculum formalis peccati, quæ eſt libido incluſa in ſemine, & materialis concupiſcentiæ fomes, ac proinde materiale peccati, & videamus in D. Thoma iuſtum, & aptum Interpretem Auguſtini. D. Thom. Igitur Doctor hic Angelicus ad ſecundum in articulo 1. quæſtionis 81. in qua verſamur. *Ad ſecundum dicendum, quod etſi anima non traducatur, quia virtus ſeminis non poteſt cauſare animam rationalem, mouet tamen ad ipſam diſpoſitiuè: vnde per virtutem ſeminis traducitur humana natura à parente in prolem, & ſimul cũ natura naturæ infectio. Ex hoc enim fit iſte, qui naſcitur conſors culpæ primi parentis, quod naturam ab eo ſortitur per quandam generatiuã motio-*

motionem. Et iterum ad tertium. *Ad tertium dicendum, quod etſi culpa non ſit actu in ſemine, eſt tamen ibi virtute humana natura, quam concomitatur talis culpa.* Rurſus ad 4. *Ad quartum dicendum, quod ſemen eſt principium generationis, qua eſt proprius actus natura eius propagationi deſeruiens, & ideo magis inficitur anima per ſemen, quam per carnem iam perfectam, qua iam determinata eſt ad perſonam.* Sic Auguſtinus Paulum, ſic Auguſtinum Thomas, & expoſuit, & defendit. Vna trium doctrina eſt, vna mens, vnus ſenſus, quibus nos prorſus aſſentimur: ac eorum in verba iuramus, & hanc quæſtionem ad eorum mentem abſoluimus.

CAPVT XVIII.

ET VLTIMVM.

De Pœnis Peccati Originalis.

HAc quæſtio magna iam ex parte profligata eſt, ijs locis, in quibus de vulneribus naturæ diſputauimus. Verum vt eam penitus tollamus, oportebit ſeorſum ſuſcipere, & accurate tractare. Id more noſtro ideſt Auguſtiniano ſenſu, & ſtylo præſtabimus.

SECTIO PRIMA CAPITIS.

POEnę Peccati Originalis, vel ſunt in hac vita, & temporariæ, vel poſt mortem, & in alia vita, atque adeo æternæ. Et quoniam hæ ab illis multum pendent, examinemus primum, quænam, & cuiuſmodi illæ ſint. Et quoniam vtræque ab Auguſtino, vti et culpa originalis à qua oriuntur, exactè commemorantur, ex eius imprimis doctrina conſtare illarum, & cognitio, & conditio debet. Auguſt.

Peccatum Originale contractum traxiſſe ſecum pœnas conſtat: tum ad corpus, tum ad animam pertinentes. Propter quas duo Concilia Arauſicanum 2. Can. 1. & Tridentinum Can. item 1. anathema dicunt ijs qui *negant totum Adam per illam preuaricationis offenſam ſecundum corpus, & animam in deterius commutatum fuiſſe*, quod item dixit D. Fulgent. lib. de Incar. & grat. Quomodo autem vtrunque redditum ſit deterius, ſupra iam indicauimus, cum de vulneribus naturæ egimus. Sed nunc oportet ſingulatim oſtendere, vt quæ ad vtram partem ſpectent pœnæ, exactè ac diſtinctè noſcamus. Concil. Arauſican. Tridenti. Fulgent.

Quod attinet Corpus: de morte dubitat nemo, qui Pelagianus non ſit, eam eſſe pœnam peccati originalis, ſi cum ſtatu innocentiæ comparetur, nam in eo mors futura non eſſet: licet homo naturæ conditione ſpectata moralis eſſet. Itaque vt ait Auguſtinus lib. 1. de peccat mer. & remiſ. c. 3. & 4. *Erat Ada corpus mortale, ſed non moriturum. Sicut inquit hoc noſtrum poteſt, vt ita dicam, eſſe ægrotabile, ſed non ægrotaturum. Sed ipſum mortale Ada non eſt factum mortuum niſi propter peccatum.* Quæ illius perpetua ex Diuo Paulo doctrina eſt. D. Aug. D. Paulus

Quare ſi comparatio fiat corporis noſtri in ſtatu naturæ lapſæ, cum eo quod haberemus in ſtatu innocentiæ, dubium non eſt, quin deterius ſit corpus in hoc ſtatu, quòd morituri ſimus: qui eſt effectus originalis peccati. Quomodo autem ſit corpus noſtrum modo poſt peccatum deterioris conditionis quam eſſet ſecundum naturã, ſiue vt aiunt in ſtatu puræ naturæ: haud facile eſt intelligere: nam mors eſt naturæ humanæ conditio, quę immortalis non eſt, atque adeo ex principijs naturæ mors ſequitur, & in eo ſtatu ſequeretur. Qui ergo per iſtam mortem quæ naturalis eſt homini vulneratur natura cum moritur? aut quomodo eſt pœna peccati, ſi eſt naturę conditio? Diximus iam quod ſatis tunc erat hac de re ſuperius. Nunc autem breuiter dicimus: à nobis modo non comparari mortem cum conditione ſtatus purę naturę, in quo nũquam fuimus, ſed cum ſtatu innocentiæ

tiæ in quo in Adamo fuimus, & quo cum ex eo cecidimus. Conſtat autem mortem quam nunc omnes patimur, eſſe effectum, & pœnam peccati ori- D.Paul. ginalis. De qua dicit Paulus *Per peccatum mors*; nam hęc non eſſet, niſi peccatum eſſet. Quod ex illius collatis ad Roman. 5. & 1. Corinth. 15. August. multis in locis Auguſtinus concludit *lib. 3. de peccat. merit. & remiſ. cap. 11.* quem ſequitur Diuus Thomas 2. 2. D:Thom. *quæſt. 144.*

De alijs miſerijs corporis maior quæſtio eſſe poteſt. Et quidem Auguſtinus docet multas hodie eſſe corporis miſerias, quę ſunt pęnę peccati. Nam vnde tanta in paruulis imbecillitas? tanta infirmitas? tanta ęgrotatio? vt neque ſe tenere, nec regere, nec colligere poſſint: itaque iacent, torpent, mœrent, inutiles ſunt: vti trunci inertes, ſine ſenſu, ſine motu; ſine curſu, adeo vt nec matres ſentiant, nec vbera vnde lac ſugant, norint: cum aliæ animantes ſtatim poſt partũ moueantur, matres agnoſcant, & ſequantur, & mammas inquirant, & lac exugant: mox currant, & ſaliant agiles, valentes, fortes. Non inertes, non inutiles, non impeditę: vt qui ex illis ſignis iudicare velit, videatur in brutis veſtigia rationis cum ea careãt, inuenire, ac in paruulis, quibus ea ineſt, deſiderare. Sed Auguſtinum August. elegantius iſta docentem audiamus l. 1. de peccat. mer. & remiſ. c. 38. *Pecorum*, inquit, *pulli quamuis ſint paruuli neque accedentibus corporis incrementis etiam mente proficiant quoniam rationalem animam non habent, tamen etiam minutiſſimi, & currunt, & matres agnoſcunt, nec ſugendis vberibus cura, & ope admouentur aliena, ſed ea ipſa in maternis corporibus loco abdito poſita mirabile facilitate nouerũt. Contra homini nato, nec ad inceſſum pedes idonei, nec manus ſaltem ad ſcalpendum habiles, & niſi opere nutrientis immotis labris papilla vberis ingeratur, nec vbi ſint ſentiunt, & iuxta ſe iacentibus mammis magis poſſint eſurientes flere, quam ſugere. Proinde infirmati mentis congruit hac omnino infirmitas corporis.* Et perſpicue cap. 37. *Ipſa tanta carnis infirmitas neſcio quid, quantum arbitror pœnale demonſtrat.* Itaque authore Auguſtino hęc tam horrenda infirmitas paruulorum effectus eſt, & pœna originalis peccati.

Imo inſinuat Auguſtinus eodem lib. c. 47. infantes, quamuis ex vteris matrum exituri eſſent ob anguſtias receptaculi paruuli, paulo poſt tamen in maiorem fore molem augendos, & ad hoc vtitur aptè exemplo coſtæ, quam *Deus* ædificauit in mulierem *Vnde*, inquit, *& eius filios poterat omnipotentia Creatoris mox editos grandes protinus facere.* Idem

Ad morbos, & vitia corporum veniamus. Sanè Auguſtinus ea tribuit peccato originali. Sic lib. 3. contr. Iulian. c. 4. *Reſponde*, inquit, *quare in hac ipſa vita afflictione carnis anima cruciatur infantis, cuius ſi meritũ, quia non bene rexerit carnem adhuc non poteſt imputari? Reſponde quo merito tanta innocentia nonnunquam cæca, nonnunquam ſurda naſcatur.* Alius quiſpiam iudicabit hæc naturaliter accidere, Auguſtino qui videbat hęc ſæpe in hominibus, nunquam in brutis accidere, cauſam earum originale peccatum eſſe viſum fuit. Et paulo poſt eodem cap. numeratis alijs humanæ naturæ malis. *Noueritis*, inquit, *fratres genus humanũ ex initio quo deſeruit Deum trahere damnatæ originis noxam omnibus digniſſimam pœnis, niſi vbi parcit inſcrutabilis ſapientia conditoris.* Hinc apparet, quam rectè dicat Bell. l. 6. de Amiſſ. Grat. & ſtat. pec. cap. 11. vbi faſſus *pœnam eſſe originalis culpæ. Quòd multi* inquit *naſcantur cæci, aut ſurdi, aut muti, aut claudi, aut alio modo in hac parte læſi, nam ſine dubio nihil tale accidiſſet ſi primus homo non peccaſſet. Neque in alijs animantibus iſta cernimus, quæ in hominibus ſæpe deflemus.* Itaque *Sanctus Auguſtinus lib. 6. in Iulianum c. 4. ad pœnam peccati originalis etiam hos refert, quod tam multi orbi, morbidi, monſtroſique naſcantur.* Idem Bellarm.

Iam vero lib. 4. contra Iulian. cap. 15. ex ipſamet Philoſophorum ſen-

ten-

Google

Auguſt. tentia Auguſtinus conuincit eum, qui
pro ſe illos citauerat, Iulianum, quod
quæ genus humanum mala paritur,
ad occulta quędam peccata retule-
runt. Quo in loco inter alia: *Videntur
autem non fruſtra Chriſtianæ Fidei
propinquaſſe, qui vitam iſtam fallaciæ
miſeriæque pleniſſimam non opinati ſunt
niſi Diuino iudicio contigiſſe*: & infra
Idem producto Cicerone. *Nam cum mul-
ta quæ videmus, & gemimus de homi-
num vanitate atque infelicitate dixiſſet
ex quibus humana, inquit, vitæ errori-
bus, & ærumnis fit, vt interdum vete-
res illi, ſiue vates, ſiue interpretes, qui
nos ob aliqua ſcelera ſuſcepta in vita ſu-
periore pœnarū luendarum cauſa natos
eſſe dixerunt, aliquid vidiſſe videantur*,
& Ariſtotele authore confirmat ſen-
tentiam:

Summa eſt Naturam noſtram,
quoad corpus debilitatam, infirma-
tam, vulneratam eſſe: quod item præ-
Tullius apud Auguſt. clarè docet ex Tullio eodem lib. 4.
contra Iulian. c. 12. Itaque partus in
ſtatu ruinæ laborioſiores, ſordidio-
res: coitus turpiores, libidinoſio-
res: fœtus miſeriores, vitioſiores; cor-
pora debiliora, infirmiora: morbi
plures, & grauiores; vitia corporum
maiora, & frequentiora: ærumnæ,
dolores, infortunia, afflictiones, cru-
ciatus, multo nos magis obſident, &
opprimunt poſt peccatum originale,
quam naturalis conditio poſtularet,
quemadmodum ſuperius expoſui-
D. Thom Auguſt. Bellarm. mus. Et quidem *D.* Thomas iuxta
Auguſtini doctrinam multa eiuſmo-
di recenſet 2.2.*q.*144.*ar.*1.& 2. & ex
vtroque Bellarminus *lib. 6. de amiſſ.
Grat.* & ſtatu peccati numerat miſe-
rias hominis, quoad corpus; ac in
ijs cenſet morborum genera: & re-
media ipſis morbis grauiora; inopiam
cibi: ac potus: labores in ijs paran-
dis. breuitatem vitæ: timorem mor-
tis. Imo & plurima, quæ accidunt
homini, nec opinanti, & imparato,
Auguſt. quæ enumerat Auguſtinus lib. 22 de
Ciuit. c. 22. *Ab æſtibus, & frigoribus
tempeſtatibus, imbribus, alluuionibus,
coruſcationibus, tonitruis, grandine, fulmi-
ni, hiatibuſque terrarum, eruptionibus
ignium, à tot venenis ferarum, aqua-
rum, aurarum*. Et quod caput eſt ab
ab ipſis hominibus omnibus feris, &
& peſtibus immanioribus. Itaque iure
Bellarminus *lib. 6. cap. 15. de amiſſ. grat.* Bellarm.
qui eſt 3. de peccato origin. concludit:
*Omnino veriſimile eſt non fuiſſe Deum
optimum, & noſtri generis amantiſſi-
mum conditurum hominem, tam miſe-
rum, quam nunc eſt, niſi peccati no-
ſtri magnitudo tale ſupplicium meruiſ-
ſet*. Has vero miſerias nouerunt ip-
ſimet, quod proximè inſinuauimus,
Ethnici Philoſophi, quorum teſtimo-
nia affert Theodoretus *lib. 1. de curand.* Theodor
Græcor. affection. & D. Auguſtin. *lib. 4.* Auguſt.
contr. Iulian. cap 12. 13. 14. 15: Cuius
ex c. 12. verba, afferre volo. *In lib. 3.
de Repub. Tullius hominem dicit non* Tullius
*vt à matre, ſed vt à nouerca natura
editum in vitam, corpore & nudo, &
fragili, & infirmo, &c.* Tum; *Rem vi-
dit cauſam neſciuit: ignorabat origina-
le peccatum.*

Tandem aduerto, vti quiſque me-
lius, & altius de ſtatu Integritatis
ſentit, & plura in eo exiſtenti homini
dona tribuit, ita ab eo miſeriorem, &
abiectiorem ruinæ poſt peccatum ho-
minis ſtatum eſſe formandum: & plu-
ribus, & maioribus vulneribus eum
affectum iri exiſtimandum. Quàm
felix autem, & beatus ille prior ſta-
tus fuerit docet Auguſtinus ſæpe, ac
præcipuè *lib. 14. de ciuit. cap.* 10. *& lib.
1 & 2. de peccat. merit. & remiſſ. & de
corrept. & grat. cap.* 11. 12. & 13. & D. D. Thom
Thomas 1. *p. q.* 94. *vſque* 102. & Scot. Scot.
in 2. diſtinct. 20. & Bonau. *ibid.* ac ex Bonau.
recentioribus quatuor inſignes Socie- Bened.
tatis Theologi Bened. Pererius *in Cō-* Perer.
ment. in Geneſ. Molina in opere ſex Molina
dierum, *diſput.* 25. *& ſequent.* & Bel- Bellarm.
larm. *lib. vn. de Grat. 1. homin.* & Sua- Suarez
rez *to. de opere ſex dierum lib.* 3. Quòd
autem nonnulli Patres ſenſerunt in
ſtatu integro propagandū nō eſſe ge-
nus humanum per opus nuptiarum,
nec futuros eſſe conceptus, & partus,
nec feminæ ad virum ſubiectionem,
id quidem nimium, & ab re eſt; cum
Deus dixerit in eo ſtatu *Creſcite, &
multiplicamini*: atque ad id Adam;
&

& Euam maſculum, & fœminam fecerit.

Gregor. Nyſſen. Chryſoſt. Damaſc. Euthym. Procop.

Fuerunt autem ij Patres Gregor. Nyſſen. *lib de creat. hom. cap.* 18. Ioan. Chryſoſt. *homil.* 18. *in Geneſ.* Ioan. Damaſc. *lib.* 2. *de Fide Orthod. cap.* 30. *&* *lib.* 4. *cap.* 25. Euthym. *in Pſal.* 50. Procopius *Geneſ.* 4 Cui ſententiæ D. Hieronym. *lib. contr. Iouinian.* non audet refragari.

Hieron.

Auguſt.

Ea tamen refellitur ab Auguſtino *lib.* 14 *de ciuit. cap.* 21. *& ſequ.* *& lib.* 9. *de Geneſ. ad litt.* qui admittit generationem, & coitum, ſed ſine pruritu libidinis, concedit delectationẽ, ſed excludit concupiſcentiam, recipit vſum ſexuum: ſed rebellionem partium reijcit: vt conſtat ex libris de nupt. & concup. ad Comitem Valerium, & ex libris aduerſus Iulian. præſertim. 4. & locis proximè citatis de Ciuit. & Geneſi. Tradit tamen Auguſtinus *lib.* 9. *de Geneſ. ad litteram cap.* 3. & alias ſæpe, non fore tunc partus dolores, nec laborioſa puerperia, imo docet citra iniuriam virginitatis fœminas, & concepturas eſſe, & parituras: idque affirmat ad dignitatem, & felicitatem pertinere. ita *lib.* 4. *de Ciuit. cap.* 26. quæ ſententia Angelico Doctori arriſit 1. *p. q.* 98. *ar.* 2. *ad* 4.

SECTIO II.

De Pœnis ad Animum ſpectantibus.

DVas Auguſtinus propoſuit. *Ignorantiam, & difficultatem*, his quippe nominibus appellauit quatuor illa vulnera naturę, quæ vulgo Theologi inducunt, cum D. Thoma

Auguſt. D. Thom

ſect. 2. q. 85. ar. 3. *Infirmitatem, ignorantiam, malitiam, & concupiſcentiã.* Quas omnes Auguſtinus in duabus illis incluſit. Patet ex locis vbi illas duas pœnas ponit, vel ipſomet D. Thoma authore, qui proximè citato articulo cum ſibi argum. 5. obiecisſet D. Auguſtinum duo tantum numeraſſe vulnera, Ad quintum, ita reſpondet. *Dicendum quod difficultas, quæ ponitur ab Auguſtino includit iſta tria, ſcilicet malitiam, infirmitatem, & concupiſcentiam.* Quod ego veriſſimum eſſe compereram, antequam hunc locum D. Thomæ vidiſſem. In omnibus quippe locis vbi Auguſtinus duo illa (ſic appellat) Pœnalia proponit, quocunque tandem modo ponat, ita ſemper explicat, vt quatuor illa inuoluat. Ita *lib.* 3. *de lib. arb.* *cap.* 18. *&* 19. *&* 20. *ac lib. de nat. & grat. cap.* 67. vbi eundem locum repetendo allegat. nam capitulo 18. ignorantiam, & infirmitatem contractam ex originali peccato cum difficultate ad bene operandum ex vehementia concupiſcentiæ orta, ita proponit, vt poſtea concludat. *Sunt re vera omni peccanti animæ duo iſta pœnalia: ignorantia, & difficultas.* Ac inde colligit tum illo cap. tum ſequente, *Cæcitatem, cruciatum*, ac moralem quandam peccandi ex ingenti difficultate neceſſitatem. *Quòd ignorans* inquit,

Auguſt.

Idem

quiſque non rectè facit, & quod rectè volens facere non poteſt, ideo dicuntur peccata, quia de peccato illo liberæ illius voluntatis originem ducunt Et mox *ex illius damnati pœna, & mortales, & ignari, & carni ſubditi naſcimur.* Et rurſum cap. 20. *Infirmitatem* naturæ noſtræ, hanc difficultatem rectè agendi vocat, dixerat autem cap. 18. *Sunt etiam neceſſitate facta, quædam improbanda*, & iterum *concupiſcentiam Carnis aduerſus ſpiritum*, inter radices peccati recenſet. Et concludit. *Hæc omnia hominum ſunt ex illa mortis damnatione venientium.* Quam doctrinam, imo & verba tradit, & confirmat *lib. de nat. & grat. cap.* 67. *& lib* 1. *Retract.* *cap.* 9. vbi expreſsè habet. *Hanc hominis eſſe miſeriam iuſtiſſimè inflictam, ex qua nos liberat Dei gratia Ad quam* inquit, *miſeriam iuſta damnationis pertinet ignorantia, & difficultas: quam nolunt*, addit, *Pelagiani, ex iuſta damnatione Dei deſcendere negantes originale peccatum.*

Idem

Loco autem Enchiridij pro difficultate concupiſcentiam ponit. *Subintrauit*, inquit, cap. 24. *ignorantia*

Idem

rerum

rerum agendarum, & concupiſcentiæ noxiarum, quibus comites ſubinſeruntur error, & dolor. & poſtea *miſeriã* appellauit: & cap. 27. vtramque pœnam coniunxit; & cæcam, & indomitam concupiſcentiam nuncupauit. Verum quidem eſt Auguſtinum, dum has pœnas enumerat *miſeriæ* potius, & *infirmitatis* rationem habere, quam *malitiæ*; vt quodammodo iſtud à D. Thoma, & Theologis inductum vulnus, quòd ex libertate directè deſcẽdat, non videatur in pœnas ex alieno originali, deductas rectè quadrare; qua ratione melius ratiocinatus eſt Auguſtinus. Verum quòd D. Thomas illo articulo 3. q. 85. malitiã *illam deordinationem voluntatis* à bono, & propenſionem ad malum intelligat, idem ſentire Auguſtinum, video, ac inueni locum expreſſum *lib. de Corrept. & Grat. cap. 6.* vbi prauitatem illam, quæ in nobis eſt veluti innata, & ab Adam tranſmiſſa, priuationem rectitudinis appellat, quæ certè prauitas, quid aliud eſt, quam illa deordinatio? *Per hoc*, inquit, *prima prauitas, qua Deo non obeditur ab homine eſt, quia ex rectitudine in qua eum Deus primitus fecit, ſua mala voluntate decidens prauus effectus eſt*. Ecce voluntas, & prauitas in Adamo. Eam innatam nobis videamus. Adiungit. *An vero idea prauitas iſta corripienda non eſt in homine, quia non eius propria qui corripitur, ſed communis eſt omnibus? Imo vero, & corripiatur in ſingulis, quod eſt omnium*. Deſcendit ad nos cum peccato originali illa prauitas Adami ex mala ipſius voluntate, atque adeo malitia, quam D. Thomas inter vulnera recenſet.

Auguſt. D. Thom.

Verum hæc ſpectant ad moralia: & tendunt ad finem ſupernaturalem: & ſumuntur in ordine ad ſtatum integritatis naturę: reſpectu cuius haud dubiè pœnalia ſunt. Videre nunc ſupereſt, vtrum in ordine adhuc naturali ita ſint à peccato, vt niſi eſſet hoc, ijs natura in ſe ſpectata careret, ac melius, quam nunc eſt, ſecum ſtipata, nexaque conſiſteret? De eo autem Auguſtinum audiamus lib. 1. de peccat. mer. & remiſſ. cap. 35. *In illas igitur ignorantiæ denſiſſimas tenebras, vbi anima infantis recentis ab vtero, vtique anima hominis, vtique anima rationalis: non ſolum indocta, verum etiam indocilis iacet, quare, aut quando, aut vnde contruſa eſt ſi natura eſt hominis ita incipere, & non tam eſt vitioſa iſta natura?* Senſit itaque Auguſtinus hanc ignorantiam non eſſe à natura, ſed à culpa, quod vitium ſit ex peccato, non autem propria cõditio naturæ. Pergit. *Tam profunda ignorantiæ caligine inuolutus, & preſſus, vt nec tãquam de ſomno excitari poſſit, vt hac ſaltem demonſtrata cognoſcat, ſed expectetur tempus, quo hanc neſcio quam veluti ebrietatem, non per vnam noctem, ſicut qualibet grauiſſima ſolet, ſed per aliquot menſes, atque annos paulatim digerat, quod donec fiat tam multa quæ in maioribus punimus, toleramus in paruulis, vt numerari omnino non poſſint: hoc tam magnum ignorantiæ atque infirmitatis malum ſi in hac vita iam nati paruuli contraxerunt, vbi, quando quomodo aliqua impietate commiſſa, repente tantis tenebris inuoluti ſunt?* Et mox cap. 38. hanc *ignorantiam* vocat *horrendam*. Qualis profectò non quadrat in puram, & conditam à Deo naturam.

Auguſt.

Huc faciunt quæ in epiſtol. 29. ad Hieronymum de pœnis originalis culpæ contractis ab hominibus diſputat. Sic enim de ignorantia. *De ingeniorum vero diuerſitate quid dicam? quæ quidem in paruulis latet, ſed ab ipſis exordijs naturalibus ducta apparet in grandibus, quorum nonnulli tam tardi, & obliuioſi ſunt, vt ne prima quidem diſcere elementa poſſint. Quidã vero tanta ſunt fatuitatis, vt non multum à pecoribus differant; quos moriones vulgò vocant*. Sane videmus animantes in ſuo quaſque genere penè pares, ſua munia congruenter obire, nec in ijs deficere. Homines autem rationales comperimus ſępe tam procul eſſe ab vſu rationis, vt pecoribus ſimiles eſſe videantur. Quod expendit grauiter Bellarminus lib. 6. de amiſſione gratię cap. 8. Certe non tam

miſera

miſera condita eſſet à Deo natura humana, vt vitiata, & læſa in iugulo ipſo rationis ceu iners, ac bruta iaceret. Igitur *Quid aliud* inquit Auguſtin. *niſi peccatum indicat horrenda quædam profunditas ignorantiæ ex qua omnis error exiſtit, qui omnes filios Adam tenebroſo quodam ſinu ſuſcipit, vt homo ab illo liberari ſine labore, dolore, timore non poſſit?* Si hæc naturę innata ignorantia eſſet, minime quererentur Philoſophi quod in his tenebris naſcerentur. At queritur apud Auguſtinum Cicero lib. 4. contr. Iulian. c. 12. *In animo humano ineſſe tanquam obrutum quendam diuinum ignem ingenij, & mentis.*

Sed quoniam de hac profunda, & miſera ignorantia latè, & copioſè diximus in libro noſtro de Cortina, vbi quantum illa mali afferat, & ad rectè viuendum officiat, ad Auguſtini mentem expoſuimus, plura hic dicere ſuperſedemus. Illud maneat, Auguſtino authore, & paruulorum horrendas illas, in quibus iacent tandiu tenebras: & adultorum non ſolum fortuitam ſtultitiam, & fatuitatem, ſed etiã ignorationem vltimi finis, de quo tam diuerſæ, & abſonæ feruntur Philoſophorum ſententiæ, vti dolenter ob-
August. ſeruat Auguſtinus *lib. 19 de Ciuit. c. 1. & ſequent.* & difficultatem inueniendi veri præcipue moralis, & circa illud varios errores tædium, & negligentiam in addiſcendo, tarditatem in percipiendo, obſcuritatem in docendo, laborem, & fatigationem in excogitando, pœnas eſſe originalis peccati. Hinc illæ ſcripturarum voces; *Cogitationes mortalium timidæ, & in-*
Sap. 9. *certa prouidentiæ noſtræ.* Sapient. 9. *& Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem* ibidem.
Psal. 18. Et illa *Ab occultis meis munda me* Pſal. 18. & alia *Reuela oculos meos*, & alia *Ignorantias meas ne memineris*, & quamplurimæ quæ paſſim occurrunt
D. Greg. legentibus. Et quidem cum Diuo Gregorio Hom. 36. in Euangelia concluſerim: *Nos nati in huius peregrinationis ærumna huc faſtidioſi iam venimus, neſcimus quid deſiderare debeamus.* Itaque non modo quid agendum, ſed etiam quid optandum ſit, quod miſerrimum quidem eſt, ignoramus.

Tranſeo ad aliud vulnus quod illa tria complectitur *Malitiam, infirmitatem, concupiſcentiam*. Illud latè,
ac diſtinctè deſcribit D. Thomas 1. 2. D. Thom.
q. 85. noſque ſupra in ſtatu vulneratæ, & lapſæ naturæ, & in Cortina de neceſſitate gratiæ quæſtione diximus. Nunc Auguſtini præclaros quoſdam de his Animi malis ex peccato relictis afferamus. Incipiamus à paruulis in quibus adhuc citra capacitatem culpæ, motus quoſdam vitioſos ex labe infectæ originis deprehendimus lib. 1. confeſſ. c. 7. ſic de pueritię malis
Auguſtinus. *An pro tempore etiam* Augusti
illa bona erant: flendo petere etiam quod noxie daretur, indignari acriter non ſubiectis hominibus liberis, & maioribus; hiſque à quibus genitus eſt: multiſque præterea prudentioribus non ad nutum voluntatis obtemperantibus feriendo nocere, niſi quantum poteſt quia non obeditur imperijs, quibus pernicioſè obediretur. Ita imbecillitas membrorum infantilium innocens eſt, non animus infantium. Vidi ego, & expertus ſum zelantem paruulum: nondum loquebatur, & intuebatur pallidus amaro aſpectu collactaneum ſuum. At hæ prauæ inclinationes non à nutricibus lactè inſtillantur, ſed antea ſunt cum peccato originali congenitæ. Hinc eſt, vt ſæpe feriant matres, & nutrices, ac earum vbera mordeant, & in illas expuant, & aduerſus eaſdem amanter habentes indignentur, & furant. Hæc certi in animantibus non videmus. Ecqua eſt enim quæ matrem cędat, quæ auerſetur, & fugiat? quæ perſequatur? Quod ſi quæ ſunt, vti viperæ, illas tanquam peſtiferas, & venenatas deteſtamur. Sed præſtat Au- Idem
guſtinum audire lib. 22. de Ciuit. cap. 22, ſic. *Quid enim ſibi volunt multimodæ formidines, quæ cohibendis paruulorum vanitatibus adhibentur? Quid pædagogi, quid magiſtri, quid ferulæ, quid loræ: quid virgæ, quid diſciplina qua ſcriptura ſancta dicit: dilecti filij latera*

tera eſſetundenda,ne creſcat indomitus, domarique iam durus, aut vix poſſit, aut fortaſſe non poſſit? quid agitur his pœnis omnibus, niſi vt debelletur imperitia, & praua cupiditas refrenetur, cum quibus malis in hoc ſaculo viuimus? Sane Pueri antequam lac bibant, *bibunt*,vti ait Iob cap.15. *ſicut aquam iniquitatem. Ecce enim in iniquitatibus concepti ſumus.* Hinc eſt illa veriſſima Scripturæ Geneſ. 6. ſententia

Geneſ.6.

Proni ſunt ſenſus hominis ad malum ab adoleſcentia ſua. Adeo vt ipſimet ſapientiores Ethnici dixerint. *Peccare humanum eſſe*;& cum peccabant cauſabantur humanæ naturæ conditionem. Vnde ille *Perſuaſit nox,amor, vinum,adoleſcenti a humanum eſt. Nemo*,inquit alius,*ſine crimine viuit.Optimus ille eſt qui minimis vrgetur*, & alius *Homo ſum, nihil humani à me alienum puto.* Intremus altius in animos hominum, & eos inueſtigemus. quam hæc ſint vera reperiemus. Audiamus Auguſtinũ quo nemo ſe alius diligentius inquiſiuit, et excuſſit lib.

Auguſt.

27.de Ciuit.c.22. ita: *Mordaces curæ perturbationes, mærores, formidines, inſana gaudia, diſcordia, lites,bella, inſidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, ſallaciæ, adulatio, fraus, furtum, rapina,perfidia, ſuperbia,ambitio, inuidentia,homicidia, parricidia, crudelitas, ſæuitia,nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, impudicitia, fornicationes, adulteria, inceſta, & contra naturam vtriuſque ſexus tot ſtupra, atque immunditiæ, quas turpe eſt etiam dicere: ſacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ, periuria, oppreſſiones innocentium,calumniæ, circumuentiones, præuaricationes, falſa teſtimonia, iniqua iudicia, violentiæ, latrocinia, & quicquid talium malorum in mentem non venit, & tamen de vita hominum non recedit.* Quæ antra, quæ latibula,tot feras, & peſtes vnquam protulerunt? Hæc omnia vitiorum, & delictorum monſtra originalis illa culpa gignit, & producit opera humanę libertatis illo malo grauatæ: de quo Paulus *Malum mihi adiacet. Perficere bonum non inuenio. Habitat in me peccatum*, quo maius, nec eſt, nec eſſe poteſt malum. *Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?*Rom.7.

Rom.7.

Demum non in moralibus tantum deficimus à recto, quod fit in nobis ad malum pronà naturà, vergente eo cõcupiſcentia inclinata, verum etiam intra limites naturales animus noſter, ac eius partes deficiunt, & laborant. Querela eſt hac de re iuſta illa Ciceronis lib.3. de Repub. apud Auguſtinum lib.4.contr. Iulian, c.12. *Homo non vt à matre, ſed vt à nouerca editus eſt in vitam corpore nudo, & fragili, & infirmo: animo autem anxio ad moleſtias,humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines.* De cuius perturbationibus in Tuſculanis idem Cicero multa conqueritur, quamuis Stoico more conſularis Philoſophus ea tranquillare ac ſopire conetur. Sed conatus ille, & impetus: non effectus, nemo enim magis illis perturbati animi motibus quam Tullius ipſe ſuccubuit: vti eius ad Terẽtiã vxorem epiſtolę teſtantur,quam dum etiam repudiauit, quantæ miſeriæ eſſet obnoxius,licet inuitus,monſtrauit. Hæ ſunt veluti quædam illarum lineamenta pœnarum, quas nobis impreſſit fatalis illa, vt ita dicam, culpa originalis,quas potius dolendo experimur, quam deſcribẽdo aſſequimur. Illud certe miſerrimum eſt, quod ipſæmet,in quas natura noſtra concupiſcentia ducta impingitur, turpiſſimę eſſe ſolent, & maxime rationi,virtutique contrarię. De quibus illa ſunt à Cicerone apud Auguſtinum lib.4. contra Iulianum c.14. dicta mirabiliter. *An vero*, inquit, *voluptates corporis expetendæ? quæ vere, & grauiter à Platone dictæ ſunt illecebræ eſſe, atque eſca malorum. Quæ enim confectio eſt valetudinis? quæ deformatio coloris & corporis? quod turpe damnum, quod dedecus, quod non euocetur, atque eliciatur voluptate? cuius motus vti quiſque eſt maximus, ita eſt inimiciſſimus Philoſophiæ. Quis enim cum vtatur voluptate ea,qua nulla poſſit maior eſſe, attendere animo, inire rationem, cogitare omnino quicquam poteſt? Cuius*

Cicero

Idem apud Auguſt.

autem tantus eſt gurges, qui dies, & noctes ſine vlla minime temporis intermiſſione velis ita moueri ſuos ſenſus, vti mouentur in ſummis voluptatibus. Quis autem bona mente præditus non mallet nullas omnino nobis à natura voluptates datas? His teſtimonijs vtitur Auguſtinus aduerſus Iulianum qui & peccatum originale negabat, & concupiſcentiam defendebat, quem ipſis met quos pro ſe citabat Ethnicis authoribus refutabat, quos ait rem vidiſſe, effectus peccati deprehendiſſe, cauſam ignoraſſe.

SECTIO III.

De Pœnis Peccati Originalis post hanc vitam.

OMiſſa Pelagij, Celeſtij, Iuliani, aliorumque Pelagianorum hæreſi negantium originale Peccatum, & affirmantium Paruulos poſt mortem æternùm victuros: ſed in Regnũ Dei minimè venturos, quod inter vtrunque diſtinguerent, & vitæ æternæ nomine beatitatem quandam naturalem extra viſionem Dei, quæ Beatitudo ſupernaturalis eſt, intelligerẽt: nomine autem Regni Dei, hanc ipſam ſupernaturalem Beatitudinem, quæ in videndo Deo conſiſtit acciperent,
Auguſt. vti Auguſtinus teſtatur *lib. de hæreſ. cap. 88. & lib. 1. & 3. de peccat. mer. & remiſſ.* & *lib. 5. & 6. contra Iulian. & lib. de Peccato originali, ſiue 2. de Grat. Chriſti.* quam ille ſolide, ac doctè confutat. Fuerunt, qui nullam omnino pœnam peccato originis aſſignarunt: dixeruntque Paruulos cum eo mortuos Regno Cœlorum, & viſione Dei eſſe fruituros. Ita ſenſit
Vincẽnt. Pelag. olim Vincentius, quidam quem Auguſtinus *lib. 1. de orig. animæ cap. 9. & lib. 3. cap. 13.* refellit, & ſuperiore ſeculo
Zuingl. docuit Zuinglius in declarat. de peccato originis ad Vrbanũ Rhegiũ: quem errorem ex parte ſecuti ſunt
Bucer. Pet. Mart. Caluin. Bucerus, Petrus Martyr, & Caluinus dum Filiis Fidelium baptizatorum, minimè baptizatis illam beatitatem concedunt, quam Zuinglius omnibus etiam Infidelium filijs liberalius conceſſit, niſi quod Zuinglius hoc probabile dicit eſſe, illi certum omnino & indubitatum affirmant. Hæc opinatio hæretica eſt.

Catholicorum duæ hac in re ſunt extremę ſententiæ. Altera, quæ medium quendam ſtatum in alia vita inducit, inter gloriam Beatorum, & Pœnam Damnatorum: id eſt cuiuſdam Felicitatis naturalis, expertis quidẽ ſupernaturalis boni extra gratiam, & gloriam: ſed cumulatæ omnibus bonis naturę, quæ intra illius ſphæram eſſe poſſunt: quæ amplectatur cognitionem Dei authoris naturæ, & rerũ naturalium, integritatem mentis, & corporis, & omnes, quæ vtranque deceant, voluptates. Hac felicitate donandos paruulos omnes eſſe, qui cũ peccato decedunt originis, affirmant.
Petrus de Aquila, apud Dionyſium Petrus de Aquila Dionyſ
Carthuſianum *in 2. d. 33. q. 2.* Alber- Pighius
tus Pighius *contr. 1.* Sauonarola *lib. de* Catharin.
triumpho Crucis. & Ambroſius Catha Roa.
rinus in libro quem de hac re ſcripſit. Suarez
Inclinat Leſſius, & Martinus de Roa: qui eum citat, tractatu de ſtatu Paruulorum in Limbo. & quidem *Leſſius* ſic ſentit *in opuſ. opuſc. de perfectionib. diuinis lib. 13. num. 144.* Fauet Suarez *tum in 3. p. tom. 2. d. 57. ſect. 6. tum in 1. 2. tract. de Peccato originali d. 9. ſect. 6.* & alij pii, & miſericordes Theologi.

Altera eſt. Paruulos in ſtatu damnatorum fore, & pœnam damni cum triſtitia inde orta, & pœnam ſenſus ab igne in gehẽna eſſe paſſuros. Hæc
fuit Hubertini *in 4. & lib. 3. de vita* Huberti.
Saluatoris. vti eum citat Dionyſ. Car- Dionyſi Carth.
thuſ. *in 2. ſentent. d. 33. q. 2.* & Gregor. Arimin.
Arimin. *ibid. qu. 3.* & Driedo *lib. 1. de* Driedo.
grat. & lib. arbit. & Conrius *in tract. de* Conr.
hac materia, qui ad finem tomi Cor- Cornel.
nelij Ianſenij, ceu illius appendix Sonnius
habetur, & Sonnius *tract. de extremo iudicio cap. 6. & 7.* Alios antiquos anonymos allegat D. Bonauentura, apud Carthuſ. *q. 2.*

Inter has duas ſententias ſunt duæ mediæ. Hæ conueniunt in eo, quòd pœnam ignis, imo & ſenſus excludunt à paruulis: diſcrepant in eo, quòd prima

Google

priма ſolam carentiam viſionis Dei, & puram pœnam damni, ſine vlla ex eo triſtitia, ſine vllo interno dolore admittit, & nullatenus torqueri eos affirmat. Secunda concedit triſtari eos ex illa priuatione viſionis Dei. Itaque internum dolorem, & pœnam animi concedit in paruulis. Prima eſt

D. Thom. D. Thomę *in* 2.*d*.33.*q*.12.*ar*.2. quem locum ſcriptum videtur vocare Dionyſ. Carthuſ. *q*.2. vbi illius verba refert. Idem tradit S. Doctor *q*.5. *de ma-*

Bonan. *lo.ar*.1.2.*&* 3. *D.*Bonauent. *in* 2. *d*. 2. *in* 2.*p.diſt.q*.2. qui etiam citatur à Car-

Vdalrici. thuſ. Vdalricus *in ſumm. lib*.6. apud

Richard eundem, & Richard. *in* 4.*d*.50.*q.vlt.*

Magiſt. & videtur eſſe Magiſtri *in* 2.*d*. 33. &

Alenſ. Alberti Alexandri Alenſ. & Alberti, quos adducit Carthuſianus, qui cum ijs

Gabr. ſentit, & Durand. *q*.3. Gabr. *q*.1.*ar*.2.

Marſil. & Marſil. *q*.19.*ar*.3. Hanc docet per-

Scot. ſpicuè Scotus *ib.q.vn.* cuius ſententiã

Vaſquez ſuis expreſſam verbis proponit Car-

Soto thuſianus. Eam ſequitur P. Vaſquez *in* 1.2.*q.d*.134.*cap*.3. qui pro ea citat Soto *lib*.1.*de nat.& grat.cap*.14. quem pro oppoſita citat Suarez cum Abulenſi *tom*.2.*in* 3.*p.d*.57.*ſect*.6.*ad finem*. vter verius, ſtatim dicam.

Secunda ſententia tradit. Paruulos illos citra pœnam ſenſus, animi dolorem, & triſtitiam ex pœna damni

Abulenſ. omnino eſſe ſenſuros. Ita Abulenſis

Bellarm. *Matth*.25.*q*.662. & Bellarminus *lib*. 6.*de Amiſſ.grat.& ſtatu pecc.cap*.6. qui probabiliorem alia dicit, eamque vehementer probat. Eandem placuiſſe multis teſtantur D. Thom. & Bonauent. citati, & Dionyſius Carthuſ. *in* 2.*d*.33.*q*.2. quod item obſeruat Bel-

Innocent. larminus, qui eam tribuit Magiſtro, & Innocentio in cap. *Maiores*. Hæc videtur eſſe Petri à Soto *lib. de inſtit.*

Pet. Sot. *Sacerd.lect.6 de Baptiſmo*, dum recenſens nouitates Catharini, eam quoque numerat Paruulos, ita eſſe poſt hanc vitam futuros felices, vt nulla afflictione, & triſtitia ſint afficiendi.

Dom. Sot *Dominicus* Soto, quid ſenſerit incertum magni duo illi authores fecerunt Suarez, & Vaſquez. Ille igitur eo loco: diſputans vtrum norint cauſam damnationis ſuæ an non? ita concludit. *Quo circa, vel dicendum eſt hanc cauſam, qua fuerint expulſi, occultam ſibi eſſe, quod magis probauerim, aut ſi eam cognoſcunt, vt quidam volunt, vix poſſum intelligere, quomodo nulla inde eos triſtitia moleſtet.*

Ex quo apparet dum cauſam ſuo iudicio remouet, conſequenter triſtitiam remouiſſe, quam ex aliena ſententia ijs attribuit, atque adeo fidelius cum à Vaſq. eſſe citatum: qui propriæ ſententiæ rationem habuit, cum Suar. quid ex aliena ſequeretur attẽdiſſet.

Antequam de his ſententijs iudicium feram. Duas breuiter quæſtiones expedio. Prima eſt. Vtrum hi pueri ſint iudicandi? Negant quidam in quibus eſt Dionyſ. Carthuſ. *in* 4.

d.47. *q*. 1. vbi citat Albertum pro eadem ſententia. Durandum etiam pro Carthuſ.

eadem allegat Suarez *d*.67.*ſect*.6. & Durand.

Bellarm. *lib*.6. & quidem ille ita ſen- Suar

tit *in* 2.*d*.33.*qu*.3. ſed alia verba Du- Bellarm.

randi adducit *D*ionyſ. Carthuſian. *in* 2.*d*.33.*qu*.2. quibus perſpicuè docet *D*urandus paruulos eſſe iudicandos. Id voluit, de ijs non fore diſcuſſionis iudicium. *In die*, inquit, *Iudicij aderunt, & iuſtum eſſe iudicium Dei noſcent*, quod etiam ſenſit Sotus *q*.1.*ar*. 3.*ad* 2.*in* 4.*d*.47. qui negat eos eſſe

iudicandos iudicio diſcuſſionis. Hæc Sotus

ſententia nititur eo quod Chriſtus adultos tantum videatur in iudicium producere, qui ex actibus iudicentur *Eſuriui, & dediſtis, aut non dediſtis mihi bibere*, ac eo etiam, quod ſententia cadat in eos duntaxat, qui aut Beati in Cœlo cum Angelis, aut damnati in gehenna, cum Diabolo futuri ſunt. Neutrum autem quadrat in paruulos. Verum hi loci nihil iuuant, quod nimium probant: hac enim ratione, neque paruuli baptizati venirent ad iudicium cum opera, & merita actualia non habeant. Sed ij iudicandi prorſus, & remunerandi ſunt, igitur & paruuli non baptizati.

Quare affirmandum hoſce pueros ad iudicium eſſe venturos, & ſententiã auditurós. Iuxta illud *D*. Pauli 2.

Corinth. 5. *Omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti: vt referat* Paul.Cor.

vnuſquiſque prout geſſit. ideſt prout
in vita ſe habuit, vti omnes inter-
Apocal. pretantur, quod perſpicuè dixit Ioã-
nis in Apocal. cap. 20. *Vidi mortuos
magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu
throni*. & mox *Et libri aperti ſunt,
August. & iudicati ſunt mortui*. Ea eſt Sancto-
rum Patrum Auguſt. *lib. 1. de orig. an.
cap. 9. lib. 5. in Iulian. c. 8. & lib. 9. cap. 4.
& in Enchir. cap. 93. & lib. 1. de peccat.
mer. & remiſſ. cap. 16. & ſerm. 14. de
verb. Apoſt.* vbi eos ad ſiniſtram locat.
Fulgent. Gregor. Fulgent *lib. de fid ad Petr. cap. 2.* S. Gre-
D. Thom. gor. *lib. 9. moral cap. 19.* & alii commu
niter. Ex Scholaſticis D. Thom. *in 4.
d. 47. q. 1. ar. 3. q. 1. ad 3.* ait compari-
turos eos in iudicio. Sed non diſcu-
tiendos. *& q. 5. de malo a. 3.* non negat
eos iudicandos, ſed habituros eſſe co-
Bonau. gnitionem Gloriæ Sanctorum, & cauſę
damnationis ſuæ inficiatur. In qua
item ſententia eſt D. Bonau. *in 2. d.
33.* qui tamen *in 4. p. 47. ar. 1. q. 3.* om-
nino eſſe iudicandos tradit: ſequuntur
Arimin. & Driedo, & qui putãt eos eſ-
ſe pœna ignis cruciãdos. Indicat eam
Caiet. Suarez Bellarm Leſſius Roa. Abulenſ. Caiet. *in 3. p. q. 57. ar. 2.* tenet manife-
ſte Suarez *tomo 2. in 3. p. d. 57. ſect. 6.*
& Bellarm. *lib. 6. de Amiſſ. grat. cap. 6.*
& Leſſ. *de perfect. Diuin. lib. 13. n.* 144.
& Roa *tract. de limbo, & ſtatu infan-
tium*. Et imprimis. Abulenſ. *in cap.
Matth. 25. q. 662.* eſtque meo iudicio
certiſſima: omnes quippe audituri
ſunt ſuam, vt conſtet iure, vel remu-
nerari, vel puniri, vel non remune-
rari, ſententiam, idque ad iuſtitiam
iudicis ſpectat, & generalem omniũ
ſatisfactionem.

Secunda eſt. Vtrum hi Paruuli co-
gnituri ſint, ob quam cauſam condẽ-
nantur, & alij glorificantur. Et quã-
D. Thom. Bonau. quam multi Doctores, qui ab iis re-
mouent triſtitiam, præſertim D. Tho-
mas, Scotus, & Bonauentura hoc
Soto negare malint: & alij cum eodem
Soto, & Durando nolint eos donare
ſupernaturali rerum notitia, ac pro-
inde negent, eos, quæ ad fidem ſpe-
ctant cognituros eſſe: nihil ſane vi-
dentur euincere: nam nec opus eſt
ab ijs remouere triſtitiam, vti mox
probabimus: nec ſi opus ſit, ea ratio-
ne oporteat remoueri: ſed alijs, quas
infra inſinuabimus, nec vero Fides
neceſſaria eſt ad ea myſteria cogno-
ſcenda, cum de obiecto ſupernaturali
cognitio naturalis eſſe queat, vti ap-
paret in gentilibus, quibus illa my-
ſteria primum prædicantur, antequã
credant. Præterea *Dæmones credunt,
& contremiſcunt*. non tamen vera fi-
de credunt, quod noſcunt. Itaque
dicendum videtur eos paruulos, ſi
ſemel veniant ad iudicium omnia,
quæ ibi agentur eſſe intellecturos: &
cauſam propter quam excluduntur à
Regno Cœleſti, eſſe agnituros. Nec
enim ibi veluti cadauera trunci ue a-
derunt, ſed cum ratione, & iudicio,
vti homines, in ſtatura, & habitu
corporis, animique perfecto. Quod
tandem S. Thomas manifeſtè docuit D. Thom.
in 4. d. 43. q. 1. ar. 5. queſtiunc. 2. vbi di-
ſtinctè ait, in iudicio omnibus notam
eſſe futuram ſententiam, tum ſuam,
tum aliorum, & cauſas illarum. Et
ſuadetur loco Pauli ad Roman 5. *Ex* Rom. 5.
vnius delicto omnes in cõdemnationem.
Nam ſi condemnandi ſunt, & vident
ſe condemnari, opus eſt vt ſciant
cauſam, cur condemnentur. Alioqui
maior erit pœna, videre pœnam, &
cauſam ignorare, cum naturale ſit cã
inquirere, quam ſcire ſe damnari. &
ob iuſtam cauſam damnari: in quo in-
tellectus demum quieſcat. Ita ſen- Bellarm.
tiunt Abul. Suar. Bellarm. & Roa ci-
tati. Ex quibus Bellarminus hac ra-
tione apta ſanè, & probabili vtitur:
Barbari adulti cognoſcent cauſas ſuæ
damnationis, cum tamen plures de
Chriſto nihil audierint, qua igitur
ratione hi intra Fidem propter iuſti-
tiam ſententiæ, cauſam illius agno-
ſcent, hac & paruuli ſuam cogno-
ſcent.

Nunc ad ferendum de propoſitis
authorum ſententijs iudicium acce-
do. Quod attinet ad primam ex dua-
bus extremis Pighii, & Catharini af-
firmantis eam felicitatem paruulis
non baptizatis, quæ ſit naturalis Bea-
titudo, vti eam Catharinus format, Catharin.
& deſcribit, extra omne malum pœ-
nę, ac doloris interni, & externi, &
cum

cum omni voluptate animi, & corporis retento peccato originali, eã & parum aptam in Philoſophia, & parum tutam in Theologia exiſtimo. Parum aptam in Philoſophia, quia cum originali culpa non poteſt ille naturalis beatitudinis ſtatus componi. Nam qui eſt in peccato originali eſt inimicus Dei, & ſeruus Diaboli, habetque naturam filiam iræ, & infectam vitio peccati, quomodo ergo poteſt eſſe felix, & beatus? & omnibus naturæ bonis abundare? Certe hoc dici nequit conſequenter, atque adeo nec philoſophicè. Patet ex comparatione cum Pelagio: hic enim cum ſuis greggregalibus, ideo dabat illum beatitudinis ſtatum paruulis, quia non ponebat in ijs maculam Originalem; vnde in hoc errore ſeruabat formam conſequentiæ, videbat quippe ex carentia culpæ ſequi illam felicitatem, qualis fuerat in Adamo ante peccatum. At vero Catharinus, & ſequaces meliores Catholici quam Pelagius, & Sectatores ſunt, dum fatentur peccatum originale, verum deteriores eo Philoſophi ſunt, dũ aiunt eos peccatores, qua nulla maior miſeria eſſe poteſt, fore tamen eadem, quam ponebat Pelagius, beatitate beatos. Vidit hoc Catharinus, atque adeo ne malus eſſet Philoſophus, dixit illos pueros extrahendos eſſe à poteſtate diaboli. Sed aut in hoc erit adhuc peior philoſophus, aut non bonus Theologus. Probo primum, quia ſi non ſunt liberati à peccato, quæ eſt cauſa cur ſicut in poteſtate Diaboli, non poſſunt ab ea liberari. Quod ſi admittat eos eximi à culpa, tum malus erit Theologus, quod ſine baptiſmo eos eximi à peccato dicit. Hinc ſequitur alia pars cenſuræ: parum tutam eſſe hanc opinionem in Theologia: nam vel debet affirmare illos pueros carere peccato originis, quod per ſolum baptiſmum in paruulis tollitur, vel debet ſuſtinere eos cum illo peccato eſſe naturaliter beatos; cum Paulus dicat; qui illud contrahit ire in condemnationẽ, non eſt autem condemnatio illa beatitudo naturalis.

Pelag.

Sed excuſabit ſuſpicionem Catharinus dicendo. Hos pueros adhuc eſſe in condemnatione, quia carent viſione Dei, & habere condemnationem reſpectiuam, dum ſcilicet non ſunt ſupernaturaliter beati: & hoc ſufficere, vt dicantur condemnari dum priuantur vera beatitudine: Sed non euadet Catharinus hoc modo. Quia illa condemnatio reſpectiua, dici nequit condemnatio, cum ſit naturalis felicitas, & beatitudo tot gaudiis, & bonis cumulata, & nullum admittat dolorem. Eo autem quod careat ſummo illo bono, ſit minor felicitas, & imperfecta beatitudo, non autem ſit condemnatio. Alioqui ſi minus bonum reſpectu maioris, quo caret eſt condemnatio, nos qui modo viuimus, dũ ſummo illo bono caremus ſumus cõdemnati. Imo & multi Beati in Cœlo, qui minus fruuntur Deo, quã alij, nec enim ſunt æquales in Beatitudine, erunt in condemnatione reſpectiuè. Certè condemnatio in ſacris litteris Pœnam ſonat, & ſupplicium, non autem felicitatem ſine vlla pœna. Deinde Pelagius ex eo item iudicatus eſt erraſſe, quia poſuit hos Pueros in eo ſtatu in quo erat Adam ante peccatum, quemadmodum apparet ex variis Auguſtini locis: & ex Concilio Dioſpolitano in quo hic articulus Pelagij qui eſt tertius, damnatur Can. item tertio. At in eo illos ponit Catharinus, imo & multo maioris felicitatis naturalis, cum non ſint morituri, nec mortales: & abundent omnibus bonis, & voluptatibus honeſtis, ſine præcepto, & ſine periculo. & fruantur Angelorum aſpectu, & conſuetudine, & Beatos item ſint viſuri, vti admittit Catharinus, & qui eum ſequuntur; quæ ſanè ſumma naturalis felicitas eſt. Nec valet obijcere: Pelagium ideo damnatum eſſe, quia dum affirmabat Pueros eſſe in ſtatu illo Adæ carere peccato, quod non dicunt Theologi Catharini ſectatores: nam vt hoc verum ſit, quod nõ nego, etiam alia pars condemnabatur in Pelagio, quod iis dabat mediũ

Concil. Dioſpol.

quen-

quendam locum inter condemnationem, & Regnum Cœlorum, quod patet ex Auguſtino *lib. 1. de orig. Anima ad Renatum. & lib. 1. de peccat. mer. & remiſſ. cap. 28. & ſerm. 14. de verb. Apoſtoli*. Quia hanc partem intelligebat Pelagius per *vitam æternam* cum diceret, iſtos pueros non fore *in Regno Cœlorum*, ſed *vitam æternam extra illud eſſe habituros*. Quę eſt ipſa met naturalis Catharini beatitudo, non enim audebat Pelagius Regnum Cœlorum, ideſt ſupernaturalem beatitudinem ijs donare, ſed naturalem concedebat, & qualis puræ & integræ naturæ reſpondebat; qui erat quintus articulus Pelagij nominatus in quinto Canone Cōcilij Dioſpolitani. Quare illud effugium nullum eſt. Demum illa Felicitas tanta eſt, quantam natura in eo ſtatu capere poteſt; talis enim deſcribitur à Catharino, & reliquis quomodo ergo erit condemnatio? Sane ſi illa cōdemnatio eſt, multis hominibus carnalibus optabilis videtur, & ſi ijs proponatur ſatis ſibi videbuntur eſſe contenti ſi ea æternum probantur. Legant ſtudioſi vitę illius, quam habituri ſunt illi pueri in eo ſtatu poſt diem Iudicij, vti eam deſcribit Martinus de Roa *a. c. 18. ad* 22. & iudicabunt tantum in ea eſſe voluptatis, vt timeant dum legunt ne tententur ad illud beatitudinis genus optandum. Vnum miror eſt etiam delectationes ex manuum contactu inducere; vnde quis Carnalis gradum facere poſſet ad alias titillationes, & voluptates, quas ſi ibi ſuſpicentur eſſe huiuſmodi homines vereor, ne illam condemnationem omni beatitudini anteponāt. Ego certè hanc opinionem ferre non poſſum, quod videam aduerſari Scripturis, & Patribus, imo & rationi, ac miror eam nonnullis doctis, & pijs hominibus placere potuiſſe. Certè non eam probat Cardinalis Pallauicinus *tom. 1. m. 12. d. 2. q. 2. art. 2.* vbi dicit eſſe Catharini.

August. — Roa. — Cardinal. Pallauic.

Altera ſententia extrema eſt hoſce Paruulos in gehennam cum cæteris damnatis eſſe mittendos, & flammis ibi eſſe cruciandos, licet minus, quam cæteros: imo mitiſſimè. De qua cenſet Bellarminus *lib. 6. de amiſſ. Grat. & ſtatu peccati c. 4.* non videri ab Eccleſia reprobatam, ſed reijci in Scholis, & ſibi videri improbabilem. Vaſquez *d. 134. in 1. 2. c. 3.* minime damnat, ſed oppoſitam probabiliorem, imo veram dicit. Suarez tum *tom. 2. in 3. p. d. 7. ſ. 6.* tum *in 1. 2. d. 9. ſ. 6.* ab omni cenſura liberat; ait tamen primo loco, eam receptam non eſſe ab Scholaſticis & loco 2. inquit, oppoſitam eſſe omnium Theologorum, vno excepto Gregorio Armin. Catharini calculum non curo, cum ſit inſolentis vir iudicij, & mentis præfractæ, & Auguſtinum vocet *tortorem puerorum* quo nomine neceſſe eſt D. Gregorium Magnum, Fulgentium, & Bedam quidem, aut æque, aut magis perſpicue Auguſtino dicunt, appellari. Ego ſic iudico. Quatuor partes habet hæc ſententia. Prima eſt quid ſentiant Patres. Secunda de loco in quo futuri ſunt in iudicio: Tertia de loco in quo æternum victuri ſunt. Quarta de genere pœnæ quo ſunt afficiendi.

Bellarm. — Vaſq. — Suar. — Gregor. Magn.

Circa primam dico Patres proxime citatos, & authorem Illum Hypognoſticon omnino ſenſiſſe: hos pueros cum Damnatis in die iudicij, ad ſiniſtram, & in loco gehennę cum cæteris damnatis fore. Imo & hoc decerni à Concilio Florentino vltima ſeſſ. vbi ait. *Animas eorum qui in ſolo originali, vel mortali actuali decedunt, in infernum deſcendere pœnis tamen diſparibus puniendas*, vbi diſcrimen ex parte pœnarum poſuit, ex parte loci nullam. Itaque quoad hoc liberam ab omni cenſura ſententiam puto. De genere pœnæ dubitatio eſt, & quid ſenſerint Patres, & quid de re ſentiendum. Lectis igitur diligenter Patribus dico: Bedam qui totus eſt Auguſtinianus ſentire hos paruulos in damnatione fore mitiſſima, & ad aliquam ſenſus inclinare, ſed non exprimere an ſit futura ignis. D. Fulgentius citatur à Bellarmino lib. de fide ad Petrum cap. 1. pro damnatione, non pro igni: rectè quoad ſen-

Conc. F. — Beda — Fulgent. Bellarm.

ſum

Digitized by Google

ſum, non quoad locum; eſt enim caput 3. non 2. Melius eum citat Vaſq. bis, ſcilicet lib. de Incarn. ad Petrum c. 30. & lib. de Fide ad Petrum c. 27. & 44. quem citat etiam fideliter Bellarmin. In his duobus poſtremis locis perſpicue affirmat Fulgentius Paruulos non baptizatos igni eſſe cruciandos. Ait quippe primo illo loco ſemel, *Deus æternis cruciatibus illos damnat*, & rurſum eodem cap. eos *interminabilis deputatos incendio*. Secundo loco Fulgentius lib. de fide ad Petrum c. 27. manifeſtè ponit: Paruulos ſine baptiſmo decedentes *ignis æterni ſempiterno ſupplicio puniendos*, cap. vero 44. nihil prorſus habet. Itaque non bene à Vaſq. citatur, nam nec alibi id dicit.

D. Gregor. *D.* Gregorius Magn. lib. 9. Moral. in Iob. c. 12. vocem *Ignis & Flamma* non vtitur, verùm retinet ſenſum; ſic enim exponit illud *multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa*, vt tormenta quæ pueri ſine baptiſmo in alio mundo paſſuri ſunt, ſine cauſa; quantum ad humani ſenſus æſtimationem pati videantur, & ait ſemel. *Illuc*, hoc eſt ad inferos, *ad tormenta perueniunt*. Et rurſum *propterea quippe tormenta percipiunt, qui nihil ex propria voluntate peccauerunt*. Sanè ex his, ac ex contextu apparet, eum de pœna ignis ſaltem communi damnatorum, certe de pœna ſenſus conſtat loqui.

Author Hypogn. De Authore libri Hypognoſt. qui non eſt Auguſtinus, ſed vetuſtus tamen, & grauis author: affirmo illũ dixiſſe in Gehenna forè illos infantes vbi *omnis apoſtata, vel à Chriſti fide alienus æterna ſupplicia experietur*, ita lib. 5. vltra medium. Quare inter damnatos in Gehenna locum habituros eſſe ait, vbi ij torquentur. An vero Pueri ita torqueantur, non definit.

Venio ad Auguſtinum, quem vulgò dicunt huius ſententiæ authorem eſſe. Multi ſunt apud eum loci de damnatione horum Infantium: negat quippe medium ijs locum in iudicio fore: atque adeo affirmat eos, & ad manum ſiniſtram in iudicio cum Reprobis, & poſt iudicium cum damnatis in Gehenna eſſe ponendos. Hoc omnino conſtat. Seuerior locus Auguſtini eſt ille ſerm. 14. de verb. Apoſtoli non longe ab initio vbi ait. *Nullus* inquit *eſt medius locus, vbi ponas Infantes*. Ad ſiniſtram ergo cum eos ponendos eſſe dicat, addit. *Quid erit in ſiniſtra? Ite in ignem æternum*. De loco, & pœnis loci liquet. An eas illi paſſuri ſint? non liquet. Verum quidem eſt poſſe id ex eo colligi: nam quid in Gehenna agent? niſi *Ardere?* Illatio tamen hæc eſt: non affirmatio. Vaſquez affirmat, duo eſſe teſtimonia Auguſtini certa pro punitione ab igni & indubitata. Alterum hoc ſerm. 14. alterum lib. 5. contra Iulian. c. 8. ſed in hoc vltimo Auguſtinus ignis non meminit, tantum dicit eos cum cæteris eſſe damnandos, & leuiſſime præ alijs puniendos, adeo vt alijs damnatis non naſci expediat: his pueris non expediat non naſci. *Quis dubitauerit eos in damnatione leuiſſima futuros?* & ſubiungit. *Quæ, qualis, & quanta erit, quamuis definire non poſſim, non audeo tamen dicere, quod eis vt nulli eſſent, quam vt ibi eſſent, potius expediret*. Pęnam admittit. Cuiuſmodi, non exprimit. Quanta ſit non definit. Itaque non eſt hoc teſtimoniũ, vti vult Vaſquez, indubitatum. Video nihilominus ex eo, quod inter damnatos numeret hos pueros, eoſque in gehenna collocet, ſequi Auguſtinum quam leuiſſimam dicit pœnam, igneã eam eſſe intellexiſſe. Qua ratione vulgo eius ſententiæ author fertur. Et quidem locus primus ſerm. 14. de verb. Apoſtoli igneam pœnam videtur irrogare. Auguſt. Vaſq.

Antequam meum de hac opinione iudicium feram. Aio Bellarminum, & Suarium, vt Auguſtinum ab hac ſententia liberent, & in oppoſitã, quæ negat puniri hos pueros pœna ſenſus, afferre locum *lib. 3. de lib. arbit. cap. 23.* in quo Auguſtinus admittit, eum qui nec rectè egit, nec ſecus, in medio quodam ſtatu inter præmium, atque ſupplicium futurum, quem locum Bellarminus, *nunquam*, inquit, *quod ſciam Auguſtinus retractauit*. Nullum ego Authorem reuererer magis

gis

gis ſoleo propter exactam cognitionem Patrum, quam Bellarminum, idque ſæpè in circulis affirmo: ſed vt multum ei in cęteris concedam, in cognitione Auguſtini, nec ei, nec alteri vnquam ceſſero, cũ ab huius Lectione vix vnquam auellar. Itaque dico, eo loco nihil iuuari coniecturam Bellarmini; Auguſtinus quippe ita agit, vt ſpectatis tantum principijs naturæ contra Manicheos diſputet, ac proinde quid ſuturum fuerit illis pueris, natura ſua nec bene, nec bene agere valentibus inquirit. Nihil tunc de peccato originali, & natura in eo cōcepta diſputans. Quare c.22. antecedenti quærit facta ſuppoſitione, ignorantiam, & difficultatem fore primordia naturalia, quid futurum eſſet iuxta illam ſuppoſitionem? Idq; inchoarat cap.20.& 21. Quas tamen duas pœnales eſſe ex peccato origi-

Auguſt

nali, docet vbique Auguſtinus. Itaque iuxta ſtatum naturę ſecundum ſe ſpectatum ratiocinatur. Quod autem id non retractauit expreſſe, verum ideſt. Animaduertit tamen lib.1. Retract. tit c.9. ſe libros illos aduerſus Manichæos ſcripſiſſe: & ijs abuti contra doctrinam à ſe traditam de gratia Pelagianos, & ad finem capitis ſic. *Quam miſeriam nolunt Pelagiani ex iuſta damnatione Dei deſcendere negantes originale peccatum: quamuis ignorantia, & difficultas, etiam ſi eſſent primordia hominis naturalia, nec ſic culpandus, ſed laudandus eſſet Deus*. In hac ergo ſuppoſitione procedit Auguſtinus; vnde addit. *Sicut in eodem tertio libro diſputauimus. Quæ diſputatio*, inquit, *contra Manichæos habenda eſt, qui non accipiunt ſcripturas veteris inſtrumenti, quibus peccatum originale narratur, & quicquid inde in litteris Apoſtolicis legitur deteſtabili impudentia immiſſum fuiſſe contendunt à corruptoribus Scripturarum, tanquam non fuerit ab Apoſtolis dictum*. Itaque perſpicue dicit Auguſtinus ſe non loqui ex ſenſu Scripturarum admiſſo peccato originali, neque de pœnis illius: ſed ſecundum naturam ipſam, quomodo loquebantur Manichæi, vt eos ex ſuis impugnet principijs.

Sic expoſita Auguſtini ſententia non video, quì diſplicere ea noſtris Scholaſticis poſſit, cum nec ignis manifeſtam contineat pœnam, nec vt contineret, ideo taxanda ſit: cum Patres habeat authores: nec deſint ex alijs qui ſequantur. Itaque nec errorem opinor, nec temeritatem olet cum expreſſe habeatur c.3. de conſecratione d.3. vbi dicitur *ſempiterno igne puniendos*, eamq; vir ex huius ætatis doctiſſimis Cardin. Pallauicinus minime taxet, imo tacitè videatur approbare *to.1.in 1.2.d.2.q.2.a.2.* §.*Quantum verò*. Accedit Alphonſus à Caſtro, qui lib. aduerſus Hæreſes verbo Baptiſmus; ait *Pueros ante Baptiſmum eſſe reos originalis peccati, & Gebennæ obnoxios*, & promittit ſe id tractaturum titulo de peccato, ſed ibi fidem minimè præſtat. Quare ab omni cenſura abſtineo. Mea tamen ſententia eſt illos Pueros pœna damni cum triſtitia ex eo orta apud inferos in poteſtate Diaboli futuros eſſe. Hanc certam exiſtimo. Probo per partes. Quoad locum id definiuit Cōcilium Florentinum vlt. ſeſſ dum ait: *eorum animas qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere*. Quoad iuſtitiam ſuadetur ex eo, quod Concilium addit *pœnis tamen diſparibus puniendas*, nam *punire*, dicit inferre pœnam, quæ cum debeat eſſe diſpar, non videtur eſſe alia niſi pœna illa triſtitiæ ex damno: non poteſt autem *Ly punire* extra pœnam intelligi, cum applicetur animabus damnatorum ob peccatum actuale: de quibus coniunctim cum alijs quæ in ſolo originali decedunt, affirmatur. Quam tamen triſtitiam moderatam fore arbitror: vt ſit pœna leuiſſima: Puto autem ſine hac triſtitia non poſſe proprie dici Pueros illos in condemnatione eſſe: nam ſola carentia viſionis nihil eos affligens quomodo pœna eſſe poteſt? aut damnatio? cum illa viſio ſit bonum ſupernaturale, cuius carentia ex ſe pœna non eſt, niſi intelligatur eſſe debita, & negari. Hoc autem intellecto non

Car.Pall.

Caſtro

Conc. Fl

poteſt

poteſt non affligi anima videndo ſe priuari cognito, ac debito bono, quãquam vt ſupra diximus debitum propriè non fuit, ſed ex conditione, ſi Adam perſeueraſſet. Itaque ea ſententia negans ijs hanc cognitionem damni, ac ex eo mœrorem, reponit hos pueros in ſtatu quodam puræ naturę, in quo Dei Viſio non eſſet futura: nec ob id pœna.

Vtrum vero per accidens aliquam pœnam præter eam paſſuri ſint, Bellarminus affirmat ex tenebris, & anguſtijs loci horrorem quendam eſſe ſenſuros. ita cap.6.l.6. de amiſſ. grat. & ſtatu peccati, ac ego vlterius conijcio, ſi ij in poteſtate Dæmonum ſint futuri non poſſe, non aliquid horroris ex eo capere, videbunt quippe eos, & horrebunt: nec enim eorum aſpectus oblectare, opinor, quẽquam poteſt. Quare qui ijs beatitudinem promittunt, debent eos, & ab illo loco, & à poteſtate diaboli liberare. Quod niſi per Baptiſmum fieri poſſe non video. Nam illi pueri contracto originali peccato ſunt in odio Dei, natura filij iræ, & ſub poteſtate Diaboli: & in hoc ſtatu decedunt. Igitur In altera vita in eodem ſtatu manebunt, nec erũt beati, nec felices naturali beatitate nec enim puto in poteſtate diaboli felices eos, & beatos eſſe poſſe: nec horrore, & pauore ex aſpectu dæmonum carituros. Hæc ſi diligenter, & ſerio pendant oppoſitæ ſententiæ authores, ſcient ſe inani quadam, & vana miſericordiæ ſpecie erga illos pueros commoueri. Negare quippe eos in hac vita eſſe in poteſtate diaboli, vel admiſſo eſſe, affirmate poſt mortem ab ea liberari, neſcio an tutum ſit. Imo illud primum ſcio tutum non eſſe. Secundum, cum conſtet, vti in hac vita ſunt, ita in altera fore, nihilo tutius puto. Serui tutem hanc infantium in poteſtate diaboli teſtantur exorciſmi in Baptiſmo eorum facti, vti conſtat ex cap. *Sacerdotes*, de conſecrat. d.4. & cap. *Paruuli* & cap. *ſicut noſtis*, & cap. *Poſtea* & cap. *De hinc*, & ex ſigno Crucis, & alijs cæremonijs Baptiſmi, quod ex proximis capitibus, & ex alijs in eadem diſtinctione apparet, traduntque omnes authores de Eccleſiaſticis officijs. Do quoſdam. Albinum Epiſtol. ad Carol. Magnum poſt. lib. de offic. Diuin. Amalar. l.1.c.22. Raban. Maur. *l.1.c.27.* & Iuon. Carnat. *ſerm. de Neophytis*, & Rupert. *lib.7. de diuin. offic.* & Hugon de S. Vict. *l.1 de ceremon. c.16. & 18. Exufflatur diabolus, in cuius Regno propter peccatum natus eſt puer.* Hanc ceremoniam ad hoc inſtitutam & ſeruatam ab Eccleſia docet perſpicue Auguſtinus *l.2. de peccato originali c 4. & lib.2. de nupt. & concup. c.17. & 18.* & alibi, vnum affero locum ex lib. 6. contra Iulian. c.2. *Eccleſia filios fidelium nec exorcizaret, nec exſufflaret ſi non de poteſtate tenebrarum, & à principe mortis erueret.* Et poſtea inquit, *Princeps mundi à paruulis eijcitur.* Et quoniam magni momenti eſt hęc veritas ad huiuſmodi de pœnis paruulorum quęſtionem decidendam, opus erit perſpicuos locos afferre, qui multi, & illuſtres in Decreto inueniuntur cap. *ſicut noſtis* de conſecrat. d.4. *Sicut noſtis* inquit *fratres cariſſimi, & paruuli exſufflantur, & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli poteſtas inimica, quæ decepit hominem, vt poſſideret homines. Non ergo creatura Dei in infantibus exorcizatur, aut exſufflatur, ſed ille ſub quo ſunt omnes qui ſub peccato naſcuntur*, & c. *poſtea*. eadem diſ. *Poſtea ſignatur*, ait, *baptizandus ſignaculo Sanctæ Crucis tam in fronte, quam in corde, ab eo tempore ipſe apoſtata diabolus in vaſe ſuo priſtino ſuæ interemptionis cognoſcens ſignaculum, iam ſibi deinceps ſciat eſſe alienum*, vbi illud imprimis notãdum, quod ille paruulus vas diaboli appelletur, quaſi eius Anima illius ſit receptaculum. Et rurſum cap. *dehinc Iterum exorcizatur diabolus, vt ſuam nequitiam agnoſcens, & iuſtum ſuper ſe Dei iudicium timens, recedat ab homine, nec iam contendat eum arte ſubuertere ne baptiſmum conſequatur, ſed magis honorem Deo Creatori ſuo exhibens reddat opus factori ſuo.* Multa ſunt huiuſmodi quæ prætermitto. Omittere

Bellarm. Albin. Amalar. Raban. Iuo Rupert. Hug Vic. Auguſt.

tamen haud poſſum argumentum, quod traditur in Rituali Romano in ipſamet formula contenta in ordine Baptiſmi paruulorum: cuius hic verba afferre operæ pretium iudico. Sic igitur. *Ter*, inquit, *exſufflet leniter in faciem infantis, & dicat ſemel: Exi ab eo, vel ab ea immunde Spiritus, & da locum ſpiritui ſancto paraclito. Poſtea pollice faciat ſignum Crucis tam in fronte, quam in corde &c.* paulo poſt. *Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus Pater Domini Noſtri IESV Chriſti reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo expelle, diſrumpe omnes laqueos Satanæ, quibus fuerat colligatus.* Deinde infra. *Exorcizo te immunde ſpiritus in nomine* Patris † *& Filij † & Spiritus Sancti † vt exeas, & recedas ab hoc famulo Dei, ipſe enim tibi imperat maledicte damnate.* Addit *Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem IESV Chriſto Filio eius, & recede ab hoc famulo Dei.* Ruſum. *Hic pollice in fronte ſignat infantem dicens. Et hoc ſignum ſanctæ Crucis quod nos fronti eius damus tu maledicte diabole nunquam audeas violare.* Iterum *Exorcizo te omnis ſpiritus immunde in nomine Dei Patris omnipotentis, in nomine IESV Chriſti Filij eius domini, & iudicis noſtri, & in virtute ſpiritus ſancti vt diſcedas ab hoc plaſmate Dei.* Tandem. Epheta quod *eſt Adaperiret. Deinde tangat nares dicens. Tu autem effugare diabole: appropinquauit enim iudicium Dei.* His locis adijcio grauiſſimum illum Canonem Conc. Trid. ad confirmandam hanc de ſeruitute eorum in poteſtate Diaboli propter originale peccatum doctrinam. Sic ergo ſeſſ. 5 de peccato originali. *Si quis non confitetur*, inquit, *primum hominem Adam cum mandatum Dei in paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatem, & iuſtitiam in qua conſtitutus fuerat amiſiſſe, incurriſſeque per offenſam præuaricationis huiuſmodi iram, & indignationem Dei, atque ideo mortem quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem ſub eius poteſtate qui mortis deinde habuit imperium, hoc eſt diaboli, totumque Adam per illam præuaricationis offenſam ſecundum corpus, & animam in deterius commutatum fuiſſe: anathema ſit.* Satis peſpicue inter alia expreſſit Concilium ſeruitutem illam, quam *captiuitatem* vocat *in poteſtate diaboli*, & cauſam eius præmiſit, dum dixit, *Incurriſſe* per offenſam præuaricationis *iram, & indignationem Dei*, à qua per baptiſmum non exeunt, illã captiuitatem nõ euadunt. Quomodo autem poſſunt illi paruuli decedentes ſine baptiſmo ab illa ira Dei, & indignatione liberari, & à ſeruitute, in qua ſunt diaboli eripi ſine illo remedio vnice ad id conſtituto? Magna certe vis eſt illius peccati; quod neſcio an rectè ac plene intelligant, qui tam facile ab eo liberant paruulos eo correptos poſt mortem.

Trident.

In quibus eſt Catharinus, & alij non mali alioqui Theologi, quibus illud accidit quod nonnullis quos Henriquez libro 2. de baptiſmo capite 22. *pios viros* appellat *qui vt vitent*, ait, *quædam incommoda* audent affirmare infantes in vteris matrum mortuos ſaluari poſſe ſine baptiſmo, vel aquæ, vel ſanguinis, quòd in eo caſu extremæ neceſſitatis ſufficiat fides, & votum parentum. *Sed incidunt* inquit Henriquez *in maiora: puta quod ille puer non indigeat baptiſmo ad ſalutem: ob quæ temeritatis cenſura, aut duriori damnantur, vt alij qui contra ſtatutã legẽ loquuntur, nec iam ijs precibus puer natus ſaluari poteſt in voto parentum fidelium: vt olim in fide, oblatione in voto parentum ſaluabatur. Nunquam olim puer nondum natus habuit licitum remedium, nec habet in lege Chriſti niſi prodeat ex matris vtero vt baptizari poſſit*, quæ doctrina Henriquez certiſſima eſt tradita à Concilio Tridentino *ſeſſione 5. de peccato originali, & ſeſſione 6. capite 4. & ſeſſione 7. de Baptiſmo can. 2.* & Eugenio quarto *in ſuo decreto fidei.* Firmat D. Thomas *quæſtione 66. articulo 4.* & Sua-

Henriq

Conc. Tr

Eugenio

D. Thom

Suarez Vaſq Granad Ledeſma Candid Leandr Paſq Eſtius Dicaſtill. Bonacin.

Suarez *tomo 3. de Sacramentis quaeſt. 66. articul. 4. diſ. 20. ſect. 1.* & Vaſquez *tomo 2. diſ. 149.* & Granad. *tract. 1. diſ. 3.* & Ledeſma *de Baptiſmo capite 8. concluſ. 18.* & Candidus *diſquiſ. ibid. articul. 2. dubio 1.* & cum multis alijs Leander *part. 1. diſ. 1. quaeſt. 16. & diſ. 2. quaeſt. 1. & diſ. 4. q. 25.* & Paſqualig. *deciſ. 72. & 73.* & Eſtius *in 4. diſ. 4. §. 26.* & Dicaſtillo *tractat. 2. de Baptiſmo diſputat. 3. dubit. 3.* & Bonacina *capite 10. quaeſt. 3. & 5.* qui cum nonnullis condemnat Caietanum contra ſententiam, *quem omnes* ait Henriquez, recentiores poſt illum ſcribentes acriter reprehendunt. Certe Couarruuias dicit, *periculoſum*. Penna: *Erroneum*. Caſtro, & Molina *Haereticum*. Quare Pius V. teſte Henriquez, & Becano, & Leandro ſententiam illam Caietani ex commentarijs Diui Thomae iuſſit expungi. Quod ſi Caietani opinio reiecta fuit, eamque Catharinus *libro 5. contra Ciuitatem capite 6. & 7.* refutat, quo iure poteſt idem Catharinus affirmare iſtos paruulos ſine baptiſmo decedentes in poteſtate diaboli, poſt diem judicij cum iam nulla eſt redemptio, de illorum poteſtate liberari & in libertatem, ac beatitudinem naturalem transferri? Quae ſi duae opinationes conferantur, neſcio an magis ſit Catharini abſurda, cum Caietanus his paruulis in via ſalutem ſine baptiſmo conceſſerit, Catharinus autem extra viam beatitudinem illam tribuerit. Id ſane conſtat infantes ſine baptiſmo re ſuſcepto, nec poſſe in hac vita iuſtificari, nec in alia beari, atque adeo debere damnari, & vti exierunt mancipia diaboli in eius eſſe captiuitate manſuros.

Catharin.

Sed ii tamen opponent: ſe non eximere illos pueros à peccato, ſed à ſeruitute. At hoc ſanè mirabile eſt; manere in ijs cauſam ſine effectu. Aut ergo cauſam cum effectu tollant, aut ponant. Alioqui nō loquuntur conſequenter, quo nihil eſt hominibus, quales ij ſunt, ingenioſis indignius. Sed redeunt, & vti ſunt acuti, obiiciunt. Poſſe peccatum originale manere cum nonnullis effectibus, non cum omnibus, quemadmodum manere poſſunt nonnulli effectus ſine peccato originali, vtuntur autem contra nos celebri argumento Matris Deiparae Virginis, quae cum in noſtra, & magis recepta ſententia Peccatum originale non incurrerit, incurrit tamen poenam illius mortem: igitur ſicuti in ea fuit effectus ſine cauſa, ita & in illis paruulis manet cauſa ſine effectu.

Huic argumento, quod videtur quibuſdam Theologis difficile, breuiter, ac ſolidè aptèque, opinor, reſpōdebo. Scio illud multis modis ſolui ab authoribus piae ſententiae, qui videri poſſunt apud Suarez, & Vaſquez citatos, & imprimis apud P. Lucam Vvadingum libello de hac quaeſtione compoſito. Ac illud primo omnino ſuppono, mortem eſſe propriam peccati originalis poenam, quod initio capitis ſtatuimus. Reſpondeo tamen illam poenam ſequi naturam humanam vniuerſam ratione peccati naturae, quale eſt originale cui propter illud annexa fuit, & quodammodo inhaeſit, ac proinde cum Virgo illam naturam accepiſſet cum ea conditione, quae inerat, accipere debuit, & mori: praecipuè cū illa natura humana ex principiis naturę mortalis eſſet, atque adeo in pura natura moritura eſſet. vnde apparet maior ratio cur B. Virgo exempta eſt à peccato formali originali, nō autem à morte, quia exemptio a culpa, erat priuilegium ſupra conditionem naturae, & in re quę non erat naturalis, ſed moralis, nam culpa non eſt res naturalis, nec appendix naturae, vnde in ſtatu purae naturę homo non eſſet creatus in culpa, quia haec non ſequebatur naturam, ſed voluntatem. Vnde exemptio à culpa non infert exemptionem à morte, quia exemptio à culpa eſt mera gratia, & verſatur circa rem liberam, & voluntariam qualis eſt culpa: quae non eſt conditio naturalis: atque

adeo non ſequitur principia naturæ. At vero exemptio à morte tale priuilegium eſt, vt liberet à re, quæ eſt conditio naturæ, & orta ex principiis phyſicis naturę, & verſatur in re quæ non eſt in poteſtate arbitrii. Declaratur magis, quia mors non eſt pura pœna ab extrinſeco aduenien naturæ, ſed conditio oriens ex ipſamet conſtitutione naturæ: vnde ſpectato naturæ ſtatu ſecundum ſe, quẽ purę naturę appellant, non erat opus culpa, vt mors eſſet, cum ipſa extra culpam ventura eſſet. Sed erat pœna reſpectiuè ad ſtatum in quo Adam conditus fuit, qui erat ſtatus Innocentiæ perfectior, quam ſtatus ille naturæ: in quo exemptio mortis priuilegium ſupra naturam erat: quo per culpam priuatus eſt Adam, & priuata item natura, vti tunc erat poſita ſupra ſtatum puræ naturę. Quare mors pœna fuit illius naturæ vti erat, & ideo pœna, quia durante illo futura non eſſet in quo cum iam eſſet natura, illo bono in quo erat, quod ſatis eſt ad pœnam naturæ in ſtatu illo, in quo tunc erat. Itaque mors poteſt conſiderari duobus modis: primo in ordine ad naturam in ſtatu puro, ſecundo in ordine ad naturam in ſtatu Iuſtitiæ Originalis. Primo modo mors non eſt pœna naturę, ſed conditio, & veluti proprietas naturalis; ſecundo modo eſt pœna, non conditio connaturalis: quia in primo ſtatu mors ſequeretur ex natura pura; in ſecundo non ſequeretur ex natura eleuata.

Applicemus doctrinam. Remota culpa originali formali manet natura cum ſuis proprietatibus, & conditionibus naturalibus, quarum vna eſt naturalis diſſolutio, ſeu mors: ergo ille pręciſè, qui eximitur à culpa originis, non idcirco liberatur à morte: nec cum gratia ex conſequenti recipit priuilegium illius ſtatus iuſtitiæ originalis, quia ex eo, quod recipit gratiam nõ reſtituitur ſtatui Innocentiæ originalis, alioqui omnes, qui reſtituuntur gratiæ, redirent ad ſtatum illum originalis iuſtitię. Et quanquam Virgo habuerit originis innocentiam, non ideo tamen ſequitur ad ſtatum innocentię rediiſſe. Potuit ergo accipere gratiam illius ſtatus. Et hanc exiſtimo eſſe veram huius argumenti ſolutionem, quam miror minus fuiſſe à Theologis explicatam. Eſt autem ſolida, & nixa doctrina Auguſtini, qui ſpectatâ iſta conditione naturæ acceptæ ab Adamo etiam ſine malo conceptionis naturalis ex complexu vtriuſque partis, & ſine libidine, & modo puriſſimo ex Spiritu Sancto, & Virgine, ſenſit Chriſtum Dominum naturaliter, ideſt relictum legibus naturæ humanæ, quam acceperat, vti verus homo eſſe defecturum, & ſenem futurum, atque adeo moriturum. Cum tamen vti Chriſtus erat, nonniſi ex libera ſua voluntate mortuus eſſet, vti re vera mortuus eſt, quia voluit, qui ſi nollet nullo modo mortuus eſſet; quod homo Deus eſſet. Itaque duo Auguſtinus expendit, & docuit. Vnum ſecundum naturam humanam, quam habebat præciſam à ratione vnionis hypoſtaticæ, alterum ſecundum naturam hypoſtaticè vnitam: hoc modo affirmat mortem ei fuiſſe voluntariam, nec fore moriturum, niſi vellet: priori modo concedit mortem naturaliter ſubiturum, eamque futuram, niſi illam vellet impedire. Vno verbo: relictum naturæ præciſè defecturum eſſe, ac moriturum. Audiamus Auguſtinum. Locum affero expectatione dignum lib. 2. de peccat. mer. & remiſſ. cap. 29. cum remouiſſet à Chriſto etiam infantulo omnes animi mentiſque imperfectiones: veniẽs ad miſerias corporis ſic ait. *Sed quia in eo erat ſimilitudo carnis peccati, mutationes ætatum perpeti voluit ab ipſa exorſus infantia. Vt ad mortem videatur etiam ſeneſcendo illa caro peruenire potuiſſe, niſi iuuenis fuiſſet occiſus.* Vbi de morte ex principijs naturæ loquitur: cum eã ponat extra illam violẽtã quã paſſus eſt pro genere humano, quæ fuit mors Redẽptoris. Quod au- August.

autem dicat *voluit* ideo dicit,quia voluit ſe permittere naturali humanæ naturæ conſtitutioni, & curſui,quem cum in poteſtate haberet, non niſi ei ſe volens permittebat.

Igitur quanto maiori iure Beata Virgo Mater naturaliter erat moritura, cum accepiſſet naturam more ordinario,ex ſemine vtriuſque parentis, quod eſt materiale vehiculum peccati,& mortis,vti eſt etiam pœna, principium?quare non modo non debuit mori, ſed etiam mori debuit, quod mors erat annexa naturæ, & modo accipiendi naturam; nec opus eſt hic recurrere ad rationes morales cuiuſmodi eſt illa debuiſſe Virginem mori, quod Chriſtus mortuus ſit,ne videretur melioris eſſe conditionis, quam Filius, quæ ratio bona vulgo videtur,ſed meo iudicio minus conuincit, nam Chriſtus erat Redemptor,ac eius erat mors ad vitam omnium neceſſaria, at vero mors Virginis erat naturæ conditio,nec erat neceſſaria ad ſalutem: vnde cum in Chriſto tanta eſſet, & tam digna ratio moriendi, non erat opus vt Virgo eum moriendo imitaretur, quæ non erat capax cauſæ mortis,quod Redēptrix mundi eſſe no n poterat. Quapropter eius mortis ratio alia quærēda, & in ipſa naturæ conſtitutione inueſtiganda.

Addo:multo maiorem rationem eſſe, cur Virgo mori debuerit, quam vt debuerit maculari, quia cū mors ſit ratione corporis, & materiæ; & ſit ratio communis fundata in naturæ communis principijs, non debuit Virgo extra communem naturæ cōditionem poni; at vero Anima cum ſingularis creetur, nec ratione ſui habeat peccatum,facilius poteſt priuilegium exemptionis à peccato accipere, quod non contrahit ratione ſui, ſed vnionis cum corpore. Itaque omnes Authores piæ ſententiæ videntur rationem liberandi Virginem à macula peccati, quòd erat Animę,& gratiæ ſupernaturalis perfectio; quæ nihil de naturæ conſtitutione detrahebat, & Animam ornabat ſine detrimento conditionis naturalis,in qua pia ſententia eſt S. Thomas à Villanoua recens in ſanctorum faſtos relatus, cuius verba proferre volo. S. Thomā Villanou

Concione tertia de Natiuitate circa finem. *Non decebat Sanctuarium Dei aliquam in ſe labem habere, propter quod antequam anima illa ſanctiſſima infunderetur, plene fuit caro illa mundata ab omni fæce, & labe, & anima cum infuſa eſt nullam habuit ex carne, neque contraxit labem peccati.*

Ex his apparet ſolutio ad obiectionem factam,& præcluditur effugium aduerſariorum: nec enim ſequitur poſſe culpam originalem in paruulis poſt mortem manere ſine captiuitate diaboli, quia hęc captiuitas eſt effectus quaſi connaturalis peccati, & in materia iuſtitiæ, atque adeo tolli nequit à peccato: at vero mors ſine peccato manere poteſt, quia non eſt ſolum pœna, nec ex omni parte pœna,ſed etiam conditio naturæ, & ex aliqua parte connaturalis naturæ. Vnde retorquetur ſimilitudo;ſi enim ideo mors, etiam ſublata culpa, ſequitur naturam, quia ei connaturalis eſt,quomodo, ſi ſeruitus illa Diaboli eſt connaturalis effectus peccati,manente peccato ab eo auferetur? cum præſertim de illo ſtatu agamus, in quo locus non eſt gratię,vel remiſſioni peccati grauis, & lethalis, cuiuſmodi eſt originale, quod poſt mortem non remittitur, nec pœna ex eo iuſta, & quaſi connaturaliter ſecuta, quæ eſt captiuitas diaboli.

In huius poteſtate moriuntur infantes, qui ſine Baptiſmo decedunt, ac in ea manent per totam æternitatem. In hac ſeruitute quid,& quantum ij patiantur, me latet, illud non fugit eos felices, & beatos eſſe non poſſe.

Nec obijciat aliquis ex illa exorcizatione, & exufflatione, nō ſequi diabolum illos paruulos in poteſtate habere; nam etiam Aqua exorcizatur, nec in ea tamen diabolus dominatur.

Hæc

Digitized by Google

Hæc quippe obiectio nulla eſt. Aqua enim non exorcizatur, vti infantes, quòd ſit in diaboli poteſtate, ſed vt cum ſit creatura *Dei*, ſanctificetur, & eleuetur ad expellendum, & abigendum diabolum vbicunque ſit: vt conſtat ex formula eius benedictionis. Itaque non liberatur à dæmone, ſed vltra naturam creaturæ extollitur, ad dæmones arcendos, quo ſenſu exorcizari dicitur vt habeat virtutem exorcizandi, quẽadmodum Exorciſtę nō ideo dicuntur, quia ſit ab iis exorcizandus diabolus, ſed quia ita ordinantur; vt per eos diabolus exorcizetur, ac expellatur. Ad hunc itaque finem Aqua benedicta eſt inſtituta ab Alexandro I. vti ex eius vita, & Gemma Animæ de antiquo ritu Miſſæ. c. 27. & alijs authoribus de ſacris ceremonijs, & ex ipſomet Miſſali patet.

Alex. I.

Itaque nihil hoc exemplum facit ad cauſam aduerſariorum: imo eam maxime euertit cum aqua illa naturalis, quæ Dei creatura, & bona eſt, ſumatur vti inſtrumentum ad Dæmones abigendos. Ac ne quis rurſum opponat, ſæpe à diabolo commoueri tempeſtates, cieri ventos, & cogi nubes, & totum aerem conturbari, & eius opera micare fulgura, mugire tonitrua, vibrari fulmina, & mare procellis agitari, & elementa miſceri, & confundi, ac ex eo argui *Dæmones* iſtos, qui dicuntur Aereæ poteſtates, in his creaturis dominari. Reſpōdeo primo dæmones nō habere in ſua poteſtate huiuſmodi elemẽta, quorũ ſolus Deus vti fuit Creator ita eſt dominus, ſed huius permiſſione, vſum, & curſum eorum rectum à dæmonibus inuerti, & turbari quemadmodum etiam ſæpe diabolus homines iuſtos, & ſanctos varijs modis tentat, & affligit: in quibus ille nullatenus habet poteſtatem. Alia ratio eſt in paruulis, qui ſunt in peccato originali, & quos *Deus* quia peccatores ſunt, non amat, imo odio habet & gratia ſua indignos à ſe, & à ſuo regno excludit: vnde fit, vt ſeruitutem diaboli incurrant, ac in eius ſint poteſtate.

Reſpondeo ſecundo: hoc exemplo magis confirmari doctrinam de peccato originali, ac propter illud diaboli ſeruitute, quoniã ratio cur Deus permittit iſtos effectus in ſuis elementis eſt, quia homo peccauit. Ex quo enim grande illud peccatum, vti Auguſtinus appellat, commiſit, non ſolum humana eſt infecta, & vitiata natura, ſed etiam ipſamet terra maledictionem diuinam incurrit: & illa veluti peſtilentia correpta eſt, quæ ad alias item creaturas ſuo modo tranſiſſe videtur. Vnde retorquetur argumentum. Si enim illud peccatum cum ſolius hominis rationalis creaturæ eſſet, tantum malum eſt, vt creaturis culpæ incapacibus nocere potuerit, eaſque incurſibus diaboli obnoxias ex permiſſu *Dei* reddiderit, quanto magis nocebit paruulis, qui verè peccatum illud contrahunt, & per illud intrinſecè, ac propriè peccatores conſtituuntur? Qua de re grauiter Cardinalis Bellarminus lib. 6. de Amiſſione Gratiæ, & ſtatu peccati capite 13. Cuius ego luculento teſtimonio, totam hanc de peccato originali controuerſiam volo concludere, ac eo libentius quod illud authoritate Auguſtini ad votum meum terminatur: qua multùm nititur in ſuis omnibus operibus doctiſſimus ille, ac pijſſimus Cardinalis. Igitur capite 13. de miſerijs naturæ humanæ, quæ extrinſecus accedunt ſic ait. *Prima & ſumma eſt quod homines poſt peccatum primi Parentis Deum iratum & inimicum habent. Naſcimur enim omnes, inquit Apoſtol. ad Ephes. 2. filij iræ. Si autem Deus contra nos eſt, quis pro nobis eſſe audebit? Et quid mirum ſi armatur Orbis terræ contra hominem, cũ inimicus homini ſit, qui fecit Cœlum, & Terram? Secunda eſt, quod traditi ſumus in poteſtate Principis tenebrarum qui quidem multorum etiam paruulorum corpora inuadit, eoſque mirabiliter vexat, & cruciat, omnium autem mentes ſolicitat ad peccatum: &*

Bellarm.

mille

mille nocendi artes habens die nocteque tanquam Leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. Contra mille formes inquit Auguſtinus lib.22.de Ciuitate Dei cap.22. *Dæmonum incurſus quis innocentia ſua fidit? quandoquidem ne quis fideret, etiam paruulos baptizatos, quibus certè nihil eſt innocentius, aliquando ſic vexant, vt in eis maxime Deo ſinente, iſta monſtretur huius vitæ flenda calamitas*. Hinc patet, quid ijs paruulis in alia fuit futurum ſit, qui cum peccato originali, & in poteſtate Diaboli moriuntur.

August.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS IV.

DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

ANTILOQVIVM.

HÆC quam modo abſoluimus de Peccato Originali Controuerſia Sacramenti Baptiſmi præambula eſſe debuit: ac ego ita inſtitueram. Sed præli neceſſitas ordinem præpoſterum fecit. Eam quippe ſuo loco mouit. Idcirco huc tranſtuli. Nec puto alienam eſſe cum ad Sacramentum Pœnitentiæ tracta ſit: Quamuis enim Peccatum Originale eius Sacramenti materia eſſe non poſſit: tamen cum illud authore Auguſtino magnum illud peccatum ſit, ex quo tanquam radice, & matrice omnia naſcuntur peccata, ratione illorum ad Pœnitentiam poterit pertinere. Illud non ineptè dixero, quemadmodum Originale peccatum ſine propria, & actuali noxa peccatoris hominis, verè tamen ex primo parente contrahitur, ita & hunc errorem præpoſteri ordinis, non tam mea culpa, quam præli vitio accidiſſe.

CAPVT PRIMVM.

De Virtute Pœnitentiæ.

LATINVM, vel inuitis Hæreticis Pœnitentiæ vocabulum eſt, Tullianum, & Plinianum, quod notat Hériquez *lib. 1. de Pœnit. cap. 1.* & Bellarminus. Iſidorus *lib. 6. cap. vltimo Pœnitentiam*, quaſi *Punientiam* dixit.

Henriq. Bellarm. Iſidorus.

Melius Author libri de vera, & falſa Pœnitentia cap. 19. *Pœnitentia*, id eſt *Pœna tenentiam reddidit*, idque probat Henriquez *de Pœnit. cap. 1.* & Suarez *d. 1. ſect. 1.* & ante illos Scotus *in 4. d. 14. q. 5. & 3.* & optimè oſtendit P. Brãcatus Lauræa *tom. de Pœnit. d. 1. art. 2.* Eſt enim pœna, ſeu dolor præteriti

Author libri de vera, & falſa Pœnitentia. Scot. Laur.

 facti,

facti, quæ nos tenet, & cruciat, ac pœnitere eſt dolere de re commiſſa. Eoque ſenſu à *Latinis* vſurpatur. In ſacris ſignificat dolorem de peccatis cum deteſtatione illorum, authore Auguſtino *epiſt. 108. ad Seleucianum*. *Eſt Pœnitentia bonorum, & humilium Fidelium, qua pectora tundimus dicentes Dimitte nobis debita noſtra*. Pœnitentia, & virtus, & Sacramentum eſt. Primum de virtute dicamus.

August

Definitio Virtutis Pœnitentiæ eſt apud D. Thomam *3. parte q. 85. art. 3. & art. 1. ad 3. Deteſtatio eſt, ac dolor de peccato, quatenus eſt offenſa, & iniuria Dei, cum intentione eam abolendi, & compenſandi*. Placuit Tridentino *ſeſſ. 14. cap. 5.* vbi ita ferme definitur contritio actus præcipuus Pœnitentiæ, & placuerat D. Thomæ *1. 2. q. 113. ar. 5.* Eam virtutem eſſe tradidit Alexander *4. p. q. 12. m. 1. ar. 1. §. 1.* Bonauentura *in 4. d. 14. 1. p. d. ar. 1. q. 1.* Scotus *q. 2. §. primus articulus*. Gabriel *q. 1. art. 3.* Medina *de Pœnit. q. 1.* Sotus *in 4. diſ. 14. q. 2. ar. 1.* & conſtat citra quæſtionem, vti animaduertit Vaſquez *q. 85. ar. 1.* in notat. Cuius virtutis ſit actus quæritur. Caietanus *in Comment. q. 85. art. 2.* Religionis eſſe ait. Soto autem *in 4. diſt. 14. q. 2. art. 2.* & Cano *Relect. de Pœnit. p. 2.* aiunt eſſe diſtinctæ virtutis; ſed quænam ſit illa, minus perſpicuè dicunt. Iuſtitiæ partem non ſubiectiuam, ſed poteſtatiuam eſſe docet D. Thomas *q. 85. art. 3.* & Richardus *in 4. d. 14. art. 2. q. 2.* & Paludanus *q. 2. num. 19.* & Viguerius *in ſumm. Theol. cap. 18. §. 4* & Vaſquez *in q. 85. artic. 3. dub. 1.* & Henriquez *lib. 1. de Pœnit. c. 19* & Layman *tract. 6. cap. 1.* Hoc ſanè verius, cum aliud ſit Deum colere directè, & propter excellentiam Numinis, aliud dolere de peccato in eum commiſſo, & velle iniuriam factam reſarcire, vti obſeruant ij Authores, et Suarez *d. 7. ſect. 2.* Huiuſmodi autem iuſtitia propria, et germana non eſt, nam hæc inter Deum, & homines non datur. Sed impropria, & laxa: quo ſenſu Religionis item nomine venire poteſt, iuxta Scotum *in 4. diſt. 14. q. 2. ad argumenta*. Et fatetur Aegydius Coninch *in 3. p. tomo 2. d. 1. dub. 4.* Eſt enim modus colendi Deum, teſte item Suario *d. 7. ſect. 2. in fine*. et Henriquez *lib. 1. de Pœnit. cap. 19.*

D. Thom. — Conc: Tr. — D. Thom. — Alexand: Bonauent Scotus Gabriel Medina Sotus Vaſq — Caiet: Soto Cano — D Thom. Richard: Paludan. Viguer. Vaſq Henriq Layman — Suarez — Scotus — Coninch. Suarez Henriq

Ex obiecto autem magis conſtabit ratio huiuſce virtutis. Eſt autem obiectum illius formale, peccatum, vt eſt offenſa Dei delenda et compenſanda authore D. Thoma *qu. 85. art. 2. & 3.* Vnde apparet eam ad iuſtitiam commutatiuam pertinere, quanquam impropriè; nam dolor, & ſatisfactio nititur, & procedit ab auxilio gratiæ, atque adeo eſt donum Dei miſerentis: quod notauit *D.* Thomas *q. 85. art. 5.* in medio Corporis, à quo ad commutatiuam reducitur, nec diſſentit Scotus *in 4. diſt. 14 q. 2.* ad argumenta; dicens vindicatiuam eſſe, quemadmodum probat Laurea *d. 1. ar. 7. & 8.* quia iniuriæ vindicatio, & compenſatio ad eandem commutatiuam ſpectat, quemadmodum docet D. Thomas loquens de eadem virtute Pœnitentiæ *q. 85. art. 3.*

D. Thom. — D. Thom. — Scotus — Laur. — D. Thom

Sit ne Virtus Theologica Pœnitentia, nobilis quæſtio eſt. quam proponit D. Thomas *q. 85. art. 3. in 1. argumento*. et ſoluit negando in ſolutione ad 1. Ita ſenſerat Alexander *4. p. q. 12. m. 1. art. 1.* & poſtea Thomiſtæ cum Medina *C. de Pœnit. tr. 1. q. 1.* et ſentiunt Scotiſtæ cum Scoto *in 4. d. 14. q. 1.* vti eruditè oſtẽdit Laurea *d. 1. ar. 5.* et Henriquez *l. 1. de Pœnit. c. 19.* et Vaſquez *in q. 85. art. 3. dub. 1.* Ratio eſt, quia Virtus Theologica verſatur immediatè circa Deum, tanquam obiectum, et materiam circa quam, ita vt nihil prius attingat, & rectà illam feriat, vti Fides, Spes, & Charitas, quarum Fides tangit immediatè Deum, vt verum, Spes vt bonum Creaturæ, Charitas, vt bonum in ſe. At vero Pœnitentia immediatè tangit peccatum, et offenſam verſando circa illam in ordine ad ſatisfaciendum Deo, ita vt materia ſit offenſa ſupra quam cadit propriè, et directè, Deus autem ſit finis cui applicatur, & ad quem refertur ille dolor, & deteſtatio Pœnitentis, quemadmodum docet D. Thomas citatus, & *in 4. d. 14. q. 1. art. 1.*

D. Thom. Alexand. Thomiſtæ Medina Henriq Vaſquez — Scot Laur — D. Thom.

et Ri-

Richard. Paludan Sotus. Suar. Henriq et Richardus *ibi. art.* 2.*q.*2. cum Paludan. & Soto, quos ſequitur Suarez *d.* 7.*ſect.* 1.*num.* 12. & Henriquez *lib.* 1. *de Pœnit. Sacram.c.*21.

Apparet hinc quomodo diſtinguatur à charitate, quæ item verſatur circa odium peccati: quia Charitas amando Deum, ex amore illius odit peccatum, & iſtud odium eſt immediatè à charitate, & actus illius, quia formale motiuum odij eſt ipſe Deus dilectus, ex quo oritur odium peccati, vnde ille actus directè eſt amoris Dei, indirectè odij peccati. At vero Pœnitentia immediatè, & directè reſpicit offenſam ad dolendum de illa, & refert iſtum dolorem ad Deum cui deſiderat ſatisfacere. Verum eſt, quod iſte dolor Pœnitentiæ imperatur à Charitate. Teſte Henriquez *l.* 1.*c.*21. (Henriq) Sed aliud eſt imperari, aliud elici. Solus autem actus elicitus eſt proprius virtutis, quæ illum elicit: vnde odium peccati ex amore Dei eſt actus elicitus à charitate, ſed qui ab eo imperatur dolor de offenſa, hic eſt eliciendus à virtute Pœnitentiæ, & verſatur immediatè, circa materiam iuſtitiæ, quæ eſt ſatisfactionis. Ita D. Thomas *q.*85.*ar.*2.*&* 3. (D. Thom) Cuius ſenſum nos fideliter reddimus, & ſincerè interpretamur. Scotus *in* 4.*d.*14. *q.* 2. *§. Primus articulus*. (Scot) verè docet interdum priorem eſſe actum Charitatis, & odium peccati, vt eſt Dei offenſa, & inde ſequi voluntatem compenſandi Deo offenſam, & interdum contra: vti eum intelligit etiam Laurea *diſ.* 1. *art.*3.*num.*43. (Laur) Addit Gabriel frequentius ita fieri, vt actus charitatis, & & odium peccati ſit prius: à quo aliquantum diſcrepat Vaſquez *in q.*85. *ar.*5.*dub.*1. (Vaſq) Mihi videtur vtroque modo rem contingere, ſed fermè ſemper actum Pœnitentiæ à Charitate imperari. Quod tradidit D. Thomas, & probat Henriquez *lib.* 1.*de Pœnit.c.* 21. (D. Thom Henriq) Qui hac de re accuratè agit.

Duo autem ſunt actus virtutis Pœnitentiæ. Alter perfectus, alter imperfectus. Perfectus, Contritio. Imperfectus, Attritio: de quibus luculenter tractat Lugo Cardinalis d.5. (Lugo Car.) Contritio eſt dolor animi de peccato, tanquam ſummo malo abolendo, quatenus Deo ſummè dilecto repugnat. Duobus modis elici poteſt, primò à charitate attingente Deum dilectum, & diligendo eum, & ex dilectione deteſtante peccatum. Secundo à Pœnitentia dolente de culpa volendo illam delere, & pro illa Deo ſatisfacere. Sed plerumque hic actus vltimus includit primum, vti notat D. Thomas 3.*p.q.*85.*ar.*6. (D. Thom) Supponit item fidem ſupernaturalem. Vtrumque docuit D. Thomas 3.*p.q.*83.*ar.*6. his verbis. *In iuſtificatione impij, ſimul eſt motus liberi arbitrij in Deum, qui eſt actus Fidei per Charitatem formatus, & motus liberi arbitrij in peccatum, qui eſt actus Pœnitentiæ*. Horum tamen duorum actuum primus naturaliter præcedit ſecundum, nam actus virtutis Pœnitentiæ eſt contra peccatum ex amore Dei: vnde primus actus eſt ratio, & cauſa ſecundi. Quod item docuit Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 6. (Conc. Tri) Includit etiam actum Pœnitentiæ, qui eſt formaliter dolor, & propoſitum abſtinendi impoſterum à peccato, vti patet.

Secundus eſt Attritio, qui eſt dolor ſupernaturalis, quidem, ſed ex motiuo inferiori ex timore gehennæ, & metu amittendi Beatitudinem; ex communi ſententia Theologorum, & doctrina Tridentini *ſeſſ.*14.*c.*4. (Conc. Tri) contra Sotum *in* 4.*diſt.*17.*q.*2.*art.*5. *& lib.* 2. *de natura, & gratia cap.* 14.*&* 15. (Sotus) & Canum *relect.*3.*de Pœnit.* (Canus) qui aiunt dolorem de peccato naturalem ex metu damni temporalis ſatis eſſe cum ſuſceptione Sacramenti ad iuſtificationem, qui bene impugnantur à Suarez *tomo* 3.*d.*28.*ſect.*4. *& tomo* 4.*d.* 5.*ſect.* 1. eiuſdem ſententiæ cum Suarez, eſt Lugo *d.*5.*ſect.* 9. (Suar. Lugo) Duo hic obſeruanda ſunt: Eſſe timorem filialem, qui eſt actus charitatis procedens ex metu offendendi ſummum bonum; hic eſt propriè contritio. Eſſe deinde alium timorem, qui oritur ex propoſitione gehennæ, & pœnæ æternæ, qui timor ſeruilis eſt, ſed tamen ingenuus. Eſſe tandem alium timorem ex ſolo moti-

Digitized by Google

uo ſeruili, ſiue gehennæ inquantum pœna ſenſus, ſiue pœnæ temporalis, qui omnino naturalis ſit, ita vt qui dolet de peccato, præciſè ex metu ſeruili operetur, ita vt ſi pæna non eſſet, ille non abſtineret à peccato. Secundus timor eſt ſeruilis ingenuus ſupernaturalis conſtituens attritionem. Tertius iſte ex totali motiuo pœnæ cum voluntate implicita peccandi appellatur timor ſeruilis cum ſeruilitate, eſtque illicitus, & naturalis, nec vllo modo conducere poteſt ad iuſtificationem. Ita Vaſquez 1.2.d.27.c.2.n. 9. & Suarez de virtutibus Theologicis *tract.*3.*d.*1.*ſect.*4.*aſſert.*1. Vaſq Suar.

CAPVT II.

Nonnullæ quæſtiones circa obiectum, & actum virtutis Pœnitentiæ reſoluuntur.

SVppoſito, quod materiale obiectum Pœnitentiæ ſit peccatum, & offenſa Dei. Primo quæritur. Vtrum omne genus peccati ſit materia Pœnitentiæ. Occurrit primo Peccatum veniale, de quo affirmandum; eſt enim verè offenſa Dei, quamquam ſit leuis, diſplicet enim Deo. Ita Suarez *diſ.* 2. *ſect.*1. Occurrit ſecundo actus exterior in quem prodit interior actus malus. Reſpondetur item affirmatiuè, ex doctrina Scoti, quam affert Laurea *d.*2. *ar.*8: quamuis enim actus externus nõ ſit ex ſe malus, prout tamen informatur moraliter ab actu interiori vnũ ex vtroque peccatum componitur. De originali proprio, & alieno actuali maius dubium eſt. In quo Lauræa cũ Alenſi affirmat d. 2. a. 3. cui ſubſcribo. Imo ſumpta latè Pœnitentiæ virtute, prout eſt odium peccati, vt appellat Tridentinum, notatque Suarez ſect. 1 num. 7. omne peccatum etiam futurum, & poſſibile poteſt eſſe obiectum Pœnitentię. Vno verbo, omne malum culpę. Dixi *latè*, quia ſtrictè, & proprię non eſt pœnitentia, niſi de peccato proprio, & perſonali, quã ratione in Chriſto eſſe non potuit, vti docet Vaſquez *in* 3. *p. d.* 42. *cap.* 1. *citato item loco d.* 7. *cap.* 4. vbi rationem noſtram probat, & accuratius *in quæſtione* 85. *articul.* 4. *dub.* 2. *tom.* 4. vbi oſtendit, neque in Chriſto, neque in Beata Virgine fuiſſe, neque in ſtatu Innocentiæ fore virtutem Pœnitentię: cui nos aſſentimur. De malo pœnæ affirmat Suarez *ſect.*1. *num.*14. ſed negandum cum D. Thoma *in* 4. *diſt.*17. *q.*2.*art.*2. *quæſtiunc.* 1. & communi Theologorum ſententia, quia Pœnitentia eſt dolor, & deteſtatio mali, quo Deus offenditur; at verò pœna non offenditur Deus, imo vindicatur, & placatur: eſtque bonum iuſtitiæ, quod abominari non licet.

Idem

Scot. Laur.

Idem

Vaſq.

Suar. D. Thom Theologi

Secundò quæritur, quod nam ſit propriè obiectum formale? De hac & accuratè Lauræa d. 3. & latè agit. A me reſpõdetur eſſe ius diuinum quod Pœnitentia dolendo ſarcire intendit, vnde D. Thomas q. 85. a. 3. ait Pœnitentiam eſſe quandam iuſtitiam, nam 2. 2. q. 57. dicit Ius eſſe obiectum iuſtitiæ, in quo cum verſetur Pœnitentia pertinet ad iuſtitiam: quam Scotus (vti diximus) in 4. diſt. 24: q. 1. & 2. affirmat eſſet iuſtitiam vindicatiuam, imo ibid. docet vindicare peccatum eſſe actum virtutis Pœnitentiæ, vt tradit Lauræa diſ. 6. articul. 1. Vterque ſecutus eſt Authorem libri de vera, & falſa Pœnitentia cap. 8. vbi ait Pœnitentiam eſſe dolorem vindictæ puniſtis in ſe peccatum commiſſum, hoc autem in noſtra ſententia facile eſt, qui tenemus peccatum per ordinem ad Deum ſumi, non ad rectam rationem, vel naturam rationalem, quia origo boni, & ſancti eſt bonitas æterna, & diuina vnde omnis recta ratio procedit, quæ bona, & recta non eſſet niſi Deus eſſet, vnde nullum eſt malum, nec peccatum niſi contra Deum, & legem eius æternam, quam qui violat Deum offendit. Et ita D. Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum cap. 27. & D.

Lauræa

D. Thom

Scotus

Lauræa Author libri de vera, & falſa Pœnitent.

Auguſt

D: Thom Cardinal. de Lugo Sfort. Pal Vaſq

& D.Thomas 1.2. q.71. a.6. & Cardinalis de Lugo tomo de Incarnatione d.9. q.1. ar.6. & Sfortia *Pallauicinus* lib.1. de Actibus humanis c.14.& tomo 1.2. d.9. q.1. a.6. & q.2. a.2. contra Vaſquez d.97. vbi interpretando *D.* Thomam,noſtram, & illius ſententiam ita explicat adducto exemplo Omnipotentiæ diuinæ, vt ſuam bellè refutet. Sed de his alibi.

D. Thom

Tertio quæritur. Vtrum qui dolet de vno peccato ex motiuo vniuerſali Pœnitentiæ,videlicet ex dolore violati iuris diuini cenſeatur de omnibus dolere, & omnia deteſtari? Reſpondetur affirmatiuè ex D.Thoma q.86.a.3. quia vbi eſt eadem ratio, eſt idem effectus ,inquit D. Thomas, quare qui cogitando ſincere de vno tantum peccato mortali de illo ex perfecto motiuo Pœnitentiæ doleat, quamuis alia commiſerit de quibus non cogitat, omnium remiſſionem conſequetur ex motiuo doloris vniuerſali.Ita Medina tract.1. de pœnit. qu.12. a.2. & Corduba lib.1. q.18. & Suarez d.4. ſ.6. & Lugo d.5. ſ.6. & ex Scoto Lauræa d.3. 4. Ratio eſt, quia illud motiuum eſt vniuerſale, & comprehendit ſub vna ratione formali quantum eſt de ſe omnia peccata, & ad omnia virtute extēditur, igitur ſatis eſt ad omnium remiſſionem, qua de re latè diſputat Vaſquez to.4. in q.86.ar. 2.dub.7. & Lugo citatus.

Medina Corduba Suar Lugo Scot. Laur. Vaſq

Suar

Quarto quæritur, an, & quomodo Contritio Charitatem includat? Suarez cum multis probabile iudicat includi virtualiter, idque ſatis eſſe ad vltimam diſputationem gratiæ: ita d. 4. ſ.1. Cui aſſentior; verum cum eodem iudico probabilius oportere vt contritio diſponat proximè ad iuſtificationem, informari illam aut imperari formaliter à Charitate: moueor autem & authoritate, & ratione.Scripturæ enim & Patres ſæpe exprimunt amorem, & charitatem præcipuè Ioannes,& *Augustinus*, & cap. Luce 10. Magdalenæ diligenti remiſſio peccatorum tribuitur. Deinde mouet me illa ratio tradita à Lugo Cardinali d. 5. ſ.1. quia motiuum iuſtitiæ quod eſt proprium Pœnitentiæ non conſtituit eum dolorem in gradu apto ad recipiendam gratiam, id autem apparet ex eo quod gratia nos conſtituit filios Dei, vt autē Filij Dei ſimus, oportet primum amare Deum, quod non eſt motiuum iuſtitiæ; igitur opus eſt, vel informari actum iſto amore, vel ab eo imperari, ita vt ex vtroque actu ſimul imperante, & imperato conſtituatur diſpoſitio proxima gratiæ, aut ex vtroque motiuo idem, & vnus actus moraliter conficitur. Dico moraliter, quia duo erunt actus phyſici eliciti à diuerſis virtutibus, alter ex motiuo amoris, alter iuſtitiæ, ſed vterque moraliter vnus erit quatenus ſubordinati & vniti ad eundem effectum concurrūt. Et hanc eſſe ſententiam D.Thomæ exiſtimo: nam q.85. ar.3. vult vt contritio ſit propter Deum ſummè dilectum, & q.66.ar.6. ait primum motum in mutatione pecatoris eſſe motum in *Deum*. Itaque formalē amorem in actu Pœnitentiæ deſidero. Hanc doctrinam poſt longam diſceptationem tradit Vaſquez tom.4. in q. 86.articul.5. dub:1. & Lauræa diſ.8. articul.8.

Ioannes Auguſt Lug. Car. D. Thom Vaſq Lauræa

Suar.

Vtrum vero idem actus phyſicus poſſit includere illa duo motiua amoris,& iuſtitiæ formaliter,affirmat Suarez ſ.2. aſſert.1. Mihi autem videtur negandum,cum enim ſint motiua totalia,& diuerſa,conſtituent actus phyſicè diuerſos. Poterit tamen idem actus formaliter procedere ex vno motiuo, & inuoluere aliud indirectè, & virtualiter, atque adeo iuxta primā opinionem, quæ eſt probabilis, ad iuſtificationem actus Pœnitentiæ diſponere.

Aduerto item ad noſtram confirmandam ſententiam, omnem actum amoris Dei eſſe virtualiter deteſtationem peccati, & Pœnitentiam inuoluere; non autem omnem actum Pœnitentiæ amorem in ſe includere. Ratio eſt quia charitas cum ſit perfectior Pœnitentia,continet illam virtualiter, imo & eminenter. At Pœnitentia cū ſit minus perfecta non poteſt continere charitatem ex ratione ſua; niſi ex

mo-

D. Thom.
Soto
Vaſq.

motiuo amoris formaliter procedat. Et hanc eſſe Diui Thomæ ſententiam patet ex doctrina q.85.a.3.ad 1.& 1.2. q.113 a.5.ad 1. vbi docet veram peccati diſplicentiam eſſe actum elicitum charitatis. Et Soto lect.4. de Pœnit. dicit eſſe formalem amorem. Includi autem fermè vnum in alio docet Vaſquez in quæſt.85.articul.5. & quidem verè.

Suar
Laur
Petr. Sot.
Nauarrus
Medina
Vega

Quintò quæritur, de propoſito non peccandi imposterum, vtrum formaliter debeat ineſſe in actu Contritionis? Communis ſententia affirmat, eamque magis probat Suarez, & Lauræa d.8.art.14. & ſicuti de amore formali, ita de formali propoſito ſentit. Mihi tamen tamen placet negare cum Petro Soto lect.17.de Pœnit.& Nauarro in ſumma cap.1.& Medina Codice de Pœnit. & Vega lib.13. in Tridentinũ cap.27.& alijs ob hanc rationem, quia propoſitum non peccandi ex ratione ſua inuoluitur in dolore, & deteſtatione peccati, qui enim dolet, & deteſtatur factum, virtualiter, illud fugere, & vitare vult; cadit enim ille dolor ſuper peccatum vti malum eſt, & offenſa: quod autem ſit futurum, ad Circumſtãtiam temporis intererit, nihil autem euertet rationem dolendi; vnde ſub eo dolore continebitur, quia ſe habet ex parte obiecti materialis, quod ad futurum extendi poteſt. At vero amor eſt motiuum totale, & natura ſua diuerſum, & diuerſum actum conſtituit: vnde non includitur virtute in motiuo Pœnitentiæ, ac proinde neceſſe eſt vt expreſsè, & formaliter intendatur. Hanc ſententiam veriſſimam eſſe affirmat Vaſquez to.4. in q.86.a.2.dub.4.

Vaſq

Alenſ.
Laur
Suar
Henriq.

Sexto quæritur, vtrum neceſſarius ſit certus gradus intenſionis in actu Pœnitentiæ, vel charitatis ad gratiam conſequendam. Reſpondeo negatiuè cum Alenſi & Scoto quos citat, & ſequitur Laurça d.7.a.10.& alijs multis quos citat Suarez diſp.4. ſ.4. nu.9. & Henriquez l.1. de Pœnit.c.27. Ratio optima eſt, quia ille actus in quocunque gradu ſit, eſt actus ſupernaturalis re & entitate, maior autem, vel minor intenſio perficiunt illum intra eandem entitatem ſecundum magis, & minus, quæ perfectio accidentalis eſt, atque adeo nihil detrahit de natura, & entitate, hæc circa Contritionem. Quod attinet ad *Attritionẽ*. Loquor autem de ea quæ ſupernaturalis eſt, & præſcindendo nunc ab illa quæſtione vtrum detur, & quomodo *Attritio* naturalis? omnino enim requiro Attritionem ſupernaturalem cum Suar. *d.20.ſ.2.n.7. & ſ.4.num.6.* & Vaſquez *q.91.a.2.dub.vn.* & Leandro *tract.5. d.1.qu.47.* cum alijs quos citat.

Suar.
Vaſq.
Leand.

Quæritur ſeptimo, circa Attritionẽ, quæ ex Conc.Trident.ſeſſ.14.c.4. duplex eſt. Ex metu gehenæ. Et ex fœditate peccati, vtrum timor gehennæ ſit ſupernaturalis? Reſpõdetur affirmatiuè: & præterquã quod eſt de fide certum, eſt definitum à Tridentino ſeſſ.6. *can.*8. Ratione conſtat, quia timor mali ſumit ſpeciem ſuam à bono cui opponitur, vnde ex amore boni oritur odium mali. Bonum vero vnde oritur timor gehennæ eſt Beatitudo, quæ ſupernaturalis eſt, & in viſione Dei conſiſtit, ergo timor gehennę ex illo bono ortus ſupernaturalis eſt. Hoc autem intelligitur etiam quando gehenna non ſolum eſt occaſio, & motiuum impulſiuum, ſed etiam finis timoris iuxta D.Thomam *q.85.art.art.5.ad* 1. Vnde in Tridentino habetur, propter gehennæ metum, quo ſignificatur motiuum, & finis proximus. Nec obijcies voluntatem ſiſtere in hoc fine: nec enim vltimatè in illo ſiſtit, cum enim ſit metus mali, tandem terminatur ad bonum, cuius priuatio timetur, atque adeo ſemper finis vltimus eſt ipſe Deus, quamuis indirectè, & inuolutè. Quare hanc ſententiam tenet Alenſis *3.p.q.74.m.2. & 3.* Soto *in 4. d.14.q.2.ar.5.*Ledeſma *1.p.q.26.art.5.* & Suarez *d.5.ſect.2.*

Trident.
D. Thom
Alenſis
Soto
Ledeſma
Su.

Quæritur octauo, Ad quam virtutem ſpectet hic timor? Reſpondeo ſpectare ad virtutem ſpei. Patet nam pertinet ad bonũ, quod eſt principium timoris, quod bonum eſt Beatitudo, id eſt viſio ipſamet Dei, circa quod obiectum

Digitized by Google

iectum ſpes verſatur. Etenim amor Concupiſcentiæ eſt actus ſpei, ita Suarez *d.5 ſect.*2. & Layman *tract. 6. cap.* 2. *num.*10.

Suarez Layman

Quæritur nono. Vtrum & quomodo attritio, vti eſt dolor propter fœditatem peccati ſit ſupernaturalis? Reſpondetur debere attingere illam fœditatem, quæ eſt difformitas à ratione illuſtrata luce Fidei ſupernaturali: & hoc modo niti Fide, & habere motiuum ſupernaturale. Nam ſi fundetur tantum in fœditate, quæ opponitur rationi puræ naturali, tum non erit ſufficiens, nec ſupernaturalis. Itaque vti metus gehennæ tandem terminatur ad Beatitudinem, ita timor fœditatis peccati terminatur ad pulchritudinem ſupernaturalis virtutis, quæ quia placet, & amanda eſt à nobis propter Deum, idcirco horretur fœditas peccati. Eſt autem huiuſmodi diuiſio attritionis adæquata, primus enim dolor attritionis comprehendit malum pœnæ phyſicæ, ſecundus malum culpæ moralis: huc autem reducuntur cæteræ omnes ſpecies: nam quicunque timor natus ex pœnis vti inflictis à Deo pertinet ad timorem gehennæ: et quæcunque deteſtatio fœditatis peccati attingit rationem ſupernaturalis virtutis, cuius pulchritudini, & honeſtati opponitur. Hæc ad mentem Henriquez *lib.* 1. *de Pœnit. c.* 19. & Suarij *d.5. ſect.*2.

Henriq Suarez

Decima quæſtio eſt, Vtrum attritio fieri poſſit contritio? Affirmant non pauci, quos citat, & ſequitur *Lauræa d.9. art.4.* cum Scoto *in 4. d.4. qu.*2. & Caiet. *tom.*1. *opuſc. tract.*4. *q.*1. Sed omnino negandum, ſi propriè loquamur, cum *D.* Thoma *in 4. d.* 17. *q.* 2. *art.* 1. & Medina *tr.* 1. *de Pœnit. q.*5. & Suario *d.* 5. *ſect.*3. & Vaſquez *in q.* 86. *art.* 3. *dub.* 7. & Leandro *tr.*5. *d.*1. *q.*45. Ratio eſt manifeſta, quia attritio eſt vera ſpecies doloris de peccato diuerſa eſſentialiter à contritione, vti apparet ex motiuo ſpecie diuerſo, per quod ſpecificantur actus: non poteſt ergo tranſire in actum ſpecie diuerſum: quemadmodum neque actus ſpei poteſt trãſire in actum charitatis. Poterit quidẽ homo fieri ex attrito contritus per diuerſum actum ex vno motiuo tranſiẽs ad aliud; ſed tunc erunt duo actus diuerſi, & primus occaſio ſecundi; non poterit autem idem actus tranſire in alium actum: nam vbi fuerit elicitus ex amore ſummi boni erit actus contritionis diſtinctus ab attritione: ergo tunc, vel erunt duo actus ſimul, alter attritionis, contritionis alter; vel prior deſinet incipiente poſteriori poſt primum. Quando autem dicitur homo fieri per Sacramentum ex attrito contritus, intelligitur reponi accepto Sacramento in ſtatu gratiæ, quam acquireret per contritionem; vt Sacramentum ſuppleat, quod deeſt in homine attrito, & minimè contrito: hoc autem quod additur per Sacramentũ à virtute ipſius applicati procedit, quæ eſt ex opere operato. Nobiſcum conſentit Suarez *d.5. ſect. vltima.* Tandem roges, qui ſint actus externi Pœnitentiæ ab ea imperati? Reſpondeo eſſe Confeſſionem ore prolatam, & ſatiſfactionem pro peccatis à Confeſſore iniunctam. Satisfactio autem alia intrinſeca eſt, & pars Sacramenti integralis, vti pœna impoſita à Confeſſore, & reſtitutio orta ex obligatione iuſtitiæ, quæ pertinet ad Confeſſionẽ: alia extrinſeca, quæ comprehendit orationem, ieiunium, eleemoſynam; & cæteras mortificationes, & cruciatus corporis, quos pœnitentes voluntariè in pœnam ſuorum peccatorum adhibent. Actus autem intrinſecus à quo imperantur, ſunt illæ formæ dolorum de peccatis, qui eliciuntur à virtute Pœnitentiæ. Ita Suarez *diſ.* 6. [illegible] S

Lau. Scot.

D. Thom Medina. Suarez Vaſquez. Leander

Sraxez

CAPVT III.

Vtrum Pœnitentia ſit virtus infuſa, & quid conferat ad remiſsionem peccati.

DAri habitum Pœnitentiæ correſpondentem actui patet: eiuſdē rationis cum illo eſſe ex habituum doctrina conſtat: quare ex quo motiuo actus procedit, illud in habitu inuenitur: & per quod actus Pœnitentiæ diſtinguitur ab actibus aliarum virtutum, eo & habitus Pœnitentiæ ab aliarum virtutum habitibus diſtinguitur. Cum autem virtus in habitu conſiſtat, Pœnitentia virtus erit ab alijs virtutibus diſtincta. Hinc autem ſequitur eſſe habitum infuſum, quia omnis habitus ſupernaturalis eſt habitus infuſus, ac proinde Pœnitentia infuſa virtus. Ita D. Thomas cuius hæc eſt ratiocinatio *q. 85. a. 2. & 4.* quem ſequuntur Thomiſtæ hic *& in 4. diſt. 14. q. 1. a. 1. quæſtiunc. 2. & ſeq.* & Medina, *tract. 1. q. 2.* & Soto *relect. 8. de Pænitentia*, & Suarez *diſ. 7. ſ. 1.* contra Scotum negantem virtutes morales ſupernaturales eſſe, & infuſas. Non eſſe autem Pœnitentiam virtutem Theologicam dixi cap. 1. Diſtingui ab alijs moralibus apparet ex hactenus dictis cap. 1. 2. Accedit optima ratio Vaſquij to. 4. in q. 85. ar. 5. dub. 2. virtutem infuſam eo imprimis diſtingui ab acquiſita, quod infuſa habet ſe per modum potentiæ, & concurrit ad ſubſtantiam actus: at vero acquiſita ad facilitatem, & modum, conſtat autem virtutem pœnitentię concurrere inſtar potentiæ ad ſubſtantiam actus: quæ ratio maxime placet Vaſquio, ſed ea nititur, imo & ſumitur ex alia Diui Thomæ, quod ſit virtus ſupernaturalis cuius actus cum in noſtra non ſint naturali poteſtate, neceſſe eſt, vt ab habitu ſupernaturali per modum potentiæ eliciantur; quæ ſubſtantiam illorum efficiat. His rationibus prima illa controuerſia tollitur. Igitur tota quæſtio redit ad ſecundam partem.

D. Thom. Thomiſtæ. Medina. Soto. Suar. Scot. Vaſq.

Supponitur primò cum D. Thoma 3. p. q. 86. art. 1. nullum eſſe peccatum tam graue, quod non poſſit remitti in via homini peccatori. Nam qui extra viam ſunt, vti damnati eorum remitti peccata nequeunt. Illud autem quod opponitur ex Auguſtino ſerm. 11. de verbis Domini *peccatum contra Spiritum Sanctum eſſe irremiſſibile* confirmat potius quam oppugnat noſtram ſententiam. Illud enim peccatum non eſt aliud niſi finalis impœnitentia in qua quis moritur: hæc enim irremiſſibilis eſt, quia poſt mortē non eſt remiſſio peccatorum, quemadmodum ait D. Auguſtinus, & interpretatur Diuus Thomas qu. 85. a. 1. ad 3. Hæc autem impænitentia opponitur perſeuerantiæ, vnde ſicut ſuppoſita perſeuerantia non poteſt amitti gratia, ita neque ſuppoſita impænitentia poteſt acquiri remiſſio peccatorum. Vtraque enim ſupponit ſtatum viæ in eſſe completo, & reſpicit ſtatum poſt viam, meriti, & demeriti incapacem. Vtrum autem Deus hominibus in peccato obſtinatis det gratiam ſufficientem ad non peccandum, an neget? pendet ex quæſtione indurationis. In qua ſunt qui dicant indurationem fieri per ſubtractionem gratiæ vberioris, & efficacis quod mihi magis placet, idque ſemper cum Auguſtino docui. Itaque nō ijs deeſſe Auxilium ſufficiens cenſeo. At nunc abſtineo huiuſmodi quæſtione, illamque ad Tractatum de poſſibilitate Mandatorum remitto. De hac eruditè Lugo Cardinalis tomo de Pœnit. d. 8. ſ. 1.

D. Thom. Auguſt. D. Thom. Lugo.

Antequam aggrediamur quæſtionem de remiſſione peccati, oportet quædam præmittere. *Primum*, gratiam diſtingui realiter à Charitate: Charitas quippe eſt habitus voluntatis; gratia iuſtificans qualitas immediatè in anima ſubiectata. Secundum, Contritionem requiſitam ad iuſtificationem debere procedere ex Charitate, & ab ea ſaltem imperari. Tertium Contritionem, vel eſſe informem, vel

for-

formatam. Informis eſt quæ elicitur ante infuſionem gratiæ ſanctificantis, formata quæ elicitur poſt infuſionem eiuſdem gratiæ ſanctificantis. Vt autem hæc omnia melius intelligantur, & ſtatus quæſtionis appareat, oportet diſtinctè vulgarem modum, quo peccator iuſtificatur, proponere.

Eſt aliquis in peccato mortali; tangitur à Deo per auxilium efficax gratiæ actualis, elicit actum contritionis ex amoris motiuo; elicito illo actu remittitur ei peccatum, & infunditur gratia, ac proinde iuſtificatur. Ecce ante iſtam iuſtificationem ſit ille actus contritionis vti apparet. Illud in quæſtionem vertitur. Vtrum remiſſio peccati ſecuta ex contritione oriatur ex ipſo actu contritionis immediatè? An ex gratia iuſtificante, quæ coniuncta eſt cum remiſſione peccati? quæ ſanè nobilis, & ardua quæſtio eſt.

Ratio autem dubitandi ex vna parte eſt quia contritio videtur eſſe forma, & ratio expellendi peccatum, quia peccatum eſt impedimentum gratiæ; ergo debet prius remoueri, quam gratia infundatur, non eſt autem aliud per quod remoueatur niſi per contritionem, quæ adhuc eſt informis ante gratiam iuſtificantem; ergo Contritio eſt forma expellens peccatum. Ex alia parte obſtat alia ratio: quia peccatum expellitur per aliquam formam: forma autem expellons peccatum non eſt niſi ſola gratia, cum præſertim actus Contritionis ante gratiæ infuſionem ſit informis. Deinde nec phyſicè, nec moraliter poteſt expellere peccatum: non phyſicè, quia peccatum nihil eſt poſitiuum; non moraliter, quia non meretur de condigno remiſſionem peccati; nam ante gratiam ſanctificantem nullum eſt meritum de condigno: quæ ſanè rationes dubitandi validæ ſunt.

Hac in re, duæ Scholæ Thomiſtarũ, & Scotiſtarum opinando pugnant.
Thomiſtæ Nam Thomiſtæ cum D. Th[illegible] ſen-
tiunt peccatum expelli[illegible]
Scotiſtæ gratia ſanctificante ne[illegible]
nitentia informi. Sc[illegible]
Scotus trà ſecuti S[illegible]

fieri per actum contritionis informem. Conueniunt autem in eo quod omnia hæc ſimul fiant in eodem inſtanti temporis. Itaque tota diſcrepantia eſt in prioritate naturæ, & cauſalitate formali horum actuum. D. Thomas 1.2 *q.113.art.4.ad 1.& 3.p.q.85.ar.6.* diſtinguit inter cauſam efficientem, & formalem: affirmatque gratiam in genere cauſæ formalis præcedere natura contritionem: hanc vero eſſe priorem gratia in genere cauſæ materialis, & diſpoſitiuæ, quæ ad effectiuam reducitur, idem tradit q.28. de verit. ar.7. & 8. Scotus vero contra negat in 4. diſt 14. q.2.a.1. diuerſas iſtas cauſalitates, ac proinde abſolutè pronuntiat contritionem diſponentem ad iuſtitiã ſemper gratia priorem eſſe. Itaque D. Thomas antecedere ſe mutuo in diuerſo genere cauſæ contritionem, & gratiam affirmat. Scotus negat contritionem vlla ratione poſteriorem gratia eſſe. Et quanquam Lugo Cardinalis conetur S. Thomam contra interpretari, mihi certè non ſuadet: id autem agit d.8: ſ.7.n.171.

D: Thom

LugoCar.

Mihi placet Scoti ſententia quam dilucidè proponit, & egregie defendit P. Brancatus Lauræa d. 16. ar.1. & 2. Hæc placuit Lugo Cardinali de Pœn. d.8.ſ.7. Eam ego ad meum ſenſum explicare volo. Iuſtificatio duo continet. Remiſſionem peccati, & reconciliationem, amicitiamque cum Deo. Prima fit per contritionẽ: ſecunda per gratiæ infuſionem; vtrumque autem ſimul & in eodem inſtanti temporis. Sed ſecundum diuerſas formalitates per inſtantia naturæ. Vtramque partem ex Concilio Tridentino deduco, ſic enim ait ſeſſ.7.cap.7. *Hanc diſpoſitionem, ſeu præparationem* (ideſt pœnitentiam de qua locutum fuerat cap. 6.) *iuſtificatio ipſa conſequitur, quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ*
[illegible]norum. Vnde homo ex iniuſto fit
[illegible] ex inimico amicus, vt ſit hæres
[illegible] ſpem vitæ æternæ. Omnia
[illegible]oncilium. Nam pœnitentiam
[illegible] diſpoſitionem ſeu præparatio-

Scot

Laur Cardinal, de Lugo

Conc:Tr

nem ad iuſtificationem; quo docuit contritionem eſſe priorem. Deinde dixit iuſtificationem perfectam conſtare ex remiſſione peccatorum & gratiæ infuſione, ponens primo remiſſionem peccatorum, quæ immediatè ſequitur ex contritione, ſecundo infuſionem gratiæ; perinde ac monſtrare vellet ordinem qui in iuſtificatione ſeruatur: nempe vt primò fiat contritio, deinde remiſſio peccati, tandem infuſio gratiæ. Cauſas verò aſſignauit dum dixit, *Ex iniuſto fit iuſtus*, nam iniuria peccati deletur per pœnitentiam, quæ eſt quædam iuſtitia; deinde addidit *Ex inimico amicus*, quia illa iuſtitia erat diſpoſitio neceſſaria ad illam amicitiam, quæ ante iuſtitiam eſſe non poterat. Significauerat hoc ante Richardus *in 4. diſt. 17. q. 4. a. 4.* vbi tenuerat duplicem eſſe gratiæ effectum: alterum remiſſionem culpę; alterum reconciliationem cum Deo; prius tamen efficere primum, quam ſecundũ quamquam enim vtriuſque cauſam gratiam eſſe dixerit, ſumpſit gratiam prout iuſtificationẽ complectitur compoſitam ex contritione, & infuſione gratiæ. (Richard.)

Itaque iudico Contritionem expellere natura ſua peccatum, cum ſit eius deteſtatio, non tamen ſatis eſſe ad reconciliationem cum Deo, quamquam ea ex charitate procedat, & ſit cum charitate coniuncta: quia reconciliatio requirit amicitiam cum Deo, quæ cum ſit mutua, indiget gratia Sãctificante, quam *Deus* infundat: non infundit autem eam niſi poſtquam homo peccator deteſtatus eſt peccatum, & remouit impedimentum gratiæ: illud autem rectè dixit Scotus *in 4. d. 16 q. 4. art. 4.* in intentione Dei prius eſſe infuſionem gratiæ; in executione autem remiſſionem peccati eſſe priorem. (Scot.)

Ratio quæ probat diſcurſum factũ eſt idonea. Nam illa contritio eſt ſimul cum actu charitatis, & directè opponitur peccato in quo eſt auerſio à Deo, & conuerſio ad Creaturam, cui opponit Contritio amorem, & dolorem, per amorem conuertitur ad Deũ per dolorem, & deteſtationem auertitur à Creatura. Igitur omnino deſtruit peccatum ſecundum vtramque ſuam rationem. Non eſt ergo aliud expectandum præciſè ad expulſionem peccati; nam poſito illo actu contrarios peccatum cum eo non poteſt conſiſtere. Hanc vero confirmare volo teſtimonio Vaſquij, qui 1. 2. d. 103. c. 3. defendens probabilem eſſe ſententiam, quæ tenet poſſe fieri iuſtificationem per ſolum actum contritionis, & dilectionis Dei ſuper omnia. ſic ait. *Præmitto nullum Scholaſticorum expreſsè negaſſe actum dilectionis, & contritionis cum peccati macula pugnare præter eos; qui dicunt hunc actum ex proprijs noſtris viribus ſine auxilio gratiæ elici poſſe, & aliquos huius ætatis.* Ex quo apparet per actum contritionis, & dilectionis ſaltem deſtrui, tollique peccatum ex ratione ſua. Scio Vaſquez ſequi *D.* Thomam, & affirmare contritionem eſſe priorem in genere efficientis, & gratiam in genere cauſę formalis: quam ego mutuam cauſalitatem nunquam, etiam cum puer Philoſophiæ operam dabam, capere potui. Itaque actus contritionis expellit peccatum præciſè, ac ei opponitur: ſaltem ita voluntatem diſponit, vt ſine illo remitti nequeat; de quo infra capite ſequenti. Gratia autem aliud importat, & dicit, nempe vnionem, & amicitiam cum *Deo*; quod cum ſit mutuum quiddam, neceſſario includit aliquid ex parte *Dei*, id autem eſt gratia ſanctificãs, quę ſupponit expulſum impedimentum peccati, & cum ſit forma informa infuſa à *Deo*, debet ſupponere in nobis diſpoſitionem requiſitam, quæ eſt actus contritionis, & dilectionis expellens peccatum. (Vaſq)

Hic autem diſcurrendi modus in ſententia noſtra nitidius apparet, qui tenemus peccatum in morali poſitiuo conſiſtere coniuncto cum priuatione gratiæ, quæ conſequitur ex peccato, quam non improbat Vaſquez 1. 2. diſ. 204. nec Suarez hic d. 9. ſect. 3. nu. 11. Iſtud autem morale neceſſario expelli debet per aliud contrarium, cuiuſmodi eſt amor, & dolor, quo illud poſi- (Vaſq, Suarez)

tiuum

Digitized by Google

tiuum morale deſtruitur. Priuatio autem gratiæ tollitur formaliter per gratiam ſanctificantem, atque ita peccatum perfectè non remittitur ante illã; vnde poſſumus dicere appoſitè, aliud eſſe expelli peccatum; aliud remitti: ad expulſionem enim ſatis eſt contritio, ad remiſſionem non ſatis, cum adhuc intelligatur remanere priuatio gratiæ, quæ per ipſam gratiam ſanctificantem auſertur, quæ eſt forma phyſica poſitiua, & tunc fit perfecta remiſſio.

Qua ratione occurrimus obiectioni deductæ ex communi ſenſu Theologorum dicentium, formam expulſiuam peccati eſſe gratiam ſanctificantem, quia etſi peccatum, quoad rationem poſitiui moraliter expellatur per actum contritionis, quoad priuationẽ gratiæ non remittitur pręcisè, niſi per gratiam ſanctificantem, quæ poſita in anima tollit inde priuationem gratiæ. Et hoc quidem fatentur ipſimet Authores, qui dicunt gratiam eſſe formã expellentem peccatum, vti videre eſt in Suario de Pœnit. d. 9. ſect. 4. n. 11. vbi ait ex *D.* Thoma. Maculam eſſe priuationem nitoris animæ in ordine ad ſuam cauſam, quę eſt peccatum. Itaque, inquit Suarez, non priuatio gratiæ abſolutè, ſed ſub tali reſpectu dicitur eſſe macula. Vnde ſupponit priuationem gratiæ, ita abſolutè, & nudè ſumptam non eſſe peccatum, ſed aliquid illi addi oportere. Ac ita tenent Conradus 1. 2. q. 113. ar. 1. & Soto *in 4. diſ. 15. q. 1. ar. 2. dub. vltimo.* Quare Suarez qui illius acerrimus eſt Author ſententiæ, quæ tenet gratiam ſanctificantem eſſe formam expulſiuam peccati fatetur d. 9. de Pœnit. ſect. 4. n. 11. non poſſe remitti peccatum quoad omnia ſine gratia habituali. Ex quibus ego perſpicuè colligo peccatum expelli ab actu contritionis, ſed non omnino ab eo remitti; & ſummo iure ſtatuo diſcrimen inter expulſionem, & remiſſionem: quoniam expulſio fit ab actu contritionis, tamquam contrario offenſæ poſitiuæ morali, remiſſio autem cum dicat ordinem ad Deum remittentem ab eodem fit per infuſionem gratiæ. Quæ eſt ipſiſſima ſententia *D.* Thomæ expreſſa 1. 2. q. 113. art. 2. in corp. vbi ſic ait, offenſa non remittitur alicui, niſi per hoc quod animus offenſi pacatur offendenti. Et ideo ſecundum hoc peccatum nobis remitti dicitur, quòd Deus nobis pacatur, quæ quidem pax conſiſtit in dilectione Dei, qua Deus diligit nos. Et concludit, ideo non poteſt intelligi remiſſio culpæ, ſi non adſit infuſio gratiæ. Ita omnino manet remiſſum peccatum, quoad poſitiuum morale per actum noſtrũ, & quoad priuationem gratiæ, quæ eſt annexa peccato, per gratiam infuſam: nec opus eſt aliquo alio additamento ex parte Dei, ſiue ſit fauor, ſiue condonatio extrinſeca, vti optimè docet Vaſquez 1. 2. d. 204. c. 2. contra multos quos citat cap. 1. Audiamus pro hac noſtra ratiocinatione Theologum doctum, & grauem in quem poſtea incidi Henriquez *lib. 9. de Pænit. c. 30. n. 8.* Improbans ſententiam, quæ ponit remiſſionem peccati fieri per contritionem formatam à Gratia habituali ſic ait. *Hæc ſententia vera non eſt, nam iuſtificatio impij hoc ordine completur: vt primo præcedat diſpoſitio per actum Fidei contritionis, & dilectionis ex auxilio Dei, per quos actus peccatum pellitur inchoatiuè; deinde per gratuitam infuſionem gratiæ, & donorum habitualium, & per voluntariam receptionem illorum tollitur priuatio Gratiæ, & quicquid in homine habet rationem peccati.* & paulo infra. *Satis ergo eſt, vt contritio quatenus prior eſt, quam gratia, dicatur compenſare pro offenſa.*

Suar. | Conradus | Soto | Henriq.

CAPVT IV.

Vtrum peccatum remitti poſſit ſine mutatione ex parte peccatoris, & ſine infuſione Gratiæ ex parte Dei.

Suar Vaſq Soto

GRaues hic tres, ſed nexæ quæſtiones ſunt. Omnes excitauit Suarez hic *d.9.& tom.3.de Gratia lib.7* & Vaſquez 1.2. *à d.*204.*ad* 208.& Soto *in* 3.*d.*15.*q.*1.*ar.*2.Et quidem hi diuerſa ſentiũt,& dicũt. Suarez abſolutè affirmat.Soto omninò negat. Vaſquez partim affirmat,partim negat.Quis melius? Videamus.Nõ eſt quæſtio de peccato actuali. Certum eſt enim dum homo illud committit non poſſe auferri, quia implicat eſſe, & non eſſe actu in peccato. Supponit autem vterque veritatem de facto,nempe remiſſioné peccati fieri cum mutatione ex parte peccatoris pœnitentis phyſica, & morali per actum Contritionis, & ex parte Dei infundentis gratiam ſanctificãtem, non qua mutetur Deus, ſed qua mutetur homo de inimico in amicum Dei. De poſſibili eſt quæſtio. In qua Suarez affirmat poſſe remitti peccatũ ſine vllo actu ex parte pœnitentis, & ſine vlla actione ex parte Dei: ac proinde per ſolam *Dei* extrinſecam condonationem remitti poſſe. Citat pro ſe Scotum, Gabrielem, Ochamum, Medinam, & alios; tum *to.4.de Pœnit. d.9.ſec.4.* tum *to.3.de Gratia lib.7.c.*23.

Scotus Gabriel OKamus Medina

Primum argumentum eſt, peccatũ originale potuit tolli ſine vlla mutatione intrinſeca per ſolam extrinſecã Dei condonationem; ergo & mortale perſonale. Antecedens admittit Vaſquez 1.2.d.206. n. 10. & patet, quia Deus potuit ita agere cum Adamo, vt nollet poſteros eius actione teneri, ſiue vt omnibus mereretur, ſiue vt omnibus noceret,ita vt ſolo perſonali peccato delinqueret, non traducem peccati originalis ad poſteros deriuaret: ergo ita etiam poterit *Deus* cum homine peccatore paciſci, vt remittatur ei peccatum ſola condonatione extrinſeca, nullo alio requiſito, vel ex parte Pœnitentię, vel ex parte gratiæ.

Vaſq

Secundum eſt, quia in ſtatu puræ naturæ poſſet homo peccare, & tamen reconciliari Deo ſine graria: conſtat, quia ille ſtatus non eſſet gratiæ, & tamen remitti poſſet in eo peccatum, ergo daretur modus remittendi ſine gratia, atque adeo per condonationem extrinſecam.

Tertium principale ex natura rei ducitur argumentum. Non implicat remitti peccatum mortale per illam extrinſecam condonationem Dei, ſine vllo actu Pœnitentiæ, & ſine vlla forma ſanctificante: ergo affirmandum fieri poſſe. Antecedens patet, quia poteſt Deus nolle offendi eo peccato, & quidquid eſt offenſæ peccatori condonare, eumque amare gratis, & ex ſe ſine vllo dono ei ſuperaddito, qua ratione iam peccatum non erit in peccatore, & ipſe Deo charus exiſtet. Aſſumptum ſuadetur ratione, & exẽplis. Ratione ſic: Peccatum eſt, quid morale annexa priuatione gratiæ: at illud morale cum nihil ſit intrinſecum, nec phyſicum non repugnat tolli per aliquid item extrinſecũ, & morale qualis eſt illa condonatio *Dei*. Exempla autem duo ſunt. Alterum hominis debitoris, cui Iudex, vel Creditor poteſt pœnam, vel debitum remittere per ſolam voluntatem, & condonationem ſuam extrinſecam, nulla exacta à debitore ſatisfactione. Alterum hominis voto obſtricti; poteſt enim *Deus* votum illius relaxare ſine vllo actu ex parte vouentis, ergo ſimili ratione poterit *Deus* peccatori offenſam remittere.

Contra Vaſquez, & Soto in eo cõſentiunt contra Suarium, quod negent remitti poſſe peccatum mortale perſonale, de quo eſt quæſtio, ſine mutatione peccatoris per infuſionem gratiæ, ac proinde negant ſolam condo-

Vaſq. Sotus.

natio-

nationem extrinſecam ſatis eſſe ad remiſſionem peccati. Authores eius ſententiæ producunt præſertim Vaſquez D. Thomam *q.113.ar.2.* Caietanum, & Conradum, ibi, Richardũ *in 4.diſt.1.ar.6.q.3.* Durandum *in 1.d. 17.q.1.ad* 1. Pettum de Soto *lib. de Inſtit. Sacerdotum. lect.4. de Pænit.* Addo Capreolum *in 4.diſt.1.alias 2.q.2. art.* 3. Valentiam *tom.2.d.8.q.5.puncto 5. dub.vltimo.*

D. Thom. Caietan. Conradus Richard. Pet. de Sot. Capreol. Valentia.

Supponit primò peccatum habituale eſſe maculam, in quo Suarius conſentit, & nos cum ijs, quamuis aliquantum de ratione maculæ diſſentiamus. Secundò, peccatum originale auferri potuiſſe ſine diſpoſitione peccatorum hominum, & ſine gratia Dei, argumento Suarij, qui hoc fatetur dare ſibi Vaſquium; & verè dat d.106.c.2.n.11. Tum probare vtrumque aggreditur Soto, & Vaſquez ſuã ſententiam de peccato mortali perſonali. Primò, Peccator non eſt peccator, nec maculatus per aliquam extrinſecam imputationem, aut deſtinationem Dei, ſed per maculam relictam ex peccato actionis: ergo non poteſt auferri peccatum, & macula illa per extrinſecam Dei condonationem, & non imputationem. Quomodo enim auferetur macula contracta per voluntatem propriam per non imputationem, & condonationem voluntatis alienæ? Secundò, probatur ex proprio principio P. Vaſquij in 1. p.q.19.ar.vlt.d.80. Actus liber Dei nõ eſt quid elicitum ab ipſo, ſed in creatura, in qua ſola fit mutatio: ergo nulla facta mutatione in peccatore non poteſt à Deo ſolo volente condonare fieri remiſſio peccati. Tertio, conſequenter ad iſtud principiũ, & eſt quaſi explicatio illius. Vt homo tranſeat de iniuſto in iuſtum, de inimico in amicum neceſſario præcedere debet ratio & cauſa mutationis, & fieri mutatio: atqui hæc in Deo eſſe nequit, ergo erit in peccatore. Maior patet, quia magna mutatio eſt in obiecto carere macula, & reconciliari Deo, & ex magna cauſa prouenire debet; minor oſtenditur, quia nec ratio, nec mutatio ſit in Deo, ſed in obiecto: ergo quando Deus amat hominem antea peccatorem debet præcedere mutatio in ipſo peccatore, quæ ſi nulla ſit, ex parte Dei amor nullus, nec amoris ratio eſſe poterit. Quartò, ab inconuenienti, quia ſi verum ſit ſufficere ex natura ſua condonationem extrinſecam ad remittendum peccatum, certè occaſio dabitur excuſandi, vel minus damnandi hæreſim Lutheri, & Caluini dicentium peccata non eſſe, ſed imputari. Videtur quippe hoc ſequi ex oppoſita ſententia, quæ dum aſſerit remitti poſſe per extrinſecam condonationem peccatum, tacitè concedit extrinſecum illud eſſe, quod per extrinſecũ remittitur, atque adeo correſpondere condonationem imputationi. Hactenus conuenit inter Sotum, & Vaſquium, mihique cum ambobus. Iam inde diſſentiunt circa alterum de mutatione intrinſeca per actum ipſius peccatoris, quam omnino Sotus exigit, negatque ſine ea remitti poſſe peccatum. Vaſquez autem non requirit, & affirmat ſola infuſione Gratiæ ſine vllo motu peccatoris poſſe iuſtificari eum, & remitti peccatũ. Contra Vaſquez cum Soto ſentio; & dico neceſſariam prorſus eſſe in peccatore retractationem peccati ad iuſtificationem. Ac primum argumenta Vaſquez non concludunt, nam omnia quæ affert, vel ſupponunt id quod erat probandum: vel aſſumunt, id quod erat negandum. Supponunt Deũ poſſe velle gratiam homini non retractanti peccatum, infundere: hoc autẽ erat probandum. Ego enim nolo concedere ſuppoſitum, & puto impoſſibile: nam homo dum non retractat peccatum, vult peccatum; ergo eſt incapax gratiæ. Aut ſi non eſt, erit ſimul peccatum, & gratia; quod Vaſquez negat. Aſſumunt, quod erat negandum. Quia exempla, quæ affert Vaſquez Sacramentorum cum attritione admittunt diſpoſitionem ex parte Pœnitentis, & monſtrant cum ea, non ſine ea remitti peccatum. Hoc autem erat negandum: nempe attritionem requiri: nam quod non ſit ſatis illa diſpoſitio, non facit ad rem: nos

Vaſq.

enim

enim non quærimus vtrum ſufficiat; ſed vtrum requiratur. Exemplum autem attritionis cum Sacramento probat ſine attritione Sacramentum gratiam non conferre. Ageret rem ſuam Vaſquez ſi probaret Sacramentum ſine attritione iuſtificare. Quod autem ait de remiſſione peccati venialis magnum eſt contra ipſummet Vaſquium argumentum. Si enim vt ait c.4. illius diſp. 107. peccatum veniale non poteſt remitti per ſolam infuſionem gratiæ habitualis ſine aliqua deteſtatione ex parte voluntatis, quomodo remittetur mortale non retractatum? vnde ego ſic formo argumentum. Peccatum veniale non poteſt remitti per infuſionē copioſiſſimæ gratiæ, vndecunque ratio ſumatur: non poterit ergo remitti mortale per gratiam; quamuis enim peccatum veniale non opponatur gratiæ, & cum ea poſſit conſiſtere, vix poteſt tamen cum intenſiſſima conuenire. Quare durū eſt dicere peccatum veniale ad remiſſionem ſui omnino exigere deteſtationem aliquam, & nullam mortale peccatum ad ſui remiſſionem poſtulare. Itaque ſententia Vaſquij mihi probari non poteſt quoad hanc partem. Eſſe autem contrariam doctrinæ D. Thomæ ſatis ipſe ſignificat eadem diſput. 207. cap. 2. ad finem. nec præſtare potuit diſput. 211. c.3. quod promiſerat c.2. prędictæ diſp. 207. benignè ſe D. Thomam interpretaturum. Et quidem iam clarè exigit
D. Thom D. Thomas in 1.2.q.113. motum liberi arbitrij in peccatum per deteſtationem eius ar.3. & 6. vt non ſit locus aliter eum interpretandi: nam etſi velit quis dicere cum Vaſquez, contra Sotum D. Thomam non loqui de potentia abſoluta, ſed de lege ordinaria, nihil efficiet: nam D. Thomas, ita poſtulat illum motum liberi arbitrij, contra peccatum, vti poſtulat motum Fidei, ar.4. & eadem ratione de infuſione gratię loquitur. Vnde ſicut ſine Fide ſupernaturali, & Infuſione gratiæ, nullatenus etiam de potentia abſoluta peccatum in hoc ſtatu naturæ lapſæ remitti nequit, ſecundum D. Thomā, ita etiam nec ſine deteſtatione remitti poterit: atque adeo eodem modo erit in his omnibus procedendum.

Sed iterum pręcipuam pro Soti ſententia rationem confirmare, volo repetendo, & reducendo argumentum proximè adductum. Eſt enim me authore inuictum. Peccatum non retractatum eſt voluntarium, nec deſinit eſſe peccatum manente voluntario; manet autem dum voluntas non retractatur; ergo impoſſibile eſt auferri peccatum remanente conſtitutiuo peccati. Patet, quia quod voluntate fit, & manente voluntate manet, ablata voluntate auferri debet. Vnde quæ ponit peccatum, peccatum tollit; voluntas vero Dei vti nihil ponit in peccato, ita nec tollit quidquam ex peccato, non poterit igitur auferre peccatum quod totam ſuam rationem habet in voluntate peccatoris: quæ mihi certè ratio demonſtratio videtur, & ſola ſufficit ad ſententiam Vaſquij infringendā, *Soti* confirmandam. Quod attinet ad rationes contra opinionem Suarij animaduerto ſecundam ductam ex illo principio Vaſquij rem mihi nō omnino perſuadere: nam facile poteſt refutari dicendo, Deum non mutari, nec opus eſſe mutari realiter peccatorem ſi iuſtitia poſſet eſſe extrinſeca condonatio: ratio enim Vaſquij ſolùm vim habet quando in obiecto, & termino voluntatis diuinæ ponitur aliquid phyſicum, vbi quippe nihil phyſicum neceſſe eſt poni, ſufficit ſola denominatio extrinſeca v.g. vt homo liberetur voto non eſt opus aliqua mutatione phyſica in homine, ſed ſola relaxatione *Dei*, itaque voluntas *Dei* ſequitur naturam rerum, vnde ſi res poſſit fieri ſine mutatione intrinſeca, ſatis erit terminatio libera voluntatis Dei ad effectum: *quare* ſupponendo peccatum, & gratiam per condonationem fieri poſſe, non valet argumentum Vaſquij, quia petit principium ſupponendo non poſſe citra mutationem intrinſecam remitti, quod cum neget Suarez nihil contra eum probat argumentum. Igitur alia ratio excogitanda eſt, quam ego in rem meam conuerto, & aduerſus Suarium Vaſ-

quiumque

quiumque retorqueo. Ea ſumitur ex natura ipſa peccati oſtendendo peccatũm, quod vere eſt in homine voluntatium, non poſſe tolli ſine mutatione voluntatis. Quod ego ſic probo, aſſumpto principio Suarij in opuſculis lib. 1. cap. 16. & 1. p. tr. de Prædeſt. lib. 1. c. 14. Voluntatem, & potentiam ita diſtingui ratione in Deo vt voluntas non niſi per potentiam exequatur res faciendas: hoc poſito argumentor ita: Sola voluntas Dei immanens præciſa potentia, & actione ad extra nihil à parte rei mutat in obiectis, ſed ea manent omnino immota, & inuariata: Sed illa macula peccati ineſt à parte rei in voluntate peccatoris; ergo per ſolam extrinſecam voluntatem Dei immanentem non poteſt auferri, atque adeo nec homo ille mutari. Patet conſequentia, quia illa macula peccati eſt voluntaria habitualiter ex humana voluntate; ergo non poteſt tolli niſi per aliquid poſitum à parte rei in ea volũtate: hoc autem debet eſſe per aliquã veram, & realem mutationem, quam voluntas Dei immanens citra potentiam exequentem efficere non poteſt: Atque hac ratione conſtat noſtra, & Suarij refutatur ſententia: nam peccatum eſt voluntariũ, & eſt in voluntate, & quamuis in ratione offenſæ tendat in Deum vti terminum; ſubiectatur in voluntate, vnde quamuis Deus remittat peccatum, & condonet offenſam, ſubtrahet quidem terminum extrinſecum, ſed non mutabit voluntatem: nec inde ſequitur tolli rationem offenſæ, quia offenſa non conſiſtit in acceptatione Dei, imò eſt contra eius voluntatem, & conſiſtit in ipſa conuerſione actiua ad Creaturam, & auerſione à Deo voluntaria peccatori; ergo non auferetur per non acceptationem, ſiue condonationem Dei: ſed per retractationem voluntatis, quæ niſi auertatur à Creatura, & conuertatur ad Deum non poteſt carere peccato.

Suarez

Hac argumentatione res tota, opinor, conficitur contra Suarium, & Vaſquium. Reſpondeamus nunc argumentis Suarij contra communem Vaſquij, & Soti ſententiam. Primum argumentum de peccato originali ſolutum eſt, admittendo in eo genere peccati potuiſſe Deum aliter cum Adamo paciſci, ſed negando ita poſſe de peccato perſonali ſtatuere. Imo eo admiſſo non dubito concedere poſſe illud ſola condonatione deleri: quia illud peccatum Originale non eſt volũtarium propriè, ſed contractum in virtute alienę voluntatis, & ideo per alienam voluntatem auferri poteſt ſola condonatione.

Secundo reſpondetur in ſtatu puræ naturæ non fore peccatum niſi contra Deum naturaliter cognitum, atque adeo eius remiſſionem aliter ex parte Dei fieri debere, nimirum per condonationem: negandum tamen ex parte hominis non debere fieri mutationem voluntatis: vnde in hoc par ratio eſt vtriuſque ſtatus, ſemper enim peccatum eſſet deteſtandum, & abolendum, nec niſi hac ratione remittendum, nam ex parte Dei nulla tunc eſſet ſanctificatio ſupernaturalis futura, nec etiam gratia opus eſſet, ſed remaneret homo in pura natura ſine peccato vti creatus eſſet. Ad id autem ſatis foret deteſtatio peccati cum condonatione Dei vti eſt Author naturæ. Aliam item reſponſionem adhibere poſſem ex doctrina Vaſquij diſ. 27. cap. 1. negantis adhuc in ſtatu puræ naturæ poſſe remitti peccatum abſque infuſione gratiæ ſupernaturalis; quod quanquam verum putem, quia tamen negabitur à Suario, eiuſque ſectatoribus volo ab illa ſolutione abſtinere. Vaſq

Tertium principale ſolutum ferme eſt explicando noſtram ſententiam, ſed in forma negatur aſſumptum quod affirmat remitti offenſam per voluntatem extrinſecam Dei poſſe, & nolle offendi ad id ſufficere: hoc enim proxime rationibus noſtris cõfutauimus, quę oſtendunt neceſſariam prorſus retractationem voluntatis propriæ, qua non retractata manet voluntarium peccatum, quod tolli nequit per extrinſecam condonationem; quamdiu enim durat illa voluntas, non deſinit eſſe offenſa, & vti voluntas Dei non concurrit ad offenſam acceptãdo eam,

Digitized by Google

motiuo amotis formaliter procedat. Et hanc eſſe Diui Thomæ ſententiam patet ex doctrina q.85.a.3.ad 1.& 1.2. q.113 a.5.ad 1. vbi docet veram peccati diſplicentiam eſſe actum elicitum charitatis. Et Soto lect.4. de Pœnit. dicit eſſe formalem amorem. Includi autem fermè vnum in alio docet Vaſquez in quæſt.85. articul.5. & quidem verè.

D. Thom. Soto Vaſq.

Quintò quæritur, de propoſito non peccandi impoſterum, vtrum formaliter debeat ineſſe in actu Contritionis? Communis ſententia affirmat, eamque magis probat Suarez, & Lauræa d.8.art.14. & ſicuti de amore formali, ita de formali propoſito ſentit. Mihi tamen tamen placet negare cum Petro Soto lect.17.de Pœnit.& Nauarro in ſumma cap.1.& Medina Codice de Pœnit. & Vega lib.13. in Tridentinū cap.27.& alijs ob hanc rationem, quia propoſitum non peccandi ex ratione ſua inuoluitur in dolore, & deteſtatione peccati, qui enim dolet, & deteſtatur factum, virtualiter, illud fugere, & vitare vult; cadit enim ille dolor ſuper peccatum vti malum eſt, & offenſa: quod autem ſit futurum, ad Circumſtātiam temporis interit, nihil autem euertet rationem dolendi; vnde ſub eo dolore continebitur, quia ſe habet ex parte obiecti materialis, quod ad futurum extendi poteſt. At vero amor eſt motiuum totale, & natura ſua diuerſum, & diuerſum actum conſtituit: vnde non includitur virtute in motiuo Pœnitentiæ, ac proinde neceſſe eſt vt expreſsè, & formaliter intendatur. Hanc ſententiam veriſſimam eſſe affirmat Vaſquez to.4. in q.86.a.2.dub.4.

Suar. Laur. Petr. Sot. Nauarrus Medina Vega Vaſq.

Sexto quæritur, vtrum neceſſarius ſit certus gradus intenſionis in actu Pœnitentiæ, vel charitatis ad gratiam conſequendam. Reſpondeo negatiuè cum Alenſi & Scoto quos citat, & ſequitur Laurea d.7.a.10.& alijs multis quos citat Suarez diſp.4. ſ.4. nu.9. & Henriquez l.1. de Pœnit.c.27. Ratio optima eſt, quia ille actus in quocunque gradu ſit, eſt actus ſupernaturalis re & entitate, maior autem, vel minor intenſio perficiunt illum intra eandem entitatem ſecundum magis, & minus, quæ perfectio accidentalis eſt, atque adeo nihil detrahit de natura, & entitate, hæc circa Contritionem. Quod attinet ad Attritionē. Loquor autem de ea quæ ſupernaturalis eſt, & præſcindendo nunc ab illa quæſtione vtrum detur, & quomodo *Attritio* naturalis? omnino enim requiro Attritionem ſupernaturalem cum Suar. *d.20.ſ.2.n.7. & ſ.4.num.6.* & Vaſquez *q.91.a.2.dub.vn.* & Leandro *tract.5. d.1.qu.47.* cum alijs quos citat.

Alenſ. Laur. Suar. Henriq. Suar. Vaſq. Leand.

Quæritur ſeptimo, circa Attritionē, quæ ex Conc. Trident.ſeſſ.14.c.4. duplex eſt. Ex metu gehēnæ. Et ex fœditate peccati, vtrum timor gehennæ ſit ſupernaturalis? Reſpōdetur affirmatiuè: & præterquā quod eſt de fide certum, eſt definitum à Tridentino ſeſſ.6. *can.8.* Ratione conſtat, quia timor mali ſumit ſpeciem ſuam à bono cui opponitur, vnde ex amore boni oritur odium mali. Bonum vero vnde oritur timor gehennæ eſt Beatitudo, quæ ſupernaturalis eſt, & in viſione Dei conſiſtit, ergo timor gehennę ex illo bono ortus ſupernaturalis eſt. Hoc autem intelligitur etiam quando gehenna non ſolum eſt occaſio, & motiuum impulſiuum, ſed etiam finis timoris iuxta D.Thomam *q.85.art.art.5.ad 1.* Vnde in Tridentino habetur, propter gehennæ metum, quo ſignificatur motiuum, & finis proximus. Nec obijcies voluntatem ſiſtere in hoc fine: nec enim vltimatè in illo ſiſtit, cum enim ſit metus mali, tandem terminatur ad bonum, cuius priuatio timetur, atque adeo ſemper finis vltimus eſt ipſe Deus, quamuis indirectè, & inuolutè. Quare hanc ſententiam tenet Alenſis *3.p.q.74.m.2.& 3.* Soto *in 4. d.14.q.2.ar.5.* Ledeſma *1.p.q.26.art.5.* & Suarez *d.5.ſect.2.*

Trident. D. Thom. Alenſis Soto Ledeſma Su.

Quæritur octauo, Ad quam virtutem ſpectet hic timor? Reſpondeo ſpectare ad virtutem ſpei. Patet nam pertinet ad bonū, quod eſt principium timoris, quod bonum eſt Beatitudo, ideſt viſio ipſamet Dei, circa quod obiectum

iectum ſpes verſatur. Etenim amor
Suarez Layman Concupiſcentiæ eſt actus ſpei, ita Suarez d.5 ſect.ar & Layman *tract. 6.cap. 2.num.10.*

Quæritur nono. Vtrum & quomodo attritio, vti eſt dolor propter fœditatem peccati ſit ſupernaturalis? Reſpondetur debere attingere illam fœditatem, quæ eſt difformitas à ratione illuſtrata luce Fidei ſupernaturali: & hoc modo niti Fide, & habere motiuum ſupernaturale. Nam ſi fundetur tantum in fœditate, quæ opponitur rationi puræ naturali, tum non erit ſufficiens, nec ſupernaturalis. Itaque vti metus gehennæ tandem terminatur ad Beatitudinem, ita timor fœditatis peccati terminatur ad pulchritudinem ſupernaturalis virtutis, quæ quia placet, & amanda eſt à nobis propter Deum, idcirco horretur fœditas peccati. Eſt autem huiuſmodi diuiſio attritionis adæquata, primus enim dolor attritionis comprehendit malum pœnæ phyſicæ, ſecundus malum culpæ moralis: huc autem reducuntur cæteræ omnes ſpecies: nam quicunque timor natus ex pœnis vti inflictis à Deo pertinet ad timorem gehennæ: et quæcunque deteſtatio fœditatis peccati attingit rationem ſupernaturalis virtutis, cuius pulchritu-
Henriq Suarez dini, & honeſtati opponitur. Hæc ad mentem Henriquez *lib.1. de Pœnit. c. 19.* & Suarij *d.5.ſect.2.*

Decima quæſtio eſt, Vtrum attritio fieri poſſit contritio? Affirmant non
Laur Scot. pauci, quos citat, & ſequitur *Lauræa d.9.art.4.* cum Scoto *in 4.d.4. qu.2.* & Caiet. *tom.1.opuſc.tract.4.q.1.* Sed om-
D. Thom Medina. Suarez Vaſquez. Leander nino negandum, ſi proprie loquamur, cum *D.* Thoma *in 4.d.17.q.2.art.1.* & Medina *tr.1.de Pœnit.q.5.* & Suario *d. 5.ſect.3.* & Vaſquez *in q.86.art.3.dub. 7.* & Leandro *tr.5.d.1. q.45.* Ratio eſt manifeſta, quia attritio eſt vera ſpecie doloris de peccato diuerſa eſſentialiter à contritione, vti apparet ex motiuo ſpecie diuerſo, per quod ſpecificantur actus: non poteſt ergo tranſire in actum ſpecie diuerſum: quemadmodum neque actus ſpei poteſt tranſire in actum charitatis. Poterit quidē homo fieri ex attrito contritus per diuerſum actum ex vno motiuo tranſiēs ad aliud; ſed tunc erunt duo actus diuerſi, & primus occaſio ſecundi; non poterit autem idem actus tranſire in alium actum: nam vbi fuerit elicitus ex amore ſummi boni erit actus contritionis diſtinctus ab attritione: ergo tunc, vel erunt duo actus ſimul, alter attritionis, contritionis alter; vel prior deſinet incipiente poſteriori poſt primum. Quando autem dicitur homo fieri per Sacramentum ex attrito contritus, intelligitur reponi accepto Sacramento in ſtatu gratiæ, quam acquireret per contritionem; vt Sacramentum ſuppleat, quod deeſt in homine attrito, & minimè contrito: hoc autem quod additur per Sacramentū à virtute ipſius applicati procedit, quæ eſt ex opere operato. Nobiſcum conſentit Suarez *d.5.ſect.vltima.* Tandem Suarez
roges, qui ſint actus externi Pœnitentiæ ab ea imperati? Reſpondeo eſſe Confeſſionem ore prolatam, & ſatiſfactionem pro peccatis à Confeſſore iniunctam. Satiſfactio autem alia intrinſeca eſt, & pars Sacramenti integralis, vti pœna impoſita à Confeſſore; & reſtitutio orta ex obligatione iuſtitiæ, quæ pertinet ad Confeſſionē: alia extrinſeca, quæ comprehendit orationem, ieiunium, eleemoſynam; & cæteras mortificationes, & cruciatus corporis, quos pœnitentes voluntariè in pœnam ſuorum peccatorum adhibent. Actus autem intrinſecus à quo imperantur, ſunt illæ formæ dolorum de peccatis, qui eliciuntur à virtute Pœnitentiæ. Ita Suarez *diſ. 6. ſect. 1. dub. 1.* S

CAP.

CAPVT III.

Vtrum Pœnitentia ſit virtus infuſa, & quid conferat ad remiſsionem peccati.

DAri habitum Pœnitentiæ correſpondentem actui patet: eiuſdē rationis cum illo eſſe ex habituum doctrina conſtat: quare ex quo motiuo actus procedit, illud in habitu inuenitur: & per quod actus Pœnitentiæ diſtinguitur ab actibus aliarum virtutum, eo & habitus Pœnitentiæ ab aliarum virtutum habitibus diſtinguitur. Cum autem virtus in habitu conſiſtat, Pœnitentia virtus erit ab alijs virtutibus diſtincta. Hinc autem ſequitur eſſe habitum infuſum, quia omnis habitus ſupernaturalis eſt habitus infuſus, ac proinde Pœnitentia infuſa virtus. Ita D. Thomas cuius hæc eſt ratiocinatio *q.* 85. *a.* 2. *&* 4. quem ſequuntur Thomiſtæ hic *& in* 4. *diſt.* 14. *q.* 1. *a.* 1. *quæſtiunc.* 2. *& ſeq.* & Medina, *tract.* 1. *q.* 2. & Soto *relect.* 8. *de Pœnitentia*, & Suarez *diſ.* 7. *ſ.* 1. contra Scotum negantem virtutes morales ſupernaturales eſſe, & infuſas. Non eſſe autem Pœnitentiam virtutem Theologicam dixi cap. 1. Diſtingui ab alijs moralibus apparet ex hactenus dictis cap. 1. 2. Accedit optima ratio Vaſquij to. 4. in q. 85. ar. 5. dub. 2. virtutem infuſam eo imprimis diſtingui ab acquiſita, quod infuſa habet ſe per modum potentiæ, & concurrit ad ſubſtantiam actus: at vero acquiſita ad facilitatem, & modum, conſtat autem virtutem pœnitentiæ concurrere inſtar potentiæ ad ſubſtantiam actus: quæ ratio maxime placet Vaſquio, ſed ea nititur, imo & ſumitur ex alia Diui Thomæ, quod ſit virtus ſupernaturalis cuius actus cum in noſtra non ſint naturali poteſtate, neceſſe eſt, vt ab habitu ſupernaturali per modum potentiæ elicia̅tur; quæ ſubſtantiam illorum efficiat. His rationibus prima illa controuerſia tollitur. Igitur tota quæſtio redit ad ſecundam partem.

D. Thom / Thomiſtæ / Medina / Soto / Suar / Scot / Vaſq

Supponitur primò cum D. Thoma 3. p. q. 86. art. 1. nullum eſſe peccatum tam graue, quod non poſſit remitti in via homini peccatori. Nam qui extra viam ſunt, vti damnati eorum remitti peccata nequeunt. Illud autem quod opponitur ex Auguſtino ſerm. 11. de verbis Domini *peccatum contra Spiritum Sanctum eſſe irremiſſibile* confirmat potius quam oppugnat noſtram ſententiam. Illud enim peccatum non eſt aliud niſi finalis impœnitentia in qua quis moritur: hæc enim irremiſſibilis eſt, quia poſt mortē non eſt remiſſio peccatorum, quemadmodum ait D. Auguſtinus, & interpretatur Diuus Thomas qu. 85. a. 1. ad 3. Hæc autem impænitentia opponitur perſeuerantiæ, vnde ſicut ſuppoſita perſeuerantia non poteſt amitti gratia, ita neque ſuppoſita impænitentia poteſt acquiri remiſſió peccatorum. Vtraque enim ſupponit ſtatum viæ in eſſe completo, & reſpicit ſtatum poſt viam, meriti, & demeriti incapacem. Vtrum autem Deus hominibus in peccato obſtinatis det gratiam ſufficientem ad non peccandum, an negetò pendet ex quæſtione indurationis. In qua ſunt qui dicant indurationem fieri per ſubtractionem gratiæ vberioris, & efficacis quod mihi magis placet, idque ſemper cum Auguſtino docui. Itaque nō ijs deeſſe Auxilium ſufficiens cenſeo. At nunc abſtineo huiuſmodi quæſtione, illamque ad Tractatum de poſſibilitate Mandatorum remitto. De hac eruditè Lugo Cardinalis tomo de Pœnit. d. 8. ſ. 1.

D. Thom. / Auguſt. / D. Thom / Lugo

Antequam aggrediamur quæſtionem de remiſſione peccati, oportet quædam præmittere. Primum, gratiam diſtingui realiter à Charitate: Charitas quippe eſt habitus voluntatis; gratia iuſtificans qualitas immediatè in anima ſubiectata. Secundum, Contritionem requiſitam ad iuſtificationem debere procedere ex Charitate, & ab ea ſaltem imperari. Tertium Contritionem, vel eſſe informem, vel

for,

formatam. Informis eſt quæ elicitur ante infuſionem gratiæ ſanctificantis, formata quæ elicitur poſt infuſionem eiuſdem gratiæ ſanctificantis. Vt autem hæc omnia melius intelligantur, & ſtatus quæſtionis appareat, oportet diſtinctè vulgarem modum, quo peccator iuſtificatur, proponere.

Eſt aliquis in peccato mortali; tangitur à Deo per auxilium efficax gratiæ actualis, elicit actum contritionis ex amoris motiuo; elicito illo actu remittitur ei peccatum, & infunditur gratia, ac proinde iuſtificatur. Ecce ante iſtam iuſtificationem fit ille actus contritionis vti apparet. Illud in quæſtionem vertitur. Vtrum remiſſio peccati ſecuta ex contritione oriatur ex ipſo actu contritionis immediatè? An ex gratia iuſtificante, quæ coniuncta eſt cum remiſſione peccati? quæ ſanè nobilis, & ardua quæſtio eſt.

Ratio autem dubitandi ex vna parte eſt quia contritio videtur eſſe forma, & ratio expellendi peccatum, quia peccatum eſt impedimentum gratiæ; ergo debet prius remoueri, quam gratia infundatur, non eſt autem aliud per quod remoueatur niſi per contritionem, quæ adhuc eſt informis ante gratiam iuſtificantem; ergo Contritio eſt forma expellens peccatum. Ex alia parte obſtat alia ratio: quia peccatum expellitur per aliquam formam: forma autem expellens peccatum non eſt niſi ſola gratia, cum præſertim actus Contritionis ante gratiæ infuſionem ſit informis. Deinde nec phyſicè, nec moraliter poteſt expellere peccatum: non phyſicè, quia peccatum nihil eſt poſitiuum; non moraliter, quia non meretur de condigno remiſſionem peccati; nam ante gratiam ſanctificantem nullum eſt meritum de condigno: quæ ſanè rationes dubitandi validæ ſunt.

Hac in re, duæ Scholæ Thomiſtarũ, & Scotiſtarum opinando pugnant. Nam Thomiſtæ cum D. Thoma ſentiunt peccatum expelli formaliter à gratia ſanctificante non autem à pœnitentia informi. Scotiſtæ vero contrà ſecuti Scotum; aiunt expulſionem fieri per actum contritionis informem. Conueniunt autem in eo quod omnia hæc ſimul fiant in eodem inſtanti temporis. Itaque tota diſcrepantia eſt in prioritate naturæ, & cauſalitate formali horum actuum. D. Thomas 1.2 *q.113.art.4.ad 1.& 3.p.q.85.ar.6.* diſtinguit inter cauſam efficientem, & formalem: affirmatque gratiam in genere cauſæ formalis præcedere natura contritionem: hanc vero eſſe priorem gratia in genere cauſæ materialis, & diſpoſitiuæ, quæ ad effectiuam reducitur, idem tradit q.28. de verit. ar.7. & 8. Scotus vero contra negat in 4. diſt 14. q.2.a.1. diuerſas iſtas cauſalitates, ac proinde abſolutè pronuntiat contritionem diſponentem ad iuſtitiã ſemper gratia priorem eſſe. Itaque D. Thomas antecedere ſe mutuo in diuerſo genere cauſæ contritionem, & gratiam affirmat. Scotus negat contritionem vlla ratione poſteriorem gratia eſſe. Et quanquam Lugo Cardinalis conetur S. Thomam contra interpretari, mihi certè non ſuadet; id autem agit d.8: ſ.7.n.171.

Mihi placet Scoti ſententia quam dilucidè proponit, & egregie defendit P. Brancatus Lauræa d. 16. ar.1. & 2. Hæc placuit Lugo Cardinali de Pœn. d.8.ſ.7. Eam ego ad meum ſenſum explicare volo. Iuſtificatio duo continet. Remiſſionem peccati, & reconciliationem, amicitiamque cum Deo. Prima fit per contritionẽ: ſecunda per gratiæ infuſionem; vtrumque autem ſimul & in eodem inſtanti temporis. Sed ſecundum diuerſas formalitates per inſtantia naturæ. Vtramque partem ex Concilio Tridentino deduco, ſic enim ait ſeſſ.7.cap.7. *Hanc diſpoſitionem, ſeu præparationem* (ideſt pœnitentiam de qua locutum fuerat càp. 6.) *iuſtificatio ipſa conſequitur, quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ & donorum. Vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus, vt ſit hæres ſecundum ſpem vitæ æternæ.* Omnia dixit Concilium. Nam pœnitentiam vocauit diſpoſitionem ſeu præparationem

Thomiſtæ

Scotiſtæ

Scotus

D: Thom

LugoCar.

Scot

Laur Cardinal. de Lugo

Conc: Tr

nem ad iuſtificationem, quo docuit contritionem eſſe priorem. Deinde dixit iuſtificationem perfectam conſtare ex remiſſione peccatorum & gratiæ infuſione, ponens primo remiſſionem peccatorum, quæ immediatè ſequitur ex contritione, ſecundo infuſionem gratiæ; perinde ac monſtrare vellet ordinem qui in iuſtificatione ſeruatur: nempe vt primo fiat contritio, deinde remiſſio peccati, tandem infuſio gratiæ. Cauſas vero aſſignauit dum dixit, *Ex iniuſto fit iuſtus*; nam iniuria peccati deletur per pœnitentiam, quæ eſt quædam iuſtitia; deinde addidit *Ex inimico amicus*, quia illa iuſtitia erat diſpoſitio neceſſaria ad illam amicitiam, quæ ante iuſtitiam eſſe non poterat. Significauerat hoc ante

Richard.

Richardus *in 4. diſt. 17. q. 4. a. 4.* vbi tenuerat duplicem eſſe gratiæ effectum alterum remiſſionem culpę; alterum reconciliationem cum Deo; prius tamen efficere primum, quam ſecundũ quamquam enim vtriuſque cauſam gratiam eſſe dixerit, ſumpſit gratiam prout iuſtificationẽ complectitur compoſitam ex contritione, & infuſione gratiæ.

Itaque iudico Contritionem expellere natura ſua peccatum, cum ſit eius deteſtatio, non tamen ſatis eſſe ad reconciliationem cum Deo, quamquam ea ex charitate procedat, & ſit cum charitate coniuncta: quia reconciliatio requirit amicitiam cum Deo, quæ cum ſit mutua, indiget gratia Sãctificante, quam *Deus* infundat: non infundit autem eam niſi poſtquam homo peccator deteſtatus eſt peccatum, & remouit impedimentum gratiæ: illud autem rectè dixit Scotus *in 4. d. 16 q. 4. art. 4.* in intentione Dei prius eſſe infuſionem gratiæ, in executione autem remiſſionem peccati eſſe priorem.

Scot.

Ratio quæ probat diſcurſum factũ eſt idonea. Nam illa contritio eſt ſimul cum actu charitatis, & directè opponitur peccato in quo eſt auerſio à Deo, & conuerſio ad Creaturam, cui opponit Contritio amorem, & dolorem, per amorem conuertitur ad Deũ per dolorem, & deteſtationem auertitur à Creatura. Igitur omnino deſtruit peccatum ſecundum vtramque ſuam rationem. Non eſt ergo aliud expectandum præcisè ad expulſionem peccati; nam poſito illo actu contrario, peccatum cum eo non poteſt conſiſtere. Hanc vero confirmare volo teſtimonio Vaſquij, qui 1. 2. d. 103. c. 3. defendens probabilem eſſe ſententiam, quæ tenet poſſe fieri iuſtificationem per ſolum actum contritionis, & dilectionis Dei ſuper omnia. ſic ait. *Præmitto nullum Scholaſticorum expreſsè negaſſe actum dilectionis, & contritionis cum peccati macula pugnare præter eos; qui dicunt hunc actum ex proprijs noſtris viribus ſine auxilio gratiæ elici poſſe, & aliquos huius ætatis.* Ex quo apparet per actum contritionis, & dilectionis ſaltem deſtrui, tollique peccatum ex ratione ſua. Scio Vaſquez ſequi *D.* Thomam, & affirmare contritionem eſſe priorem in genere efficientis, & gratiam in genere cauſę formalis: quam ego mutuam cauſalitatem nunquam, etiam cum puer Philoſophiæ operam dabam, capere potui. Itaque actus contritionis expellit peccatum præcisè, ac ei opponitur: ſaltem ita voluntatem diſponit, vt ſine illo remitti nequeat; de quo infra capite ſequenti. Gratia autem aliud importat, & dicit, nempe vnionem, & amicitiam cum *Deo*; quod cum ſit mutuum quiddam, neceſſario includit aliquid ex parte *Dei*, id autem eſt gratia ſanctificãs, quę ſupponit expulſum impedimentum peccati, & cum ſit forma informa infuſa à *Deo*, debet ſupponere in nobis diſpoſitionem requiſitam, quæ eſt actus contritionis, & dilectionis expellens peccatum.

Vaſq

Hic autem diſcurrendi modus in ſententia noſtra nitidius apparet, qui tenemus peccatum in morali poſitiuo conſiſtere coniuncto cum priuatione gratiæ, quæ conſequitur ex peccato, quam non improbat Vaſquez 1. 2. diſ. 204. nec Suarez hic d. 9. ſect. 3. nu. 11. Iſtud autem morale neceſſario expelli debet per aliud contrarium, cuiuſmodi eſt amor, & dolor, quo illud poſi-

Vaſq
Suar.

tiuum

tiuum morale deſtruitur. Priuatio autem gratiæ tollitur formaliter per gratiam ſanctificantem, atque ita peccatum perfectè non remittitur ante illã; vnde poſſumus dicere appoſitè, aliud eſſe expelli peccatum; aliud remitti: ad expulſionem enim ſatis eſt contritio, ad remiſſionem non ſatis, cum adhuc intelligatur remanere priuatio gratiæ, quæ per ipſam gratiam ſanctificantem auſertur, quæ eſt forma phyſica poſitiua, & tunc fit perfecta remiſſio.

Qua ratione occurrimus obiectioni deductæ ex communi ſenſu Theologorum dicentium, formam expulſiuam peccati eſſe gratiam ſanctificantem, quia etſi peccatum, quoad rationem poſitiui moraliter expellatur per actum contritionis, quoad priuationẽ gratiæ non remittitur præcisè, niſi per gratiam ſanctificantem, quæ poſita in anima tollit inde priuationem gratiæ. Et hoc quidem fatentur ipſimet Authores, qui dicunt gratiam eſſe formã expellentem peccatum, vti videre eſt in Suario de Pœnit.d.9.ſect.4.n.11.vbi ait ex *D.* Thoma. Maculam eſſe priuationem nitoris animæ in ordine ad ſuam cauſam, quę eſt peccatum. Itaque, inquit Suarez, non priuatio gratiæ abſolutè, ſed ſub tali reſpectu dicitur eſſe macula. Vnde ſupponit priuationem gratiæ, ita abſolutè, & nudè ſumptam non eſſe peccatum, ſed aliquid illi addi oportere. Ac ita tenent Conradus 1.2.q.113.ar,1. & Soto *in 4.diſ. 15.q.1. ar.2. dub. vltimo.* Quare Suarez qui illius acerrimus eſt Author ſententiæ, quæ tenet gratiam ſanctificantem eſſe formam expulſiuam peccati fatetur d.9.de Pœnit.ſect.4.n.11. non poſſe remitti peccatum quoad omnia ſine gratia habituali. Ex quibus ego perſpicuè colligo peccatum expelli ab actu contritionis, ſed non omnino ab eo remitti; & ſummo iure ſtatuo diſcrimen inter expulſionem, & remiſſionem: quoniam expulſio fit ab actu contritionis, tamquam contrario offenſæ poſitiuæ morali, remiſſio autem cum dicat ordinem ad *Deum* remittentem ab eodem fit per infuſionem gratiæ. Quæ eſt ipſiſſima ſententia *D.* Thomæ expreſſa 1.2.q.113.art.2.in corp. vbi ſic ait, offenſa non remittitur alicui, niſi per hoc quod animus oſtenſi pacatur offendenti. Et ideo ſecundum hoc peccatum nobis remitti dicitur, quòd Deus nobis pacatur, quæ quidem pax conſiſtit in dilectione Dei, qua Deus diligit nos. Et concludit, ideo non poteſt intelligi remiſſio culpæ, ſi non adſit infuſio gratiæ. Ita omnino manet remiſſum peccatum, quoad poſitiuum morale per actum noſtrũ, & quoad priuationem gratiæ, quæ eſt annexa peccato, per gratiam infuſam: nec opus eſt aliquo alio additamento ex parte Dei, ſiue ſit fauor, ſiue condonatio extrinſeca, vti optimè docet Vaſquez 1.2.d.204.c.2.contra multos quos citat cap.1. Audiamus pro hac noſtra ratiocinatione Theologum doctum, & grauem in quem poſtea incidi Henriquez *lib.9.de Pænit. c.30.n.8.* Improbans ſententiam, quæ ponit remiſſionem peccati fieri per contritionem formatam à Gratia habituali ſic ait. *Hæc ſententia vera non eſt, nam iuſtificatio impij hoc ordine completur: vt primo præcedat diſpoſitio per actum Fidei contritionis, & dilectionis ex auxilio Dei, per quos actus peccatum pellitur inchoatiuè; deinde per gratuitam infuſionem gratiæ, & donorum habitualium, & per voluntariam receptionem illorum tollitur priuatio Gratiæ, & quicquid in homine habet rationem peccati.* & paulo infra. *Satis ergo eſt, vt contritio quatenus prior eſt, quam gratia, dicatur compenſare pro offenſa.*

Suar.
Conradus
Soto
Henriq.

CAPVT IV.

Vtrum peccatum remitti poſſit ſine mutatione ex parte peccatoris, & ſine infuſione Gratiæ ex parte Dei.

GRaues hic tres, ſed nexæ quæſtiones ſunt. Omnes excitauit Suarez hic *d.9.& tom.3.de Gratia lib.7.* & Vaſquez 1.2. *à d.*204.*ad* 208.& Soto *in* 3.*d.*15.*q.*1.*ar.*2. Et quidem hi diuerſa ſentiũt,& dicũt. Suarez abſolutè affirmat. Soto omninò negat. Vaſquez partim affirmat, partim negat. Quis melius? Videamus. Nõ eſt quæſtio de peccato actuali. Certum eſt enim dum homo illud committit non poſſe auferri, quia implicat eſſe, & non eſſe actu in peccato. Supponit autem vterque veritatem de facto, nempe remiſſioné peccati fieri cum mutatione ex parte peccatoris pœnitentis phyſica, & morali per actum Contritionis, & ex parte Dei infundentis gratiam ſanctificãtem, non qua mutetur Deus, ſed qua mutetur homo de inimico in amicum Dei. *De* poſſibili eſt quæſtio. In qua Suarez affirmat poſſe remitti peccatũ ſine vllo actu ex parte pœnitentis, & ſine vlla actione ex parte Dei: ac proinde per ſolam *Dei* extrinſecam condonationem remitti poſſe. Citat pro ſe Scotum, Gabrielem, Ochamum, Medinam, & alios; tum *to.4.de Pænit. d.9.ſec.4.* tum *to.3.de Gratia lib.7.c.23.*

Suar
Vaſq
Soto

Scotus
Gabriel
OKamus
Medina.

Primum argumentum eſt, peccatũ originale potuit tolli ſine vlla mutatione intrinſeca per ſolam extrinſecã Dei condonationem; ergo & mortale perſonale. Antecedens admittit Vaſquez 1.2.d.206.n.10. & patet, quia *D*eus potuit ita agere cum Adamo, vt nollet poſteros eius actione teneri, ſiue vt omnibus mereretur, ſiue vt omnibus noceret, ita vt ſolo perſonali peccato delinqueret, non traducem peccati originalis ad poſteros deriuaret: ergo ita etiam poterit *D*eus cum homine peccatore paciſci, vt remittatur ei peccatum ſola condonatione extrinſeca, nullo alio requiſito, vel ex parte Pœnitentię, vel ex parte gratiæ.

Vaſq

Secundum eſt, quia in ſtatu puræ naturæ poſſet homo peccare, & tamen reconciliari Deo ſine gratia: conſtat, quia ille ſtatus non eſſet gratiæ, & tamen remitti poſſet in eo peccatum, ergo daretur modus remittendi ſine gratia, atque adeo per condonationem extrinſecam.

Tertium principale ex natura rei ducitur argumentum. Non implicat remitti peccatum mortale per illam extrinſecam condonationem Dei, ſine vllo actu Pœnitentiæ, & ſine vlla forma ſanctificante: ergo affirmandum fieri poſſe. Antecedens patet, quia poteſt Deus nolle offendi eo peccato, & quidquid eſt offenſæ peccatori condonare, eumque amare gratis, & ex ſe ſine vllo dono ei ſuperaddito, qua ratione iam peccatum non erit in peccatore, & ipſe Deo charus exiſtet. Aſſumptum ſuadetur ratione, & exẽplis. Ratione ſic: Peccatum eſt, quid morale annexa priuatione gratiæ: at illud morale cum nihil ſit intrinſecum, nec phyſicum non repugnat tolli per aliquid item extrinſecũ, & morale qualis eſt illa condonatio *D*ei. Exempla autem duo ſunt. Alterum hominis debitoris, cui Iudex, vel Creditor poteſt pœnam, vel debitum remittere per ſolam voluntatem, & condonationem ſuam extrinſecam, nulla exacta à debitore ſatisfactione. Alterum hominis voto obſtricti; poteſt enim *D*eus votum illius relaxare ſine vllo actu ex parte vouentis, ergo ſimili ratione poterit *D*eus peccatori offenſam remittere.

Contra Vaſquez, & Soto in eo cõſentiunt contra Suarium, quod negent remitti poſſe peccatum mortale perſonale, de quo eſt quæſtio, ſine mutatione peccatoris per infuſionem gratiæ, ac proinde negant ſolam condo-

Vaſq. Sotus.

natio-

D. Thom. Caietan. Conradus Richard. Pet. de Soto Capreol. Valentia.

nationem extrinſecam ſatis eſſe ad remiſſionem peccati. Authores eius ſententiæ producunt præſertim Vaſquez D. Thomam *q.* 113. *ar.* 2. Caietanum, & Conradum, ibi, Richardũ *in* 4. *diſt.* 1. *ar.* 6. *q.* 3. Durandum *in* 1. *d.* 17. *q.* 1. *ad* 1. Petrum de Soto *lib. de Inſtit. Sacerdotum. lect.* 4. *de Pænit.* Addo Capreolum *in* 4. *diſt.* 1. *alias* 2. *q.* 2. *art.* 3. Valentiam *tom.* 2. *d.* 8. *q.* 5. *puncto* 5. *dub. vltimo.* Supponit primò peccatum habituale eſſe maculam, in quo Suarius conſentit, & nos cum iis, quamuis aliquantum de ratione maculæ diſſentiamus. Secundò, peccatum originale auferri potuiſſe ſine diſpoſitione peccatorum hominum, & ſine gratia Dei, argumento Suarij, qui hoc fatetur dare ſibi Vaſquium; & verè dat d. 106. c. 2. n. 11. Tum probare vterque aggreditur Soto, & Vaſquez ſuã ſententiam de peccato mortali perſonali. Primò, Peccator non eſt peccator, nec maculatus per aliquam extrinſecam imputationem, aut deſtinationem Dei, ſed per maculam relictam ex peccato actionis: ergo non poteſt anferri peccatum, & macnla illa per extrinſecam Dei condonatiotonem, & non imputationem. Quomodo enim auferetur macula contracta per voluntatem propriam per non imputationem, & condonationem voluntatis alienæ? Secundò, probatur ex proprio principio P. Vaſquij in 1. p. q. 19. ar. vlt. d. 80. [Vaſq.] Actus liber Dei nõ eſt quid elicitum ab ipſo, ſed in creatura, in qua ſola fit mutatio: ergo nulla facta mutatione in peccatore non poteſt à Deo ſolo volente condonare fieri remiſſio peccati. Tertio, conſequenter ad iſtud principiũ, & eſt quaſi explicatio illius. Vt homo tranſeat de iniuſto in iuſtum, de inimico in amicum neceſſario præcedere debet ratio & cauſa mutationis, & fieri mutatio: atqui hæc in Deo eſſe nequit, ergo erit in peccatore. Maior patet, quia magna mutatio eſt in obiecto carere macula, & reconciliari Deo, & ex magna cauſa prouenire debet; minor oſtenditur, quia nec ratio, nec mutatio fit in Deo, ſed in obiecto: ergo quando Deus amat hominem antea peccatorem debet præcedere mutatio in ipſo peccatore, quæ ſi nulla ſit, ex parte Dei amor nullus, nec amoris ratio eſſe poterit. Quartò, ab inconnenienti, quia ſi verum ſit ſufficere ex natura ſua condonationem extrinſecam ad remittendum peccatum, certè occaſio dabitur excuſandi, vel minus damnandi hæreſim Lutheri, & Caluini dicentium peccata non eſſe, ſed imputari. Videtur quippe hoc ſequi ex oppoſita ſententia, quæ dum aſſerit remitti poſſe per extrinſecam condonationem peccatum, tacitè concedit extrinſecum illud eſſe, quod per extrinſecũ remittitur, atque adeo correſpondere condonationem imputationi. Hactenus conuenit inter Sotum, & Vaſquium, mihique cum ambobus. Iam inde diſſentiunt circa alterum de mutatione intrinſeca per actum ipſius peccatoris, quam omnino Sotus exigit, negatque ſine ea remitti poſſe peccatum. Vaſquez autem non requirit, & affirmat ſola infuſione Gratiæ ſine vllo motu peccatoris poſſe iuſtificari eum, & remitti peccatũ. Contra Vaſquez cum Soto ſentio: & dico neceſſariam prorſus eſſe in peccatore retractationem peccati ad iuſtificationem. Ac primum argumenta Vaſquez non concludunt, nam omnia quæ affert, vel ſupponunt id quod erat probandum: vel aſſumunt, id quod erat negandum. Supponunt Deũ poſſe velle gratiam homini non retractanti peccatum, infundere: hoc autẽ erat probandum. Ego enim nolo concedere ſuppoſitum, & puto impoſſibile: nam homo dum non retractat peccatum, vult peccatum; ergo eſt incapax gratiæ. Aut ſi non eſt, erit ſimul peccatum, & gratia; quod Vaſquez negat. Aſſumunt, quod erat negandum. Quia exempla, quæ affert Vaſquez Sacramentorum cum attritione admittunt diſpoſitionem ex parte Pœnitentis, & monſtrant cum ea, non ſine ea remitti peccatum. Hoc autem erat negandum: nempe attritionem requiri: nam quod non ſit ſatis illa diſpoſitio, non facit ad rem: nos

enim

enim non quærimus vtrum ſufficiat; ſed vtrum requiratur. Exemplum autem attritionis cum Sacramento probat ſine attritione Sacramentum gratiam non conferre. Ageret rem ſuam Vaſquez ſi probaret Sacramentum ſine attritione iuſtificare. Quod autem ait de remiſſione peccati venialis magnum eſt contra ipſummet Vaſquium argumentum. Si enim vt ait c.4. illius diſp. 107. peccatum veniale non poteſt remitti per ſolam infuſionem gratiæ habitualis ſine aliqua deteſtatione ex parte voluntatis, quomodo remittetur mortale non retractatum? vnde ego ſic formo argumentum. Peccatum veniale non poteſt remitti per infuſionẽ copioſiſſimæ gratiæ, vndecunque ratio ſumatur: non poterit ergo remitti mortale per gratiam; quamuis enim peccatum veniale non opponatur gratiæ, & cum ea poſſit conſiſtere, vix poteſt tamen cum intenſiſſima conuenire. Quare durũ eſt dicere peccatum veniale ad remiſſionem ſui omnino exigere deteſtationem aliquam, & nullam mortale peccatum ad ſui remiſſionem poſtulare. Itaque ſententia Vaſquij mihi probari non poteſt quoad hanc partem. Eſſe autem contrariam doctrinæ D. Thomæ ſatis ipſe ſignificat eadem diſput. 207. cap. 2. ad finem. nec præſtare potuit diſput. 211. c.3. quod promiſerat c.2. prędictæ diſp. 207. benignè ſe D. Thomam interpretaturum. Et quidem tam clarè exigit

D. Thom D. Thomas in 1.2.q.113. motum liberi arbitrij in peccatum per deteſtationem eius ar.3. & 6. vt non ſit locus aliter eum interpretandi: nam etſi velit quis dicere cum Vaſquez, contra Sotum D. Thomam non loqui de potentia abſoluta, ſed de lege ordinaria, nihil efficiet: nam D. Thomas, ita poſtulat illum motum liberi arbitrij, contra peccatum, vti poſtulat motum Fidei, ar.4. & eadem ratione de infuſione gratię loquitur. Vnde ſicut ſine Fide ſupernaturali, & Infuſione gratiæ, nullatenus etiam de potentia abſoluta peccatum in hoc ſtatu naturæ lapſæ remitti nequit, ſecundum D. Thomã, ita etiam nec ſine deteſtatione remitti poterit: atque adeo eodem modo erit in his omnibus procedendum.

Sed iterum pręcipuam pro Soti ſententia rationem confirmare, volo repetendo, & reducendo argumentum proximè adductum. Eſt enim me authore inuictum. Peccatum non retractatum eſt voluntarium, nec deſinit eſſe peccatum manente voluntario; manet autem dum voluntas non retractatur; ergo impoſſibile eſt auferri peccatum remanente conſtitutiuo peccati. Patet, quia quod voluntate fit, & manente voluntate manet, ablata voluntate auferri debet. Vnde quæ ponit peccatum, peccatum tollit; voluntas vero Dei vti nihil ponit in peccato, ita nec tollit quidquam ex peccato, non poterit igitur auferre peccatum quod totam ſuam rationem habet in voluntate peccatoris: quæ mihi certè ratio demonſtratio videtur, & ſola ſufficit ad ſententiam Vaſquij infringendã, Soti confirmandam. Quod attinet ad rationes contra opinionem Suarij animaduerto ſecundam ductam ex illo principio Vaſquij rem mihi nõ omnino perſuadere: nam facile poteſt refutari dicendo, Deum non mutari, nec opus eſſe mutari realiter peccatorem ſi iuſtitia poſſet eſſe extrinſeca condonatio: ratio enim Vaſquij ſolùm vim habet quando in obiecto, & termino voluntatis diuinæ ponitur aliquid phyſicum, vbi quippe nihil phyſicum neceſſe eſt poni, ſufficit ſola denominatio extrinſeca v.g. vt homo liberetur voto non eſt opus aliqua mutatione phyſica in homine, ſed ſola relaxatione *Dei*, itaque voluntas *Dei* ſequitur naturam rerum, vnde ſi res poſſit fieri ſine mutatione intrinſeca, ſatis erit terminatio libera voluntatis Dei ad effectum: quare ſupponendo peccatum, & gratiam per condonationem fieri poſſe, non valet argumentum Vaſquij, quia petit principium ſupponendo non poſſe citra mutationem intrinſecam remitti, quod cum neget Suarez nihil contra eum probat argumentum. Igitur alia ratio excogitanda eſt, quam ego in rem meam conuerto, & aduerſus Suarium Vaſ-

quiumque

quiumque retorqueo. Ea ſumitur ex natura ipſa peccati oſtendendo peccatum, quod vere eſt in homine voluntarium, non poſſe tolli ſine mutatione voluntatis. Quod ego ſic probo, aſ-
Suarez ſumpto principio Suarij in opuſculis lib. 1. cap. 16. & 1. p. tr. de Prædeſt. lib. 1. c. 14. Voluntatem, & potentiam ita diſtingui ratione in Deo vt voluntas non niſi per potentiam exequatur res faciendas: hoc poſito argumentor ita: Sola voluntas Dei immanens præciſa potentia, & actione ad extra nihil à parte rei mutat in obiectis, ſed ea manent omnino immota, & inuariata: Sed illa macula peccati ineſt à parte rei in voluntate peccatoris; ergo per ſolam extrinſecam voluntatem Dei immanentem non poteſt auferri, atque adeo nec homo ille mutari. Patet conſequentia, quia illa macula peccati eſt voluntaria habitualiter ex humana voluntate; ergo non poteſt tolli niſi per aliquid poſitum à parte rei in ea volũtate: hoc autem debet eſſe per aliquã veram, & realem mutationem, quam voluntas Dei immanens citra potentiam exequentem efficere non poteſt: Atque hac ratione conſtat noſtra, & Suarij refutatur ſententia: nam peccatum eſt voluntariũ, & eſt in voluntate, & quamuis in ratione offenſæ tendat in Deum vti terminum; ſubiectatur in voluntate, vnde quamuis Deus remittat peccatum, & condonet offenſam, ſubtrahet quidem terminum extrinſecum, ſed non mutabit voluntatem: nec inde ſequitur tolli rationem offenſæ, quia offenſa non conſiſtit in acceptatione Dei, imò eſt contra eius voluntatem, & conſiſtit in ipſa conuerſione actiua ad Creaturam, & auerſione à Deo voluntaria peccatori; ergo non auertitur per non acceptationem, ſiue condonationem Dei: ſed per retractationem voluntatis, quæ niſi auertatur à Creatura, & conuertatur ad Deum non poteſt carere peccato.

Hac argumentatione res tota, opinor, conficitur contra Suarium, & Vaſquium. Reſpondeamus nunc argumentis Suarij contra communem Vaſquij, & Soti ſententiam. Primum argumentum de peccato originali ſolutum eſt, admittendo in eo genere peccati potuiſſe Deum aliter cum Adamo paciſci, ſed negando ita poſſe de peccato perſonali ſtatuere. Imo eo admiſſo non dubito concedere poſſe illud ſola condonatione deleri: quia illud peccatum Originale non eſt volũtarium propriè, ſed contractum in virtute alienę voluntatis, & ideo per alienam voluntatem auferri poteſt ſola condonatione.

Secundo reſpondetur in ſtatu puræ naturæ non fore peccatum niſi contra Deum naturaliter cognitum, atque adeo eius remiſſionem aliter ex parte Dei fieri debere, nimirum per condonationem: negandum tamen ex parte hominis non debere fieri mutationem voluntatis: vnde in hoc par ratio eſt vtriuſque ſtatus; ſemper enim peccatum eſſet deteſtandum, & abolendum, nec niſi hac ratione remittendum, nam ex parte Dei nulla tunc eſſet ſanctificatio ſupernaturalis futura, nec etiam gratia opus eſſet, ſed remaneret homo in pura natura ſine peccato vti creatus eſſet. Ad id autem ſatis foret deteſtatio peccati cum condonatione Dei vti eſt Author naturæ. Aliam item reſponſionem adhibere poſſem ex doctrina Vaſquij diſ. 27. cap. 1. negantis Vaſq
adhuc in ſtatu puræ naturæ poſſe remitti peccatum abſque infuſione gratiæ ſupernaturalis; quod quanquam verum putem, quia tamen negabitur à Suario, eiuſque ſectatoribus volo ab illa ſolutione abſtinere.

Tertium principale ſolutum ferme eſt explicando noſtram ſententiam; ſed in forma negatur aſſumptum quod affirmat remitti offenſam per voluntatem extrinſecam Dei poſſe, & nolle offendi ad id ſufficere: hoc enim proxime rationibus noſtris cõfutauimus; quę oſtendunt neceſſariam prorſus retractationem voluntatis proprię, qua non retractata manet voluntarium peccatum, quod tolli nequit per extrinſecam condonationem; quamdiu enim durat illa voluntas, non deſinit eſſe offenſa, & vti voluntas Dei non concurrit ad offenſam acceptãdo eam,

quia tota eſt ab humana voluntate, & in ea manet: ita etiam non concurtit ad tollendam illam nolendo eam, cum eius nolitio dum voluntas offendendi eſt in homine, remiſſio offenſæ eſſe nequeat. Præterea Deus non poteſt nolle offendi eum offenditur, nam offendi eſt contra legem æternam rectamq; rationem.

Nec prodeſt Suario dicere Deum remittendo iniuriam ſibi factam remittete peccatum, quia peccatum eſt propria iniuria, quæ propriè remitti poteſt. Vaſquez Negat enim Vaſquez aſſumptũ qui non vult 1. *p. diſp.* 85. *num.* 48. peccatum habere veram rationem iniuriæ. Suarez Deinde admiſſo aſſumpto Suarij *lib.* 7. *de Gratia cap.* 14. *numer.* 52. dico non procedere argumentum, quia ratio iniuriæ propriæ, vel impropriæ nil facit contra ſolutionem noſtram, quæ nititur argumento voluntarij proprij, qnod dum eſt, durat ratio iniuriæ quęcunque illa ſit, hæc enim fit ab homine, & terminatut ad Deum: vnde dum hi termini ſunt à patte rei manet integra ratio iniuriæ erga Deum, quam impoſſibile eſt auferri manentibus extremis, imo illa poſitio eſt contta ipſũmet Suarium, quomodo enim remittet Deus veram iniuriam ſibi illatam ſine retractationę peccatoris manente tota cauſa iniurię in voluntate peccantis?

Non item obſtat quod Suarius ait Contritionem non mereri de condigno remiſſionem peccati: nos enim hic non agimus dę ratione merendi, ſed de actu contritionis, & oppoſitione quam habet cum peccato, dicimuſque omnino pugnare inter ſe voluntatem peccati cum rettactatione peccati, & vnã cum altera non poſſe conſiſtere, quod ex natura rerum ſequitur, non ex merito ſumitur, quis enim dicat velle, & nolle circa eandem rem, & ſecundum eandem rationem ſimul eſſe poſſe in voluntate? Itaque cum peccatum ſit velle offendere, & retractatio ſit nolle offendere, vnum pet alterum protſus auſertur, quod autem de condigno, aut de congruo mereatur remiſſionem à Deo, id pertinet ad meritum, non ad oppoſitionem. Quare dicimus contritionem illam informem non mereri de condigno temiſſionem, quæ formatur à gratia, ſed tantum de congruo, verum pugnate illam cum macula peccati vt eſt quædam ratio moralis peccati, & vltra hanc pugnam diſponere ad gratiam, & illam de cõgruo mereri. Ita quæſtio tota profligatur.

Exemplis reſpondemus primo. Creditorem poſſe remittere debitori, quia debitum fundatut in re, ac dominio rei, quod poteſt dimitti ſine mutatione voluntatis in debitore. At peccatum quod conſiſtit in ipſa mala voluntate peccatoris; remitti nequit durante illa voluntate, poterit quidem Deus condonare peccatoti ſatisfactionem, & pœnam peccato debitam, ſed peccatum, & offenſam non poteſt durante voluntate peccandi, & offendendi.

Ad ſecundum de voto facilis eſt reſponſio, quia obligatio voti eſt pendens ex acceptatione Dei, & componitur ex vtraque voluntate, vnde diuina deficiente votum non eſt; at verò ratio peccati tota eſt ex parte hominis, & in eius volnntate conſummatur & ſolum terminatur ad Deum, vnde manente voluntate manet tota ratio peccati in voluntate. Præterea votum & promiſſio fit in gratiam alterius, vnde ſi is nolit acceptare tollitur omnino obligatio vouentis, & promittentis, quia ille cuius intuitu fit non admittit, quemadmodum apparet in promiſſione, & donatione humana nolente quippe promiſſario, aut donatario accipere vtraque euaneſcit.

CAP.

CAPVT V.

Quomodo remittantur peccata mortalia, & pœna illorum, & peccata venialia per Pœnitentiam?

CErtum imprimis eſt vnum peccatum mortale non poſſe remitti, ſine alio de lege ordinaria. Ita Diuus Thomas q. 86. ar. 3. & ibi Vaſq. ad art. 3. dub. in notat. & Suar. d. 10. ſect. 1. An de potentia abſoluta remitti poſſit, dubitatio prima eſt. Iuxta opinionem Suarij reſpondendum eſt, poſſe, quia cum remiſſio peccati poſſit fieri per extrinſecam condonationem, poterit Deus condonare vnum ſine alio; ac ita ille reſpondet d. 10. ſect. 1. ſed in noſtra ſententia impoſſibile eſt, vnum ſine alio remitti. Ac ita tenet Sotus, & Vaſquez citati. Ratio eſt, quia remiſſio neceſſariò fit per retractationem peccati, & gratiæ infuſionem; non poteſt autem voluntas retractare vnum peccatum ſine alio, cum ex amore Dei, & odio offenſæ procedat: neque gratia infuſa à Deo poteſt partem remittere, partem relinquere; quod autem poſſit eſſe attritio non omnino expellit peccatum, atque adeo indiget Sacramento cum illa concurrente. Poſito autem Sacramento non poteſt vnũ ſine alio remitti. Vnde apparet repugnantia ſententiæ Suarij, qua tenetur dicere, poſſe hominem partim eſſe in gratia, ratione peccati remiſſi, partim non eſſe, ratione retenti; & quamquam Deus non obligetur ad acceptandam Contritionem, tamen contritio de ſe eſt deſtructiua peccatorum, & hæc nõ poſſunt cum illa conſiſtere. Vnde ad excluſionem ſatis eſt illa retractatio, etſi ad remiſſionem perfectam, & formatam ſatis non ſit: non enim Deus tenetur dare gratiam homini contrito, ſed ex vi contritionis

D. Thom
Vaſq
Suarez

Suar.

Sotus.

reponitur is in ſtatu conuerſi ad Deũ & auerſi à creatura, melius adhuc multò, quam in ſtatu puræ naturæ, in quo per retractationem voluntatis expellendum eſſet peccatum ſine gratiæ infuſione, non aliter, niſi per voluntariam deteſtationem iuxtà probabilem ſententiam. Non poſſe autem vnum ſine alio peccatum remitti docet Diuus Thomas 3. *p. q. 86. ar. 3.* & iterum Vaſquez *tom. 4. de Pœnit. in eam. 9. ar. 5.* in notation.

D. Thom.
Vaſq

Circa remiſſionem pœnæ æternæ quæritur ſecundò, vtrum remiſſo peccato mortali remittatur quoque pœna æterna? de facto nefas eſt dubitare; de poſſibili dubitat Suarez d. 10. ſect. 2. & affert modum, quo non repugnet remiſſo peccato mortali retineri pœnam. Ego affirmare non dubito, cum Scoto, & Gabr. d. 14. & Medina C. de confeſſ. tract. 1. q. 7. *Deum* non poſſe punire hominem pœna æterna remiſſo peccato mortali, quia pœna dicit neceſſariò ordinem ad culpam: ſed remiſſo peccatò non eſſet culpa, ergo etiam pœna eſſe non poſſet; æterna præſertim, quæ reſpicit peccatum, per quod homo conſtituatur inimicus *Dei*. Sanè *Deus* iuſtus eſt, & perfectè iuſtus, quomodo autem eſt rectus, & iuſtus puniendo hominem pium, & iuſtum æterna pœna? Quod attinet ad remiſſionem pœnæ temporalis, reſpondetur remiſſo peccato non remitti omnem prorſus pœnam temporalem. Eſt de Fide in Concilio Tridentino ſeſſ. 9. c. 14. & ſeſſ. 4. cap. 2. & 8. & can. 12. 13. 14. Id apparet ex peccato originali, quo remiſſo poſt *Baptiſmum* quoad culpam, manent pœnæ illius, vti notat Auguſtinus contra Fauſt. *lib. 2. cap. 67. & lib. 2. de peccatorum mer. & remiſſ. cap.* 84. & conſtat ex peccato Dauidis, quod cum illi remiſſum eſſet, mors tamen filioli in ſupplicium ſtatuta non eſt condonata. Idem probat alijs exemplis Suarez *de Pœnit. d. 10. ſect. 3.* & Vaſquez *tom. 4. in q. 94. art. 1. dub. 1.* & Sot. *in 4. d. 19.* & Bellarmin. *lib. cit. de Pœnit. cap. 1. 2. 3.* Ratio verò eſt, quia illa pœna ſpectat ad ſatisfactionem, quam *Deus* poteſt impone-

Scot.
Gabriel
Medina.

Trident.

Auguſt.

Suar.
Vaſq
Sotus
Bellarm.

re, & acceptare, vel non acceptare, & ſuo arbitrio moderati.

Quomodo autem iſta pœna temporalis maneat remiſſo peccato de lege ordinaria, quæſtio eſt. Quidam dicunt peccato reſpondere duplicem pœnam: vnam æternam, quæ reſpondet auerſioni à Deo, alteram temporalem, quæ reſpondet conuerſioni ad creaturam, & per remiſſionem peccati, tolli æternam reſpondentem auerſioni, & manere temporalem reſpondentem conuerſioni. Hi ſunt Caietanus *tom.*1. *opuſc. tract.*4.*q.*4. & Soto *in* 4. *d.*15.*ar* 4. & Bellarm. citatus *cap.*1. quæ ſententia probabilis eſt, ſed probabilior Medinæ *tract.*1. *de Pœnit. q.*7. *& tr.*3.*q.*1. quem ſequitur Suarez, Pœnam vnam eſſe æternam ex pœna dãni, & ſenſus compoſitam, ſed æternã pœnam ſenſus per remiſſionem peccati mutari in aliam temporalem: nec enim Deus vult omninò liberare hominem ab omni pœna, ac proinde relinquit temporalem loco æternæ, nec obſtat remiſſum eſſe peccatum: ſemper enim ei debetur aliqua pœnæ portio pro peccato præterito ex ratione iuſtitiæ punitiuæ. Poteſt autem tanta eſſe Contritio, & ſatiſfactio tanta, vt tota pœna temporalis remittatur; ſed hoc pendet ex voluntate Dei, quia iſtæ remiſſiones pertinent ad iuſtitiam, atque adeo exigunt ſatiſfactionem proportionatam.

Caiet. Soto Bellarm. Medina Suar.

Circa peccata venialia quæritur tertiò, An, & quomodo remittantur? Suppono eſſe peccatum veniale vltra mortale. quod eſt culpa leuis, & non auertit ab vltimo fine. Deinde ſuppono remanere ex illo maculam leuem, & reatum pœnæ proportionatæ. Dubium eſt, vtrum ad remiſſionem venialis peccati ſecundum ſe neceſſarius ſit ſtatus gratiæ ſanctificantis? Scotus in 4.d. 21. Durandus, & Gabriel ibi & d. 16. q.5.ar.3.dub.2. negant, aiuntque poſſe remitti veniale non remiſſo mortali ex natura ſua. Ratio eſt, quia non requiritur Gratia habitualis ad omnes effectus gratiæ ſupernaturalis, ergo non requiritur ad remiſſionem venialis. Antecedens patet; quia homo, qui eſt in peccato mortali poteſt elicere actus Fidei ſupernaturalis, & per illos mereri intenſionem habitus Fidei. Conſequentia concludit, præſertim, quia peccatum veniale poteſt committi ſtante gratia habituali; ergo poterit etiam remitti ſtante peccato mortali. Affirmant tamen D. Thomas 3.*p.q.*87.*art.*4.*&* 1.2.*q.*87.*art.*5. *ad* 3. & Thomiſtæ cum Suario *d.* 11. *ſect.*2. neceſſarium eſſe ſtatum gratiæ ad remiſſionem venialis peccati. Probat Suarez hac ratione, quia ille actus propter quem remittitur peccatum veniale, vel meretur de condigno, vel ex miſericordia Dei: non meretur de condigno, quia citra gratiam non datur hoc meritum; nec etiam ex miſericordia, quia nulla eſt lex, vel exemplum, quod id perſuadeat. Hęc tamen ſecunda ſententia minus mihi probatur, neque Suarez, quicquam affert, quod ſit ſolidum, cum maximè conetur. Itaque primã Scoti probabilem elicio, ex hoc fundamento, quod propono. Si homo peccator atteratur de peccato veniali, quamuis in mortali ſit, ponit formam incompoſſibilem cum illo peccato, ergo illud omninò per attritionem expellit: quod ſuadetur ſupraditis argumentis proximo capite adductis de retractatione peccati mortalis habitualis. Fieri quippe nequit, vt homo nolit peccaſſe, & maneat in peccato; & vt peccatum ſit, cum voluntarium non ſit; vnde ſequitur non ſolum poſſe remitti, ſed etiam non poſſe non remitti, & hæc ratio euertit illud dilemma Suarii; nec enim remittitur peccatum ex merito, aut miſericordia, ſed ex natura rei ſequitur expulſio peccati poſito illo actu retractante; cum præſertim ille actus attritionis ſit ſupernaturalis ortus ex fide, & gratia actuali, vnde ſequitur illum, & per ſe expellere, & de congruo remiſſionem peccati venialis mereri. Confirmatur: quia ille actus debet habere aliquem effectum, & non eſſe inutilis, & vtioſus; non poteſt autem habere alium effectum, niſi remiſſionem peccati cuius retra-

Scot. Durand. Gabriel. D. Thom. Suar. Thomiſta

cta-

ctatio. Deinde oſtenditur à contrario, quia in inferno non poteſt remitti peccatum veniale ex communi ſententia, quia ibi non poteſt dari vera attritio ſupernaturalis, nec damnatus bene operari: at in via poteſt peccator actus bonos aliquos ſupernaturales facere, ac inter eos attritionem de venialibus. Ergo remittentur non remiſſo mortali. Erit autem ſatis quælibet attritio, etiam remiſſa, & virtualis; hæc enim eſt proportionata peccato leui. Et quidem hæc mihi ſententia maximè probatur, qui ſciã dari leues quoſdam pulſus, & motus gratiæ actualis, quibus homo excitatus leues etiam actus virtutis liberos eliciet, quibus deteſtabitur venialia.

Quæritur quartò, quomodo, & quatenus remittantur peccata venialia homini, qui eſt in gratia? Breuiter dico, primò, per infuſionem gratiæ habitualis non neceſſariò remittuntur, nec ex conſequenti venialia. Patet, quia venialia non pugnant cum gratia, nec gratia cum illis. Dico ſecundò. Venialia remittuntur per actũ contritionis ex motiuo vniuerſali peccata omnia deteſtantis. Liquet, nam ſi per hanc expelluntur omnia mortalia, à fortiori venialia expellentur. Hæ Aſſertiones ſunt communes. Dico tertiò, Per quamcumque attritionem de peccato veniali tollitur iſtud. Apparet, quia eſt leuis culpa, quæ per quemcunque leuem actum tollitur; imò quicumque actus virtutis applicatus ad auferendum veniale, illud aufert, quod affirmat Scotus *in 4. d. 27. q. 1.* & Medina *tract. 1. de Pænit. q. 3.* ob eamdem leuitatis rationem. — Scot. Medina

Dico quartò. Niſi de venialibus detur, aut formalis, aut virtualis dolor, nullatenus remittentur. Ita Lugo Cardinalis *d. 9. ſect. 2.* Hanc ſæpe Vaſquez probat. Do locum vbi alios citat *tom. 4. de Pænit. in quæſt. 87. art. 1. & 3.* Conſtat; quia de quo quis peccato non dolet, extra Sacramentum (in hoc enim caſu loquimur) illud non remittetur. Hoc item probatur Caietano hîc *in q. 87. ar. 1.* & Suario *d. 11. ſect. 1.* Dico quintò. Remiſſo per ſe veniali ſolitariè, ſemper augetur aliquatenus gratia. Suadetur, quia veniale minuit feruorem Charitatis, quando committitur; ergo quãdo remittitur auget gratiam, quamuis parum, effectu ſibi proportionato. Ita ſentit Suarez *d. 11. ſect. 2. n. 16.* — Lugo, Vaſq, Caietan., Suar., Suar

Maius dubium eſt de peccatis venialibus, quibus cum iuſtus moritur, quomodo, & quo tempore remittantur? Suarez cum alijs quos citat *diſ. 11. ſect. 4. n. 13.* ait remitti in ipſo met inſtanti immediatè poſt mortem, in quo ſupponit animam elicere actum perfectiſſimum amoris Dei, per quem omnia venialia remittantur. Mihi contra videtur non remitti, niſi in Purgatorio per ſatisfactionem ſimul cum actibus interioribus concurrentibus cum pœna ipſa, quæ acceptatur voluntariè ad remiſſionem conſequendam. Mouet me authoritas cõmunis Patrum, præcipuè Auguſtini *in Enchir. cap. 69. & lib. 21. de Ciuit. c. 26. & de Fide, & operibus cap. 15.* Et Gregorij *lib. 4. Dialog. cap. 39.* & aliorum; duos refert Suarez *ſect. 4. num. 8.* qui fundãtur in verbis Chriſti Matth. 12. loquẽtis de peccato, *Non remittetur neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro*, explicãte Gregorio citato, *non mortalia*, inquit, *ſed venialia remittuntur in Purgatorio*. Et ita Sotus *in 4. diſt. 15. q. 2. art. 2.* cum D. Thoma *ibi d. 21. & q. 7. de malo. ar. 11. in fin corp.* & Bonau. *ibi. ar. 2. q. 1.* & Carthuſ. *q. 2.* & Lugo Cardinalis *d. 9. ſect. 2. n. 36.* Probatur duabus rationibus. Prima, quia certum eſt in Purgatorio remitti pœnas, ergo & culpas, quæ illarum ſunt cauſæ. Secunda, quia ſi peccata venialia remitterentur eo inſtanti poſt mortem per illum actum amoris, quem ponit Suarez perfectiſſimũ, relaxarentur etiam pœnæ. Igitur neceſſarium non eſſet Purgatorium. Negare autem relaxari pœnam liberè dicitur. Quòd ſi Suarez vult manere tunc pœnam remiſſa culpa, ſinat nos velle, vt vbi remittitur culpa, remittatur pœna, aut vbi pœna relaxatur, remittatur, & culpa. Nam dato ſemel, quod extra viam culpa remitta- — Suar, D. Auguſt, D. Greg., Suar, Sotus, D. Thom., Bonauent., Carthuſ., Lugo Car.

tur, non multum refert, quod vel ſtatim, vel poſtea detur remiſſio. Præterea, quia nunquam in via datur remiſſio culpæ, ſiue mortalis, ſiue venialis, quin detur relaxatio pœnæ; ergo etiam poſt mortem, cum adhuc ille ſtatus pertineat ad viam, erit locus eiuſdem remiſſioni. Scio cum Suario ſentire Vaſquium

Vaſq.

tom.4.in q.87.ar.1.dub. 2. ſed non me mouet amborum hac in re conſenſus.

Quæſtio quinta, verſatur circa remiſſionem venialium ex opere operato; poteſt autem quæri de Sacramentis, & de Sacramẽtalibus. Quod attinet ad Sacramenta affirmandum remitti per illorum ſuſceptionem ex opere operato omnia venialia oblita, & de quibus non datur complacentia; nec aliam diſpoſitionem requiri poſitiuam ex parte ſuſcipientis. Ratio eſt, quia ſi qua neceſſaria eſſet diſpoſitio, iam non eſſet ex opere operato remiſſio, ſed ex opere operantis. Deinde tunc ſufficeret illa diſpoſitio operantis ſine Sacramento. Igitur oportet dicere, ſine vlla diſpoſitione poſitiua remitti ex opere operato, modo de ijs non detur complacentia. Ita Gabriel *in 4. d.16. q.5.art.3.dub.3.* Domin. Soto *in 4.d.15.q.2.art.3.* Henriq. *lib.1.de Pœnit.cap.15.* Ledeſma *1.p.4.q.28.ar.3.* & Petrus Soto *lect. 12. de Euchar. & 18. de Pœnit.* & me authore D. Thomas *q.87.ar.3. in corp.* quem ſic exponit, & ſequitur Suarez *d.12.sect.1.* Quod attinet ad Sacramẽtalia negant multi cum Suario *d. 12. sect.2. num.9.* & Vaſquio *in q.87.art. 3.dub.5.* Ego verò affirmo cum Gabr. citato; & Maior. *d.23.q.2.* & Domin. Soto proximè adducto, & Cano *lib. 12. de locis cap.13.ad 9.* & Henriq. *lib. 1.de Pœnit.cap.15.* Victoria *in ſumma 4.num.99.de Pœnit.* & Soto *in 4. d.11. q.2.ar.4.& 15.q.1.ar.2.* & Ledeſma *1.p.4.q.38.art.3.* Si quis cum reuerentia, & intentione debita accedat ad Sacramentale. Ita D. Thomas expreſsè de benedictioni Epiſcopali, & aſperſione aquę benedictæ q.87.ar.2. in fine corporis, adducens tertium modum remittendi venialia. Ratio optima eſt, quia illa Sacramentalia ad hunc effectum ſunt inſtituta; & ita fert opinio. & vſus Fidelium, & ſatis eſt illa reuerentia, & religio ſine complacentia venialium; nam aliquid debent iſta Sacramentalia operari, quid autem, niſi hanc remiſſionem operabuntur? Accedit authoritas Auguſtini *in Enchir.c.71.* & refertur *cap. de quotidianis*, et Iuonis Carnotini loquentis cum D. Auguſtino de Eleemoſyna in eod. Enchiridio c. 75.& 77.

Gabriel
Soto
Ledeſma.
Petr.Soto
D. Thom
Suar.
Suarez
Vaſq
Gabr.
Maior.
Dom Sot.
Canus
Henriq
Victor.
Soto
Ledeſma
D. Thom
Auguſt.
ſuo.
Carnot.

CAPVT VI.

Vtrum peccata per conſequẽs peccatum redeant, & merita per Pœnitentiam reuiuiſcant?

DVo ſunt ſtatus quæſtionis. Primus, vtrum homo primum iuſtus, poſtea peccator, ſi per Pœnitentiam iuſtificetur, recuperet priora merita? Secundus vtrum eodem modo redeant peccata, quo merita reuiuiſcunt? Circa hoc ſecundum fuerunt Theologi affirmantes priora peccata, etiam poſtea per Pœnitentiam remiſſa ſubſequente peccato mortali redire ad animã peccatoris. Ita Hugo Vict. *lib.2. de Sacrament.p.14.c.9.* & Gratianus *diſ.4.de Pœnit.in principio*, & Guilielmus Pariſienſ. *tract.de Sacram. Pœnit.22.q.1.ad finem*, & alij niſi parabola Chriſti Matth.18. de ſeruo illo ingrato & crudeli, qui remiſſis ſibi à domino debitis, exegit minimum à conſeruo debitum, & ob id damnatus eſt à Domino ad ſoluendum vniuerſũ debitum, quod ei remiſſum fuerat. Communis tamen, & vera ſententia eſt negantium peccata ſemel remiſſa per pœnitentiam, per ſubſequens peccatum redire. Ita D.Thomas *3.p. q.88.* & Scotus *in 4.diſt.22.* cum ſequacibus,

Hug.Vict.
Gratian.
Guilielm.
Pariſienſ
D. Thom

&

Suarez Vaſq. Suar. & Suarez *diſp.13.de Pænit.& in Comm. ad q.*D.Thomæ, & Vaſquez *tom.4. ad q.88.a.1.dub.vnic.* cum pluribus quos adducunt. Quæſtio eſſe poteſt de culpa, & de pœna reſpondente.

Quod attinet ad culpam, ſit concluſio. Peccata prius remiſſa non redeunt per ſequens peccatum. Probatur rationibus D.Thomæ a.1.adductis, quia peccata remiſſa verè, ac propriè remittuntur, ita vt omnino deleantur. Igitur redire nec debent, nec poſſunt, alioquin ſequeretur pœnitentiam gratiam, & Sacramenta, non remittere omnino peccata, quod eſt, inquit D. Thomas, erroneum. Deinde remiſſio fuit opus Diuinę miſericordię; Deū autem non pœnitet miſertum fuiſſe; ergo cuius ſemel verè miſertus eſt, eius peccata dimiſſa non reuocat, ſine pœnitentia enim ſunt dona, & vocatio Dei ad Roman.11. quo etiam ſpectat

Roman.11 Ezech. illud Ezechielis 18. *Omnium iniquitatum eius non recordabor amplius*, idque expreſsè definiuit Gelaſius Papa rela-

Gelaſ.PP. Gratian. tus à Gratiano *cap.vlt. de Pænit. diſ.4.* his verbis. *Diuina Clementia peccata ſemel remiſſa in vltionem iterum redire nō patitur.* Concluſionē, & rationes probo cum Vaſquez 1.2.*d.*208.*c.*5.*& d.*221. *c.*4. & cum illo addo, vltra miſericordiam eſſe quandam formam iuſtitiæ, cum peccator ex parte ſua eliciat contritionem, & ſuſcipiat Sacramentum, & ad gratiam ſe diſponat. Imo cum eodem ſentio, neque de potentia abſoluta poſſe redire peccata ſemel remiſſa, cum remiſſio non pendeat ex acceptatione, & condonatione Dei, vti proximè cum Vaſquio probauimus *d.* 204. & hoc idem rurſus affirmauit Vaſquez *tom.4.ad quæſt.88.art.1.dub. vnic.*

Ad parabolam Chriſti reſpondent varijs modis authores, qui prolixè, & variè exponunt, præſertim Vaſquez qui putat magnum ſe quiddam dixiſſe. Mihi illud placet, Parabolam agere de debito pecuniarum gratis remiſſo, per pœnitentiam, in quo eſt proprius actus peccatoris, tum peccantis, tum pœnitentis. Quare debitum illud externum potuit remitti, & reuocari; cum tamen interna culpa, non poſſit, poſtquam remiſſa eſt, reuocari. Quare illa parabola de externis debitis intelligenda eſt, non de peccatis internis. Deinde illa parabola inducta eſt à Chriſto ad terrorem, non ad omnimodam accommodationem, ſicut alia de villico iniquitatis, qui fraude ſua profecit apud Dominum; non enim Chriſtus conſuluit fraudem, ſed ſolertiam, & prudentiam quemadmodum explicat Suarez citatus. Suar. Illud tamen animaduertendum peccata ſubſequentia regulariter eſſe grauiora propter ingratitudinem peccantis, vt notat D. Thomas *q.*88. *a.*3. D. Thom. ſuar. & ex eo Suarez *diſp.*13.*ſect.*1. qui tamen aduertunt non eſſe hanc circumſtantiam neceſſariò in confeſſione aperiendam; nō enim addit malitiam ſpecie diſtinctam, ſed ſolum eſt occaſio vt peccatum grauius ſit. Ita Dinus Thomas *articul.*4. & Suarez *ſect.*3.*numer.*3.

Quod attinet ad pœnam ſit concluſio. Nulla pœna vel æterna, vel temporalis debita pecato, ſemel remiſſa redit per ſubſequens peccatum. Author illius eſt D.Thomas *q.*88.*a.*1. *& in* 4. D. Thom. Nahum 1. *d.*22. & nititur teſtimonio Nahum 1. *Deus non iudicabit bis in idipſum*. Vel vti legunt ſeptuaginta, *non vindicabit*. Ratio autem eſt, quia per culpæ remiſſionem remiſſa eſt pœna æterna, & ſi qua temporalis remiſſa, eſt item omninò ſublata; ergo nec debet, nec poteſt redire, nam pœna ſequitur culpam, & ambæ inter ſe ſunt nexæ, & relatæ: quā rationem maximè probat, & amplificat Vaſquez *tom.4.ad q.*88. *art.*1.*dub. vnic.* Vaſq.

Expedita prima quæſtione transeo ad ſecundam, in qua ſit concluſio. Merita hominis iuſti, qui poſtea peccauit per nouam pœnitentiam reuiuiſcunt, contra quam diximus de peccatis; redeunt enim merita, non redeunt peccata. Eſt communis D. Thomæ *q.*85. & Magiſtri *in* 3. *diſt.*14. & Scoti *In* 4. *d.*22.*S.de ſecundo* quem citat, & ſequitur *Lauræa d.*15. *a.*15. *quam omnes ad vnum Scholaſtici* inquit Vaſquez 1.2.*d.* 221. *n.*2. *ſequuntur*; quos ipſe etiam ſequitur, & Suarez *de Pœnitentia in Comment.ad qu.*86. *& in opuſc. Releſt.*

de

Lugo Vaſquez *de Reuiuiſc Merit.* & Lugo Cardinalis *diſ* 11.*ſ*.1.*&* 2. Rationes *non tam ſunt faciles*, inquit Vaſquez, præſertim adducto argumento peccatorum, quæ non redeunt. Igitur Vaſquez *d.*221.*cap.*4. ſic ratiocinatur. Merita acquiſierunt ius ad vitam æternam, & ſiunt, & facta ſunt operante Deo, & cooperante homine, & ſolum impedita ſunt per peccatum, quod non eſt opus Dei, & impediebat remunerationem, quo impedimento ſublato redit ius acquiſitū, vnde ſumitur diuerſa ratio ex parte peccati, quia peccatum omnino ſublatum eſt, nec vllo modo dependet eius remiſſio ab acceptatione, & condonatione extrinſeca Dei. Igitur nec redit, nec redire poteſt. Ita Vaſquez c. illo 4. (Idem) idemque dixerat antea *diſp.*208.*c.*4. & ſequentibus, & iterum repetit *to.*4. *de Pænit. ad q.*88.*a.*1.*dub. vnic.* & mihi magnopere probatur. Dubium autem eſt, vtrum iſta reuiuiſcentia meritorum ſit opus miſericordiæ, vel iuſtitiæ, in quo multum operæ ponit Suarez (Suarez) *Relect. de Reuiuiſc. Merit. d.*8.*ſect.*3. Ego breuiter dico ad vtramque pertinere, modo iuſtitia impropriè accipiatur. De miſericordia patet; ad rationem iuſtitiæ impropriæ illud ſufficit, quod ad remiſſionem peccati pœnitētis contritio, modo, quem ſupra explicauimus, concurrit.

Magna quæſtio eſt, quomodo, & quatenus iſta merita reuiuiſcant? In qua diuerſi diuerſa opinantur Authores. Sunt, qui dicant merita reſurgere ad proportionem Contritionis, & Gratiæ, quæ eſt in pœnitente, quando conuertitur, ita vt non omnia, nec in ea perfectione qua erant ante peccatum commiſſum, ſed iuxta menſuram actus Contritionis, & gratiæ, per quem reſtituuntur, reuiuiſcant. Non negāt ij redire præteritam gratiam, & merita ſimul cum gratia, & merito præſenti, ſed affirmant redire ad menſuram præſentis, tunc autem redire ex integro, quando conuerſio fuerit perfectiſſima. (Caiet. Dominic Sotus Ledeſma Pet. de Sot) Ita Caiet. 3.*p. in q.*89. Dominicus Sotus *in* 4. *diſt.* 16.*q.*2.*art.*5. *ad* 3. & latius *a.*2: Ledeſma *in* 1.*p.*4.*q.* 30. *a.* 2. *&* 5. & Petrus Soto *lib. de Inſtitutione Sacerdotum lib.*6.*de Pænit. in fine*; & eiuſdem ſententię eſſe videtur Henriquez (Henriq) *l.*1.*de Pænit. c.*34. Vtrum autem hæc gratia futura ſit maior, quam quæ erat antea, negant interdum eſſe Dominicus Sotus, & Ledeſma: nam niſi ſit intenſior gratia præſens, non poterit eſſe maior gratia reſurgentis, quam erat antequam caderet: ſemper tamen erit maior quam eſſet, ſi merita præterita non haberet.

Alij, qui ſentiunt per opera remiſſiora habitu gratiæ acquiri quidem meritum, ſed illud non dari, niſi intercedat poſtea actus intenſior ratione cuius illa merita virtutem habeant merendi; dicunt pœnitentem reſurgentem in minori charitate non recuperare illa merita præcedentia, atque adeo opus eſſe ad recuperandum, vt per intenſiores actus iuſtificetur, & perfectiorem gratiam obtineat, in eaque decedat, alioquin merita non redire, quia deeſt iſta conditio maioris intenſionis neceſſariæ ad augendum meritum: Ita D. Thomas (D. Thom.) *in* 1.*diſt.* 17. *q.*2.*a.*3.*&* 1.2.*q.*114.*ar.*7.*&* 3.*p.q.*89. *a.*5. vti notat Vaſquez (Vaſq) 1.2.*d.*229.*c.*2.*&* 222.*cap.*6. & Suarez (Suarez) *de Pænit. in Comment. ad a.*5.*q.*89. ſequuntur D. Thomam Capreolus, & Conradus (Capreol. Conradus) citati à Suarez, & Vaſquez. Augeri itaque ſolum docent præmium gloriæ accidentalis, quatenus ex prædictis meritis ſubit animum recordatio, & gaudiū de iiſdem, quæ eſt expreſſa D. Thomę ſententia vtroque loco, *&* 1.2.*q.*114. *art.*8.*&* 3.*p.queſt.*89.*art.*5. *ad* 3. Has opiniones diligenter numerat, & expendit Lugo (Lugo) Cardinalis *diſt.* 11. *ſect.* 1. *&* 2.

Dicendum tamen omnia merita mortificata per peccatum, ea per pœnitentiam ex integro vti erant ante peccatum, omninò redire, dummodo peccator in gratiam reſtituatur, ſiue minus, ſiue magis intenſam. Eſt concluſio Scoti (Scot.) *in* 4.*diſt.* 22. *q. vnic. art.*1. Gabrielis (Gabriel) ibi *q.*3.*a.*3. Medinæ (Medina) in codice *de Pænit.* Suarez (Suar.) *in Relect. de reuiuiſc. Merit. d.*2.*ſect.*2.*num.*17. Vaſquez (Vaſq.) *in* 1.2.*d.*221. *c.*2.*& tom. de Pænit. ad q.*89.*a.*5.*dub.*3. & Lugo (Lugo) *d.*11.*ſ.*2. Ratio

eſt

eſt illa quam ſupra poſuimus ex Diuo Thoma *q.89.ar.5.* Merita per peccatū non fuerunt extincta ſed tantum mortificata: ergo ablato peccato per pœnitentiam, reſurgunt, & vti erant antea reuiuiſcunt; remoto enim impedimēto in eumdem ſtatum redeunt, atque adeo ex integro reſtituuntur. Quam rationem afferunt, & amplificant Vaſquez, & Suarez citati, & illa certè optima eſt, ac rem ſola conficit; confirmaturque à contrario, quia peccata idcirco non redeunt, quia omnino delētur, & extinguuntur, vti ſupra ex D. Thomę doctrina ponderauimus. Deinde ſtabilitur huiuſmodi ſentētia egregio Pauli 6. ad Hebreos loco, & altero Concilij Tridentini ſeſſ. 6. capite 16. quos egregiè expendit Vaſquez *d.221. c.2.* et Suarez *relect. de reuiuiſc. merit.* et Lugo *d.11.ſ.2.*

D. Thom. | Ad Hebr | Conc. Tr. | Vaſq. | Suar. | Lugo

Vtrum autem omnia merita reuiuiſcant, et omnis gratia quocumque modo acquiſita ſit, quæſtio nobis eſt cum Vaſquio *d.221. c.7.* negat quippe reuiuiſcere gratiam, quæ data eſt homini attrito per Sacramenta ex opere operato, quia hæc, inquit, gratia non eſt ex proprio merito pœnitentis, ſed magis ex virtute Sacramenti, et Dei voluntate. Vaſquium ſequitur Torreſ. *22.d.69.dub.3.* verum ſi ratio adducta valet, etiam in hoc caſu valebit, nam illa gratia quæcumque fuit, acquiſita fuit ab illo homine, et non fuit ablata per peccatum, ſed tantum mortificata, et impedita. Cur ergo non redibit remoto peccato? Itaque de omni merito, et gratia concluſionem intelligimus, nec placet limitatio Vaſquij, quam etiam reprobat Suarez *diſp.2.de reuiuiſc.merit. ſect.3. à n.56.* quo cum concludimus, hominem, qui à peccato reſurgit, ſemper reſurgere ad maiorē gratiam, quam fuit illa quam antea habebat, nam recipit nouam, et antiquam recuperat ex integro, ergo ſemper maiorem. Ac ita docet Cardinal. de Lugo *d.11.ſ.3.*

Torreſ. | Lugo

Supereſt dicendum de operibus mortuis. ſunt autem mortua quæ in peccato mortali fiunt. De quibus dicendum nullo modo reuiuiſcere, neque ad præmium eſſentiale, neque accidentale, vti docet Suarez *de Pænit. in Comment. ad a.6.q.89.* ex D. Thomæ doctrina, quæ communiter recipitur, vti declarat Henriquez *lib.1. de pænit. c.35.* De tota huiuſmodi quæſtione diligenter agit Brancatus Lauræa ad mentem Scoti cuius eadem ferme eſt quæ noſtra doctrina vide *diſt. 15. artic.15.*

Suarez | Henriq | Laur.

CAPVT VII.

Vtrum quando, & quomodo obligemur ad Pœnitentiam?

POEnitentia ex ſe poſt peccatum mortale eſt de neceſſitate medij: cum autem ſit duplex actus pœnitentiæ, Contritio, & attritio, dicendum ante legem gratiæ contritionem fuiſſe medium neceſſarium, cum in vtraque lege, naturali, & ſcripta Sacramenta non iuſtificauerint cum ſola attritione, quemadmodum patet ex materia de Sacramentis in genere. In lege autem Gratiæ altera ex iis ſufficit, ſiue Contritio ſola, ſiue Attritio cum Sacramento iuxta D. Thomam *in 4. diſt. 17. q.2. art.1. quæſtiunc.1.* & Richardum *ibi q.8. ad 5.*

D. Thom. | Richard.

Hoc ſuppoſito quæritur, vtrum ſit etiam de præcepto Pœnitentia? Affirmandum ex Tertulliano *lib. de Pudicit. cap.4.* & Auguſtino *lib.50. Homil. homil.50.* eſtque D. Thomæ *3.p.q.84. art.5.* triplici ratione illud ponentis. Prima ob charitatem in Deum, cui debetur amor, non odium, & auerſio. Secunda, ob iuſtitiam, quæ iubet ſatisfacere pro iniuria. Tertia ob charitatem propriam, qua quis tenetur ſaluti ſuæ æternæ conſulere, quas probat Suarez *d.15. ſect.1.* Vnde colligitur eſſe præceptum affirmatiuum, & contra illud peccari peccato impœnitentiæ, ſi quis obligante præcepto nolit pœnitere; quæ eſt communis Authorum ſententia, qui videri

Tertull. | Auguſt. | D. Thom. | Suarez

Leand.

deri poſſunt apud Leandrum *tr.5.q.6.* Hęc, vt magis pateat, duo quæruntur. Primum, cuiuſmodi ſit iſtud præceptum, naturalene, an poſitiuum? Equidem puto eſſe ſimpliciter naturale ſecundum ſe; nam ratio ipſa dictat amandum eſſe Deum, eiuſque iniuriam ſarciendam, & idcirco in omni lege obligat. Sic docuit *Diuus*

D.Thom.

Thomas *q 84.ar.7.ad* 1. & communiter tenent Theologi, quos citat Sua-

Suarez
Vaſquez

rez *d.15.ſect.3.num.*1. & Vaſq. *tom.4. ad q.86.ar.2.dub.*1. Verum eſt tamen quod determinatio ad attritionem cũ Sacramento eſt præceptum poſitiuũ in fauorem legis gratiæ conceſſum. Vtrum autem obliget pro ſemper, negandum, nec enim homo tenetur ſtatim poſt peccatum pœnitere illius

Nauarr.
Sotus
Suar.
Henriq
Coninch
Vaſq.

teſte Nauarro in Manuali *cap.1.n.27.* & Soto *in 4.diſt.17.q.2.ar.6.* & Suario *ſect.5.* & Henriq. *lib.4.cap.6.nu.6.* & Coninch *q.62.dub.2.* & Vaſq. *d.86. ar.2.dub.5.* & ratio ſumitur ex præcepto affirmatiuo, de quo cum ſit virtus Pœnitentiæ non obligat pro omni tempore, nec ſemper, ex doctrina

D.Thom.

D. Thomæ, ita docentis *in 4. diſt.17. q.3. ar.1.quæſtiuncul.4. ad* 2. Si quis tamen longo tempore nolit pœnitere, eum impœnitentiæ peccato teneri conſtat, ſecundum eoſdem fermè

Layman

Authores, & Layman *tract.6. cap.4. num.6.* quamquam Vaſquez videatur ſentire ex vi præcepti neminem, niſi in extrema neceſſitate obligari. Sic

Vaſq

habet *tom.4.ad q.86.ar.2.dub.6 ad fin.* Non hic agimus de obligatione dandi, atque recipiendi Sacramenta: hoc enim ſupponitur, & eſt alterius loci.

Dubium eſt, vtrum in articulo mortis peccator, qui ſuſcepit Sacramentum attritus, teneatur confiteri?

Suar.

Suarez affirmat *d.15 ſect.* 4. ſed cum formidine, quippe vidit nimis eſſe ſeueram ſententiam; quod etiam animaduertit *Layman*, qui timidè pro-

Laym.

cedit. Ego verò fidenter dico poſt

Trident.

Concilium Tridentinum *ſeſſ.14.c.4.* docens attritionem cum Sacramento Pœnitentiæ ſatis eſſe ad iuſtificationem, non teneri ad contritionem, ſi conſtare poſſit eſſe attritum, & ideò teneri; quia de eo certè conſtare non poteſt; vndę quæſtioni ſecundum ſe reſpondeo, ſuppoſita doctrina Concilij minimè teneri.

Hinc iam apparet, quomodo impœnitentia, ſiue vt clarius dicam nõ pœnitentia, vel non pœnitere ſit peccatum: nam quando omittitur præceptum pro tunc obligans ad Pœnitentiam, tunc impœnitentia peccatur, hoc eſt poſt longum tempus, & in articulo mortis, quando non eſt copia Sacramenti tenetur conteri: ſi eſt copia tenetur confiteri.

Aliam hic quæſtionem excitare volo, quam minus video ab Authoribus excitatam. Vtrum qui eliciat actum amoris Dei ſine actu pœnitentię iuſtificetur, & an illo actu dilectionis habito, adhuc teneatur ad actum Contritionis eliciendum? Ca-

Canus
Pet. Soto

nus *relect. de Pœnit.3.p.* Petrus à Soto *de inſtitut. Sacerdot. lectione* 13. negant ſolo actu Amoris Dei, abſque Pœnitentia fieri iuſtificationem poſſe.

Suarez

Suarez *d.15.ſect.1 num.6.* ſignificat teneri omnes præcepto contritionis, & pœnitentiæ ratione iuſtitiæ; nec illum actũ charitatis tollere obligationem contritionis formalis. Quod mihi non probatur, quia actus amoris Dei eſt perfectior contritione, & illã eminenter continet: ergo ſupplet nobiliori modo, quidquid in illa eſt, & per illã fit, vnde ceſſabit obligatio cõtritionis per actum charitatis, qui illa eſt excellentior. Itaque non dubitẽ dicere ſatis eſſe actum Charitatis ad ſupplendum actum Cõtritionis: quod à contrario probatur: nam actus contritionis non poteſt ſupplere actum Charitatis, quia eſt eo imperfectior. Igitur actus charitatis poterit è contra ſupplere actum Contritionis; ecquis enim dubitet, qui debet centum nummos aureos ſatisfacere, ſi gemmam maioris pretij reſtituat? Ita ſanè ſe habet Charitas, quæ inſtar eſt gemmæ reſpectu auri probati Contritionis. Caſus autem in quibus homo ſaluari poſſit ſolo actu Charitatis elicito, abſque formali pœnitentia affert Scotus *in 4.d.14.q.1.art.2. concluſ.*

Scotus

Nauarr. Io Medin Dom. Sot Vaſquez

cluſ.2.& 3. Nauarr. *in ſumm.cap.1.n.3.* Ioann. Medina *c.de Pœnit. qu. 2.* & & Dominicus Soto, cum Vaſquez proximè citato ipſum citante. Quod tamen intellige, niſi recordetur peccatorum, quæ commiſit; tunc enim tenebitur contritionem formalem elicere: quo ſenſu loquitur Suarez, & fatetur Vaſquez. quibus aſſentior. Probo deinde veritatem aſſertionis principalis, quia ſi quis habeat actum charitatis in articulo mortis, non tenebitur ad actum contritionis, quando ea maximè videtur obligare. Patet aſſumptum ex eo quod proximè diximus, nam ſi probabile eſt hominem attritum cum Sacramento non teneri ad eliciendam Contritionem, multò certè minus tenebitur ad actũ Contritionis ille, qui actum habet Charitatis, quæ eſt maxima, & ſumma virtus.

Supereſt vnica quæſtio. Vtrum teneatur quis ex vi huiuſce præcepti ſatisfacere pro pœna temporali relicta ex peccato remiſſo, de qua ſupra diximus? Reſpondetur negatiuè cum Vega *lib.3.in Trid.cap.22.* & Medina *C.de Pœnit.q.41.* & multi apud Leãdrũ *tr.5.d.9.q.66.art.6.* contra Caluinũ, & Suario *d.15.ſ.7.n.5.* ea ratione, quia illa pœna temporalis habet ſuam ſatiſfactionem in Purgatorio reſeruatam, & ideo peccator non tenetur ad inferendam ſibi pœnam, ſed ad eam tolerandam, quando inferatur à Iudice. Igitur poteſt licitè eam ſuo tempore relinquere ſine violatione præcepti. Loquor autem interim ex vi præcepti pœnitentiæ, vti virtus eſt, obligatque ex lege naturali, non autem ex vi præcepti Sacramenti, quando pœnitentia imponitur à Confeſſario, de qua ſuo loco dicemus.

Vega Medina. Leand. Suarez

PARS SECVNDA.

LIBRI

DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

CAPVT PRIMVM.

Vtrum ſit, & quando ſit inſtitutum, & quomodo Sacramentum Pœnitentiæ?

Hæretici.

POEnitentiam Cane peius, & Angue oderũt noſtri temporis hæretici, homines belli, & delicati, qui ſolo Baptiſmo, & Fide contenti citra ſcrupulos morſuſque latrantis cõſcientiæ viuunt, & vti ſunt ingenui, ac vereeundi, fateri peccata ſua erubeſcunt, & maximam pudoris rationem habent. Montaniſtæ olim, & Nouatiani omnem prorſus poteſtatẽ tum Sacramentalem, tum Eccleſiaſticam reconciliandi peccatores ſuſtulerunt, authore Hieronymo *epiſt. ad Marcellam de Montaniſtis*, & Auguſtino *lib. de Hæreſ. de Nouatianis.* Suſcitauit hunc errorem Lutherus, ſed timidè, ac varia ob metum docuit. Melancthon Sacramentum Pœnitentiæ negauit apertius tit. de Pœnitentia; ac ne in errando conſtans eſſet, in Apologia Auguſtana poſteà aſſeruit. Tenacior Zuuinglius fuit *lib. de vera, & falſa Religione*, & Caluinus *lib. 4. Inſtit. cap. 19.* quem peſſimus Achates Beza ſequutus eſt in Confeſ. Fidei, cap. 7. & Lutheri Hyperaſpiſtes Kemnitius *in 2. p. Exam. Concil. Triden.* De quo poſteà omnes Hæreticorum vbique ſectæ conuenerunt, hominũ ſcilicet innocentium, qui ne peccatum quidem nouerunt, atque adeò remedio non indigent. Prope eſt, vt ne Saluatore, quidem Chriſto ijs ſit opus, qui cum pro peccatoribus mortuus ſit, quorum peccata non ſunt, eorum ſanè Redemptor non eſt. Miror, quod dicant ſe Baptiſmo indigere: ſed cum peccatum originale aliena voluntate commiſſum fuerit, eo ſe non exiſtimant inquinari, ac quod peccatum naturę ſit illud, admittunt, ne ſe homines eſſe negent: quamquam & hac ſe cura Anabaptiſtę exſoluant, quibus placet peccatum illud originis tollere, vt inter Angelos numerentur. Sed omiſſis Hæreticis ad Catholicos, & peccatores

Montaniſ. Nouatian. Hieron. Auguſt. Lutherus. Melancth. Zuuingl. Caluin. Beza. Kemnit. Anabapt.

venio,

Digitized by Google

venia, apud quos imprimis conſtat,
Pœnitentiam verum eſſe Legis gra-
tiæ Sacramentum à Chriſto Domino
Trident. inſtitutum. Ita docet Fides in Tri-
dentin. ſeſſ.14 can. 1. dicitur autem
ibi cap.7. ex Patrum ſententia, *La-
borioſus Baptiſmus*, ob confeſſionem,
& ſatisfactionem pœnitentis, & à Pa-
tribus, Secunda poſt naufragium ta-
Ambroſ. bula appellatur; nempe Ambroſio ad
Hieron. Virginem lapſam, Hieronymo epiſt.
Tertull. ad Pammachium, & Oceanum. Ter-
D.Thom. tulliano lib. de Pœnit. & D. Thoma
3.p.q.84. ar. 6. quod ſua authoritate
Tridentinum confirmat ſeſſ. 14.c.2.
Ioann. Eius inſtitutio fuit Ioannis 20. vbi
Chriſtus *inſufflauit, & dixit eis* (id
eſt, ſuis Apoſtolis) *Accipite ſpiritum,
Sanctum, quorum remiſeritis pec-
cata remittuntur eis, &c.* vti habetur
in Trident. ſeſſ.14.cap.1. & authores
Scholaſt. ſunt Scholaſtici Doctores in 4.diſt.20
& quamquam Chriſtus Matth.17.di-
xerit Apoſtolis eadem verba. *Quæ-
cunque alligaueritis* &c. Promiſſio il-
la fuit facta omnibus, vti anteà Pe-
tro cap.16. facta fuerat; quod Inter-
Interpret pretes obſeruant; vel Chriſtus loque-
batur de abſolutione à Cenſuris, quē-
Medina admodum animaduertit Medina eo-
dice de Confeſſ.q.2. Eſt autem hæc
propriè poteſtas Clauium, quod op-
Laur timè ex Scoto probat Lauræa d. 18.

Conſtat Pœnitentia materia, & for
ma. Materia autem, vel eſt remota,
vel proxima. Remota, vel circa quā,
ſunt peccata actualia hominis bapti-
zati, ſiue mortalia, quæ eſt materia
neceſſaria, ſiue venialia, quæ eſt ſuf-
ficiens. Ita communiter Doctores ex
D.Auguſt Auguſtino *lib.50, Homil. homil.* 50. ex
D. Thom Scoto *in 4.d.4.q.2.* & D.Thoma *q.83.
ar.2.* Materia proxima ſunt actus pœ
nitentis, videlicet Contritio, Confeſ-
ſio, & ſatisfactio, quod non negat
Scotus Scotus *in 4.d.14.q.1.* nec *d.16. qu. 1.*
Lauræa quemadmodum nonnulli ei affirin-
gunt, quos refutat Lauræa *d.17.ar.1.*
etſi appellet circunſtantias. Fit au-
tem Contritio præſens, & ſenſibilis
per Confeſſionem, vnde vno verbo
ſola *Confeſſio doloroſa peccatorum* eſt
materia Sacramenti Pœnitentiæ. For-
ma ſunt verba, quibus fit Abſolutio;
nimirum, *Ego te abſoluo à peccatis tuis.*
Ita Concilium Florentinum in Decre- Concil. Florent
to Eugenij, & Tridentinum ſeſſ. 14. Trident.
c.3. Ex quo apparet eſſe ſignum ſen-
ſibile, ex vtraque parte tam materiæ,
quam formæ; diximus autem pecca-
ta hominis baptizati eſſe materiam
remotam, quia quæ ante Baptiſmum
committuntur non pertinent ad Cla-
ues, cum homo non baptizatus non
ſit ſubiectus Eccleſiæ, vti communi-
ter authores ſentiunt cum Medina Medina
lib. de Pœnit.tr. 1. *qu.* 3. & Petro Soto Pet. sotus
lect.4. de Pœnit. & Henriq. *lib.1.c.9.* Henriq

Dubium hic eſt, an peccata iam
confeſſa poſſint eſſe materia Pœniten Scotus
tiæ? Scotus negare videtur *in 4. diſ.* Richard
16. in fine, & inclinare Richardus *diſ.* Gabr.
18.*q.4.ar.2.* & Gabriel *in 4.d.18.q.1.* Henriq Rubion
artic.3. dub.3. & Rubion, quem citat
Henriquez *lib.1.cap.9.* Sed Scotus, &
Gabriel non negāt eſſe materiam, ſed
negant quidquā pœnæ ex illis remit-
ti ex virtute Clauium, vti obſeruat
Lauræa *d.17.ar.5.* Ex hoc autem de- Laur
ducunt moderni quidam Authores,
illos conſequenter negaſſe materiam
eſſe Confeſſionis, in quo tamen ni-
mis ſeuerè iudicarunt. Sed affirman-
dum cum communi ſententia, quam
firmat extrauagans prima de Priuile-
gijs; tum quia de eodem peccato poſ-
ſumus ſæpè confiteri; tum quia nemo
certus eſt de venia. Et ſic probat ex Vaſq.
pluribus Vaſquez *3.p.q.91. ar.3. dub.* Suarez.
7. & Suarez *d.* 18. *ſect.* 1. *num.* 7. Nec
obſtat iam eſſe remiſſa, quia mate-
ria proxima, id eſt dolor, & Confeſ-
ſio noua eſt, & ratione illius renoua-
tur materia remota. Vnde ſequitur
poſſe licitè peccata iam confeſſa, &
dicere, & tacere quemquam pro li-
bito, cum minimè teneatur ea iterum
reuelare, vti Reginaldus obſeruat *l.* Reginald
6.num.67. cum Soto *in 4.diſt.18. q.2.* Soto
ar.5. Quod attinet ad peccata venia-
lia, certum eſt materiam ſufficientē
confitendi præbere. Patet ex Triden-
tino *ſeſſ.14.c.5. & can. 7.* & ex Bulla
Leonis X. contra Lutherum *in dam-* Trident.
nat.8.art. ac eſt concōrs omnium an- Leo X.
tiquorum ſententia.

Suarez

Vtrum peccatum dubium ſit materia Confeſſionis dubitatur. Suarez d.22.ſect.9. ſubtiliter hanc rem inueſtigat. Cæteri communiter affirmant ea eſſe confitenda, vti dubia, & ita

Saye

Sayr. in ſum c.12. n. 12. Suar. triplex genus dubij diſtinguit, & in primo,& tertio affirmat confitendum cum cõmuni ſententia. At in ſecundo genere dubij cum verſatur circa peccatum ipſum, nõ ſupponendo peccatum fuiſſe, & de grauitate illius dubitando, an ſit mortale, an veniale, ſed dubitando, an res fuerit peccatum, nec ne, affirmat non eſſe confitendũ. Idque ego omnino probo in hoc gradu dubitationis, nam abſolutè cum dubium illud nõ conſtituat peccatum in ratione certi peccati, nõ eſt materia Confeſſionis, & tunc melior eſt conditio poſſidentis pro innocentia e quam pro culpa, quia non eſt dubius de qualitate peccati, quæ iam ſupponit peccatum, ſed de ipſomet peccato, quæ eſt dubitatio de fundamento, atque adeo nihil ſupponit peccati. ſic docet Suarez illa q n.6. nam de quo ambigitur, an ſit peccatum, non eſt illud certa materia Confeſſionis, niſi fortè ſub conditione dicatur, & ſub conditione item abſoluatur, vti Sua-

Suar.
Sanch.

rez *d.*18.*ſect.*1.*n.*12 & Sanchez *in ſumm.lib.*1.*c.*10.*num.* 70. conſulunt. Tandem aduerto peccata oblita, cum quis bona fide confitetur, dolens de omnibus vniuerſaliter, indirectè abſolui. Tenetur tamen peccator, cum eorum poſteà recordetur, illa fateri.

Quod attinet ad formam, inquiritur, ſitne de eſſentia formæ Pronomẽ, *Ego*, an ſatis ſit dicere, *Abſoluo te*? Concilium Florentinum in Decreto Eugenij ſeſſ.vlt. & Tridentinum ſeſſ. 14. c. 3. exprimunt particulam *Ego*, ac ea ſolennis eſt. An ſit neceſſaria communiter Theologi negant. Sot.

Sot.
Nauarr.
Tolet.

in 4.*d.*14 *q.*1.*ar.*3. Nauarr. *in Manuali cap.*6.*num.*11. & Toletus *lib.*3.*c.*12. *num.* 1. cum Suario *d.*19.*ſect.* 1. *num.*

Henriq.
Vaſquez
Lauræa

17. Henriq. *lib.*1.*cap.* 12. & Vaſquio *q.*85.*art.*3 *dub.*5. Hoc ipſum ex Scoto probat Lauræa *d.*17 *art.*5. Et quidem iure, cum ex ipſa Grammatica conſtet ſatis eſſe ad idoneũ sẽſum apertè vel occultè pronomen ſignificari. Duas particulas *Te abſoluo*, nemo dubitat eſſe de eſſentia, nec enim aliter ſignificari poteſt perſona tertia Pœnitentis. Reliqua, *à peccatis tuis*, non opus eſt exprimi, cum ſatis indicentur peccata per verbum, *Abſoluo*, quod denotat materiam Abſolutionis, iuxta D. Thomam *q*184.*ar.*3.

D.Thom.
Caietan.
ſuar.

& Caietanum verb. *abſoluo*, & Suarium *d.*19 *ſect.*1. *num.*21. & reliquos. Eſt autem Verbum *abſoluo* imperatiuum, & vim abſoluendi habens, non deprecatiuum, cum ſit à Iudice ex Tribunali prolatum: vnde non valebit forma dicentis *Abſoluat te Deus*, ſi omnino ſit deprecatiua. Ac ita docet D. Thomas *qq.*84.*ar.* 3. *& opuſc.* 22.*c.*1.*&* 1.& Nauarr. *c.*1.*de Pænit. d.* 6.*num.*9. Lauræa ex Scoto *d.*17.*ar.*8.

D.Thom.
Nauarr.
Lauræa

Cadit autem Verbum *Abſoluo* ſuper vtraſque culpas, & cenſuras, ſi Confeſſarius eodem verbo, vtraſque velit auferre, vti docet Nauarrus *de Pænit d.*6.*cap.*1. & Henriq. *lib.* 4. *cap.*11.

Nauarr
Henriq
Suarez

*num.*8. & Suarez *d.*7. *de Cenſuris ſect.* 5. *num* 37. Vtrum autem valida ſit forma dicentis, *Abſoluatur à me ſeruus Chriſti*, vel, *Abſoluaris à me*, affirmat Suarez, ex doctrina Scoti, modo ſit per modum imperantis prolata; tunc enim tranſit *in ſententiam definitiuam*, quo nomine appellat abſolutionem Sacramentalem Scotus *in* 4.*d.*14.*q*:4. ac oſtendit Lauræa *d.* 17. *ar.* 8. nec ego dubito, cum valeat in Baptiſmo, quemadmodum ſupradiximus; retinetur enim ſubſtãtia formæ imperantis, & iudicantis, vti notat Nauarrus *de Pænit.d.* 6.*c.* 1.

Nauarr

*n.*17. Qua de re late egimus tract. de Fide vſuali, & practica.

Abſolutio conditionem de præterito, ſiue de præſenti verbi gratia *ſi feciſti te abſoluo*, vel *ſi contritus es, aut attritus te abſoluo*, valida quidem eſt; ſed de futuro v.g. *ſi feceris, ſi reſtitueris abſoluo te*, eſt inualida. Ratio eſt, quia Sacramentum eſt actus iuriſdictionis conſtans materia, & forma præſenti, cùm ſit vocalis, atque adeo non poteſt ſuſpendi in futurum, quando iam non

erit,

Caiet suar Vaſq Laur erit, vel forma, vel materia. Ita Caietanus *verb. abſoluo cap.*1. Henriquez *l.4.c.*12.*n.*5. Suarez *d.*13.*ſect.*3. Vaſq. *queſt.*84. *artic.*3. *dub.*5. Lauræa *d.* 17. *art.*9.

Celebris hic quæſtio eſt, vtrum cõfiteri quis per literas, & per eaſdem abſolui poſſit? ita vt Sacramentum in abſentia fiat? Quidam olim Theologi affirmarunt, & Suarez aliquando probabile dixit, ac ob id Romę apud Clementem VIII. in inuidiam adductus, eòque vocatus, ea de re tractatũ compoſuit, in quo multa dixit lectu digna, & omnino docuit non licere in abſentia pœnitentem abſolui; idque ipſum definiuit Clemens, & Diplomate confirmauit anno 1602, die 20. Iulij vetans, ne quis contra ſentiret. Hunc ego Suarij tractatum vidi, & recognoui Conimbricæ, cum de eo qui manuſcriptus erat, typis mandando, ageretur, quam rem curabat Pater Ioannes Mattos, tum Magiſter meus, Vir doctiſſimus, qui mea ad id opera vtebatur, ac multa in eo Inueni authore ſuo digna, quæ iam tum admirabar, optabamque vt in lucem ederentur. Itaque iam non licet hac in re opinari, ſed omnino negandum Confeſſionem in abſentia perfici poſſe. Argumentum enim eſt, quia Confeſſio, & Abſolutio eſt actus iudicialis, qui fit per verba formalia, quæ præſentiam omnino requirunt, ergo in abſentia confici nequit. Confirmatur, quia eſſet periculum, ne quis, dum litteræ cum abſolutione mittuntur, mutet voluntatem pœnitendi, & peccet, atque ita peccãdo fruſtretur abſolutione. Poterit tamen quis peccata quæ ſcripſit abſens iterum in præſentia Sacerdotis dicere, & præſens ab eo abſolui. Quæ ad huiuſmodi quæſtionem ſpectant accuratiſſimè tractant Suarius *d.*19 *ſect.*3. & Vaſquez *q.*92. *art.*4 *dub.*2. & Lauræa cum Scoto *in* 4.*d.*17.*qu. vnic.* vide *d.*8. *art.*6.

Clemens VIII.

Suar Vaſq Lahr

Quæri ſolet, vtrum homo, qui in periculo mortis coram alijs Confeſſionem poſtulauit volens confiteri, & poſtea vocem, & ſenſum amiſit adueniente Sacerdote, poſſit in virtute præteritæ voluntatis abſolui, & an hæc Confeſſio ſit in abſentia? Reſpondeo poſſe, nec eſſe cenſendam confeſſionem in abſentia, quia illa confeſſio ex relatione præſentium fit præſens, atque adeo præſens abſoluitur. Vnde regula generalis eſt, quoties confeſſio idoneo modo præſens redditur, toties abſolui hominem in præſentia. Ita Suarez poſtea *d.*21.*ſ.*3.*n.*7. & Layman *tr*4.*c.*3. *nu.*9. & nos infra dicemus cum Diana *tract.de abſolut.moribundi.Reſol.*4. & 7. & quamuis adductam rationem infirmare conetur Lugo, certe non infringit *d.*17.*ſ.*4. qui tamen noſtram ſententiam ex alio fundamento approbat.

suar Layman Dian

Lugo.

CAPVT II.

Quæ ſit materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ, & quomodo itelligatur?

FVerunt qui dicerent nullum requiri dolorem de peccatis, ſed ſolam voluntatem confitendi ſufficere ad Sacramentum. Ineptè ſanè, nam omnino dolor requiritur, vti docet Vaſquez *in d.*92.*a.*2.*dub.*2. Alij dixerunt Contritionem requiri, nec attritionem ſatis eſſe. De his idem ibidem & Suarez *d.*20. *ſect.*1. Certum eſt tamen Attritionem ſufficere, eamque in Sacramento iuſtificare accedente virtute Sacramenti, Patet ex Tridentino ſeſſ.14.c.4. Probatur etiam ratione, quia pœnitentia eſt Sacramentum mortuorum, inſtitutum ad remittendum peccatum. Ergo vt faciat hunc effectum, non debet omnino ſupponere iuſtificationem quæ fit per Contritionem in pœnitente: qua ratione vtitur Suarez *d.*20. *ſect.*2. *n.*12. Non negamus cum contritione remitti peccata ex opere operato per Sacramentũ; ſed affirmamus etiam ſine Contritione remitti. Eſt communis ſententia D.Thomæ *in* 4.*d.*17.*qu.*3.*art.*5.*q.*3.& 3.*p.*

Vaſq

suar

Conc:Tri

D: Thom

Scot *3.p.q.80.art.4.ad 2.* & Scoti *in 4.d.14.*
Scotiſtæ *q.4.a.3.* & Scholæ. Dubium autem
eſt, vtrum oporteat pœnitentem cre-
dere ſe eſſe contritum, & bona fide
ad Sacramentum accedere; an ſuffi-
ciat credere ſe eſſe tantum attritum?
Reſpondetur non oportere credere ſe
eſſe contritum, ſed ſatis eſſe credere
attritum ſe eſſe. Ita Scotus vindica-
Vaſq. tus à Vaſquez, qui cum eo ſentit *q. 92*
Ledeſma *a.1.dub.2.* & cum Ledeſma 2.4. *q.20.*
Canus *a.1.diſt.3.* & Cano *5.p.Relect.de pœnit.*
fol.121.contra Dominic. Sotum. Eiuſ-
dem cum Vaſquio ſententiæ eſt Hen-
Henriq riquez *lib.1.cap.26.* Sequitur ex primo
aſſerto; quia ille dolor ſufficiens eſt
ad deteſtandum peccatum ex ſuper-
naturali motiuo, & accedente virtute
Sacramenti conſequendam gratiam.
Trid. Et ita docuit Tridentinum loco citato
ſeſſ.14.c.3. Deinde probatur exemplo
Euchariſtiæ, ad quam quis attritus bo-
na fide accedens, gratiam conſequi-
tur, & fit de attrito contritus, & idem
ferme eſt de reliquis Sacramentis: er-
go à fortiori, qui attritus accedit ad
Pœnitentiæ Sacramentum, quod eſt
proprium remiſſionis peccatorũ, ſum-
pto Sacramento iuſtificabitur: Ita
Suar. Suarez *diſputatione 20. ſect.1.aſſertio-
ne 3.*

Duo hic ſunt dubia. Primum, vtrum
neceſſaria ſit attritio generalis de om-
nibus peccatis? Reſpondetur affirma-
tiuè, vnde ſi quis ſcienter omittat at-
tritionem alicuius peccati mortalis,
quamuis habeat cæterorum, non con-
ſequetur effectum Sacramenti, quia
non remittetur ei illud peccatum, eo-
que non remiſſo non poterunt alia re-
Suar. mitti, quod eſt Suarij *d.20.ſect.2.n.11.*
Secundum, an qui accedit ad Sacra-
mentum cum attritione omnium pec-
catorum, & obliuiſcitur vnius, ac pro-
inde illud in Confeſſione non aperit,
facta Confeſſione maneat ab omnibus
abſolutus? Negat Medina eo argumẽ-
to, quod qui ad Baptiſmum accedit in
peccato mortali, & verè baptizatur, ſi
poſtea habeat attritionem de illo pec-
cato, non iuſtificatur per ſolam attri-
tionem, ſed contritione opus eſt, quia
illud peccatum non ſubijcitur Baptiſ-
mo; ergo etiam illud peccatum de quo
quis non ſe accuſat in Sacramento li-
cet de eo atteratur, non remittetur per
Pœnitentiam, quia non ſubijcitur Sa-
cramento. Affirmandum tamen cum
Suario *d.20.ſect.2. nu.13.* & communi
ſententia, ob eam rationem, quia illud
Sacramentum, licet ex intentione Sa-
cerdotis non extendatur ad aliud pec-
catum, quod nullo modo aperitur, ta-
men ex virtute ſua remittit peccatum,
quod inuenit diſpoſitum per attritio-
nem. Si autem attritio non cadat
vllo modo ſupra illud peccatum,
tunc non remittetur per Sacramentũ,
nec enim tum datur ratio remittendi.
Ad exemplum Medinæ de Baptiſmo
reſpondetur, illud peccatum commiſ-
ſum in ſuſceptione Baptiſmatis eſſe
concomitans Sacramentum, non an-
tecedens illud, itaque non poteſt re-
mitti à Sacramento virtute propria,
quæ non extenditur niſi ad peccata
antecedentia. At vero peccatum il-
lud quod ſupponimus attritũ, & obli-
tum in Confeſſione eſſe antecedens.
Vnde poteſt remitti per Sacramentum
ſubſequens, quod per illud nec vitia-
tur, nec ſuſpenditur. Quomodo au- Suarez
tem per Baptiſmum remittetur pec-
catum, per quod fit iniuria ipſi Baptiſ-
mo? Hæc ex doctrina Suarij *d.20.ſec.2
n.13.*

His dubiis nonnullæ quæſtiones
ſuccedent. Prima ſufficiat ne putata
attritio ad valorem Confeſſionis? Ego Vaſq.
certè non puto, nec enim eſt vera, & Suar.
fieri nequit vera per bonam fidem, & Trid.
ſentio cum Vaſquez *3.p.q.92.ar.2.dub.
vn.n.13.* & Suarez *d.20.ſect.4.num.16.*
Tridentinum certè attritionem ger-
manam, & ſupernaturalem requirit
ſeſſ.14.c.4. Secundò, an et quomodo
debeat includere propoſitum de non
peccando impoſterũ? Reſpõdetur om-
nino debere, ſaltem virtuale, ſin mi-
nus non valebit Confeſſio. Quomo-
do autem debeat quis proponere: bre-
uiter dico. De omnibus mortalibus
debet dari propoſitum abſtinendi, nul-
lo excepto. De venialibus ſatis eſt ſi
de aliquibus detur propoſitum. Ita Co-
ninch *d.2.dub.14.n.230.* & Layman *tr.
6.c.4.*

6.c.4. Ratiò petitur ex ſupradictis, quia vnũ mortale ſine alio nequit remitti, D·Thom at verò vnum veniale ſine alio poteſt; vnde non eſt inconueniens atteri de vno, non de alio, idque deducitur ex D.Thoma *q.87. a.4. & a.1. ad* 1. Tertia Fagund. Vaſquez. vtrum ſit ſatis dolor de non dolendo ad habendum dolorem idoneum de As. Fauſt peccatis? Communis ſententia negat, Nauarr Sà. quam ſequitur Fagundius *lib.2. cap* 5. Vaſquez *q. 92. a.1. dub.3. in fine*, & à S. Fauſto *lib.3. q.114.* Affirmat tamen Nauarrus *cap. 1. num.* 18. *Manual.* & Sà *verb. contritio*. Et meritò, quamuis enim ſpeculatiuè loquendo poſſint ſeparari hi dolores, practicè tamen, ita ſunt coniuncti, vt qui verè doleat, ſe non dolere, virtute doleat de peccatis, nam vterque dolor ex Vaſq. vno motiuo procedit. Quare cenſeo huiuſmodi dolorem ſatis eſſe ad diſpoſitionem Sacramenti. Nec multum in re Vaſquez diſſentit.

Hæc circa attritionem eſt communis; ſed grauis quæſtio, Vtrum in Vaſq. contritione includatur votum confitendi, & quomodo cum eo ſtet gratia de præſenti cum votum ſit de futuro? Hanc accuratiſſimè agitat Vaſquez *q.94. art.5. dub. vnic.* quam ita ſoluo. Contritio, cum ſit actus perfectus, & ſufficiens ad remittendum peccatum, neceſſariò inuoluit voluntatem Confeſſionis, de qua eſt præceptum Diuinum. Quare Contritio preſens habet votum de Confeſſione futura; quomodo autẽ det gratiam de præſenti, explicãdũ. Dat quidẽ gratiã ante Confeſſionem, & perfectè iuſtificat, cum datur, nec pendet gratia præſens à Confeſſione futura, cuius votum præſens ſufficit, idque ex Concilio Trident. oſtendit Vaſquez, nam Suarez vt vera ſit contritio, debet inuoluere illud votum ſubijciendi peccata Clauibus. Rem autem declarat exemplo Suarez *d.17. ſect.3. n.7.* vti emens rem pretio promiſſo accipit de præſenti eius dominium, & poſſeſſionem ante futuram ſolutionem. Sed exemplum minus placet, nam ea venditio non eſt abſolutè perfecta, vnde non ſoluto pretio diſſoluitur, & res vendenti debetur. Illud melius exẽplum iudico, cum quis abſoluitur à furto, promittens ex animo reſtitutionem, is quidem ſtatim abſoluitur, quod ſi poſteà non reſtituar, non tenetur præteriti peccati, ſed noui non reſtituendi. Ita etiam qui conteritur cum voto confitendi, ſi poſteà eam omittat Confeſſionem culpabiliter, non reincidit in peccata præterita, quæ verè remiſſa ſunt, ſed incidit in nouum peccatum, quia defuit voto confitendi.

Roges, vtrum reſurgat obligatio illa peccata Clauibus ſubijciendi? Certum eſt redire, atque adeo eſſe confitenda, quod tradit Vaſquez q. 84. ar.5. dub. vnic. n.36. Sed hinc exiſtit dubitatio, quod videantur eadem peccata redire; quid eſt enim obligari ad confitenda peccata, niſi peccata non eſſe remiſſa? Reſpondeo tamen longè aliud eſſe obligationem confitendi, & non remiſſionem peccati. Itaque non ſunt quidem iam peccata, ſed ſupereſt obligatio implendi votum ea confitendi, quemadmodum ſi quis abſoluatur à peccato furti cum obligatione reſtituendi, abſolutus eſt à peccato furti, ſed non eſt liberatus ab obligatione reſtituẽdi; itaque nouum, & diſtinctum vtrobique committitur peccatum, contra obligationem reſtituendi, & confitendi. Demum aduertit Suarez eadem Suar. d.17. ſect.3. n.7. per confeſſionem re exhibitam maiorem gratiam conferri ex vi Sacramenti, & hac ratione peccata perfectius remitti, atq; adeo ſemper hominem facta confeſſione magis ſanctificari, quam antea per ſolam Contritionem ſanctificatus fuerat.

Vltima, & nobilis quæſtio eſt, vtrum poſſit dari Confeſſio valida, & informis. Nimirum, vtrum quis ita faciat Confeſſionem, vt Sacramentum validum ſit, ſed careat effectu gratiæ; vti fit in Babtiſmo, quem ſiquis in peccato mortali validè ſuſcipiat, non tamen gratiam ſuſcipit, ac proinde

inde

inde Baptiſmus validus, & informis manet. Ratio autem dubitandi in Sacramento Pœnitentiæ maior eſt; quia cum iſtud fiat ad remiſſionem peccati, & receptionem gratię, non videtur poſſe conſiſtere ſine effectu gratiæ, quæ niſi detur, nullum videtur fore pœnitentiæ Sacramentum. Vaſq Coninch Fagund Negant ergo eſſe poſſe informe, & validum Vaſquez *in 3.p.tom.4.q.92. ar.2.* & Coninch. *de Sacramento Pœnit. d.4.dub.11.n.71.* & Fagundez *in 2. Eccleſ præcepto lib.2.cap.7.* cum pluribus quos allegant, ob tactam rationem; non enim inquiunt poteſt Sacramentum Pœnitentiæ validum eſſe, niſi ſuppoſita debita diſpoſitione pœnitentis, quæ ſi datur, communicatur gratia, atque adeo formatur Sacramentum; Contra verò, ſi deſit illa diſpoſitio quacumq; de cauſa, D Thom Caiet. Canus Sotus Sotus deeſt pars eſſentialis Sacramenti, vnde nullum erit Sacramentum. Affirmandum tamen cum D.Thoma *in 4. d.17.q.3.ar.4.q.1.* & Caietano *tom. 1. opuſc. tract.5.q.5.* Cano *5.p. relect. de Pœnit.* Soto *in 4.d.18.q.3 artic.2.* & 3. Nauarr Henriq Alterio Soto *lect.5. de Confeſſ.* & Nauarro *in ſumm.cap 9.num.23.* & *in c. Fratres, de Pœnit.d.5.num.33.* & Henriq. *lib.1.de Pœnit.cap.5.* & 12. & 26. Suar & præcipuè *lib.2.cap.11.* Suario *d.20. ſect.6.* ex defectu doloris, & integritatis poſſe dari Sacramentum Pœnitentiæ validum, & informe. Pono caſum expreſſum, in quo pœnitens accedat ad Confeſſionem attritus, ſed cum peccato mortali oblito, de quo non habuit attritionem; tunc enim bona fide confeſſus pœnitens, non conſequitur gratiam propter obicem peccati, & valet confeſſio propter bonam fidem: ac proinde fit Sacramentum validum, ſed informe, quia ex parte pœnitentis fit confeſſio iuſta, & legitima, quin tamen recipiat gratiam, quæ non poteſt cum illo peccato oblito, & non attrito cōſiſtere: vnde ſequitur ſi poſteà recordetur de illo peccato, & illud aperiat in Confeſſione attritus, vel conteratur de illo, remittendū eſſe ex vi præteriti Sacramenti, quod remoto obice operatur. Et in hoc caſu omnino admittit ſententiam Suarij Cardinalis de Lugo *d.14.ſect.6.* & 7. contra Vaſquez. LugoCar.

Dubitari tamen iure poteſt, an ſufficiat attritio de illo peccato poſt Confeſſionem, vt ex virtute illius ſine noua confeſſione remittatur. Qua in re affirmatiuè reſpondendum, quia illud Sacramentum remoto obice facit effectum, qui erat impeditus per illam fictionem, qua recedente operatur; quemadmodum de Baptiſmo, & alijs Sacramentis communiter dici ſolet. Quod tamen ita intelligendum eſt, vt poſt illam confeſſionem validam, & informem peccatum mortale commiſſum non ſit: & ita tenet expreſè Suarez *d.20.ſect.5.num.15.* & Suar. Henriq P.ás.Fauſt Henriq. *lib.4.de Pœnit. cap.24.num.3.* & *lib. 5. cap. 11. num.4.* & S. Fauſto *lib.2.q.69.* Hanc opinionem ſequi malui, quia exiſtimo per eam melius conſuli conſcientijs, & leuari eas onere renouandi præteritas confeſſiones, ad quas non admiſſo Sacramento Pœnitentiæ valido, & informi, reficiendas proculdubio ſæpius tenerentur. Deinde, quia rationi conformis eſt, ſi hoc modo contingere poſſe dicamus; nam in alijs caſibus, qui vulgo afferuntur, non puto militare rationem ad Sacramentum validum, & Vaſq informe admittendum, quemadmodum efficaciter probat Vaſquez longa illa ratiocinatione *q.92.art. 2. dub. vnic.* & *ar.3.dub.1.*

Supereſt quæſtiuncula, vtrum in confeſſione venialium dari poſſit Sacramentum validum, & informe, exempli gratia, cum quis accedit cū peccato mortali oblito, vel quod nō tenetur iuſta de cauſa aperire, an tūc valeat illa confeſſio venialium pecSuar cato mortali non remiſſo, atque adeò informi manente Sacramento? Reſpondet Suarez *d.20.ſect.6 num.8.* affirmatiuè dicendo, nullam fieri remiſſionem venialium, neque mortalis, & hoc modo Sacramentum informe eſſe. Mihi placet eſſe informe, quo-

ad-

ad gratiam habitualem, quæ non datur ſtante illo peccato mortali, ſed credo venialia remitti, de quibus datur attritio, & confeſſio; ſentio enim aduerſus Suarez, & Lauræam *d.* 15. *ar.* 9. ſuſtineri poſſe vti probabile, non eſſe neceſſariam remiſſionem peccati mortalis ad venialia remittenda, vti ſupra dixi. Quare, quoad venialia non admitto Confeſſionem informem, admitto quoad peccatum mortale; de quo ſi poſtea detur attritio, affirmo remitti poſſe, iuxta proximè traditam doctrinam. Verum quidem eſt occurſare ſemper mihi importunum argumentum; ſi venialia ſine mortalibus remittuntur, ſequi ſine vlla intrinſeca forma, & mutatione, atque adeo ſola extrinſeca cõdonatione remitti, quo admiſſo fiet ad mortalia conſecutio poſſe illa quoque eodem modo remitti. Cui ita recte, opinor, ſoleo reſpondere, venialium longè diuerſam à mortalibus remiſſionem eſſe, ac proinde alio modo habendam, cum mortalia priuent gratia, & non niſi redeunte gratia remitti poſſint, at verò venialia cum gratiæ non opponantur, gratia opus non eſſe, vt deleantur, nec inde tamen ſequitur ſola extrinſeca mutatio peccatoris per aliquem dolorem, vel actum pietatis, vel applicationem Sacramenti, aut Sacramentalis, cum qua non poteſt veniale peccatum cõponi. Quare nunquam extrinſeca Dei condonatio ſola ſatis erit ad remiſſionem venialis. Et ita inuenio dixiſſe Lugo Cardinalem, qui ſemper exigit aliquem actum ex parte pœnitentis, ſaltem diſplicentiam virtualem d. 9. ſect. 2.

Suar
Laur

Lugo

CAPVT III.

Quæ, & qualis Confeſſio ad Sacramentum Pœnitentiæ requiratur?

CONfeſſionis illa eſt accurata deſcriptio ſecundum Scoti *in* 4. *d.* 17. *q. vnic.* & D. Thomæ *ibid. q.* 3. *art.* 2. doctrinam, ab alijs Theologis formata: ***Eſt legitima accuſatio propriorum peccatorum coram Sacerdote in Sacramentali iudicio ad remiſſionem peccatorum virtute Clauium obtinendam.*** Erit autem legitima ſi ſit humilis, aperta, integra: ad quas circumſtantias reducuntur aliæ, quæ ſexdecim numerari ſolent, quas in verſus redactas affert Suarez d. 21. ſect. 1. Negant Hæretici ſecretam iſtam, & auricularem confeſſionem, nec volunt eius in primitiua Eccleſia vſum fuiſſe: vti ſuperius diximus. Satis tamen refelluntur ipſa traditione Eccleſiæ antiquiſſima, & definitione Concilij Tridentini ſeſſ. 14. c. 5. & teſtimonijs Patrum, quæ accuratè colligunt, & proponunt Bellarminus *lib.* 2. *&* 3. *de Pænit.* & Henriq. *lib.* 2. *de Sacram. Pænit. à cap.* 2. & Vaſq. *quæſt.* 90. & Lauræa *d.* 10. Non ſolum eſſe neceſſariam, ſed antiquam, & acceptam à Patribus confirmantes. Debet autem ea eſſe ſenſibilis, vel verbis, vel ſcriptis, vel nutibus; nam etiam muti confiteri ſolent, & interdum debent. Eſt verò Confeſſio integra facienda de omnibus peccatis mortalibus, quia ſunt materia neceſſaria, & vnum ſine alio nequit abſolui, ac proinde ſunt omnia aperienda in iudicio, & Clauibus ſubijcienda.

Scot
D: Thom
Suarez
Concil.
Trid.
Patres
Bellarm.
Henriq
Vaſq.
Laur

Quæſtio magna eſt de circumſtantijs: vtrum teneatur peccator omnes aperire? ſunt autem duo genera circumſtantiarum: alterum earum, quæ non mutant ſpeciem peccati, & dicuntur aggrauantes, quia faciunt pecca-

tum grauius intra eandem ſpeciem: alterum earum quæ mutant ſpeciem. Primi generis exemplum eſt, furtum mille aureorum reſpectu peccati furti ad quod committendum ſufficit furari vnum vel duos aureos, qui autem furatur mille intra furtum grauius peccat ratione maioris quantitatis. Secundi generis, furtum calicis in Eccleſia, quod ratione rei & loci ſacri in ſacrilegium tranſit. Hac in re apud omnes conſtat. Circumſtantias quæ mutant ſpeciem, eſſe confitendas, cum illæ ſint malitiæ diuerſæ, & quæ æquipollent diuerſis peccatis. Controuerſia eſt de aggrauantibus intra eandem ſpeciem, an debeant neceſſariò in confeſſione aperiri? *Affirmant* multi

Henriq Coninch Suar Fagund cum Henriquez *lib. 2. de pænit. c. 7. nu. 6.* & Coninch *p. 7. dub. 3. nu. 13.* & Patre Suarez *d. 22. ſect. 3. nu. 5.* & Fagundez *l. 4. c. 2. n. 10.* & quidem probabiliter; nam creſcente malitia intra eandem ſpeciem, ea fit notabilis, & enormis, atque adeo mutat opinionem Confeſſarij; quis enim non dicat maiorem horrorem incutere furtum trium, vel quatuor millium aureorū, quam duorum vel trium? Deinde multo magis grauare videtur conſcientiam illa grauitas intra eandem ſpeciem, quam circumſtantia varians illam: v. g. furtum calicis variat ſpeciem, cum tamen minus moueat Confeſſarium, quam enorme furtum intra eandem ſpeciē, quanto enim horribilius videtur furari mille pateras prophanas, quàm vnum Calicem ſacrum? Cur ergo furtum iſtud taceri poteſt, & Calicis nō taceri?

D.Thom. Scot Negandum tamen eſt cum D. Thoma *in 4. d. 16. q. 3. a. 2. q. 3.* & Scoto *diſt. 16. q. vn.* Vaſquez *to. 4. q. 91. a. 1. dub. 2.*

Vaſq sanch Leſſius Reginald Valent. Lugo Laur Sanchez *de Matrim. lib. 2. diſp. 37. n. 27* Leſſio *de iuſt. & iure. l. 4. dub. 12. c. 3. n. 8.* Reginaldo *in prax. to. 1. l. 6. c. 5. num. 135.* Valentia *d. 7. q. 13. p. 1.* Lugo Card. *d. 13. ſ. 3.* & Lauræa *d. 11. art.* qui citat Scotum, Alenſem, D. Thomam, & Bonauenturam. Rationes communes ſunt. Prima nos non teneri præcepto circumſtantiarum, ſed peccatorum, vnde quæ non conſtituunt peccata diuerſa, eas confitendas non eſſe. Secunda, nos teneri ad ſubſtantiam peccati aperiēdam, non ad accidentia peccati, quales ſunt circumſtantiæ aggrauantes. Tertia, durum eſſe obligare hominem ad ſciendum in quo gradu circumſtantia aggrauet peccatum intra eamdem ſpeciem. Quarta, quia circumſtantię minuentes non aperiuntur, ergo neque augentes malitiam. Verum hæ rationes non multum me mouent; magis mouet illa coniectura Concilij Tridentini ſeſſ. 14. c. 5. dicentis eſſe confitendas circumſtantias, quæ ſpeciem mutant, nam dum has expreſſit, viſum eſt alias remiſiſſe; saltem probabile iudicauit eas non eſſe neceſſario aperiendas. Sed quando illę rationes non perſuadent, & magna vis eſt argumento alterius partis, nouam rationem excogitare volo ad iſtā ſententiam confirmandam. Igitur ſic diſcurro: qui fatetur peccatum mortale, certæ ſpeciei v. g. furtum, dicto ſemel mortale eſſe, quod ex ſua natura habet latitudinem, iam relinquit iudicio Confeſſarij exiſtimare illum in tota latitudine peccati potuiſſe delinquere; cum enim nihil minuat grauitatem, nec augeat, cum dicit graue peccatum eſſe, illa confeſſio extendi poteſt ad omnē grauitatē quantitatis quæ in illa ſpecie peccati reperitur: atque adeo cōpēſat ſilentiū de notabili grauitate ipſamet ſuſpicione quā mouet peccare potuiſſe intra totam latitudinē peccati. Itaq; liberatur ab explicāda ſpecialiter grauitate, alioquin etiā tenebitur ad grauitatem minuendam, ne tam grauiter credatur deliquiſſe. Quæ ſanè ratio ſi conſideretur, omnes alias in contrarium adductas ſoluit.

Venio ad circumſtantias quæ mutant ſpeciem. Infinitum eſſet illas recenſere: dicam tamen aliqua, quæ in hac materia vſui eſſe poſſint. Primum: vtrum qui ad eandem virtutem profitendam duplici voto tenetur, teneatur vtrumque votum aperire? Cui negatiuè reſpondeo: vnde Epiſcopus carnaliter peccans non tenetur dicere ſe eſſe Epiſcopum, nec Religioſus Sacerdos ſe eſſe Religioſum, ſed ſatis erit dicere ſe peccaſſe contra votum caſtitatis

ſtitatis

ſtitatis. Secundum, vtrum circumſtantia ſtupri ſit ratione ſui aperienda? Reſpondetur negatiuè; nam ſi virgo conſentiat ſatis erit pœnitenti dicere, ſe peccaſſe cum ſoluta, nec tenetur ad reſtitutionem ſi illa citra vim conſenſit. Tertium, vtrum maritus vnius committens adulterium cum vxore alterius teneatur dicere ſe maritum eſſe, & alienam coniugem corrupiſſe? Sunt qui dicant ſatis eſſe dicere ſe maritum eſſe, nec teneri exprimere aliam eſſe vxorem, ſed melius Vaſquez *ſect.* 2.*d.*98.*a.*3.*n.*9.citans ſemetipſum *d.*57 *c.*2.& Leſſius *tom.*1.*de iuſt.lib.*4.*cap.*3. *de ſpeciebus luxuriæ dub.*12.*nu.*48. affirmant vtrumque eſſe explicandum. Ratio eſt, quia datur ex vtraque parte duplex iniuria, altera facta vxori propriæ, altera marito alieno. Idem eſt dicendum de Religioſo cum Religioſa. Quartum, vtrum ſolutus peccans cum hæretica ſoluta, cum ſit Catholicus debeat exprimere eſſe hæreticam? Affirmant multi apud S. Fauſto *lib.*4.*qu.*97. Ego cum Alcozer *in ſumma c.*20. nego; quid enim quæſo, habet illud cum Religione Catholica? nec enim tunc puto iuuenes peccantes niſi de Venere cogitare; rogent ipſos, ita reſpondebunt. Idem cenſeo de Confeſſore peccante cum ſua pœnitente, ſecluſa alia circũſtantia: imo & Parochiano cum Parochiana: nec enim video quid inter ſit; aliud eſt cum affine vel cognata, nam hæc ex iure vera, & poſitiua impedimenta ſunt. Scio aliter opinari plures, ſed non moueor eorum authoritate.

Vaſquez

Leſſius

S. Fauſt

Alcozer

Quintum, an qui tenetur ad officiũ Diuinum ex duplici obligatione Ordinis, & Beneficij, omittens illud peccet vno an duplici peccato. Suarez *to.*2. *de Relig.lib.*4.*cap.*13.& Sanchez *de Matrim. l.*9.*c.*13. affirmant duo peccata committere, quia obligatio Ordinis eſt à Religione, Beneficij à iuſtitia. Sed negandum cum Henriquez *L.*5.*de Pœnit. c.*5,*n.*6. Azor *l.*4.*c.*2.*q.*6. Garzia *de Benefic.*3.*p.c.*1.*n.*125. quia vtraque obligatio eſt ex virtute Religionis. Placet reſolutio, non tamen ratio. Dico igitur rationem eſſe, quia obligatio iuſtitiæ nõ reſultat niſi ratione fructuum quos capit ex beneficio; vnde ſi illos ſuos non faciat, nõ peccat contra iuſtitiam; quomodo enim ex ſola omiſſione officij peccabit contra iuſtitiam, ſi nihil accipit, cum omittit? Itaque Eccleſia ordinauit ne reciperet fructus ille qui non recitat, quod ſi capiat non recitãs, tenetur ad fructus reſtituendos, non ad recitationem officij omiſſi, quod ipſum argumento eſt non peccare ex iuſtitia præcisè ratione beneficij, ſed vtilitatis eius, quia ſi peccaret contra iuſtitiam præciſa ratione fructuum, teneretur ad reſtituenda officia, quæ ante non dixerat. Ex quo patet eſſe tantum obligationem ex virtute Religionis.

Suar

Sanch

Henriq.

Azor

Garzia

Sextum, vtrum committens tria adulteria cum tribus alienis vxoribus diſtinctis teneatur dicere peccaſſe cum tribus, vel ſufficiat dicere ter adulteraſſe? Reſpondeo ſatis eſſe dicere numerum peccatorum, & tacere numerum fœminarum, quarum diuerſitas non variat ſpeciem malitiæ. Contra vero, qui vult occidere tres homines, debet explicare numerum hominum, quia diſtinctas vitas ſinguli habent.

Septimum, an qui voluit occidere hominem vel coire cum fœmina, & diu fuit in eo propoſito quærendo occaſionem, & diſponendo media ordinaria peccandi, interrumpendo tamen actus per alia negotia, & occupationes, re poſtea ſecuta committat vnum peccatum, vel plura, & an plura, vel vnum tantum dicere debeat, aut poſſit? Reſpondeo cum diſtinctione, ſi retractauit actum priorem, & poſtea renouauit, quoties retractato actu renouauit propoſitum, toties noua peccata in propoſito commiſit; ſi tamen ſolum interrupit non retractando actum interiorem, vnius tantum peccati reus eſt, cum moraliter continuarit actum non retractando illum. Sic aduerſus Canum reſoluit Vaſquez *to.*4.*d.*91.*ar.* 1.*dub.*5.& tradiderat 1.2.*d.*75. & ſatis erit tanquam de vno peccato confiteri, quare non eſt neceſſe præambula ad peccatum, quæ ad illud diſponunt, declarare, Vaſq.

clarare, vti eſt ferrum acuere ad vulnus, & venenum parare ad cædem, vel præmittere oſcula, & amplexus ad coitum; ſed quæ poſtea ſequuntur effectum, omninò ſunt confitenda, quoniam tranſacto iam actu non ordinantur ad illum, ſed ad ſequentem.

Octauum, quomodo peccet, qui furatur rem ſacram in loco non ſacro, & rem non ſacram in loco ſacro? Reſpondeo, primum, committere ſacrilegium; ſecundum non committere. At maior quæſtio eſt, Vtrum qui rem habet cum fœmina, vel polluitur occultè in loco ſacro, ſit ſacrilegus? Negat Vaſquez *in 1.2.d.98.c.3.* & bene contra Suarez & Sanchez, quia locus ſacer non polluitur per illā ſecretam, vel fornicationem, vel pollutionem.

Vaſq

Nonum, vtrum qui delectatur moroſè de fœminis, quarum coitus habent diuerſas circumſtantias teneatur exprimere conditiones earum, verbi gratia coniugatæ, cognatæ, monialis: Quidam affirmant cum Nauarro *c.6. n.8.* & Leſſio *l.4.c.3.d.15.nu.123.* Alij negant cum Vaſquez *1.2.d.112.c.2.* & Sayro *in Claui Regia l.8.c.7.n.19.* cum quibus ſentio, ſi delectatio non includat deſiderium copulæ: ratio eſt, quia illa delectatio non continet iniuriam ſtatus, ſed ſolum verſatur circa obiectum pulchrum & delectabile, ac proinde non eſt exprimenda circumſtantia, quæ non terminatur ad ſtatum.

Nauarr.
Leſſius
Vaſq
Sayrus

Claudamus hoc Caput, pronunciando neceſſarium eſſe fateri numerum peccatorum mortalium, quæ non ſunt connexa, & concatenata, non ea hiſtoricè narrando, ſed præciſè numerū exprimendo: v.g. iuraui decies falſò: furatus ſum quinquies grauē quantitatem; non tamen debet eſſe nimia anxietas, & moroſitas in inquirendis, & recenſendis peccatis; cum ſatis ſit, vbi de numero exactè non conſtat, dicere paulo plus minuſue, nec Confeſſarius rogando debet eſſe nimius, & importunus ex Nauarra *Manuali c.6.* & Coninch *d.7.dub.7.* & Suario *diſ.22. ſect.5.* & Vaſquez *d.91.c.1. dub.5.* Hac de re tota diligentiſſimè Henriq. *l.2.c.5.* & Lauræa *d.11.a.6.*

Nauarrus
Coninch
Suar.
Vaſq.
Henriq
Naur

CAPVT IV.

De defectu, nullitate, & reiteratione Confeſſionis.

NOuem numerantur defectus ob quos inualida ſit Confeſſio. Primus defectus ætatis, & diſcretionis: vnde pueri non tenentur ante vſum rationis confiteri. Secundus, defectus intentionis, vel in pœnitente confitendi, vel in Confeſſario abſoluendi. Huc reducitur defectus finis, qui ſi mortaliter malus ſit, irritat confeſſionem, vt ſi quis animo conciliandi fœminā opera Confeſſarij ad Confeſſionem accedat. Si venialiter malus ſit finis, puta ob vanam gloriam, irritari Confeſſionem dicit Sylueſter *verb. Confeſſio primo q. 7.* ſed melius negat Vaſquez *q.82.ar. 3. dub.2. in tom.4.* quia peccatum veniale non eſt obex gratiæ, neque vitiat Sacramentum. Tertius, defectus attentionis, nam ſi Confeſſarius dormiat, vel non intelligat linguam, confeſſio nulla erit, & pœnitens qui hoc ſciat, grauiter confitendo peccabit. Quartus defectus doloris, de quo ſatis ſupra diximus. Quintus, defectus propoſiti impoſterū non peccandi. Sextus, defectus materiæ culpabilis, vti cum quis reticet peccatum ob verecundiā, vel ex cauſa iniuſta. Septimus, defectus formæ, cum Sacerdos prauè abſoluit. Octauus, defectus iuriſdictionis in Sacerdote abſoluente. Nonus, defectus ſcientiæ in Sacerdote.

Sylueſter
Vaſq

In his caſibus iteranda Confeſſio, vti patet ex ijs. Quomodo autem ſit iteranda, explicemus. Igitur Confeſſor, vel eſt idem, vel diuerſus. Si diuerſus de integro facienda eſt Confeſſio: quippe Confeſſori nouo nihil de præteritis peccatis innotuit. Si eſt idem, apud omnes illud conſtat, ſi Confeſſor recordetur peccatorum ſufficere vno verbo omnia memorare. Illud ventilatur, quando Confeſſor obli-

Cord. Medina obliuiſcitur peccatorum: Corduba totam ex integro repetendam eſſe Confeſſionem cenſet *in ſumm. q. 6.* Medina *eod. de Confeſſ. quæſt.* de Circumſtantijſ, & de Confeſſione prauo Sacerdoti, negat. Nauarr. Nauarrus *c. 9. num. 19.* diſtinguit: & ſi pœnitentia erat impoſita, negat iterandam, ſin minus affirmat repetendam. Suarez Suarez *d. 22. ſect. 6. num. 7.* ait ſi Confeſſio nulla fuit ex defectu doloris, vel integritatis, vel iuriſdictionis totam rurſus Confeſſionem eſſe retexendam. Si ſolum fuit nulla ex defectu formæ malè prolatæ v.g. non eſſe iterandam, ſed ſolum defectum eſſe ſupplendum. Ego verò dico ſatis eſſe in omni caſu generalem quandam commemorationem peccatorum, eamque requiri, vt fiat renouatio iudicij; quod ſi Confeſſor etiam generaliter recordetur illius, ſufficere, vt abſoluat. Hoc poſteà reperi in Vaſq. Vaſq. q. 92. ar. 3. dub. 2. Ratio eſt, quia ſemper illa peccata, quando abſoluuntur, debent eſſe materia præſens, non tamen neceſſe eſt, vt ſigillatim repræſententur; ſatis eſt enim generaliter repræſentari, & ſtatum peccatoris aperiri.

Occurrit verò hic caſus familiaris, quando ſcilicet pœnitens non implet pœnitentiam impoſitam, & omiſit ſatisfactionem; nam ſunt, qui affirment iterandam tunc eſſe confeſſionem, quia vt congrua ſit pœnitentia, requiritur cognitio peccatorum. Negandum tamen cum vtroque Soto, Vaſq. Suar. quos citat, & ſequitur Vaſquez q. 94. ar. 2. dub. 4. & Suarius d. 22. ſect. 6. n. 5. in omni euentu, etiamſi ſatisfactio & pœnitentia illicitè cum peccato mortali omittantur. Ratio eſt, quia ſatisfactio futura non fuit de eſſentia confeſſionis, quæ valida per abſolutionem eſt, neque ſuſpenditur, vſque ad impletionem ſatisfactionis. Itaq; cum vera fuerit Confeſſio non erit iteranda, ſed pœnitentia de nouo imponenda, cum præſertim hæc poſſit impleri in Purgatorio, & pertineat ad pœnam temporalem relictam ex peccatis remiſſis.

Alterum hic dubium eſt, Vtrum quis peccata dubia teneatur confiteri? Reſpondetur ex ſupradictis cap. 1. cum Sayro, & Suario, ſuppoſito peccato, quodcunque dubium exiſtat de grauitate, vel ſpecie peccati ſemper eſſe confitenda, vti ſunt dubia. At ſi dubitatio verſatur circa ipſummet peccatum? An peccauerit? vel non; Laur Laurea affirmat ex Scoto d. 12. art. 4. Id quidem practicè verum eſt, ac ita omnino faciendum; ſed ſpeculatiuè negans ſententia probabilis videtur ex ſupradictis c. 1. An autem oporteat addere aliqua certa, ſaltem venialia? reſpondeo, qui dubitat, an peccauerit vllo modo, omnino debet certum aliquod veniale confiteri. Si tamen dubitet, vtrum grauitas peccati peruenerit ad mortale non opus tunc eſſe addere certum aliquod veniale de nouo: iam enim in illo dubio de mortali includitur certitudo de veniali: cuiuſmodi autem debeat eſſe dubium pendet ex prudenti iudicio.

Maior eſt ſequens dubitatio, An ſit mortale peccatum, veniale aliquod commiſſum negare, vel non commiſſum fateri? Reſpondetur neutrum eſſe mortale, nam cum veniale non ſit materia neceſſaria, nec grauis, delictum ex illo mendacio, vel circa omiſſum, vel circa commiſſum non erit graue, modo aliunde non detur grauis circumſtantia, vti ſi quis pro tota materia Confeſſionis proponat venialia falſa, tunc enim ex iniuria Sacramenti exiſtet graue peccatum. Nauarrus *in ſumm. c. 21. num. 37. & 38.* & Petr. Soto *lect. 10. de Confeſſ.* circa finem, & Suarez *d. 22. ſect. 10.* Vaſquez *quæſt. 90. art. 1. dub. 7.* Nauarr. Pet. Soto Suarez Vaſq

Principalis hac in re quæſtio eſt, vtrum inualida ſit ſemper Confeſſio trunca, & ex parte non integra? An aliquando liceat omiſſo peccato graui mutilare illam, & non ex integro confiteri? Reſpondetur eſſe caſus, in quibus Confeſſionem mutilare omittendo peccata, licitum ſit. Duo fermè ſunt. Primus eſto in periculo mortis, vel pœnitentis, vel confeſſoris, vel ſociorum, qui tenentur omnes in eo periculo confiteri v.g. in naufra-

gio

Digitized by Google

gio, quando periculum eſt, ne aut pœnitens, aut Confeſſor, aut vterq; breui moriantur, & ſocijs in eadem naui non ſit locus confitendi: ſatis enim tunc erit certum aliquod peccatum fateri reliquis omiſſis. Secundus in euentu quo aliquis ex Confeſſione peccati incurrit graue damnum, ſiue ſpirituale, ſiue temporale. Quæ doctrina communis eſt Authorum, ſed grauitas damni excuſantis accuratius inquirenda. Exemplum grauis damni temporalis erit mors inferenda, vel pænitenti, vel alteri perſonæ. Spiritualis exemplum eſto occaſio lapſus in graue peccatum orta ex Confeſſione, vt ſi fœmina impudicè amat ipſum Sacerdotem, celare peccatum debet, ne illum ad peccandum inducat, vel cum quis peccauit cum matre, vel ſorore Sacerdotis, in cuius ille peccati notitiam veniat ex Confeſſione. His accedit timor iuſtus fractionis ſigilli: tunc enim celandum peccatum eſt; quando autem ita liceat diminutè cõfiteri, neceſſitas docebit. Erit autem quando pœnitens ad ſeruandum præceptum tenetur confiteri, vel ad ſcandalum vitandum niſi confiteatur. Tenebitur tamen poſtea illud peccatum, de quo tacuit ſuo tempore, ceſſante illo periculo, confiteri. Quæ omnia ſunt ex mente Suarij *diſ.23. ſect.2.* & Vaſquij *q.91. a.2. dub.3. n.29.* cum quibus video ſentire Lauræam *d.12. a.5.*

Suar. Vaſq. Laur.

Præcipua cauſa nullitatis Confeſſionis ſumitur ex defectu iuriſdictionis in Confeſſario. Primo, ſi Sacerdos non eſt. Secundo, ſi non approbatus. Tertiò, ſi ſuſpenſus, vel excommunicatus denunciatus; nam ſi quis cuiquã horum confiteatur, inualidè confitebitur excepto mortis articulo, de quo poſtea. Si tamen Sacerdos ſit toleratus in officio v.g. Parochus, quem populus putat eſſe legitimum, factæ illi Confeſſiones valent, nec enim per defectum priuatum Sacerdotis amittitur iuriſdictio. Ita communiter docent Doctores ex lege Barbarius ff. de officio Prætoris, quia ſuppletur in eo euẽtu in gratiam bonæ fidei, & animarum ſalutis authoritate publica defectus authoritatis priuatæ; interuenit enim, vt ſupponimus titulus coloratus, & cõmunis error. Quare Confeſſio facta Sacerdoti excommunicato denunciato in loco vbi non eſt notoria Cenſura valebit, ſi ibi ad munus audiendi Confeſſiones publicè exponatur. Quod adeo verum eſt, vt quamuis poſtea appareat illum caruiſſe vera iuriſdictione, non teneantur pœnitentes Confeſſiones cum illo factas iterare. Ita communis ſententia.

Vltima quæſtio ſit, vtrum pœnitens excommunicatus poſſit licitè, & validè confiteri? Reſpondeo ignorans ſe eſſe ligatum, poteſt; ſciens non poteſt. quod ſcit ſeeſſe priuatũ ſuſceptione Sacramentorum. De hoc quippe loquor, atque adeo peccat ſuſcipiendo. Si autem ignoret vincibiliter peccans ignorando, vtrum valeat Confeſſio ad quã accedit? quæritur. Valere affirmat à S. Fauſto, ſed eſſe informem Confeſſionem addit. Ego prorſus nego; nec enim video, quomodo cum illo peccato antecedente illam Confeſſionem & eamdem concomitante valeat Confeſſio? nam ille homo, vt ſupponitur, eſt in peccato mortali, & cum illo accedit ad Sacramentum. Non poteſt ergo validè confiteri, ac proinde illa Confeſſio eſt nulla, & ſacrilega. Huc ſpectabat quæſtio de reuelatione complicis, vtrum eius cauſa taceri peccatum poſſit? ſed illam ad quæſtionem de ſigillo reſeruo.

R. ás. Fauſ.

CAP.

CAPVT V.

De Miniſtro huius Sacramenti.

MIniſtrum neceſſarium Sacerdotem eſſe conſtat, & nullo modo alium, vel laicum, vel in minoribus, quàm ſit Presbyteratus, ordinibus conſtitutum. Et quidem de ordinario Miniſtro de fide eſt iuxta Cõcilium Florentinum in litteris Vnionis

Florent. Trident.

& Tridentinum *ſeſſ.14.c.6.can.9.& 10* & habetur cap. *Quidam dicunt* de Pœniten. An autem in aliquo euentu poſſit quis alicui non Sacerdoti, imò & laico confiteri? nonnulli Theologi

Magiſter

cum Magiſtro *d.17.cap.4.* affirmarunt, non quod laicus poſſit abſoluere, ſed quòd pœnitens teneatur, quod in ſe eſt facere, id eſt confiteri. Sed eſt opinio antiquata, quare dicendum nunquam licere, quia nemo præter Sacerdotem Iudex eſſe poteſt in foro Sacramentali. Accedunt aliæ rationes, quas expendit vterque Soto: Dominicus *d.18.q.4.a.1.* Petrus *lect.5. de Conf.* Quando autem iſta poteſtas, &

Dominic Scotus Pet. sotus

quomodo data fuerit à Chriſto, cum de poteſtate clauium egimus, accuratè, opinor, declarauimus. Huius autem loci propria, & magna quæſtio eſt, vtrum poteſtas abſoluendi in ordinatione Sacerdotis conferatur, & ex virtute ordinis ei donetur?

Tres ſunt celebres ſententiæ. Prima; affirmans poteſtatem abſoluendi ad poteſtatem ordinis pertinere, ac eſſe partem illius: ſed illam poſtea ligatam prohibito, vel reſtricto actu, & vſu eius ab Eccleſia. Itaque poteſtatem in ipſa ordinatione conferri, vſum & actum inhiberi poſſe. Ita Armacanus *lib.1. de quæſt. Armenorum c.4.*

Armac

Probat Durandus, Almainus, & alij apud Suarez *diſ.16. ſect.3.* & S. Fauſto *l.6.q.7.* & Vaſquez *q.93.a.1.dub.2.* Secunda negat poteſtatem iuriſdictionis ad abſoluendum dari in ordinatione, atque diſtinctam eſſe omnino à poteſtate ordinis, quæ imprimit characterem, & eſt prorſus indelebilis, cum poteſtas iuriſdictionis ſit extrinſeca, & moralis, & data per humanam conceſſionem: eſt communis. Tribuitur D.Thomæ *2.2.q.39.a.3.& 4* Sequitur Medina *Cap. de Confeſſ. q. de alieno &c.* & Canus *relect.5.* & Suarez *d.16.ſec.3.* & Coninch *tom.2. de Pænit. d.8.nu.10.* & S.Fauſto *l.6.q.7.*

Durand Almain Suarez s.Fausto Vaſq.

D.Thom. Medina Canus Suarez Coninch s Fauſt.

Tertia mediat inter vtramque, & ait poteſtatem iſtam abſoluendi à peccatis conferri habitu & in radice in ordinatione ad actus exercendos erga alios, pendere quoad vſum, & modum à conceſſione extrinſeca; itaque partim intrinſecam eſſe quoad habitum, partim extrinſecam quoad actum & exercitium. Eſt Antonini *3.p.tit.17.cap.4.caſ.3.* Cather. *in opuſc.* hac de re tit. *Vtrum ratione.* Nauarri *in Manuali c.4.n.3.& 4. & in c. placuit diſt 6.n.4.* & Vaſquez *tom.4. in 3.p.q.93.a.2.dub.2.* & inclinat Layman *tract.6. cap.10.* Hæc tertia placet, ac eam confirmare libet idoneis argumentis. Primum eſto, poteſtas iſta abſoluendi fundatur in illis Chriſti verbis Ioannis 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorũ remiſeritis peccata &c.* ſed hæc verba non conferunt poteſtatem ordinis, quæ eſt erga Corpus Chriſti verum: ergo cõferũt poteſtatem circa Corpus Chriſti myſticum: hæc autem non eſt ordinis: igitur eſt iuriſdictionis ſaltem inchoatæ. Secundum, quilibet Sacerdos accipit iſtam poteſtatem abſoluẽdi à peccatis ſecundum ſe vt ſit iudex in Tribunali Diuino, & virtute illius exercet actus iuriſdictionis circa pœnitentes, & repræſentans Deum dicit, *Ego te abſoluo:* ergo participat hanc authoritatem ab ipſo Deo, qui ſolus poteſt, & peccata remittere, & poteſtatem remittendi dare. Tertiũ, quia ſi iſta poteſtas eſſet extrinſeca, & non emanans immediatè ab ordine poſſet conferri alteri non Sacerdoti ex natura ſua, ſed hoc eſt falſum; ergo hæc poteſtas non eſt humana, nec extrinſeca, ſed à Deo donata, & intrinſecus inhærens.

Nauarr Vaſq

Layman

Ioann.

Quod autem opponunt hanc poteſtatem eſſe in aliquibus ordinariam,

in

in alijs delegatam, nihil officit noſtræ doctrinæ, quia hæc variatio modi ſpectat ad vſum, & adminiſtrationē huius poteſtatis, non ad ſubſtantiam illius, quæ remanet integra in Sacerdote, ſed cum in actum externum proditura eſt, poteſt variari, quia verſatur circa perſonas, quas poteſt Eccleſia deſignare, & in materia, quæ mutari, & variari poteſt. Imò retorqueo argumentum, quia ſi Eccleſia velit poteſtatem ordinariam delegato, & delegatam ordinario conferre, & vices mutare, poterit ſanè id efficere, non alia ratione, niſi quia vſus variabilis eſt, non autem poteſtas habitualis, quæ in ipſis Sacerdotibus ineſt, & à Chriſto data, & nixa Ordine, & in eo radicata. Apparet autem magis in eo, quod quando reſeruantur peccata, & iterum relaxantur, nulla mutatio fit in ipſa iuriſdictione Sacerdotis, ſed in materia, & perſona pœnitentis, & vbi primum hic liberatur impedimento ſtatim Sacerdos eum poteſt abſoluere, quod ſignum eſt mutationem, quæ fit, non eſſe ex parte Sacerdotis, ſed ex parte materiæ, & vſus conſecuti. Scio Vaſquium nolle in hac ſententia fuiſſe Nauarrum, ſed omnino fuit; nam pro ea citat Vaſquez Paludanum, de quo dixerat anteà fuiſſe in prima ſententia. Igitur ex eo concluditur fuiſſe item Nauarrum, quem Vaſquez, ait cum Paludano ſentire, cum quo tandem Vaſquez ipſe conſentit, quando illum pro ſua ſententia citat. Itaque Vaſquez dum vult Nauarrum excludere, ſe. quoque ſententia ſua dimouet, & dum poſtea ſecum ait Paludanum ſentire, facit omnium trium vnam eſſe, & eandem ſententiam. Vaſq. Nauarr.

Aſſerta Iuriſdictione, qui ſint Miniſtri, videndum. Ac primum de poteſtate Miniſtri Ordinarij dicendum. Igitur primus, & vniuerſalis Miniſter Summus Pontifex eſt, qui immediatè à Chriſto iuriſdictionem habet, vti diximus Tractatu de Clauibus; & habetur cap. in nomine Domini diſt. 23. Poſt Papam ſunt Epiſcopi, de quorū iuriſdictione dubitatur, an ſit immediatè à Chriſto? Nos loco proximè citato negauimus, & per Pontificiam dari tenuimus, idque exactè opinor probauimus, non habitualem illam, ſed actualem, & caſualem. Nunc ſatis erit Henriquez citare l. 3. c. 5. & 3. Vaſquez q. 93. ar. 1. dub. 2. qui huius eſt author ſententiæ cum multis quos adducit. Tertio loco poſt Epiſcopos Parochi ſunt omnino Iudices Ordinatij, iuxta commune Theologorum placitum in 4. diſt. 17. Ideoque in Iure proprij Sacerdotes appellantur. Ad hos pertinent Prælati Religionum. Omnes autem accipiunt iuriſdictionē ab homine; nam ſi Epiſcopi non habent illam immediatè à Chriſto, multò certè minus Parochi, Prælatique habebunt. Proprius autem Sacerdos ille dicitur, cui ex officio commiſſa eſt cura certarum ouium: idemque dicitur Ordinarius, quales ſunt Epiſcopi, in ſuo Conuentu. Cum autem Parochus, & Parochiani, Prælatus, & Subditi, ſint relati, oportet, vt ſicut ille ſubditos, ita hi ſuperiores norint. Circa quod nonnullæ quæſtiones ſunt. Henriq. Vaſq.

Prima, vtrum ſubditus habens duo domicilia; vnum hybernum, alterum æſtiuum, poſſit vnum eorum ſibi eligere, & vni tantum Parocho confiteri, an vtique pro ratione domicilij, & temporis debeat ſubeſſe? Reſpondeo cum Nauarro in cap. Placuit num. 77. & Suario d. 25. num. 5. non oportere, vt duos pro duobus domicilijs ſuperiores habeat, ſed ſatis eſſe vnum, quem velit eligere, eique toto anni tempore confiteri. Ratio eſt, quia iuriſdictio non eſt metienda, nec varianda per locos, ſed deſumenda ex perſona: cum ergo perſona vna ſit, & verè ſubdita vtrique, poteſt alterū eorum quem velit pro ſuperiore eligere, præſertim in foro conſcientiæ, & interiori, quod non eſt addicendum locis. Nauarr. Suarez

Secunda quæſtio ſit: quando quis mutat habitationem ex legitima cauſa v.g. Legatus, aut Scholaſticus, dum eſt extra ſuum domicilium, quem

Pa-

Parochum habere debeat? Reſpondetur iſtum habere pro Parocho illum in cuius habitat territorio, & in quo verſatur Legatus, aut Scholaſticus, eique confiteri debere. Ita Gloſſa Clementina 1. de Priuileg. & Nauarrus proximè citatus. Suarez n. 6. Coninch. d.8. dub. 3. 3. n. 21.

Gloſſ Clement: Suarez Coninch

Tertia de Vagis, & Peregrinis in qua dicendum, eos vbi actu habitent, ibi Parochos habere, Vagis tamen licere pro libito, quemlibet ex Parochis eius oppidi, in quo ſunt eligere teſte Vaſq. *q. 93 artic. 1. dub. 4.* contra Suar. *d. 75. ſect. 2. num. 7.* Si autem Peregrini ſint, Confeſſarios hinc inde eligere non poſſe, ſed confiteri debere Parocho loci, in quo habitant, non datur autem licentia ex eo, quod peregrinentur abſoluendi à caſibus reſeruatis: imò ſi qui ſunt caſus reſeruati in Parochia ſua, iiſdem tenentur, ſicut cœteri Parochiani, & alij Epiſcopo loci ſubiecti. Ita ex Caietano, & alijs Vaſq. *q 93 ar. 1. dub. 4.* & Henriq. *lib. 3. c. 8.*

Vaſq Suar.

Vaſq Henriq

Duo hic ſunt animaduertenda. Primum, iuriſdictionem ſequi perſonam, cui ineſt, non locum: vt ſi Epiſcopus iter faciat cum ſua familia, vbicumq; ſit, poteſt illam abſoluere, & idem eſt de ordinario Sacerdote habente iuriſdictionem, & de illo, qui eam ab Epiſcopo accipiat in omnes Subditos; poterit enim eos, vbicumque ſint abſoluere. Secundum, ſubditum peccantem in aliena Diœceſi, puta Senenſi, non poſſe ratione delicti confiteri, quando eſt extra Senas Sacerdoti illius, in qua deliquit, quia iuriſdictio non reſpicit delictum, ſed perſonam; quæ duo ſunt Suarij *diſp. 25. ſect. 1. num. 17. & 18.*

Suar

Ordo autem Miniſtrorum, qui ſunt Ordinarij eiuſmodi eſt. Parochi ſubduntur Epiſcopo. Epiſcopi Papæ; poſſuntque ex priuilegio eligere ſibi quẽlibet Confeſſarium ex approbatis cap. vlt. de Pœnit. & remiſſ. Nomine autem Epiſcoporum intelliguntur item Prælati; etiam Religioſi, vt Abbates, Generales, Prouinciales, Rectores, & Priores. Teſte Vaſquez *q. 93. ar. 2. dub. 4.* Familiæ Cardinalium ipſum, vel quem ipſe deſignet Confeſſarium habent. Familia Papæ, eum vel Summum Pœnitentiarium, vel quem ipſi duo velint. Deinde Decani Eccleſiarum, & Archidiaconi eximi ſolent à Parochis, & immediatè ſubordinãtur Epiſcopis. Religioſi autem, & Moniales ſuis ſuperioribus parent. Nouitijs dubium eſt, an poſſint confiteri Ordinario loci, an ſoli Magiſtro Nouitiorum teneantur. Cenſeo illis de iure communi licere ordinario cõfiteri, non enim ſunt Religioſi, atque adeo liberi ad confitendum ſuo proprio Parocho, præter Magiſtrum. De his, & alijs priuilegijs nouitiorum latè, & eruditè Henriquez *lib. 7. de Indulg. c. 22.*

Vaſq

Henriq

Circa poteſtatem delegatam ſtatuam concluſiones tres. Prima eſto. Quicumque habet ordinariã poteſtatem poteſt illam alteri idoneo Sacerdoti delegare. Merè autem delegatus nequit ſubdelegare. Conſtat, quia Ordinarius fruitur propria poteſtate, Delegatus autem vtitur aliena. Hæc omnia diligenter exequitur Henriquez lib. 3. c. 7.

Henriq

Secunda Concluſio. Poteſtas delegata tranſmitti debet per voluntatem moraliter ſaltem ſignificatam à delegante. In hac dubium eſt, vtrum Ratihabitio ſufficiat? v.g. cum quis accedit ad Sacerdotem alienum præſumens, quod proprius ratam poſteà habebit Confeſſionem illi factam. Qua in re negandum eſt per illam præſumptionem fieri poteſtatem: nam illa præſumptio tota eſt ex parte præſumentis, & nihil habet à voluntate delegantis. Ergo non confert iuriſdictionem. Ita Medina *Cod. de Pœnit. q. de multiplici licentia.* & Suarez *diſ. 26. ſect. 1. num. 19.* & Coninc *d. 8. dub. 5. n. 34.* Henriq. *lib. 3. c. 12.* & Vaſq. *q. 93. ar. 2. dub. 2.*

Medina Suar Coninch Henriq Vaſquez

Tertia concluſio. Omnis iuriſdictio delegata pendet ab arbitrio, & voluntate delegantis iuxta modum, tempus, & rationem. Circa hanc eſt quæſtio nobilis; an facultas delegata expiret morte delegantis? Reſpon-

deo, quæ delegatur à Pontifice, eam
non expirare, donec reuocetur. Idem
cenſeo de delegata ab Epiſcopo cum
Nauarr Nauarro cap. placuit, & Suario d, 26.
Suar. ſect. 3. n. 9. imò & de Parocho regula-
riter loquendo; nam hęc poteſtas eſt
occulta, & in foro conſcientiæ, vt
Layman aduertit cum multis Layman tract. 6.
c. 10. Idem à fortiori dicendum, ſi
Epiſcopus Parochuſue ſuſpendatur,
& quidem à fortiori cum iuriſdictio
in eo non expiret, ſed ſuſpendatur.
Illud excipe, ſi delegans dicat ad pla-
citum ſuum ſe delegare: hæc enim
facultas extincta perſona cum placi-
to expirabit.

Duæ ſunt in hac materia celebres
quæſtiones. Prima, vtrum omnis
Sacerdos poſſit abſoluere à veniali-
bus, & mortalibus iam confeſſis? Se-
cunda, vtrum in articulo mortis ab
omni peccato graui, & cenſura poſ-
ſit abſoluere? Circa primum reſpon-
deo affirmando, quod nemo fere
Theologus negat. De iuriſdictione,
qua id poteſt, dubitatur. Quidam
aiunt non eſſe neceſſariam iuriſdictio-
Soto nem vti Soto *in 4. diſt. 18. q. 4. ar. 2.* Alij
D. Thom dicunt cum *D.* Thoma *ibi q. 1. ar. 3. ad*
3. poteſtatem Ordinis ſatis eſſe. Ca-
ietanus *to. 1. opuſc. tr.* 7: & in ſumma
Caiet. verb. Abſolutio, vult vt pœnitens det
Palud iuriſdictionem Sacerdoti. Paludanus,
Ledeſma & *L*edeſma *q. 27. ar. 2.* malunt à iure
Suar. Diuino procedere: Suarez d. 26. ſect. 5
contendit à Pontificibus manaſſe: cõ-
Layman ſentit Layman tr. 6. c. 10. n. 2. qui ait
poſſe Eccleſiam auferre poteſtatem à
denunciato abſoluendi à venialibus,
& mortalibus confeſſis. Mihi proba-
tur Vaſquij, quæ eadem eſt cum Palu-
dani, & Ledeſmæ ſententia: iure Di-
uino, & ex inſtitutione Sacerdotij il-
lam poteſtatem Presbyteris conueni-
Vaſquez re. Ita Vaſq. poſt longam ratiocina-
tionem q. 93. ar. 1. dub. 6. Quare in hac
Controuerſia ſic iudico. Iure Diuino
licere cuicumque Sacerdoti de venia-
libus, & mortalibus confeſſis abſol-
uere; & hanc poteſtatem manare ex
ipſa Ordinatione authore *D.* Thoma
D. Thom. in 4. q. 1. ar. 3. vbi dicit remiſſionem ve-
nialium ſequi poteſtatem Ordinis, ex
quo maximè confirmatur noſtra ſen-
tentia de collatione poteſtatis habi-
tualis, & inchoatæ in ipſa ordinatio-
ne; non enim video quomodo facul-
tas illa generalis omnibus conceſſa
Sacerdotibus iure ſit humano conſti-
tuta. Vnde item exiſtimo falſum eſ-
ſe, quod affirmat Layman, auferri eã
à Sacerdote denunciato; nec enim
aufertur, ſed impeditur vſus illius.
Quare ſi occultè, & citra ſcandalum
abſolueret, valida eſſet abſolutio.

Circa ſecundum, primò certum
eſt quando non eſt niſi vnus tantum
Sacerdos, quicumque ille tandem ſit,
poſſe abſoluere pœnitentem in arti-
culo mortis. Probatur ex verbis Con- Trid.
cilij Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. dicentis,
Omnes Sacerdotes poſſe in eo arti-
culo abſoluere quoslibet pœnitentes
à quibuſuis peccatis, & cenſuris,
quod tradit Diuus Thomas in 4. d. 19.
q. 1. Canus *5. p. Relect. de Pœnit.* Syl- D. Thom.
ueſter, & Angelus V: Confeſſio, & Canus Angel
cum pluribus alijs Vaſquez *q. 93. ar.* Vaſq
1. dub. 4. & Henriq. *lib. 3. cap. 9.* Secun- Henriq
do illud item receptum eſt, articu-
lum, & periculum mortis perinde eſ-
ſe v. g. longa nauigatio, partus, bel-
lum; vti docet Nauarrus *in ſumm. c.* Nauarr
26. num. 31. & Sylueſter *V. Confeſſio* Sylueſt
q. 6. p. 7. & Henriq. *lib. 3. cap. 9.* & Vaſ- Henriq Vaſq
quez *q. 93. ar. 1. dub. 5.* & Suar. *d. 26.* Suar.
ſect. 5. De illo quæſtio eſt, vtrum præ-
ſente Sacerdote proprio alienus: ap-
probato non approbatus: libero im-
peditus, eligi poſſit alienus, non ap-
probatus, impeditus, omiſſo proprio,
approbato, & libero? Reſponſio pen-
det ex titulo iuriſdictionis, quem ha-
bet Sacerdos in eo actu. Nam ſi ex
iure Diuino, omnes ſunt pares, & pro-
prij: ſin aliter, non poſſunt omitti ido-
nei, & eligi inepti. Et quidem com-
munis ſententia eſt hac ratione proce-
dendum, vt proprius alieno, appro-
batus non approbato, liber impedito
præponatur; quia iuriſdictio etiam in
eo caſu eſt aduentitia, & Eccleſiaſti-
ca. Ita Suarez cum multis *d. 26. ſect.* Suar
4. & S. Fauſto *lib. 6. q. 38.* *Layman tr.* S: Fauſt. Layman
6. c. 12. vbi communem hanc ſenten- Vaſq.
tiam dicit, & tandem Vaſq. *q. 98. ar.*
1. dub.

l.*dub*.3. quamuis in origine,& iure poteſtatis aliter opinetur.

Ego tamen qui ſentio illam poteſtatem in eo caſu eſſe ex iure diuino per Apoſtolicam traditionem cum Durand. *d.* 19. *quæſt.* 2. *ar.* 4. & Capreol. *ad* 4. *contr.* 3. *concl.* & Paludan. 20.*q*.1.*art*.2. Cano *relect. de Pœnit. p.* 5. Nauarr. *in Manuali cap.* 27. *num.* 270. Richard. *ar.* 3. Armilla *verb. Abſolutio*, & Gloſſ. *in cap. Non eſt, de ſponſal.* iudico poſſe quemlibet Sacerdotem eſſe miniſtrum idoneum in eo euentu, & parem eſſe omnium conditionem, itaque pœnitenti liberum eſſe eligere quem maximè velit, præteritis, quos velit, ita vt etiam ipſemet Parocho ſimplex Sacerdos præferatur. Ratio eſt, quia illud eſt Priuilegium factum in fauorem morientium, & intuitu extremi periculi omnis Sacerdos vocatur, & expeditur. Igitur non eſt opus limitare conditiones, & gradus vbi priuilegium eſt commune, nam hoc eſſet intricare conſcientias pœnitentium, & obligare illos ad examinandos alios, & conditiones aliorum, & ipſam neceſſitatem ad tribunal vocare, & ante Sacramentale iudicium, aliud iudicium ſubire compellere. Sic ſentiunt præter citatos Coriolanus de Caſibus reſeruatis *p.*1.*ſect.*2.*art.*16. Rodrig. *tom.* 1. *caſuum cap.* 59. *concluſ.* 3. Sà *Verb. Abſolutio num.* 3. Barboſa *de Officio, & poteſtate Epiſc. allegat.* 25. & Beneu. *in prax. de Pœnit. cap.* 15. *quæſito* 4. & 5. & tenuerat Nauarrus *conſil.* 15. *de Pœnit. & remiſſ. num.* 3. quamquam mutauerit ſententiam *in Manual. cap.* 26. *num.* 31. Cui ſimilis fuit Naldus, qui verbo Confeſſio, & Confeſſarius aſſeruit ſimplicem Sacerdotem, etiam præſente Parocho idoneum miniſtrũ eſſe in articulo mortis. At verò infra verb. Neceſſitas, id negauit. Vaſquez doleo cum poteſtatem admittat, actũ, & vſum huiuſce poteſtatis eo in ſtatu negare. Solet pro hac noſtra ſententia citari Henriquez, ſed ille contra ſentit expreſsè *lib.* 6. *de Sacramento Pœnit. lib.* 3. *c.* 11.

Duhand. Capreol. Paludan. Canus Nauarr. Richard. Armilla Coriolan Rodriq Sà. Barboſa Nauarr. Naldus Henriq

Solum obſtat decretum Sacræ Cardinalium Congregationis allatum à S. Fauſto, quod vetat ne quis infirmus præſente, & parato ad Confeſſionem Parocho ſine cauſa vlli Sacerdoti confiteatur. Cui reſpondeo Cardinales hoc decreuiſſe in morbis ordinarijs, & domeſticis, ex quibus mors naturaliter conſequatur, non verò in alijs mortibus, quæ accidentaliter contingunt, vti ſunt, quæ accidunt in bello, & naufragio, & ſimilibus, in quibus datur diuerſa ratio: nam imprimis datur locus confitendi durante morbo: & deinde ex illa Confeſſione arbitraria ſequeretur cõtemptus Parochorum, cui Sacra Congregatio Cardinalium obuiam ire voluit. Quare de ſolo infirmo in morbis ordinarijs ſunt locuti.

CAPVT VI.

De approbatione Miniſtri, & de facultate eligendi Miniſtrum pœnitentibus conceſſa.

Requiri vltra Ordinem, & iuriſdictionem de quibus diximus approbationem perſonæ poſt Concilium Tridentinum conſtat ex ſeſſ. 23. cap. 15. de Reformatione. Quæ autẽ approbatio ſufficiat idem tradit, dum ait, *Eum idoneum reputari, qui vel Parochiale beneficium habeat, vel ab Epiſcopis per examen, aut aliàs aptus iudicetur*. Ex quo patet ſufficere quemlibet ex his titulis, quemadmodum obſeruat Suarez *d.* 28. *ſe ct.* 4. & Vaſq. *q.* 93. *ar.* 3. *dub.* 3. Fuerunt qui dicerent Doctores, & Licentiatos in Academijs eo ipſo approbatos cenſeri, ſed minus meo iudicio ſapienter; nam Concilij Decretum vetat, ne quis præter illos, quos deſignat Epiſcopus, idoneus cenſeatur. Authore Toleto *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 5. Cuius autem Epiſcopi debeat eſſe approbatio, prolixè Suarius

Concil. Trident. Vaſq. Saur Tolet.

rius inquirit *d. 28 .ſect. 6.* Vno verbo dico: Epiſcopus Ordinarius Sacerdotis illum approbare poteſt, ac debet. Ita ille, & Reginald. *lib. 1. à num.* 183. Fr. Ioan. de la *Cruz de Stat. Relig. lib.* 2 *cap. 6. dub.* 5. & Aegydius *d. 8. nu.* 10. Pro qua reſolutione 2. declarationes
A s. Fauſt Cardinalium affert à S. Fauſto *lib. 6. q.* 42. alios in aliis caſibus, quos obiter infra tangam, non excludo. Eò tota quæſtio vergit, vtrum qui ſemel ſit ab Epiſcopo ſuo approbatus, cenſeatur vbique, & perpetuò approbatus? ita ut quocumque eat ſemper circumferat teſtimonium approbationis ſuæ? an verò neceſſe ſit, mortuo ſuo Epiſcopo iterum in ſua Diœceſi, aut eo viuo in alijs, quo ſe conferat, approbari? Et quidem Confeſſarij Regulares approbati Romæ non debent examinari extra Vrbem ab alijs Ordinarijs, ſed ſufficit præſentare litteras Romæ ſibi datas, & licentiam audiendi petere ab ipſis Ordinarijs. Ita conceſſit Sixtus V. Anno Dom. 1586. Congregationi de Oratorio Sanctæ Mariæ in Vallicella authore Quaran-
Quaranta ta in Summa Bullarij titulo: Cõfeſſor, vbi refert priuilegia de verbo ad verbum, & declarationem Sacræ Congregationis pro illius obſeruantia. Hoc habet item Cardinalis de Lugo
Lugo *d. 21. ſect. 2. nu.* 29. Quod attinet ad quæſtionem generatim propoſitam. Communis ſententia negat primam illam approbationem ſufficere pro alijs Epiſcopatibus, ac proinde affirmat debere eum ab alijs, in quorum territorijs verſatur Epiſcopis, approbari. Nititur verbis Concilij requirentis Epiſcopos in plurali; ait enim, *Ab Epiſcopis idoneis iudicetur.* Confirmat Decreto Sacræ Congregationis Cardinalium his verbis definientis cauſam Epiſcopi Valentini: *Approbatum ab alio, quam à Valentino Epiſcopo in Diœceſi Valentina non cenſeri approbatum.* Quibus fundamentis hãc
Vaſq. Molſeſ. Bonac Layman Quarant ſententiam fulcit Vaſq. *q. 93. artic. 5. dub. 4. num. 3.* & Molfeſius *in ſumm. ca. 16 num. 20.* & Bonacina *diſp. 5. de Pœnit. q. 7. p. 4 §. 1. num. 21.* Layman *tr. 6. cap. 11. num. 8.* & Quarant. *ver: Confeſſor.* & Beja *4. q. caſ. 20.* & *S. Fauſt. lib 6. quæſt. 54.* S. Fauſt

Affirmant tamen Henriquez *lib. 7. c. 12. n. 4.* & Coninch *d. 8. dub. 7.* quem citat Layman *nu. 7.* Nec diſſentit Suarez *d. 28. ſect. 7. n. 4.* & Medina *1. 2. q. 19. ar. 9.* & Corduba *in ſumm. Hiſpan.* ſemel approbatum abſolutè ac ſimpliciter ab Ordinario ſuo, in perpetuum, & vbique approbatum cenſeri. Ratio eſt, quia approbatio eſt iudicium de perſona Sacerdotis, & teſtimonium ſufficientiæ ipſius; nec eſt delegatio iuriſdictionis, ſed habilitatio ad eam habendam: ergo poteſt ſemper durare, & permanere in Sacerdote, ſi ſemel approbetur ab ordinario ſuo, nec opus eſt ab alijs renouari: quemadmodum cum quis in vna Academia fit Doctor vel Licentiatus, non indiget noua laurea in alijs Academijs, ſed à quibus admitti velit, ab ijs cooptari poteſt ſine noua gradus collatione. Cuius rationis tanta apud eos vis eſt, vt cenſeant non ſolũ presbyterũ ſæcularẽ, ſed etiã Religioſũ ſemel à ſuo Epiſcopo approbatũ, non indigere alia approbatione. Henriq Coninch. Suarez Medina

Argumentis reſpondent. Primo. Verba Concilij in plurali *Epiſcopis* dicere, cum in ſingulari *Sacerdotem* dixiſſet, ne quis putaret ab vno ſolo Epiſcopo ordinario poſſe, ac debere approbari Sacerdotem, ſed vt ſignificaret dari euentus, in quo alij Epiſcopi alieni poſſent approbare Sacerdotem in ſuis Diœceſibus, etſi à proprio non foret antea approbatus. Vnde illud non fuit reſtringere approbationem, ſed laxare, nec voluit Concilium vt ſemel approbatus iterum approbaretur, ſed voluit vt alijs item modis approbaretur. Ecquis enim neget poſſe ab Epiſcopo Sacerdotem peregrinum non approbatum antea, approbari? Itaque nihil detrahitur approbationi ſemel factæ, imo additur poſſe illam fieri ab alijs Epiſcopis. Quare cenſent regularem Sacerdotem à ſuo Epiſcopo approbatum, vbique pro approbato habendum, & idem iudicant de eo, qui beneficium Parochiale habet, cum eadem ſit ratio vtrorumque. Ad Decretum Congregationis reſpondent, illum

illum caſum alium eſſe, & intelligitur, quando Sacerdos qui habet proprium Epiſcopum, fuit approbatus ab alio, non proprio: & poſteà redit ad *Diœceſim* proprij; nam hic non cenſetur approbatus ſimpliciter, cum non ſit approbatus à ſuo proprio, & ordinario: in quo caſu noſtra doctrina non procedit. Nec enim dicimus, aiũt, Sacerdotẽ à quocumque Epiſcopo, & quocumque modo approbetur, ſemper cenſeri approbatum, ſed tantum aſſerimus qui à proprio fit, eum cenſeri vbique approbatum. Ratio autem eſt, quia alii Epiſcopi alieni non habent plenã notitiã Sacerdotis, vti habet proprius, ac proinde non eſt ſufficiens illorum teſtimonium, vti eſt teſtimonium proprii, cuius eſt noſſe hominem, & de illo iudicium ferre. Itaque Valentinus EpiſcopusSacerdotem ſuum alibi approbatum voluit in ſua Diœceſi approbari.

Alia reſponſio eſto, Valentinum Epiſcopum loqui de approbatione, quę ſimul datur cũ iuriſdictione, nam hęc fieri nequit, niſi ab Epiſcopo in cuius Diœceſi Sacerdos exiſtit. Eſſe autem diſtincta iſta duo approbare, & delegare, docent etiam Authores contrariæ ſententiæ: vti videre eſt apud Layman *tr.6.c.11.n.4.& 7.*cum Llam.*p.2. methodi c.6.§.5.* Vnde cum approbare ſit teſtimonium de doctrina, & ſufficientia Sacerdotis, delegare autem ſit communicatio iuriſdictionis, poteſt teſtimonium vbique, & perpetuo manere, iuriſdictio non poteſt. Addunt iniuriam fieri Epiſcopo ordinario, ſi Sacerdos ad ipſo approbatus ad nouam approbationem compellatur: videtur enim tacitè exprobari Epiſcopo indignè Sacerdotẽ illum approbaſſe; quid enim eſt aliud requirere nouam approbationem, quam veterem improbare? His argumentis hanc ſententiam nituntur perſuadere, ſed ea apparentia ſunt non ſolida. Tenenda, contraria, & communis, quam tradit multis Card. de Lugo *d.20.ſect.2.* quamuis eã quæſtionem in terminis nõ proponat.

Layman

Cardinal. de Lugo

Ex his deducitur conſequenter poſſe reuocari ſemel datam approbationem: poſſunt enim ea contingere, quæ illum Sacerdotem inutilem reddant, quibus in euentibus approbatio ceſſabit. Qua de re Vaſquez *qu.93. a.3. dub.5.* & nos infra dicemus. Loquimur autem de Sacerdotibus abſolutè, nam de Regularibus infra agẽdũ. Ita Suarez *d.28.ſol.8.nu.4.* & Miranda *manual. Prælat. l.45. art.7.* & Layman *l.6.c.11.n.6.*

Vaſq

Quod attinet ad negationem approbationis, nequit eam Epiſcopus homini digno iniuſtè denegare. Deinde non poteſt eam ſine iuſta cauſa reuocare. Cap. Accepimus. *de ætate, & qualitate.* Et ita Henriquez *l.3.cap.6. n.6.* & Fagundez *l.7. c.2. n.34.* Poteſt autem vnus partim approbari, & partim reprobari, vti ſi ad viros, non ad fœminas audiendas approbetur: ſed in eo caſu non ſequitur, vt ſi fœminas audiat, inualida ſit Confeſſio, vti docet Salas *de legib.d.16.ſect.10. num.43.* & Megala *lib.1. Inſtit. peregr. cap.15. n.8.* & Graff. *p.1.dec. l.1.c.13.num.88.* & à Sancto Fauſto *l.6.q.102.*

Henriq Fagund

Salas Megala Graff s.Fauſto

Venio ad poteſtatem eligendi Confeſſarium, quæ ſpecies quædam delegationis eſt. Sunt ergo pœnitentes, qui habent poteſtatem eligendi ex officio confeſſarium quem velint, quod ex communi notat Sotus *d.18 q.4. a.2.* & Caietanus *verb. Abſolutio*, & Vaſquez *q.93. a.2. dub.4.* vti ſunt Epiſcopi, & Prælati Religionum, quibus id priuilegium competit ex cap. vltimo de Pœnit. & Remiſſ. Huc pertinẽt Cardinales ex conſuetudine iuxta Caietanũ *verb. abſolutio*, & Suarez *d.27.ſ.2.n.6.* & Vaſquez *q.93.a.2.dub.4.n.2.* & Reginaldum *lib.1.n.32.* Vicarijs Epiſcoporum negant hoc priuilegium Suarez & Filucius, & Reginaldus apud S. Fauſtum *l.6.q.87.* ſed concedendum eum Henriquez *l.3.c.13.num.3.* & Sà *verb. Confeſſor. n.1.* & Hugolino *de poteſtate Epiſcop.* Parochos illud non habere ex iure conſtat; nec enim ſunt Prælati. Poſſunt tamen ex conſuetudine introducta, & tacito conſenſu Superiorum omnibus Sacerdotibus approbatis in in eodem Epiſcopatu confiteri, imo & Sacerdotibus ſæcularibus priuatis; id

Sotus Caiet. Vaſq

Suar. Vaſq Reginald s.Fauſt Henriq Hugolino

etiam

Nauarr Coninch Suarez

etiam eodem titulo licitum eſt, vti tenet Nauarr. *c. Placuit nu.* 38. *d 6. de Pœnit.* Aegydius Coninch *diſ.* 8. *dub.* 8. & Suarez *d.* 27. *ſ.* 3. *n.* 2. & 4. Abbatiſſæ tamen & Prioriſſæ non gaudent huiuſmodi priuilegio, nec enim veniunt nomine Prælati iuxta Vaſquez *q.* 93. *a.* 2. *dub.* 4. *n.* 2. & Reginaldũ *l.* 1. *n.* 37. & S. Fauſt. *l.* 6. *q.* 93.

Vaſq Reginald S. Fauſto

Quæri ſolet primò, vtrum Prælatus non Religioſus poſſit eligere Confeſſarium non approbatum? Reſpondetur ante Concilium Tridentinum potuiſſe, iam verò poſt Tridentinum minimè poſſe ex vi ſui iuris eligendi. Sic reſpondent Suarez *d.* 28 *ſ.* 2. & Filiucius *tr.* 7. *nu.* 56. & Fagundez *lib.* 7. *c.* 2. Verum qui approbare poſſunt, & delegare, vti ſunt Epiſcopi, & Prælati Religioſi, eo ipſo quo eligunt Confeſſarium illum probant, & idoneũm reddunt, & ſuam in eum authoritatem transferunt. Secundò, vtrum data ſemel licentia eligendi Confeſſarium per primam electionem extinguatur? Reſpondetur negatiuè, quia eſt conceſſio fauorabilis, & amplianda. Ita Nauarr. *cap. Placuit de Pœnit. d.* 6. *n.* 166 & Sayr. *de Pœnit. cap.* 22. *n.* 11. Reginal. *l.* 1. *n.* 96. & S Fauſto *l.* 6. *qu.* 98. Tertiò, an Regularis petens approbationem ab Epiſcopo, qui neget iniuſtè, ea non obtenta cenſeatur approbatus? Negat Suarez *d.* 28. *ſect.* 5 *nu.* 15. & Coninch *d.* 8. *dub.* 7. *n.* 58. & Reginald *l.* 1. *n.* 192. Affirmat Nauarr. *cap.* 27. & Sot. *in.* 4. *d.* 18. *q.* 4. *a.* 3. Mirand. *to.* 1. *q.* 45. *a.* 6. & 8. Vega *l.* 1. *Caſ. Conſcient. caſ.* 58. Layman *tr.* 6. *c.* 11. *n.* 5. Finell. *de Caſibus reſeruat. c.* 3. *n.* 3. & habetur in Clement dudum Parag. ſtatuimus de ſepulturis: & expreſsè docent Miranda *in Manual. Prælat. q.* 45. *a.* 6. & 8. & Rodriguez *to.* 1. *q.* 59. *a.* 2. & 10. quia conſenſus iniuſtè negatus iuſtè petenti pro dato habetur; Cap. licet de Regularib. nec obſtat Concilium exigens approbationẽ, ſupponit enim iniuſtè negandam non eſſe. Vtrique probabiliter, ſed primis aſſentior: ſemper enim requiritur approbatio poſitiua, quæ non ſuppletur per illam iniuriam. Quarto, an debeat Epiſcopus qui Regularem approbauit, velle iterum pro libito citra culpam examinare, & de nouo approbare poſſit? Reſpondeo non debere, nec item debere illius ſucceſſorem; eſtque iuxta Sacram Congregationem Cardinalium Concilij Tridentini, quam refert Barboſa *in ſeſſ.* 23. *c.* 15. *ex Zerola v. Confeſſores* §. 2. & Fr. Ioann. de la Cruz *l.* 2. *c.* 6. *dub.* 4. *concl.* 3. & Fr. Emman. Rodriguez *qu. regul. to.* 1. *q.* 59. *a.* 4 & *p.* 4

Suar. Filiucius Fagund

Nauarrus Sayrus Reginald S. Fauſt.

Suarez Coninch Nauarr Sotus Mirand Vega Layman Finell

Vaſq

Decretum ſic habet. *Sacra Cardinaliũ Congregatio ita cenſuit Fratres Mendicantes ſemel examinati non debent iterum ab eodem ordinario, nec etiam per ſucceſſorem examinari.* Nec vero reuocari poteſt approbatio data ſi cauſa rationabilis non intercedat. Ita Cardinal. de Lugo *d.* 21. *ſ.* 3. *nu.* 65. S. Fauſto *l.* 6. *q.* 101. cum Suario. Vnde ſequitur poſſe Regularem approbatum mortuo Epiſcopo continuare ſuum miniſteriũ dum licentia non reuocatur, nec eam ſede vacante poteſt Vicarius Capituli reuocare iuxta Rodriguez *to.* 1. *Regul. quæſt. q.* 9. *a.* 6 & Miranda *p.* 1. *q.* 45. *a.* 7 loquimur autem de Mendicantibus, cum quibus iam hodie communicant in priuilegijs Regulares.

A S. Fauſ.

Rodrig Miranda

Quinto, vtrum valeat approbatio illius Sacerdotis, qui cum ſit ineptus, ab Epiſcopo tamen iudicatur idoneus? De hoc incidenter, ſed late diſputat Suarez *d.* 28. *ſ.* 5. *n.* 7. & vtramque partem videtur probabilem relinquere. Ego reſpondeo affirmatiuè, & hac ratione eiuſdem Suarij, quia aliàs ſequeretur multas Confeſſiones irritas fore. Sexto, vtrum reuocatio approbationis ſine cauſa facta, ſit inualida ipſo iure? Reſpondetur affirmatiuè, quia cum ſit iniuſta non poteſt ipſo iure validari. Ita Suarez *ſect.* 7. *n.* 7. & Fagund. *l.* 7. *c.* 2. *nu.* 63. Septimo, vtrum approbatio donis, vel pecunia obtenta valeat? Reſpondetur, ſi obtinens dignus ſit valere, ſi indignus, nullatenus valere. Pars prima probatur, quia illud faciet illicitam approbationem ex parte Epiſcopi, ſed nôn inualidam ex parte Sacerdotis. Secunda liquet, quia ille non eſt idoneus, & pecunia non reddit idoneum, & mala fides in approbante nocet. Ita Sua-

Suar.

Suar. Fagund

Digitized by Google

Suar Reginald S. Fauſto Sanch Coninch

Suarez *ſect.*5 *n.*7.& Reginald.*l.*1.*c.*16. *n.*197.& S. Fauſto *lib.*6. *q.*198. Itaque Suar.ait illam particulam Cõcilij *gratis detur* poni tantum præceptiuè vt approbationem prohibeat, ſed non invalidet. Huc facit quod ait Sanch. hic *de matrim.l.*3.*d.*32.*n.*62.*& d.*38. *n.*13. *&* 14. licentiam audiendi aliquorum Confeſſiones metu vel dolo obtentam dare veram iuriſdictionem. De quo etiam Pater Coninch *de Sacramentis, & Cenſuris tomo* 2. *diſputatione* 8. *numer.*39.

Nauarr Suar Coninch Layman

Vltimo, & principaliter, vtrum liceat Religioſis, qui à ſuis Prælatis habent facultatem confitendi cuilibet Sacerdoti, confiteri ex vi illius Sacerdoti non approbato. Reſpondetur affirmatiuè ex Nauarro *c.*4.*n.*7.& Suarez *d.*29.*ſ.*4.*n.*5. & Coninch *d.*8.*dub.*7 *n.*48. Ratio eſt, quia hoc licebat ante Concilium Tridentinum, cui priuilegio non eſt derogatum, cum à Concilio facta non ſit mentio de Regularibus, ſed de Sæcularibus; & hoc placet Layman *tr.*9.*c.*11.*n.*1.& in Corollario. Parocho autem, & alijs non licebit; quia antiquo priuilegio ſuo Concilium Tridentinum derogauit.

CAPVT VII.

De obligationibus Confeſſarij erga pænitentes generatim, deinde tempore ſanitatis, & peſtis.

Inn. III.

PRima obligatio eſt Scientiæ, ſine qua non licet Confeſſario ſuum munus exercere: vnde ab Innocentio III. cap. *Omnis vtriuſque ſexus* de Pœn. & Rem. Medico cõparatur, qui peritus ſui muneris eſſe debet. Cõfeſſarius inter peccatũ, & veniale, & mortale ſaltem genericè diſcernere, deinde noſſe partes, & requiſita ad Sacramentum Penitentiæ rectè faciendum; præterea quid ſit Cenſura, quid Reſeruatio quæ obligatio reſtituendi ſcire debet. Hæc omnia ſcire oportet, & quoad omnes. Quoad Clericos autẽ pænitentes ſcire oportet quib' caſib' incurratur ſuſpẽſio & Irregularitas. Qua de re Nauarrus *in Manuali cap.*4. *dub.*6. *de Pœnitentia* & Vaſquez *q.*93.*a.*3.*dub.* 2. quibus cũ aduertimus non requiri de his omnibus certam notitiam, ſed ſatis eſſe in dubitando prudentiam, nam qui prudenter dubitat, accuratè interrogat, & interrogando ſcit. Obſeruandum deinde Parochis multò maiori ſciẽtia opus eſſe ex officio, vti patet.

Nauarr Vaſq

Layman

Secunda obligatio eſt curæ, & operæ Parochi erga ſuas Oues, quam ſeriò commendat Layman *tr.*6.*c.*13. Imprimis qui Curatus non eſt, incumbit ei tantum audire eos, qui ad ſe veniunt & vel abſoluere ſi merentur, vel ſi non merentur, dimittere. Curatus tenetur ſuarum Ouium Confeſſiones audire, quoties iuſta de cauſa petunt. Ita Nauarrus *cap. Placuit de Pœnit. d.*6. *nu.*152. Sotus *d.*18.*q.*4.*ar.*2. Vaſq. *qu.*93. *a.*2.*dub.*6. Henriq.*l.*6.*c.*17. Suarez *diſ.*32 *ſect.*1. & ſuadetur, quia Paſtor debet prouidere Ouibus ſuis non ſolum ne pereant, ſed vt melius habeant, & proficiant. Quæres autem, Vtrum quando ſubditus habet cauſam iuſtam confitendi Sacerdoti alieno, & ni confiteatur periclitabitur, & petita facultate à Parocho illam non obtineat, ſatis ſit licentia petita, & non obtenta, vt confiteatur alteri? Hoc in vtramque partem probabile, ſed affirmãs probabilior iuxta Alenſ.*p.*4.*q.*78. *m.*1. *art.*2 Sot.*d.*18.*q.*4.*a.*2. Medin.*q.*80. Llam.*p.*1. *c.*6.§.1. Philiarch *to.*1.*p.*2.*lib.*2.*cap.*24. Petr. Nauarr.*l.*2.*de Reſt.cap.*4.*nu.*269. Suarez *d.*27.*ſ.*4.*concluſ.*4.& Layman *tr.*6.*c.*13.& deducitur ex cap. *Omnis vtriuſque ſexus* citato. Quare ſupplementum Diui Thomæ *qu.*8.*art.*4.*ad* 5. ait, talem perinde ſe habere ac ſi Confeſſore careret.

Nauarr Sotus Vaſq Henriq

Alenſ. Sot Medina Llam. Philiarch. Petr. Nau. Suar. Layman D. Thom.

Sunt hic quædam interrogationes. Prima. Quid agendum ſit Confeſſario cum pœnitente ignorante rem neceſſariam ad Confeſſionem? Reſpondetur, ſi pœnitens ignoret vincibiliter, & mortaliter, debet illum mo-

nere,

Digitized by Google

nere, & docere. Si ignoret inuincibiliter, & ſine culpa diſtinguendum: vel ſperatur fructus ex monitione, vel non: ſi fructus non ſperatur, non tenetur monere: ſi ſperatur, tenetur. Hoc autem maximè pendet à prudẽtia Confeſſarij. *Breuiter* tamen dico, ſi ea quę ignorat Pœnitens inuoluunt damnum graue proximi, vel iniuriã Sacramenti plerumque monendus eſt, præſertim vbi eſt timor, ne citò ignorantia inculpabilis tranſeat in culpabilem, vti fit cum eo qui vult contrahere matrimonium cum impedimento dirimente; tunc enim ob reuerentiam Sacramenti admonendus eſt Pœnitens. Secus autem, ſi iam contractum eſt, & ex reuelatione illius ſeparandi ſint coniuges, & filij exhæredandi; tunc enim æquius eſt diſſimulare, quàm aperire. Hæc deducta ſunt ex doctrina Auguſtini *lib.*50. *Homil. homil.*41. quam communem facit conſenſus Adrian. *de Confeſſ.q.*5. *dub.*7. *verſ.*2. Nauarr *c.Si quis autem nu* 73. *d.*7. *de Pænit. & in Man. cap.*22. *num.* 83. Bartholom. Medin. *lib.*2 *inſtruct.cap.*1. *argum.cap. quia circa de conſang. & affinit.* Suar. *diſ.* 52. *ſect.*4. *nu.*3. Vaſq. *q.*93. *ar.*3. *dub.*9. Sotus *d.*18. *q.*2. *ar.*4. Syluest. *verb.Confeſſio*, & Sanch. *d* 38. *de Matr.* & Layman *tr.*6. *cap.*13. Pœnitenti verò dubitanti, & roganti, quid agendum ſit tenetur Confeſſarius reſpondere, illumque erudire.

August.

Adrian
Nauarr

Medina
Suar.
Vaſq.
Sotus
Syluest
Sanch
Layman

Secunda interrogatio eſt, an pœnitenti indiſpoſito danda ſit abſolutio? Reſpondetur, ſi Confeſſarius norit pœnitentem non eſſe attritum, nec habere propoſitum emendæ, vel eſſe obſtinatum in occaſione ineuitabili peccandi, tenetur negare abſolutionem. Ita Suarez *d.*32. *ſect.*2. & Coninch *d.*8. *dub.*17.

Suarez
Coninch

Tertia, an malè præparatus abſoluendus ſit? Reſpondetur abſoluendum eſſe, ſi poſſit præparatio ſuppleri ab ipſo Confeſſario, ſi non poſſit, dimittendum.

Quarta. Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius circa interrogationes peccatorum, & circumſtantiarũ erga pœnitentes? Reſpondetur, hoc pertinere magis ad prudentiam, quã ad doctrinam. Breuiter tamen dico, non nimis moleſtum, & importunum eſſe debere Confeſſarium in hiſce interrogationibus; obſeruato quod neceſſarium eſt, cautè, & prudenter eliciat, quod in rem videbitur ad integritatem Confeſſionis. Primum generatim interrogando, deinde paulatim veniendo ad ſingularia accommodando ſe genio, & capacitati pœnitentium. Cauendum autem eſt, ne nimis indagando curioſum ſe oſtendat ſciendi, quæ inhoneſta ſunt, aut interrogando, ea docendi. Sunt enim quidam qui multa ignorant turpia, & interrogationibus ea docentur. Legendus Henriquez *lib.*6. *c.*27. & Suarez *d.*3. *ſect.*2. & Layman *tr.*9. *cap.*13. *n.*7. & Vaſq. *q.*93. *ar.*3. *dub* 17.

Henriq
Suar.
Layman
Vaſq.

Quinta. An debeat Confeſſor conformari opinioni pœnitentis in re dubia probabili contra ſuam probabiliorem? Communis ſententia eſt debere. Ac ita Antonin. 1. *p.tit.* 4. *cap.* 10. §. 10. Sotus *d.*18. *q.*2. *ar.* 5. Ledeſma 2. *p.*4. *q.*8. 1. Nauarr. *in Man.c.*27. *num.*66. *& num.*288. *& in cap. ſi quis autem num.*96. *de Pænit.d.*7. Sayr. *in Clau Reg.lib.*1. *cap.*9. Sanch. 1. *p. ſumm. lib.*1. *cap.*9. Suar. *d.*22. *ſect.*6. Ratio autem ſumitur ex principijs Conſcientiæ, quorum vnum eſt poſſe quemlibet ſequi opinionem probabilem etiã probabiliori relicta. Igitur cum Confeſſor videat pœnitentem ſequi opinionem probabilem, & id licere facere, tenetur ei, ita opinanti ſe conformare. Ex quo principio rectè noſtram concluſionem deducit, & latè probat Vaſquez *in lib.*2. *d.*62. *c.*7.

Antonin.
Sot.
Ledeſm
Nauarr.

Sayr.
Sanch.
Suarez

Vaſq

Circa obligationes Confeſſarij tempore peſtis per concluſiones ſtatuo doctrinam. Prima Concluſio. Sacerdos non Curatus, & qui non tenetur ex iuſtitia Ouibus prouidere, tenetur ſolum ex obligatione charitatis in extrema neceſſitate proximo adeſſe, illumque confiteri, etiam cum periculo vitæ. Ex doctrina D. Auguſtini *epiſt.*182. *& ſermon.*56 *de verb.Domini, & ſerm.*149. *de tempore. & lib. de* men-

D August

Digitized by Google

mendacium ad Conſcitium cap.6. de quo Theologi in materia charitatis *2.2.q.26.& 44.&* 185. Vide Valen. *d.3.q.1.p.3.* & ex alijs Nauarr. *cap.24. in Man.*

Valent. Nauarr.

Secunda Concluſio. Parochus tenetur ex iuſtitia non ſolum in extrema, ſed etiam in graui neceſſitate Ouium ſuarum Confeſſiones audire tempore peſtis, etiam cum vitæ periculo, nec poteſt fugere deſerendo illas; poterit tamen per alium prouidere ex conſenſu Ordinarij dummodò tamẽ ſufficienter Ouibus prouiſum ſit. Vtraque pars eſt communis, docetque Valentia in locum citatum proximè D. Thomæ, & Suarez de Extremavnctione *v.44.ſect.2.* Nauar. *in Manual.c.25.* Lopez *1.tom.cap.62. verſu ac vero.* Naldus *verb. Parochus num.15.* & Chapeauille de modo miniſtrandi Sacramenta tempore peſtis *cap.1.& 4.* & Layman *tr.3.de Char.c.3. & de Pœnit.tr.6.cap.13.* qui citat Zambranum, quem Authorem non noui.

Suar. Nauarr. Lopez Nald. Chapeau. Layman

Tertia Concluſio. Poteſt Parochus quãdo ſolus eſt, & nõ ſunt extremè indigẽtes in aliquo ſe caſu ſubtrahere, vbi euidens periculũ ſit, & ſeruare ſe incolumem pro reliquis indigẽtibus, ne communitas detrimentum capiat; quia hoc non eſt fugere periculum, ſed gregi toti conſulere. Atque hanc exceptionem ab illa generali regula ponit Suarez *d.44.de Extrema vnctione ſect.3.num.19.* et rationem probat num. 15. ex præcepto affirmatiuo.

Suar

Quarta Concluſio. Parochus, qui ſciat vnum ex multis ægrotis non eſſe in peccato mortali, poteſt illius confeſſionem non audire, propter periculum, et ſibi in aliorum bonum conſulere. Ita Suarez citatus, et Layman *tr.2.de Charit.cap.3.* Tunc enim ægrotus ille non indiget extremè, et accedit ratio proximè data.

Layman

Quinta Concluſio. Si audiens pœnitentem timeat iuſtum contagij periculum, non tenetur integram illius confeſſionem audire, ſed vno, vel altero peccato audito poteſt illum abſoluere, idem eſt dicendum, ſi magna ſit ægrotorum multitudo confite-ri volentium, ſicut fit in naufragio. Communis eſt omnium, et rationi conformis.

Sexta Concluſio. Si multi ægrotantes ſint in periculo, et velint omnes, nec poſſint ſigillatim confiteri poteſt audire eos ſimul, & ſimul omnes abſoluere dicendo, *Ego vos abſoluo.* Hoc habet expreſsè Layman. *tr.6.cap.13.de Confeſſ.* ex communi citata ſententia. Layman

Quæſtio hic eſt non facilis, Vtrum poſſit Confeſſor obligare pœnitentẽ ad quem non poteſt accedere, niſi cũ periculo vitæ ad dicendum peccata ſua alta voce palam alijs audiẽtibus? Communis reſponſio eſt poſſe illum hortari ad confitendum ea peccata, quæ non ſunt ſcandaloſa, et turpia. Ita Layman cum multis tr.6.c. 13. §. Dico tertiò in fine. Ratio eſt, quia pœnitens tenetur, vt liberet Confeſſarium à periculo, ita confiteri: ergo poteſt ad id obligari à Confeſſario. Video huiuſmodi authores timidè procedere, quod verò eſt *hortari* vellem dicerent *obligare*; idque exiſtimo voluiſſe dicere; nam ratio, qua hortari poſſe probant, ad obligandum extenditur. Quod ſi obligari velint pœnitentem à Confeſſario, affirmo poſſe negari; imo affirmare auſim nõ poſſe obligari pœnitentem à Confeſſario ad publicam confeſſionem, ſi ille nolit eam facere. Primò, quaſi à priori; quia nemò obligatur, niſi ad Confeſſionem, vti præcepta eſt, non eſt autem præcepta, niſi auricularis, & ſecreta: ergo ad illam, quæ publica ſit, nemo poteſt alterum obligare. Secundò item à priori, quia illa Confeſſio poteſt ſuppleri contritione, & cum illa pœnitens ſaluari: ergo non eſt obligandus ad Confeſſionem publicam. Tertiò: quia ſunt alij caſus in quibus homines ad confeſſionem auricularem non tenentur, vti cum quis timet infamiam, & periculum, etiam apud ſolum Sacerdotem; vt ſi peccauit cum eius ſorore: fac enim hoc tantum peccatum habere, & eſſe in articulo mortis, certè non tenebitur confiteri: ergo nec obligaretur ad

confeſſionem publicam in eo periculo. Quartò, quia probabile eſt neminem peregrinum teneri confiteri per interpretem etiam in periculo vitæ. Igitur multò minus tenebitur, quis in eo palam confiteri: nam illa confeſſio per interpretem eſt multò ſecretior, & accedit ad auricularem. Aſſumptum autem in antecedente eſt Caietan. *verb. Confeſſio condit.* 11. Soto *d.*18 *q.*2.*artic.*6. Ledeſmæ 2.*p.q.*48.*ar.*3. Victor. 173. Medin. *q.*19. *de modo ſecretè confitendi*. Maioris *in* 4 *d.*16.*&* 17. Paludan. Prætereà tradit idem Petr. Soto *lect. de Confeſſ.* & Nauarr. *cap. Fratres de Pænit. num.* 85

Caiet. Sotus Ledeſma Victor. Megala Maior. Paludan Pet. ſotus Nauarr.

& Bartholomæi à S. Fauſto *lib.*7.*q.*42. & probabilem dicit *Suarez d.*36.*ſect.* 6. *num.* 5. Cui exemplo non video, quid reſpondere poſſit Layman. Itaque fidenter negarim poſſe obligari pœnitentem in eo caſu ad faciendam publicam confeſſionem. Et quoniam quo fermè iſta dictabam tempore, cū lueſ iam propè Romam vrbem graſſaretur, à viris nobiliſſimis de obligatione Epiſcopi conſultus fui, volui, & quæſtionem mihi propoſitam, & reſponſionem à me adhibitam hic tanquam parergon non ingratum proponere.

s Fauſt. Suarez

QVÆSTIO

An Epiſcopus in Diœceſi exiſtens extra Ciuitatem, ingruente in Ciuitatem peſte, teneatur eam ingredi, vt gregi ſuo prouideat, quamquam vita periclitetur?

Ratio dubitandi pro parte affirmatiua eſt, quia Epiſcopus eſt Paſtor, & tenetur ex iuſtitia gregi ſuo prouidere, præſertim in graui neceſſitate conſtituto, vt communiter ſentiunt Authores. Fundatur hæc ratio in verbis Chriſti, Ioannis 10. *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro Ouibus ſuis*. Quo vtitur Auguſtinus epiſ. 180. & ſerm. 50. de verbis Domini. & D. Gregorius homil. 14. ad probandum Epiſcopos teneri, etiam cum periculo vitæ, ſuis Ouibus prouidere.

Ioan. 10. D. Auguſt. D. Greg.

Ratio dubitandi pro parte negatiua eſt, quia vita Paſtoris eſt vita communis, ex qua ſalus publica pendet, atque adeò non debet exponi manifeſto periculo, ſed conſeruari ad gregis vtilitatem. Nititur hæc ſententia alio Chriſti loco Matth. 10. *Si vos perſecuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam*. Quo vtitur Athanaſius in Apologia pro fuga ſua, & Tertullianus lib. de fuga in perſecutione.

Matth. 10 D. Athan. Tertull.

Vt quæſtioni reſpondeam, ſuppono ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. ca. 1. de Reformatione, Reſidentiam Epiſcoporum eſſe de iure *Diuino*, atque iſtam obligationem creſcere ex periculo gregis, cui tenetur Epiſcopus ſubuenire. Hoc ſuppoſito reſpondeo, *Non teneri Epiſcopum intra Diœceſim manentem extra Ciuitatem, ingruente peſte eamdem ingredi, & cum grege ſuo periclitari, ſi commodè per alios poteſt Ouibus ſubuenire*. Ita hanc quæſtionem reſoluit D. Auguſtinus *epiſt.* 180. vbi maximè exaggerat obligationem Paſtoris, *&* lib. 1. contra epiſtolam Gaudentij *cap.* 16. & D. Thomas 2. 2. *q.* 185. *ar.* 5. et Caietanus ibi et Suar. *tom.*4. *in* 3. *p. d.*44. *ſect.*3. *à nu.* 9. et Valentia ibidem *d.*10 *q.*3. *punct.* 5. et Marcus Antonius Genuenſis in Manuali Paſtorum *cap.* 31. et Tolet. *in ſumm lib.*4. *cap.* 10. et Auguſtinus Barboſa *de offic. & Poteſt. Epiſc.* 3. *p. allegat.* 53. *& lib. de offic. & poteſt. Parochi cap.* 8. et *Layman lib.* 2. *tract.* 3. *c.* 3. & alij quos citant.

Concil. Trid. D. Auguſt. D. Thom. Suarez Valent. Mar. Ant. Genuenſ. Toletus Barboſa Layman

Rationes autem duæ ſunt ſumptæ ex D.Thoma. Prima quodlib.1. art. 14. & quodlib.3.ar.17. quia Epiſcopus eſt veluti cauſa vniuerſalis; quæ non tenetur per ſe immediatè operari; ergo ſufficit, ſi per alios Ouibus ſuis prouideat. Secunda citata q.185 ar.5. quia in qualibet obligatione ſpectandus eſt finis; ſed finis Paſtoris, qui eſt ſeruare gregem, poteſt haberi per alios miniſtros ſine periculo Paſtoris: ergo tunc non tenetur Paſtor periculo ſe exponere. Tertia ratio petitur ex præſtantia, & neceſſitate perſonæ ipſius Paſtoris, cui attendi debet, ne periclitetur, cum alio modo periculo occurri poteſt, ex quo ſequitur non teneri Epiſcopum peſtis periculo ſe exponere, cum in Ciuitate ſint proprij Parochi, qui ex iuſtitia proximè, & immediatè tenentur ad Sacramenta miniſtranda, & alij, qui ex charitate, ſi Parochi deficiant, iuuare proximos tenentur: præſertim cum iſte Epiſcopus, de quo quæritur, habeat Diœceſim, & alios in ea Fideles, quibus debet conſulere.

D.Thom.

Nec opponas Parochum teneri tempore peſtis ſuis Parochianis etiam cum periculo mortis ſubuenire. Duobus enim modis reſpondetur obiectioni: primo, dicendo, multò maiorem eſſe obligationem Parochi, quam Epiſcopi, quia in Parocho non militant tres illæ rationes, quæ faciunt pro Epiſcopo. Non prima, quia Parochus nõ eſt cauſa vniuerſalis, ſed priuata, & proxima. Non ſecunda, quia finis nõ tam aptè comparari poteſt deficiente Parocho, cũ Parochi non ſit Parochus, Parochus autem Epiſcopi ſit. Non tertia, quia Parochi vita, & perſona non tam eſt excellens, nec tam neceſſaria, atque vita, & perſona Epiſcopi. Vnde maior eſt obligatio in Parocho, quam in Epiſcopo. Et ita ſoluit Suarez citatus *diſt.in ſt.44. ſectione 3. numer.12.*

Suarez

Secundo reſpondetur, Parochum etiam liberari ea obligatione, ſi habeat Vicarium ſufficientem, vt tenet idem Suarez loco proximè citato, & Toletus *in ſumm.l.4.c.10. n.4.* & Layman *tr.3. c.3.* cum Valentia, & Chapeauille, quos allegat. Ex quo patet multo minus teneri Epiſcopum, cum minor ſit eius obligatio, quam Parochi.

ſuar. Toletus Layman Val. Capreau.

Imo addo, poſſe Epiſcopum tuta conſcientia exire de ciuitate peſte correpta, & extra illam intra Diœceſim manere, dummodo ſufficientes miniſtros relinquat, qui ciuibus laborantibus aſſiſtant, & Sacramenta miniſtrẽt. Ita probant rationes factæ, & ſumitur ex doctrina D.Thomæ ſupra citatis locis, & ex Abulenſi *qu.306. in 22. cap. Matth. ad 3.* & expreſsè docet Suarez *d.44.ſect.3.n.10.* qui id deducit ex Auguſtino *lib.1.contr.Epiſt.Gaudent.c.16.* & ego colligo ex eodem Auguſtino *epiſt.180.* & ſequitur Toletus *l.4.c.10.* & confirmatur, quia (præterquã quod Epiſcopus exiens è ciuitate per alios ſatisfacit officio ſuo, & conſulit ſaluti ouium ſuarum) manens in ipſa Diœceſi, in qua alia ſunt oppida, & alij ciues, iis commodè prouidet, & conſulit; quin & ciuitati relictæ ſuccurrere poterit, mittendo alios miniſtros, qui alios in ciuitate manentes iuuent, & in eorum locum ſubſtituantur: vnde interdum poteſt contingere, vt melius officium ſuum impleat Epiſcopus relicta ciuitate, ſaluus, & incolumis, quam ſi in ea maneat cum vitæ periculo. Itaque ait Suarez *nu.11.* Epiſcopum non teneri ad reſidendum in vno, & eodem loco: ſed in ſua Diœceſi, & poſſe à loco peſtilenti diſcedere, & in alio ſuæ Diœceſis, vbi peſtis non ſit, manere.

D. Thom. Abulenſ. Suar. Auguſt. Tolet. Suar.

Atque vt omnia exactè tractemus, illud adijcimus. Si contingat per totam diœceſim peſtem graſſari, non teneri Epiſcopum intra Diœceſim conſiſtere, ſed poſſe ex illa egredi, & in vicino & tuto loco manere, & inde attendere & conſulere Ouibus à ſe relictis. Sic docet diſertis verbis Suarez *diſp.44.ſect.10.n.11.* & probat idoneis argumentis, quæ ex tribus illis ſupra poſitis rationibus, tanquam à fontibus riuuli ducuntur. Et quamquam laudabile ſit intra diœceſim & ciuitatem peſte laborantem, & inter periclitan-

Idem

tes verſari, & manere, vti legimus de S. Carolo Borrhomæo, & probat Concilium Mediolanenſe quintum ſub ipſo factum; non tamen, culpari poteſt aut debet ille Epiſcopus, qui inde diſcedat, dummodo per Vicarios, & Miniſtros ſuos ſufficienter Ouibus prouideat; imo aliquæ interdum poſſunt cauſæ interuenire, ob quas Epiſcopus prudentius agat periculo ſe eximēdo, ſeque ipſum tutum, incolumemque præſtando; quemadmodum oſtendunt rationes factæ, et ex citatis authoribus

Coninch.

deducitur, et probat Coninch *de Fid. diſp. 15. dub. 5. & diſp. 25. dub. 7. de Charit.*

Verum quidem eſt, ſi nullo alio modo, vel ratione poſſit Epiſcopus Ouibus ſuis in graui neceſſitate ſpirituali niſi per ſe ipſum ſubuenire, teneri tunc ex iuſtitia periculo vitæ temporalis ſe exponere, ne grex animæ detrimentū patiatur; ſed hic caſus tempore peſtis, et inter Catholicos moraliter non contingit; neque id pertinet ad noſtram quæſtionem. Illam Patres quondam excitarunt, cum Eccleſia perſecutionem à tyrannis patiebatur, qui Fideles ad Fidem Catholicam negandam ſupplicijs tormentiſque compellebant; tunc enim vix licebat Epiſcopo fugere, et in tanto periculo ſpirituali Oues ſuas relinquere, de qua obligatione

Auguſt.

egregiè Auguſtinus *epiſt. 180. ad Honorat. & ſerm. 30. de verbis Domini, & ſerm 149. de tempore* et D. Thom. 2. 2.

D. Thom
Alenſis

q. 29. a. 5. & 185. a. 5. et Alenſis *3. p. q. 189. memb. 3.* Sed adhuc in hoc caſu diſtinguūt authores, et dicunt, ſi perſecutio ſit contra priuatam perſonam Epiſcopi, et in eius odium Fideles affligantur, licere tunc ei fugere, imò et aliquando obligari iuxta præceptum

Matth. 10.

Chriſti Domini Matth. 10. *Si vos perſecuti fuerint in una Ciuitate, fugite in aliam*, quod legimus feciſſe Athanaſium, et Thomam Cantuarienſem, authoritatem huius Chriſti ſententiæ ſecutos, de quo egregiè ipſe Athanaſius

D. Athan.
Tertull

in Apologia pro fuga ſua, et Tertullianus *lib. de fuga in perſecutione*, et ſumitur ex Nicolao Papa in cap. *Sciſcitaris 7. q. 1.* Quamuis enim ſeuerè præcipiat, ne qui Paſtores ſunt, in periculo oues ſuas relinquant, et fugiant; ait tamen, ſe non dicere, vt non fugiant perſecutorem, de quo egregiè Maldonatus

Mald.

Matth. 10. n. 23. vbi citat Athanaſium, et Nazianzenum, et præcipuè Auguſtinum Epiſt. ad Honoratum 180. Quod ſi tempore perſecutionis Epiſcopus poteſt interdum, et interdum debet fugere, vti docet Aegyd. de Coninch

Coninch

tract. de fide d. 15. dub. 5. quanto magis licebit tempore peſtis recedere, & periculum vitare, quando alio modo ſuccurrere gregi poterit, quemadmodum idem docet cum multis *d. 25. dub. 7.* Vnde eſt illa ſententia Barboſæ in

Barboſa

Collectan. verb. peſtis *teneri Parochos in ſuis Parochialibus tempore peſtis: poſſe tamen per alios idoneos Miniſtros Parochianis peſte infectis Sacramenta miniſtrare*, idemque tradit Layman *tr. 3. de Charit. c. 3.* & perſpicuè Toletus l. 4.

Layman
Toletus

c. 10. affirmat in vtroque caſu Hæreſis, & peſtis poſſe fugere, & relinquere Oues, ſi in vtroque caſu alia ratione ſufficienter ouibus ſuis prouideat. Nemo autem id clarius, & expreſſius docuit Suario *tom de Pænit. tr. de Extrema*

Suar

vnctione d. 44. ſect. 3. tandem concludit his verbis. *Ergo tempore peſtis non eſt cur Epiſcopus cogatur adeſſe in loco peſtilenti præſentia corporali.* Volo autem vnum ex eo locum tranſcribere, quo tota iſta quæſtio deciditur. Sic igitur nu. 11. *Dices iure Diuino tenetur reſidere ex Trid. ſeſſ. 23. c. 1. de Reform. Hæc*

Trident

autem obligatio tūc maximè urget. Reſpondeo in primis non teneri ad reſidendum in uno, & eodem loco, ſed in ſua diœceſi. poteſt ergo à loco peſtilente diſcedere, & in alio ſuæ diœceſis manere. Deinde, ſi contingat peſtem per totam diœceſem ſerpere, aut non poſſe in tota illa tutè manere, non erit contra præceptum de reſidendo pro tunc habitare in aliquo tuto loco vicino diœceſi, quoad fieri poſſit, & inde attendere ad bonum regimen diœceſis prouidendo Ouibus in neceſſarijs quantum potuerit, quia præceptum illud non plus obligat, quam ratio iuſtitia, & charitatis ex natura ſua obligant: hæ autem virtutes in eo caſu non amplius obligant, quia ſolum obligant ad reſiden-

dum

dum propter ſpirituale regimen ouium, ad hunc autem finem expedit tunc, vt Paſtor ſuperior, & architectonicus ſit in loco tuto, tum vt poſſit ouibus melius prouidere: tum etiam vt ſe ad omnium ſalutem, & commodum melius conſeruare poſſit.

Ex his conſtat poſſe aliquando laudabiliter Epiſcopum tempore perſecutionis, & peſtis fugere: vti docet [D. Aug.] Auguſtinus epiſt. 180. duobus in locis. In primo ita dicit. *Tunc fugiendum eſt Chriſti Miniſtris, quando aut plebs Chriſti non fuerit cui miniſtretur, aut poteſt impleri per alios neceſſarium miniſterium.* & affert exemplum Pauli 2. ad Corinth. 11. & Actor. 9. & Athanaſij. In ſecundo autem ſic ait: *Hic forte quis dicat: ideò debere Dei miniſtros fugere, vt ſe pro vtilitate Eccleſiæ ſeruent. Rectè hoc fit à quibuſdam, quando non deſunt alij, per quos ſuppleatur Eccleſiaſticum miniſterium.* Cum autem hoc dicat Auguſtinus de Epiſcopis tempore perſecutionis, à fortiori, vt aiunt, hoc intelligendum eſt de Epiſcopis tempore peſtis, quando minus animarum ſalus periclitatur. Doctrinam Auguſtini vti ſolet, tradit [D. Thom] S. Thomas 2. 2. q. 145. vbi ſic concludit. *Si vero ſubditorum ſaluti poſſit ſufficienter in abſentia Paſtoris per aliũ prouideri, tunc licet Paſtori vel propter aliquod commodum Eccleſiæ, vel perſonæ periculum corporaliter gregem deſerere*, & ibi citat Auguſtinum. Et quidem [Maldonat] teſte Maldonato, *Cum Euangelium poſtulat vt fugiamus, fugiendum eſt: tunc enim fugere non metus, ſed pietas: non fugere non fortitudo ſed pertinacia eſt.* Hæc eſt autem doctrina [D. Aug.] Auguſtini epiſtol. 180. quæ conciliat duos illos locos initio quæſtionis propoſitos: alterum Ioannis 20. *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro Ouibus ſuis*, alterum Matth. 10. *Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã.* Primus enim intelligitur quando Paſtoris præſentia ita eſt neceſſaria, vt ſuppleri non poſſit. Secundus, quando alia ratione poteſt ſuppleri. Quæ ſumma eſt noſtræ, & communis Authorum ſententiæ, quam *nemo* inquit Maldonatus *vel ſubtilius, vel copioſius, vel elegantius, quam Auguſtinus epiſtola ad Honoratum 180. tradidit*, à quo nobis fidiſſimis illius ſectatoribus, & Diſcipulis diſſentire non licet.

CAPVT VIII.

De Reſeruatione peccatorum.

IN quæſtiones Caput hoc, & Reſponſiones diuido. Prima, qua ratione, & iure caſus reſeruentur? Irrident vero hanc poteſtatem Hæretici noſtri temporis authore Vvicleſ. apud Vualdens. 2. *tom. de Sacram. cap.* 149. homines, qui res ſerias riſu excipiunt, & ridiculas ſeriò tractant. [Vualdens] Catholici verò antiqua traditione poteſtatem recognoſcimus, & vſum probamus cum Concilio Tridentino *ſeſs.* 14. c. 7. ex natura iudicij, in quo Iudex poteſt, & ſolet certorum ſibi criminũ cognitionem, & pœnam reſeruare. [Concil. Trident.] Præterea poteſtas Iuriſdictionis ſtringi, & extendi poteſt pro libito concedentis deſtinando ſubditos, & deſignando peccata: vnde ſicut deſtinare ſubditos, nemo negat ad huiuſmodi poteſtatem pertinere, ita & negare non poteſt ad eamdem ſpectare deſignationem peccatorum, reſeruando facultatem abſoluendi à certis quibuſdam peccatis, prout viſum fuerit expedire. Ita Sotus *in 4. d. 18. q. 2. a. 5* & Suarez *d. 29.* & Vaſquez *q. 91. ar. 3. dub* 1 cum pluribus Scholaſticis quos citant. [Sotus Suar Vaſq.]

Secunda quæſtio, verum de facto Papa caſus aliquos ſibi reſeruet? Reſpondetur reſeruare eos, qui habent annexam excommunicationem reſeruatam. Sic Caietan. *in ſum. verb. Caſus*, & Nauarr. *in Man. c. 27. n. 261*, & Tolet, *l. 3. c. 14.* & Henriq. *lib. 6. cap. 14.* & Suar. *diſ. 29.* [Caiet. Nauarr. Tolet. Henriq Suar.] Vnde ſequitur primò, ſublata reſeruatione Cenſuræ, tolli reſeruationem culpæ, poſſeque à quolibet Sacerdote pœnitentem abſolui. Secundo, quia per ignorantiam non incurrit illam Cenſuram, quamuis peccatum

Digitized by Google

catum committat, eius culpam cenſeri non reſeruatam: quod obſeruat Henriquez *l.9.c.14.* & Coninch *diſ.8. dub.11.* & Layman *tr.6.c.12.*

Henriq
Coninch
Layman

Tertia, Vtrum omne peccatum reſeruari poſſit? Reſpondetur ſolum mortale, idque non merè internum, quamquam iſtud item reſeruationis ſit capax, non ſolet tamen, nec debet reſeruari. Ita Sanchez *l.2. Moralium c.8.n.4.* & Suar. *d.29. ſect.3.* & Vaſquez *d.91.a.3.dub.1.* & 2. cum multis, quos citat, & ſequitur Layman *tract.6.c.2.* & S. Fauſt. *l.8.qu.8.* Idem vero dicendum de peccato ſolummodò attentato non conſummato, nam iſtud etſi poſſit, non expedit reſeruari, vt ſi quis conetur occidere, niſi reipſa occidat conatus ſolus non reſeruatur. Ratio eſt, quia crimen non intelligitur niſi conſummatum, argumento Capitis, *Hæc autem* iuncta Gloſſa *diſtinct.1. de Pœnis.* Sic tenent Syluester *v. Caſus q.5* Henriq *l.6.c.14.* Graff. *p.1. deciſ. li.1.c.3.* Fincll. *de Caſib. reſeru.c.5.* Layman *tr.2.c.12.* Homicidium autem voluntarium quamuis occultum reſeruatur, teſte Suar. *d.29.ſ.3.* Rodrig. *to.1.qu.26.a.2.* Tolet. *l.3.cap.14.* Layman *tract.6. cap.12.*

Sanches
Suarez
Vaſq.
Layman
s. Fauſto
Sylueſter
Henriq
Graff.
Finell
Suarez
Rodriq
Toletus
Layman

Quarta, vtrum ſint certi aliqui caſus Epiſcopis iure, vel conſuetudine reſeruati? Reſpondetur eſſe, ſed plerumque numerum non conſtare, tum quia non ſatis Doctores conueniunt, vti notat *Layman c.12.n.4.* & Vaſquez cum Caiet. quem citat *q.91.a.3.dub.1.* tum, quia pro varietate diœceſium variari ſolent, ac idcirco cum Vaſquez de ijs accuratius non inquiro. Sunt tamen quædam ordinaria reſeruata, quę huiuſmodi ſunt: Primum, crimen Incendarij, & auxilium illi præſtitum. Secundum, ſacrilegium loci ſacri violati, aut commiſſione furti, aut effuſione ſanguinis, aut ſeminis voluntaria, de quibus ſuperius diximus. Tertium, periurium in iudicio, vel falſum in eo teſtimonium. Quartum falſificatio litterarum. Quintum, ſortilegium, ſeu magiæ exercitium. Sextum, Crimen, cui irregularitas eſt annexa, quos numerant citati Authores, & imprimis Layman *c.12.* His addunt Nauarrus *c.27.* & Toletus *l.3.c.14.* quodcumque peccatum enorme publicũ, & ſcandaloſum: videlicet, Adulterium notorium, & alia eo maiora. Ita *Layman c.12.* ſed de S. Fauſto *l.6.q.50.* negat vllos eſſe caſus de iure communi Epiſcopis reſeruatos, citatque pro ſua ſententia Suar. *d.29.ſ.3.n.6.* & Fagund. *l.8.c.2. n.7.* & quidem Suarez negat iure communi vllum caſum reſeruari: conſuetudine autem non negat, idque nos cum eo affirmamus. Reliqua ex conſuetudine Diœceſum ſpectanda.

Layman
Vaſq
Layman
Nauarr
Toletus
s. Fauſt.
Suar.
Fagund

Quinta quæſtio, Vtrum & quare ſint plura peccata reſeruata à Superioribus Regularibus, quam ab Epiſcopis? Reſpondetur plura quidem eſſe, & cauſam eſſe, quia Religioſi perfectius viuere debent, & ſeuerius legem cuſtodire, quam ſæculares, & quia ſtatus Religioſus poſtulat, vt pluribus modis peccata caueantur, & vitentur. Ne tamen nimis in eo excederent Prælati prudenter cauit Clemens VIII. ne præter certa peccata, quæ deſignauit, alia ſine conſenſu Capituli Generalis in toto Ordine, vel Prouinciali in Prouincia reſeruarentur. Hæc autem numerari oportet. Primum, Veneficium, Incantatio, Sortilegium. Secundum, Apoſtaſia à Religione ſiue habitu dimiſſo, ſiue retento. Tertium, nocturna, & furtiua è conuentu egreſſio, etiam ſine animo apoſtatandi facta. Quartum, proprietas contra votum Paupertatis. Quintum, iuramentum, & falſum teſtimonium in iudicio legitimo. Sextum, procuratio, vel conſilium ad abortum faciendum poſt fœtum animatum, etiam effectu non ſecuto. Septimum, falſificatio manus ſeu ſigilli officialium Conuentus. Octauum, furtum, quod ſufficiat ad peccatum mortale de rebus Monaſterij, vel Conuentus. Nonum, lapſus carnis voluntarius opere conſummatus. Decimum, occiſio, ſeu vulneratio, aut percuſſio grauis cuiuſuis perſonæ. Vndecimum, malitioſum impedimẽtum, aut retardatio, aut apertio litterarum à ſuperioribus ad inferiores,

Cle. VIII

vel

vel inferioribus ad ſuperiores. Hi ſunt communes Religioſis reſeruati caſus, de quibus Layman citatus, & S. Fauſt. q.52. ac imprimis Suarez d. 29. ſect.3. num.11. De particularibus ſingularum Religionum ſinguli, & ſcire, & tractare debent.

AS. Fauſ.
Suar.

Appendix nobilis huius quintæ quæſtionis eſto, vtrum poſt hoc Decretum Clementis VIII. liceat Prælatis Religioſis vetare aliqua, ſub cenſura ſibi reſeruata, non reſeruando culpam: ſed vetando rem ſub pœna cenſuræ ſibi reſeruatæ? Communis ſententia eſt licere, cum hoc non ſit reſeruare culpam, nec peccata reſeruare, ſed tantum cenſuras contrafacientibus imponere, eaſque ſibi reſeruare, quod ſanè non eſt contra Clementis Decretum. Loquimur autem ſine conſenſu Capituli Generalis, vel prouincialis. Affirmant omnes, quoſcumque mihi contigit videre Authores. Ac in ijs Suarez d.29. ſect.3. nu.13. Filiuc. de Sacram. tr.7. c. 10. nu. 276. S. Fauſt. lib. 8. q.52. Naldus V. Religioſus num.43. Qui neget, hactenus vidi neminem, nec quos contra citaui ab ijs quiſquam nominatim adducitur. Tantum dicit Naldus variè hac in re ſentire Doctores, Suarez dicit affirmare eſſe probabilius. Itaq; videtur poſſe negari his argumentis. Primò, quia mens Pontificis perſpicua eſt, quod voluerit reſtringere illum vſum reſeruandi in fauorem ſubditorum, & modum imponere facultati Prælatorum, ne nimis ſubditos grauarent: ſi autem liceret ijs reſeruare cenſuras perinde eſſet, nil enim videtur intereſſe, quomodo reſerba Clementis hoc veluti ſentire ... ueniuntur. Et quidem expendens ver... compellor. Sic autem ille. *Sanctiſſimus D.N qui tam pridem accuratè perpendit, ac re ipſa comperit, quod reſeruatio facultatis abſoluendi Religioſos pœnitentes à peccatis quibuſdam grauioribus, niſi ſuperiores admodum prudenter, ac moderatè illa vtantur, nonnullos infirmiores, qui interdum ſuperiori ſuo conſcientiæ maculas detegere formidant, adducere poſſit in æternæ damnationis periculum, & ſpiritualis remedij deſperationem, ideo vt huic malo ſanctitas ſua opportunè proſpiceret, decreuit, vt nemo ex Regularium Superioribus, peccatorum abſolutiones ſibi reſeruet, exceptis ijs, quæ ſequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot &c.* Non opus eſt alio argumento. Tantum pondero verba, & mentem Pontificis volentis obuiam ire nimiæ reſeruationi, & illam reſtringere ad leuamentum pœnitentium, quorum infirmitati, & erubeſcentiæ vult conſulere, ſtudio ſalutis æternæ. Quomodo igitur, ſi moderari vult ſuperiorum licentiam, & alleuare infirmos, relinquit integram libertatem alio modo reſeruandi aperiendo aliam portam, qua data ruat vis Cenſurarum? Certè hoc videtur eſſe durum, & velle contra mentem Pontificis reſeruationes intrudere, & claudere portam, ac feneſtram aperire. Nam videtur manere idem onus, quauis alio modo impoſitum, & mens Pontificis incerta. Quid enim ille voluit? Certè alleuare ſubditos, & ſuperioribus moderari? An hac ratione alleuantur illi, & hi frænantur? Eorum qui contra ſentiunt iudicium eſto. Aliqui iudicabũt, hoc modo eludi Pontificis Decretum, et ſi minus perſpicuè contemni, certè occultè, & doloſè eneruari.

Suar.
Filiuc.
Naldus
S: Fauſt.

Sexta quæſtio. Quis poſſit abſoluere à peccatis reſeruatis? Reſpondetur, illum qui reſeruauit, & Superiorem illius non in dignitate, ſed in Iuriſdictione. Poteſt enim aliquis dignitate altero eſſe Superior, Iuriſdictione non eſſe v. g. Archiepiſcopus præſtat dignitate Suffraganeo ſuo: nõ poteſt tamen ſubditos ſuffraganei ordinariè abſoluere, niſi in certis caſibus, quando ſcilicet, vel ad ipſum ſit appellatio, vel ab ipſo ſit viſitatio. Ita Suarez *d.30. ſect.1.* & Coninch *d. 8. dub.12.* & Nauarr. *c.27. Manual.* & Henriq. *lib.6. cap.14. num.9.* & Sotus *in 4. d.18. q.4. ar.2.*

Suar
Coninch
Nauarr.
Henriq
Sotus

Septima quæſtio, Vtrum qui ſine iuriſdictione abſoluit peccet grauiter, & nullam faciat abſolutionem? Reſpondetur affirmatiuè, nempe & grauiter,

uiter, & nullam facere abſolutionem, quod omninò compertum eſt. Vide S.Fauſto S.Fauſt.lib.8.q 13.

Octaua quæſtio. An poſſit interdū Sacerdos inferior abſoluere à peccatis non reſeruatis, & mittere pœnitentem ad Superiorem pro abſolutione à reſeruatis? Reſpondetur cum diſtinctione. Primò, ſi neceſſitas non vrget, conſtat non poſſe. Ita Diuus D. Thom Suar. Thom. *in 4.diſt.17.q.3.art.4.quæſtiun.2.ad 4.* Suarius *d.31.ſect.2.* Secundo, in caſu neceſſitatis, poteſt Sacerdos inferior abſoluere pœnitentem cum onere præſentandi ſe Superiori pro reſeruatis, quam ſententiam commu- Vaſq nem dicit Vaſq. *q.91.ar.3.dub.9.* & Philiarch Llam. pro ſe citat vndecim authores, præter quos ſunt etiam Philiarch. Lla- Coninch A s Fauſt mas, & Coninch, et Rodriguez, et Rodrig alij, quos citat, & ſequitur Layman, Layman & S Fauſt. *lib.8 q 21.* Henriq. *lib.6.c.15.* & Suarez *ſect.3.* Confitenda ſunt tamen omnia peccata reſeruata, et non reſeruata, vt ſeruetur integritas Confeſſionis, vti monent ijdem Authores. Quod autem bis eadem peccata reſeruata aperiantur Inferiori, et Superiori, nullum eſt inconueniens cùm id accidat propter reſeruationē, & obligationem ortam ex ea. Vtrum autem ſint duo Sacramenta, vel vnū, dubitant Theologi. Tenendum tamē eſſe duo; quia ſunt duæ Confeſſiones et recipitur noua gratia, et datur alia Suar abſolutio directa à reſeruatis. Sic ſen- Bonacina tio cum Suario *d.31.ſect.1.num.9.* & s.Fauſto Vaſquez Bonacina *d.5.q.7.p.5 ſect.3.* et S.Fauſto *q.22.* Huic ſententiæ acriter repugnat Vaſquez *q.91.ar.3.dub.9.* et labefactare contendit, ſed illius pace fruſtra laborat: et impetu magis vtitur, et vi, quam rationibus, etſi non deſtituatur argumentis, ſed mihi non perſuadent.

Obijciet aliquis Concilium Trid. Trid. ſeſſ.14.cap.7. vbi in articulo tantum mortis permittit inferiori Sacerdoti abſoluere à peccatis reſeruatis, ex quo videtur deduci extra illum caſum non poſſe vnquam inferiorem Sacerdotem à reſeruatis abſoluere. Reſpondetur, Concilium loqui in eo loco de poteſtate abſoluendi à reſeruatis directa, nos autem loqui de poteſtate indirecta: quæ ſolutio idonea eſt, & Authoribus arridet. Quod ſi Vaſquez lentius expendiſſet, minus ſeuerè noſtram ſententiam, quæ cōmunis eſt, improbaſſet. Sed quod in hoc Vaſquio non aſſentiendo detraho: id in alio aſſentiendo reſtituo: nempe in quæſtione, vtrum liceat Superiori occupato, aut non occupato ſubditum cum reſeruatis ad ſe, aut venientem, aut compulſum audire, & auditis tantum reſeruatis ab ijs abſolutum ad inferiorem, vt à reliquis abſoluat, remittere? in qua video multos Authores id licere Superiori affirmare, quorum nonnulli modeſtiores requirunt neceſſitatem id faciendi, & vetant frequenter, & citra cauſam fieri: cuiuſmodi eſt Layman tr.7.c.12. Layman s. Fauſt. à S. Fauſt. lib.8.q. 17. cum pluribus quos allegant. Igitur nunquam licitum eſſe Superiori vlla ex cauſa ita procedere cum Vaſquez ſentio q.91. Vaſquez 4.dub.10. ob illam rationem, quod non licet facere dimidiatam Confeſſionem, quæ cum ſententiam requirat, obligat ad expoſitionem, & cognitionem totius cauſæ: quomodo enim poſſet Iudex dimidia tantum parte audita ferre iudicium, & ſententiam, cum præſertim integritas Confeſſionis ſit de iure Diuino. Quod eſt argumentum Vaſquij. Cui addo, mihi non videri fieri poſſe, vt Superior abſoluat tantum à reſeruatis manentibus reliquis, nam, vnum peccatum mortale non poteſt remitti ſine alio. Ab omnibus ijs non auditis nequit abſoluere, quia non ſubijciuntur Clauibus. Igitur non poteſt ab omnibus, nec poteſt à parte omnium: ergo multò minus poteſt dimidiare Confeſſionem: quæ certè ratio mihi demonſtratio eſt. Itaque conſtanter nego id licere, & Vaſquio conſentio, nec is tantum huius eſt author ſententiæ, ſed etiam Adrianus, et Viguerius, et Canus, quos adducit, cum Adrianus Viguer. Canus Syluestro, qui affirmat contra Nauarrum, et Caietanum hanc eſſe Syluester praxim in Romana Curia, vt non niſi integra

tegra audita confeſſione ſuperior à reſeruatis abſoluat, vt inquit Fauſtus, cui tanquam viro docto, & probo, & Magiſtro Sacri Palatij, omninò credendum. Vnum eſt in quo diſſentio à Vaſquio, quod ille conſulit, vt pœnitens dicat extra confeſſionem ſua reſeruata ſuperiori ſecretò, & ab eo obtineat relaxationem impedimenti, & reſeruationis, & acceptet aliquam pœnitentiam; moneatque in eo nullũ eſſe periculum cum ſuperior ad Secretum teneatur. Hoc ego nequaquã admitto: non quod dubitem de obligatione ſecreti, ſed quod omnino nolim, & prorſus putem non poſſe obligari pœnitentem ad manifeſtanda ſua peccata extra Sacramentum, cum ad id nemo teneatur; nec reſeruatio tanta eſt, vt ea aliquando indueat illã neceſſitatem; nam ſi in communi ſententia, nemo tenetur ad confitendum per interpretem extra mortis articulum, nec nobis authoribus ad publicã Confeſſionẽ, vel in eo articulo, quomodo tenebitur propter ſolam reſeruationem pœnitens extra Confeſſionem ad aperienda peccata? Quare iudico omninò debere Superiorem, ſi velit ſubditum abſoluere, integram eius confeſſionem audire, aut eum inauditum ad inferiorem cum facultate abſoluendi mittere; aliter peccaturum. Nec me quiſquam ab huiuſmodi ſententia mouebit. Illud item Vaſquij libenter vſurpo hac ratione præcidi non paucas inutiles quæſtiones, quæ ex alia ſententia emergunt, v.g. an pœnitẽs ex parte abſolutus teneatur ad nouam confeſſionem reſeruatorum, & bis eadem peccata confitenda; &, vtrum, ſi non tenetur, ex vtroque dimidio confeſſionis vna, & integra Confeſſio exiſtat, & alię ſimiles, quas monſtroſas eſſe puto, atque adeo claua inflicta à Vaſquio vno ictu contundendas.

CAPVT IX.

Quomodo ſe gerere debeat Superior circa abſolutionem à reſeruatis?

IN hac quæſtione varia, & grauia ſunt dubia. Primum, vtrum teneatur Superior ſubdito petenti concedere facultatem confitendi alteri peccata ſua? Reſpondent communiter Doctores cum diſtinctione, ſi peccatum vergit in perniciem notabilem aliorum, vel ſi licentia futura eſt occaſio petenti perſeuerandi in peccato, tunc poſſe licitè negare facultatem. Pro hac ſententia multos Authores citat à S. Fauſto, & Layman — Layman
tract. 6. c. 12. n. 7. Cum quibus ipſi ſentiunt. Si autem, aiunt, nulla ex his cauſis concurrit, teneri tunc Superiorem dare ſubdito petenti facultatem confitendi alteri. Itaque hæc eſt cõmunis ſententia; quam tamen examinare volo, & accuratius rem totam decidere.

Propono primum, Authoritatem — S. Thom.
S. Thomæ *in 4. d. 17. qu. 3. art. 3. quæſtiunc. 4. ad 6.* vbi ſic dicit. *Qui ſunt nimis ſolliciti. vt conſcientiam ſubditorum per confeſſionem ſciant, multis laqueum damnationis inijciunt, & per conſequens ſibi ipſis.* Ex quo principio colligi videtur vix licere Superiori negare illam facultatem ſubdito petenti, quia poteſtas reſeruandi peccata *non eſt data in deſtructionem, ſed ædificationem* pœnitentium. quæ ſunt verba Concilij Tridentini ſeſſ. 14. cap. 7. — Trid.
vbi ait poteſtatem reſeruandi datam Epiſcopis *fore in ædificationem, non in deſtructionem*, id eſt, *pœnitentium*, vti patet; de ſubditis enim loquitur, quorum peccata reſeruantur, & quorum emendationi, & vtilitati ſpirituali reſeruatio illa inſeruit; & ita locum intelligunt communiter Authores, vel

à S. Fauſto de Caſ. reſeru. lib.8.q.15. Nec ratio boni communis reſpectu aliorum, qui non ſunt pœnitentes, quidquam vrget. Manet enim integra ratio reſeruationis cum difficultate petendi licentiam ad confitendum, & quærendi remedium abſolutionis à Superiore, quod quidem ſatis eſt ad finem inſtitutum reſeruandi peccata, & continendi ſubditos in officio. Nec videtur eſſe iuſta ratio cur ſuperior neget, & cogat Pœnitẽtem ad onus confitendi ſibi, cum ſufficiat illum velle alteri confiteri obtenta licentia Superioris. Quod autem Superior putet fore illud occaſionem perſeuerandi in peccato, certè ſuſpicio eſt priuata, & collecta extra Confeſſionem, & plerumque erit nimia, cum potius argumentum ſit boni propoſiti Pœnitentis procurare Confeſſionem petita licentia à Superiore. Quare non nimis eſt fidendum illi opinioni Prælati, nec ad forum animæ, diuinumque Tribunal ſuſpicio illa trahenda. Addo, quod hæc ratio boni cõmunis poteſt ſæpe fallere ſuperiorem, & indiſcreto zelo illum abducere: nam ex alia parte eſt item bonum commune dignius, & diuinius, ideſt, vtilitas facilitandi Sacramenti, & reuerentia Confeſſionis, & remotio difficultatum ad illam faciendam, quę certè maiora ſunt bona, quam illud, quod ſuperior præſumit. Deinde quis non videt ex negatione facultatis illius oriri poſſe difficultatem, & horrorem Confeſſionis, & induci pœnitentes ad occultanda peccata, & continuandi malam conſcientiam, & interdum Euchariſtiam ſumendi in peccato mortali, quæ certè tanta ſunt mala, vt maiora ex cõceſſione facultatis oriri non poſſint. Inſuper ex eo quod ſuperior velit cõpellere ſubditum ad aperiendum ſibi peccatum, ſequitur ſuſpicio, quod velit vel aliquo modo notitia Confeſſionis ad ſuum regimen, & peccatum occultum, & ſecretum in publicum forum vertere, ex quo periculum violandi ſigilli naſcitur, quod quantum ſit malum, non eſt opus dicere.

Tandem, quia datur anſa Superioribus vtendi eo prętextu communis boni ad arrogandam ſibi nimiam iuriſdictionem, & reddendam Confeſſionem difficilem, & ligandas (quod nolebat D.Thomas citatus) conſcientias ſubditorum. Certè magna præſumptio Prælati erit, exiſtimare ſe ſolum poſſe remedium pœnitenti afferre, quaſi alij præter ipſum non poſſint. Alij ſunt modi euitandi peccata, & ſeruandi communitatem illęſam, quæ vti corpus eſt viſibile, ita viſibili modo debet conſeruari, nec videtur opus eſſe ratione illa Sacramentali, quæ tota eſt fori ſecreti, & diuini. Animaduerto autem homines nos eſſe, lutea vaſa portantes; peccata ſemper fore, dum homines fuerint: benignitate potius, & elementia, quàm ſeueritate, & rigorè vtendum eſſe. Reſeruatio peccatorum ſalutaris eſt, ne ſcilicet peccandi fræna laxentur, ſed danda eſt omninò licentia quando petitur, & ſatis, opinor, facit miſer pœnitens, quando petit, & argumentum idoneum eſt nolle perſeuerare in peccato qui vult confiteri, ipſum met velle confiteri. Efficere autem vt reſeruatio ſit reſtrictio ad confeſſionem cum ſolo Prælato, non video qua ratione nitatur; cum præſertim videam Concilium Tridentinum ſeſſ.14 cap. 5. difficultatem huius Sacramenti agnoſcere, & graue videri eſſe apertè fateri, & vereeundiæ pœnitentium rationem habere, & illam conari minuere; non augere, quemadmodum Prælati faciunt ſua illa nimia ſeueritate, & cap.7. vbi ait de Reſeruatione, obſeruo mentionem tantum facere *de atrocioribus quibuſdam, & grauioribus criminibus*, perinde ac ea fuerit ratio Reſeruationis. Audiamus verba Concilij: *Sanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, vt atrociora quadam & grauiora crimina non à quibuſuis, ſed à ſummis duntaxat Sacerdotibus abſoluerentur*. Ex quo deducitur minus propriã eſſe Reſeruationem aliorum peccatorum, præcipuè ex humana fragilitate prouenientium, quę certè nomine criminum atrocium, &

Trid.

gra-

grauium non veniunt. *Si* autem Concilium tam clementer procedit in materia, & modo reſeruandi, quomodo Prælati tam ſeuerè, & ſcrupuloſè reſtringunt Reſeruationem cogendo ſubditos ad aperienda ſibi peccata, quæ non ſunt crimina grauia, & atrocia? Hoc ego ſanè alienum puto à mente Concilij Tridentini.

Aliud fundamentum eſto, quia ex illa nimia Prælatorum ſeueritate orta ſunt in communitatibus maiora contra ipſammet facultatem conſirendi mala, quam eſſent illa, quę ſuperiores ſolent obtendere. Nam inde initium habuit vſus Bullæ Cruciatæ, quam ſubditi Religioſi adhibent ad remedium abſolutionis obtinendæ, quod quantæ fuerit relaxationis optimè Prælati ſciunt, & quamquam conentur illi vſui ſe opponere, impetrando à Pontificibus Bullas derogatorias illius Priuilegij, & declarando virtute illarum nullum prorſus eſſe vſum Cruciatæ, & nihil proficere Religioſis ſuis, non poſſunt tamen illum, nec opiniones circa illum, abolere; imò quo maiori id niſu agunt, magis ex eo conſuetudo inualeſcit; quòd ſint *Doctores* Theologi, qui dicant eas Bullas impetratas fuiſſe arte quadam Superiorum non exponentium Papæ cauſas ob quas ſubditi ad Cruciatam recurrunt, quas ſi Pontifici explicarēt, nullo modo prohibiturum vſum illius: vel imperaturum Prælatis, vt remedia ordinaria Pœnitentibus darent, & de illa ſeueritate remitterent; de quo ego iudicium ferre nolo.

Deinde ex eo principium traxere multæ opiniones fauorabiles pœnitentibus, & ſuperioribus odioſæ, quas omnino ferre non poſſunt, vti eſt illa de licentia petita, & non obtenta, de qua ſuo loco, quæ introducta recens magna vi fuit ab ijs, qui miſerti afflictioni ſubditorum ob ſeueritatem Pręlatorum negantium facultatem ad confitendum alteri in commune remedium illam intexerunt, afferentes ſubditum, qui petit à ſuperiore licentiā ſi repulſam patiatur poſſe bona conſcientia confiteri alteri Confeſſario, etiamſi licentiam non obtineat, cum ſufficiat petijſſe. Mitto alia remedia, quæ ſibi quiſque ex ijs miſeris extra Religionem quærit. En quo hæc ſeueritas ſubditos deduxit! ne cætera perſequar, quæ malo ſilentio inuoluere.

*E*t quoniam tam ſcrupuloſi, & Religioſi erga peccata ſubditorum Prælati ſunt, Nos, qui Theologi ſumus incutiamus ijs parum Religionis, & ſcrupuli de ſuis, quæ accidere poſſunt in reſtringenda huiuſmodi poteſtate. Audiāt Principem Theologiæ *D*iuum Thomam *in 4. diſt. 17. qu. 3. art. 3. quæſtiunc. 4. ad 6.* vbi ait peccare Superiorem, qui in hoc ſe præſtat difficilem; quia inquit, *multi ſunt adeò infirmi quod potius ſine Confeſſione morerentur, quam tale peccatum tali ſacerdoti confiteantur.* Ecce Doctor iure, & doctrina Angelus miſeris peccatoribus benignè conſulit. D.Thom.

Hinc oritur altera quæſtio, vtrum Prælatus teneatur Confeſſario pœnitentis ad ſe accedenti facultatem abſoluendi dare? An poſſit licitè negare, & obligare pœnitentem vt ad ſe veniat, & nolentem cogere, &, ſi perſeueret nolendo, omnino facultatem negare? Omnia hæc licere interdum ſuperioribus pro neganda facultate affirmant Authores, & ita in quibuſdam Religionibus fit. Ego autem iudico, quoties pœnitens ad Confeſſarium idoneum accedat, & declaret ſe habere reſeruata, & velle de ijs confiteri, ad idque facultatem impetrare, interuentu Confeſſoris, velit, non licere vnquam Superiori aut negare, aut tergiuerſari, ſed omnino teneri ad concedendam facultatem. Ratio quæ me mouet eſt intentio Concilij Tridentini locis proximè citatis *ſeſſ. 14. c. 5. & 7.* ex quibus deducitur nolle grauare conſcientias pœnitentium, quod velit *pudoris, & verecundiæ* rationem haberi, & *conſolationis* adhiberi, adiecta doctrina D. Thomæ *in 4. d. 17. qu. 3.* Vnde colligitur, quantum malum ſit cogere pœnitētes prætextu Reſeruationis ad illas anguſtias à cha- D.Thom.

ritate alienas. Deinde confirmatur; quia ſubditus ſeruat quod eſt neceſſarium ad finem Reſeruationis, & facit quod eſt officij ſui petendo facultatē per interuentum Confeſſoris, nec tenetur ad aliud, cumque ille iuſta poſtulet, non poſſunt à Superiore negari. Ac ne quis me in Superiorum inuidiam adducat, quod iniquior in eos eſſe videar, audiat inſignem Societatis I E S V. Theologum Gabrielem Vaſquez hac de re *to.4.q.91.a.3.dub.4.* ſic ratiocinantem. *Non excuſantur Superiores, & Paſtores, qui ouium ſuarum infirmitati non proſpicientes denegant delegatis Confeſſoribus facultatem abſoluendi ab aliquibus mortalibus, quādo ea non tantam requirant Superioris in ea cauſa cognitionem, & vniuerſaliter videndum illis eſt, vt non tantum peccatorum ſecundum ſe, ſed & pœnitentium, & eorum fragilitatis ratio habeatur, vt eis ſufficiens prouideatur remedium.* Hæc audito æquus rerum æſtimator ab omni me calumnia liberabit, cum tanto me viro, cui paucos ætas noſtra pares, me iudice, Theologos tulit, videat conſentire.

Vaſq

Ex his multæ quæſtiones huic materiæ annexæ omittuntur, quia negatur illarum principium. Vna eſt, ſi, Superior iudicet expedire vt cognoſcat peccatum Pœnitentis, vtrum eum obligare poſſit ad Confeſſionem ſibi faciendam? Cui reſpondendum negatiuè, quia non poteſt eo modo cogere nolentem. Idque tam aſſeuerāter affirmat Fagundez *lib.3. de 3. Eccleſ.* præcepto vt dicat Clementem VIII. prohibuiſſe ſuperioribus ne vnquam audiant Confeſſionem ſui ſubditi etiam habentis caſum reſeruatū. Qua de re cum illo expoſtulat Cardinalis de Lugo *d.28.ſect.14.n.41.* Secunda, vtrum pœnitens teneatur aliquando extra Confeſſionem in ordine tamen ad illam aperire Superiori peccatū, vt tollat ab eo reſeruationē? Nego: hæc enim dura lex eſt, ſi pœnitens nolit vllo modo ſua peccata confiteri Superiori, modò alteri petita facultate velit. Tertia, an liceat Superiori occupato audienti tamen Confeſſionem ſubditi, audire ſolum reſeruata, cumque ab ijs abſoluere, & pro alijs mittere ipſum ad alium Sacerdotem? cui proximè reſpondimus, & addimus Prælatum occupatum nō oportere audire dimidiatam Confeſſionem, nimia enim curioſitas videtur velle in tantis occupationibus ſcire peccata Pœnitentis: mittat eum ſtatim ad Confeſſarium cum facultate, quod vno verbo facere poteſt, & occupationibus ſuis operam det; quis enim cogit dimidiare Sacramentum, & occupationes interumpere? Nulla certè tunc maior occupatio erit, quam Sacramenti integritati conſulere. Pro qua ſententia ſtat Suarez *d.31.ſ.1.* & Vaſquez *quæſt.91.articul.3.* & Lugo *d.20.ſ.6.*

Fagund

Lugo

Suar
Vaſq
Cardinal. de Lugo
Paul.V.

Itaque Papa Paul.V. ad temperandum iſtum quorundam ſuperiorum rigorem decretum expediuit Anno 1607. in quo permittit Regularibus Pœnitentibus in caſu quo Superiores nolint dare facultatem Confeſſarijs aſſignatis Monaſterio abſolui pro illa vice ab his etiam non obtenta facultate Superiorum. Et quidem recentioris memoriæ authores multum fauent hac in re ſubditis, vti videre eſt in Patre Vaſquez *q.91.a.3.* & Cardin. de *Lugo d.20* Suarez *d.32.* & Aegyd. Coninch *d.8.* Similis declaratio circunfertur Clementis VIII. de qua meminet Cardinalis de *Lugo diſ.29.ſeſſ.8. num.148.*

Vaſq.
Lugo
Suarez

Clemens VIII.
Lugo

Nobilis quæſtio eſt, vtrum, qui poſt publicatum Iubilæum committit peccatum reſeruatum poſſit virtute illius abſolui? Reſpondetur affirmatiuè, nemine dubitante, quia illud tempus eſt Indulgentiæ, & habile ad peccatorum abſolutionem, ſiue antea, ſiue intra tempus Iubilæi commiſſorum. Sed quid dicendum de eo, qui data opera abutitur Iubilæo ad peccandum, ſumpta occaſione illius ad commitendū reſeruatum, quod alias fortè nō commiſiſſet? Reſpondetur hunc etiam poſſe abſolui eadem ratione, nec enim amittit priuilegium Iubilæi commiſſo illo peccato. Ita Reginaldus *l.8. nu.34.* & Bonacina *d.5.q.7.p.5.* cum alijs

Reginald
Bonac

S.Fauſt. quos citat & ſequitur à S.Fauſto *l.8.q.38.* Addo id eſſe certum, non enim videmus Eccleſiam conceſſo Iubilæo exceptionem facere huius abuſionis, quæ certè obuia eſt, & facile in ſuſpicionem poteſt venire: voluit tamen Eccleſia abſolutè ad omne peccatum Iubilæum extendere, nec iudicauit expedire ad præterita tantum peccata facultatem reſtringere, vti faciunt quidam Prælati, quando concedunt ſimiles gratias; diffidentes enim ſubditis, quos ea occaſione peccaturos eſſe putant, ſolent reſtringere facultatem datam ad peccata commiſſa ante illã diem, qua concedunt gratiam, & aduertunt non valere ad peccata poſt illam futura. In quo ſanè oſtendunt nimiam de ſubditis diffidentiam, & maximè differunt ab Eccleſia, pia, & benigna Matre. Diſcant ab ea Indulgentias liberaliter concedere, ne videantur Chriſti Sanguinem taxare.

Quæſtiuncula eſt, vtrum Reſeruatio expiret morte reſeruantis? Reſpondetur cum diſtinctione, quæ eſt à iure non expirat, quæ eſt ab homine expirat. Ita Sanchez *l.8.de Matr. diſ.28.n.63.* & Suar. *d.27.n.9.* Sanch. Suar.

Alia quæſtiuncula eſt, an qui concedit licentiam ad caſus reſeruatos, concedat etiam ad Cenſuras reſeruatas? Communiter negatur; alia enim eſt peccati, alia Cenſuræ reſeruatio. Ego probabile iudico dari vtramque ſimul, nec obſtat vulgare argumentũ non dari diſpenſationem in votis, & iuramentis, & irregularitatibus; hoc enim concedo, & nego de Cenſuris, quia Cenſuræ & peccata ſunt materia abſolutionis, non autem vota, & reliqua.

Vltimò quæritur, vtrum in articulo mortis ſint peccata, & Cenſuræ reſeruatæ? Communis reſponſio eſt non tolli tunc omnem reſeruationem, ſed earum tantum Cenſurarum, quæ impediunt ſuſceptionem Sacramentorum, & Eccleſiaſticam ſepulturam. Mihi videtur tunc nullam eſſe reſeruationem. Moueor authoritate Concilij Tridentini *ſeſſione 14. cap.7.* Trident. *In Eccleſia*, inquit, *Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis; atque ita omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt.* Quo quid clarius dici potuit? Vnde ſi qua erit dubitatio, ea tantum erit de mortis articulo, vel de idoneo Sacerdote; nam ſi conſtet eſſe verum mortis articulum, & Sacerdotem idoneum, nulla de facultate erit, me iudice, dubitatio. Quomodo autem reſpondeatur argumento ducto ex Sacra Congregatione Cardinalium diximus, opinor, appoſitè ſupra cap. 5. dum egimus de Miniſtro Sacramenti, vbi rem item hanc latiùs tractauimus.

CAPVT X.

De ſigillo Confeſsionis.

SIgilli præceptum Diuinum, & indiſpenſabile eſſe inter omnes fermè conſtat, Altiſiodorenſi excepto, qui diſpenſabile in magno bono, vel malo eſſe putauit *4.p.ſumma lib.6 de Confeſſ.c.3.* Eſt autem præceptum negatiuum, quod ſemper obligat. Itaque ob nullum qui fingi poſſit, euentum violari poteſt, authore Soto *in 4.d.8.q.4.ar.1.* ex D. Thoma *ibi diſt.18.* eſtque de præcepto naturali Diuini iuris, & Humani, vti ex pluribus demonſtrat Vaſquez *q.93.ar. 3. dub.1.* ac præcipuè ex Scoto, Medina, Maiori, & Durando quos allegat. Altiſiod. Sot. D. Thom. Scotus Vaſq. Medina Maior. Durand.

Violatio ſigilli duobus fieri poteſt modis; directè, vel indirectè. Directè, exprimendo perſonam, & peccatum; indirectè, ſignificando vtrumque occultè, ſed per eiuſmodi indicia, quæ prodant perſonam, & peccatum. Neutro autem modo violari licet. Tenetur autem ad ſigillum, Sacerdos primum; quod patet, & probatur ex Nauarro *in cap. Sacerdos de Pœnit. diſ. 6. & in ſumm. cap.8. num.4. & 7.* & Soto *d.18.q.3.ar.5.* & de tegendo ſecreto *memb.3.q.4.* deinde iuxta eundem Nauarr. & Petr. Soto *lect. 11. de Confeſſ.* & Vaſq. *q.93.ar.3.dub.2.* cum aliis Nauarrus Sot. Pet. de Sot. Vaſq.

quos

Scot

quos citat duce Scoto *in 4. diſ. 1 q. 1.* circa finem Interpres, & quicunque audierint caſu aliquo Pœnitentis Cõfeſſionem. Pœnitens verò non tenetur; eſt enim ſui iuris, & fauori ſibi facto in Confeſſione renunciare poteſt, teſte Soto *in 4. d. 8. q. . ar. 6.* & Henriquez *lib. 3. cap. 20. num. 7.* Circa alios vno verbo dicendum, quicumque in ordine ad Sacramentum, aliquod peccatum audierunt, teneri eos ſeruare ſigillum, id quippe forum ſecreta illa omnia complectitur. Vnde Conſiliarius cui pœnitens Conſilij gratia peccatum aperit, & Interpres, vti proximè diximus, & quilibet audiens peccatorem in ordine ad Sacramentum, eadem ſigilli obligatione tenentur, quamuis nonnulli *D*octores nolint, quos citat *B*artholomæus à S. Fauſto lib. 7. Contra quem puto teneri etiam eum, qui per dolum fingens ſe Confeſſarium, audit confeſſionem alterius, ſiue fingens ſit Clericus, ſiue Laicus: quamquam enim non ſit illa Confeſſio Sacramentum in re, eſt tamen à pœnitente putata Sacramentum, & in eo foro exponit alteri ſua peccata: vnde tenetur audiens eadem obligatione, qua Cõfeſſor. Et ita mecum ſentit Suarez d. 33. ſect. 2. & Vaſq. q. 93. art. 3. dub. 2. & *L*ayman tr. 9. c. 14. cum alijs. Secus eſſet, ſi pœnitens ſciret Confeſſarium eſſe fictum, & tamen ei ſua peccata aperiret: tunc enim mutaretur forum de diuino in humanum. Vnde ſequitur Confeſſarium, & quicumque habet notitiã in foro Sacramentali peccati commiſſi, non poſſe cuiquam illud aperire, quamuis interrogetur etiam iuridicè, ad idque iuramento obligetur. Negare quippè poteſt, ac debet, ſe prorſus id neſcire. Ratio eſt, quia illa notitia non eſt fori humani, atque adeo non poteſt hominibus patere; vt bene notat Vaſq. *tom. 4. q. 93. art. 4. dub. 2.* & Suarez *d. 33. ſect. 9.* & Coninch *d. 9. de ſigillo.* & Bonacina *d. 5. q. 6. ſect. 5. p. 4.* Nec Iudex ſi incidat in ſchedulam, in qua ſcripta ſint peccata pœnitentis, poteſt vti ea notitia cum ſit alterius, & altioris iuris. Ita Suarez *d. 33. ſect. 5.* & Sot. *d. 18. q. 4 ar. 5.* & Delrio *lib. 6. diſquiſit. Magicæ cap. 1. ſect. 1.* & P. à S. Fauſto *lib. 7. q. 29.* Sunt tamen quidam caſus ſoluendi.

Sotus
Henriq
s. Fauſto
Suar
Vaſq.
Layman
Vaſq
Suar
Coninch.
Bonacina
Suarez
Sot.
Delrio
s. Fauſt

Primus, Vtrum Sacerdos audiens in Confeſſione ipſum pœnitẽtem velle ſibi afferre mortem poſſit ſibi conſulere, & vitam ſeruare. Reſpondetur, ſi hoc ſine vlla ſuſpicione reuelandi peccatum fiat, poſſe; ſin minus, non poſſe: quam ſententiam tradit, & multis confirmat Vaſquez *q. 93. ar. 3. dub. 9 & 10.* Vnde qui in aliorum comitatu incedat, audita Confeſſione vnius comitis, qui eum in via vult occidere, nulla ſuperueniente cauſa non poteſt ſe ſubtrahere, & ſocios relinquere, ad euitandam ſuſpicionem fracti ſigilli. Adde etiam, ſi Sacerdos in peccato mortali ſit, teneri eum facto contritionis actu continuare viam, & ſigillum prorſus ſeruare. Ita Nauarrus *cap. Sacerdos de Pœnit. d. 6. n. 135.* & Suarez *d. 34. ſect. 7.* & Vaſq. *q. 93. ar. 3. dub. 10.* & P. à S. Fauſto *lib. 7. q. 10.*

Vaſq
Nauarr.
suar
Vaſq.
s. Fauſt

Secundus, Vtrum ſi quis pœnitẽs confiteatur velle ſe occidere Principem, vel incendere ciuitatem, poſſit monere Confeſſor, vt ſibi caueant Princeps, & Ciues? Reſpondetur, ſi nullum ſit periculum veniendi in cognitionem pœnitentis, poſſe. Verum non eſt me authore idonea reſponſio; quomodo enim caueri poteſt, niſi ab illo, qui conatur occidere, vel incendere, idque non poſſit, niſi vel inuento authore, vel ſaltem per ſuſpicionem prodito, & aperto fieri? Itaque ſpeculatiuè vera doctrina eſt, ſed quæ in praxim deduci non poſſit, ac ita demum ſentire comperi Reginal. *lib. 3. c. 2. n. 16.* & à S. Fauſto *lib. 7. d. 12.* & Fagund. *lib. 6. cap. 1. num. 25.* Vide Delrium *lib. 6. diſquiſit. Magicæ. cap. 1. ſect. 3.*

Reginald
s. Fauſto.
Fagund
Delrio.

Tertius, Vtrum liceat Confeſſario dicere in oppido, vel ciuitate, in qua confitetur, eſſe talis, vel talis generis peccata? Reſpondetur negatiuè, nam cum omnes ſciant illum eſſe Confeſſorem, ſuſpicabuntur loqui ex notitia

Con-

Suar. Henriq Coninch Layman

Confeſſionis, & ita docet Suarez *d.33. ſect.3.* & Henriq. *lib.6.cap.21.num.6.* & Coninch *d.9.d.1.num.16.* & Layman *tr.6.c.14.*

9. Quartus. Vtrum qui duos confiteri ſolet, & de vno dicit eſſe bonum, & de alio nihil dicit violet ſigillum? Reſpondetur affirmatiuè, quia ex ſilentio circa alterum colligitur illum non eſſe tam bonum, quàm alterum, iuxta doctrinam Paludani *d.21.q.2.ar.2.* & Soto *d.18.q.4.artic.5.* & Nauarr. *in ſumm.c.8.num.3.* & Vaſq. *q.93.ar.3. dub.3.* Valentiæ *d.7.q.13.p.3.* et Layman *tr.6.c.14.*

Paludan. Sot. Nauarr Vaſq Val. Layman

Quintus. Vtrum Confeſſarius, qui ante confeſſionē ſciebat peccatū pœnitentis etiam publicū, audita poſtea Confeſſione poſſit de illo loqui? Reſpondetur negatiuè contra Fauſt.qu. 39. qui affirmat licere, cum Vaſquez qui negat *q.93.ar.4.dub.6.* et Sot. *d.18 q.4.ar.3.* et Caiet. *in ſumm.verb. Confeſſori neceſſaria.* et Nauarr. *in ſumm. c.8.num.62.* quia ſuſpicio erit, quod reuelat Confeſſionem, et notitia illius peccati mixta eſt cum notitia Sacramentali; itaque debet tacere poſtquam audiuit, et ita pœnitentes facturum putant, qui interdum confitentur, ne Confeſſor ſua peccata, vel reuelet, vel puniat. Aduerto tamen, ſi peccatum publicum ſit, interdum poſſe, et aliquando debere Confeſſorem de illo loqui, ne dum ſolus tacet, videatur tacendo ſignificare audiſſe illud in confeſſione. Vnde ſilentio item ſigillum frangitur.

Vaſq. Sot. Caiet. Nauarr.

Sextus, Vtrum ſuperior à quo ſubditus petijt licentiam pro reſeruatis teneatur ex ſigillo ad tacendum? Reſpondet ex communi ſententia P. à S. Fauſto cum diſtinctione: ſi petijt in Confeſſione, affirmandum: ſi extra confeſſionem, negandum, et poſtea 2.par. citat Vaſq. & Coninch, ſed in omni caſu affirmandum teneri de ſigillo cum Henriq. *lib.3.cap.20.nu.3.* & Soto *de ſecret.m.3.q.4.* & Suar. *d.33 ſect.4.num.3.* imò & Vaſquez in caſu ſimili *q.93.ar.4.dub.2.num.4. & 5. & 6.* Falsò autem citatur à P. S. Fauſto pro illa ſententia, quia nil tale habet vſquam Vaſquez, nec habere poteſt, cum ſit illius doctrinæ contrarium: in eo loco, & numero loquitur Vaſq. de eo, qui extra confeſſionē alicui ita detegit peccatum, vt poſtulet tantum ſecretum, quantum ſeruare ſolet intra confeſſionem, quod ſæpe exaggerando dicimus. Quo in euentu negat Vaſquez audientem teneri lege ſecreti confeſſionis, quod veriſſimum eſt. Oportet Authores diligenter inſpicere, ne iis calumniæ imponantur.

S. Fauſt. Henriq Soto Suarez Vaſq

Septimus, vtrum ex pœnitentia ſequatur violatio ſigilli? Reſpondetur affirmatiuè, cum pœnitentiæ publicæ iubeantur fieri, aut ita notabiles, vt ſuſpicionem grauitatis peccati afferre poſſint, vti bene Layman ex S. Antonino notauit *tr.6.c.15.n.12.* Layman

10. Octauus, vtrum peccatum complicis apertum à pœnitente in confeſſione obliget ad ſigillum? Reſpondetur omnino obligare. Vnde ſequitur malè ſeruari ſigillum à quibuſdam Confeſſoribus, qui audito pœnitentem peccaſſe cum complice, hortantur ipſum ad prodendum complicem extra Confeſſionem, & proditum de licentia pœnitentis deferunt ad ſuperiorem, vt illum norit, & monent, vt puniat; nam hinc ſequitur complicem ab alio delatum noſſe, à quo ſit accuſatus, & pœnitentem etiam accuſet eiuſdem peccati, & ita circuitu quodam pœnitentis peccata reuelentur. Video hoc eſſe in vſu apud quaſdam Religioſas familias, ſed non poſſum probare, & ille circulus à peccato cōplicis ad peccatum pœnitentis reuerſus vitioſus eſt, & continet violationem ſigilli.

Nonus, An pertineat ad ſigillum interrogare in Confeſſione pœnitentem de aliquo peccato, cuius eſt conſcius extra Confeſſionem Sacerdos, & quod pœnitens negat. Ego puto non pertinere, atque adeo de illo rogari pœnitentem non eſſe contra ſigillum, cum intra Confeſſionem maneat, imò ad ſigilli rationem referatur: non debere tamen id fieri affirmo ſine graui cauſa, & ſuauiter, vti antea obſeruaui.

Venio

Digitized by Google

Venio ad capitalem quæſtionem. Vtrum liceat Prælatis in ordine ad regimen, vti notitia Confeſſionis? Primum dubium eſt, vtrum ſit contra ſigillum, velle Superiorem ſcire, quis ſit pœnitens ſubditus, qui per Confeſſarium poſtulat licentiam abſoluendi à reſeruatis? Reſpondeo affirmatiuè, quia ſubditus non vult ſe prodere niſi Confeſſario, & Superior non habet ius in ſubditum in eo foro, niſi titulo Sacramentali, vnde nolente ſubdito comparere, & petente legitimè licentiam per Confeſſarium, non poteſt inuiolato ſigillo nomen eius Superior procurare, nam iuriſdictio non extenditur niſi ad culpam reſeruandam, & reſtringendam ad abſoluẽdum authoritatem, quod vtrumque fieri poteſt ſine nominatione perſonæ.

Secundum, vtrum violetur ſigillum ſi Superior nolit dare facultatem abſoluendi, niſi declarato genere peccati, pro quo abſolutio poſtulatur? Reſpondetur, ſi Superior non norit perſonam, nec venire poſſit in eius cognitionem ex relatione culpæ, licitum erit inquirere de peccato: Si tamen Confeſſor iam ei nominauit perſonam, non licet inuiolato ſigillo interrogare genus peccati, id enim eſt obligare pœnitentem ad duas confeſſiones faciendas aperiendo duobus peccata ſua ex impoſita obligatione. Quare ſine eius voluntate expoſito peccato, tum Superior, tum Confeſſarius violabunt ſigillum.

Tertium, vtrum poſſit Superior pœnitentem ſubditum, cuius peccata ex confeſſione tantum nouit, impedire à conſecutione alicuius officij, vel priuare officio, & in forum externum ad bonum communitatis regimen, notitiam illam Sacramẽtalem deducere? Multi affirmant id licere, quando nõ ſequitur violatio ſigilli, ſed ſolus pœnitens conſcius ſit illius impedimenti & priuationis. Non paucos pro hac ſententia affirmatiua Authores citant Sanchez *lib.3.de Matrim.d.16 qu.1.* & Layman *tr.6.c.14.* & S.Fauſto *l.7.q.5.* qui fundantur ea ratione, quia hic nõ violatur ſigillum, cum nemo ſciat præter pœnitentem, qui debet anteponere bonum commune bono ſuo priuato. Negandum tamen eſt cum Sanchez, & duobus citatis, & Suario *d.33 ſect.7.* & Bannez *2.2.q.33.art.8.* & Valent. *to.4.d.7.q.13.qu.3.* & Coninch *d.9 dub.4.n.64.* & alijs quos adducunt. Primò, quia illa ſcientia habita in Sacramento non poteſt ex natura ſua deduci ad forum externum, quod eſt omnino alterius generis, & viſibile. Secundo, quia ſequitur periculum ſuſpicandi malum de illo ſubdito qui ſine vlla culpa externa remouetur, vel priuatur officio publico. Tertiò, quia redditur confeſſio odioſa pœnitenti, qui videt ſibi peccata ſua quodammodo exprobrari. Quartò quia pœnitens ita aperit Confeſſori peccata, vt nolit ob eam notitiam ſibi quidquam vel exiſtimationis, vel honoris detrahi; vnde non licet Prælato Confeſſario iure illum ſuo ſpoliare. Quintò, probatur exemplo Iudicis, qui quamuis ſciat ſecreta notitia reum admiſiſſe crimen de quo accuſatur, non poteſt tamen illum ob priuatam notitiam damnare, ſed tenetur eum iudicare ſecundum allegata, & probata. Ergo multò minus poterit Superior vti notitia Sacramentali ad procedendum contra ſubditum in ordine ad externam gubernationem. Vaſquez miror in contraria eſſe ſententia, & hac de re minus, quam ſolet accuratè tractare: ſed memini me Compluti ex Alarcone ipſius diſcipulo audire Vaſquium in materia de pœnitentiæ Sacramento certas quaſdam opiniones habuiſſe, eaſque, quod minus Prælatis placerent, ab eo eſſe ſuppreſſas: vnde mihi ſuſpicio eſt, cum hic liber fœtus poſthumus fuerit, aliqua ex eo eſſe, vel detracta, vel mutata, quod mihi etiam in Suarij operibus conſtat accidiſſe. At certè hac in re Vaſquius poterat mentem ſuam fidẽter aperire, quam Societas IESV fouet, & amplectitur, vti teſtatur Layman *tr.6.c.14.* Magnum quippe huic ſententiæ neganti cui ſubſcribo, pondus addidit graui ſuo iudicio Reuerenren-

Sanch. Layman S. Fauſt.

Suarez Bannez Valent Coninch

Layman

Decretū Claudij Aquauiuæ rendiſſimus P. Claudius Aquauiua, clariſſimus Societatis IESV Generalis, qui anno 1590. decreto vetuit ſuo ſolenni, ne quis contrariam, id eſt, affirmantem ſententiam in ſua Religione aut publicè doceret, aut priuatim traderet: & ita Decretum concludit: *Ita prorſus in omnibus noſtri ſe gerant Confeſſarij, ac ſi in Confeſſione nihil audiuiſſent, ſibique perſuadeant, vt humanarum rerum regimen ab hoc Sacramento longiſſimè diſtat, ita debere nullatenus ab eo pendere*. Quod quidem factum, & ſanctum authoritate ſua fecit Clemens VIII. Pontifex idem Summus, & Doctor, expedito pro Regularium gubernatione Diplomate anno 1594. die 20. Maij in quo ita: *Tam Superiores pro tempore exiſtentes, quam Confeſſarij, qui poſtea ad Superioritatis gradum fuerint promoti caueant diligentiſſimè, nè ea notitia quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur*. Quod Diploma inſtar Regulæ eſſe debet, ad quam ſuas gubernandi rationes Prælati dirigant, nec ab ea licet deuiare. Verè itaque dictum eſt à D. Bernardo loquente de Confeſſione, *nihil minus ſcio, quam quæ per Confeſſionem ſcio*. Quam ſententiam citat, & probat eius familiæ Religioſus Author Bartholomæus à S. Fauſto *l.7.q.45*. Ex his ſequitur neminem vti poſſe notitia Confeſſionis in alio foro, quam Sacramentali, quo item maxime confirmatur tradita proximè à nobis de Reſeruatione doctrina; ſi enim vetuit Pontifex, ne quis vlla ratione notitiam Sacramentalem ad forum externum deduceret; inde ratio vetandi fuit ſumpta, quod ea notitia non eſſet iuris alieni, ſed proprij pœnitentis, cui attendendum eſt, & Sacramenti, cui conſulendum, ne fiat odioſum: quæ rationes in ijs quos propoſui de Reſeruatione caſibus, militare videntur.

Diploma Clement. VIII.

S. Bern.

S. Fauſt.

Ad calcem rogabis, quæ pœna maneat Sacerdotem, vel eum qui reuelet ſigillum Sacramenti? Primo, aduertendum eſt ſoli Sacerdoti pœnam eſſe iure conſtitutam, laico tantum arbitrariam; quia ad laicum minus ſpectat huiuſmodi crimen. Sacerdoti igitur antiqua pœna Cap. Sacerdos. de Pœnit. diſt. 6. impoſita erat Depoſitio, & Peregrinatio perpetua. De nouo autem cap. *Omnis vtriuſque ſexus, eadem diſtinctione*. partim eſt retenta, partim mutata. Retenta depoſitio perpetua, & mutata peregrinatio in perpetuā incluſionem in Monaſterio. Sic Nauarrus cap. *Sacerdos n.171*. & Sot. *de tegendo ſecreto m.1.q.2* Suarez *d.33. ſect.8. n.1*. De Irregularitate dubitatur, an ſit eidem crimini aſſignata pœna. Probabilius negandum; nec enim de illa conſtat teſte Suario *d.33 ſect.8*. & P. à S. Fauſto *l.2. quæſt. penult*. contra Maiolum id affirmantem.

Nauarr. Sot.

Suarez

CAPVT XI.

De Satisfactione.

SAtisfactionem eſſe partem Sacramenti Pœnitentiæ conſtat ex Conc. Trid. *ſeſſ.14. can.4*. vbi definit tres eſſe partes Sacramēti Pœnitētiæ. Eas latè ac eruditè, vti ſolet, probat Bellarminus *lib.4. de Sacram. Pœnit*. Ex quibus tertiam Satisfactionem; dum impletur nō eſſe partē eſſentialē ex eo patet, quia ante Satisfactionem & illa item omiſſa, Sacramentum illud per abſolutionē perficitur. Ecquis enim dubitat per abſolutionem terminari Sacramentum quoad eſſentiā, eum Satisfactio poſtea præſtetur? Ac ita cum pluribus tradit Leander *diſ.9. quæſt.2*.

Trid.

Bellarm.

Leander

Quæſtio eſt, vtrum Satisfactio quādo impletur conferat aliquem effectum gratiæ ex opere operato? Negat Vaſquez *q.94. a.2. dub.5*. Aegyd. *d.19. dub.10. n.90*. Ochagau. *tr. de Satiſf. q.7 n.6. & 8*. Sanctius *in ſelect. d.33. n.12 1*. Lugo *d.25. nu.2*. Hurtad. *diſ.12. diff.13*. & P. à S. Fauſto *lib.5. qu.7*. Ego affirmo cum D. Thoma *3. p. q.90. ar.2. ad 2*. & Caiet. *ibi* & Soto *d.17. q.1. a.2*. Ioann. de Cruz *p.2. q.1. dub.4*. Fagund. *l.9. c.3 n.1*.

Cand. Baun. Leand. Suar. *n*.1.Moura 3.*p.c*.6.§.7.Caudid. *art*.3.
dub.4. Baun. *tr*.4.*q*.20.*dub*.5.& Lean-
der *d*.9.*q*.6.& Suarez *commentar.in* 3.
p.q.90.*a*.2.*ad* 2. *&* *d*.38.*ſect*.2.qui tan-
dem poſtquam diu dubitauit cum D.
Thoma, & Caietano mauult ſentire,
Sotus & citat Sotum *d*.17.*q*.1.*a*.2. Intelligi-
tur autem quando pœnitens implet
in gratia Satisfactionem; cum enim
pars ſit integralis Sacramenti, & in eo
genere compleat illud, eſt opus gra-
tum Deo, & confert aliquam gratiam
ex opere operato. *Nec* inde ſequitur
quod deducit Fauſto, poſſe quando
impletur cum attritione ſanctificare
peccatorem, quia Satisfactio non eſt
vel totum Sacramentum, vel de eſſen-
tia Sacramenti, cuius eſt ſanctificare.
Vtrum autem Satisfactio ſit de præ-
cepto, ita vt teneatur Confeſſor im-
ponere pœnitẽtiam ex officio, & pœ-
nitens implere, quæſtio biceps eſt.
Quod attinet ad primam partem Cõ-
feſſarius tenetur imponere ex officio
pœnitentiam; ita ratio Sacramenti
Trid postulat, & iubet Concilium Triden-
tinum *ſeſſ*.14.*c*.8. & eſt ſenſus com-
D. Thom munis Theologorum authore D.Tho-
ma *in* 4.*d*.18.*q*.1.*a*.3.*q*.3.& Soto *d*.29.
q.2.*a*.2.& Ledeſma 2 *p*.4.*q*.20.*a*.3. &
Ledeſma Canus Pet. ſotus Vaſquez Cano *relect*.5. *de Pœnit*. & Petro Soto
lect.2.*de Satiſ*.& Vaſq.*q*.94.*a*.2.*dub*.1.
Cum autem ſit duplex ſatisfactio, al-
tera medicinalis, altera pœnalis, vtrã-
que imponere Confeſſor debet: pri-
mam, vti Medicus: ſecundam, vti
Iudex, quod bene notauit Durandus
Durand. Henriq *in* 4.*diſt*.20 *q*.1.*n*.4.& Henriq.*lib*.2.*de
Pœnit*. *c*.22. Præterea iſtud officium
imponendæ pœnitentiæ pertinet ad
Clauium poteſtatem, quæ ligat homi-
nem vinculo Satisfactionis. Hac in
re conſtat teneri omnino pœnitentem
ad implendam pœnitentiam, quę me-
dicinalis eſt. Vtrum autem teneatur
ad acceptandam pœnalem? quæritur
inter Authores. Circa ſecundam
partem.

Prima Cõtrouerſia eſt, vtrũ teneatur
ſub peccato mortali ad Pœnitẽtiã leuẽ
ſiue pro veniali, ſiue pro mortali impo
Henriq ſitam? Nonnulli cum Henriquez *l*.5.
c.20. & Leandro qui paucos citat *d*.9
q.61.affirmant; negandum tamen eſt
cum Suarez *d*.38.*ſect*.7. & Layman Suar
tr.6.*c*.15.*n*.7.& Fagund.*l*.9.*c*.8 Aegid. Layman Lugo
d.10.*dub*.9.Reginald.*l*.7 *n*.77. & Car- Diana
dinali de Lugo *d*. 25. *n*.50. qui dicit
eſſe communem ſententiam, quam ſe-
quitur Diana 3.*p.tr*.4.*reſolut*.101. Ra-
tio eſt, quia de re leui non datur obli-
gatio grauis. Ergo vndecumque oria-
tur illa obligatio Pœnitentiæ, cum ſit
leuis non poteſt inducere obligatio-
nem grauem. Secunda Controuerſia
eſt, vtrum pœnitens teneatur acce-
ptare, & exhibere impoſitam ſatisfa-
ctionem, quando illa fuerit grauis?
Anthores communiter affirmant om-
nino teneri pœnitentem ad acceptan-
dam, & exhibendam ſub peccato
mortali, imo ſi acceptare nolit, negan-
dam illi eſſe abſolutionem. Plures Diana Leand.
affert Diana 2.*p.tr*.1.Miſcellan.*reſolut*.
52.*&* 3.*p.tr*.4.*reſol*.51.& Leander *d*.9
q.56.Nauarrus tamen *in cap*. *Conſide-* Nauarr
ret §.*Cautos diſt*.5.*de Pœnit*. cum alijs
quos ijdem citant, negat. Mihi vide-
tur diſtinguendum. Teneri pœniten-
tem acceptare. Si tamen poſtea non
exhibeat, ſed remittat ad Purgatoriũ
non peccare mortaliter, & ita conci-
lio vtramque ſententiam. Primam
partẽ probo; quia Confeſſor eſt iudex
ac poteſt præcipere, & debet Pœni-
tentiam. Ergo tenetur pœnitens reus
acceptare. Secundam partem ſic
confirmo. Licet pœnitenti per indul-
gentias ſupplere impoſitam ſibi pœ-
nitentiam. Igitur non tenetur exhi-
bere. Antecedens probamus in tra-
ctatu de Indulgentijs. Conſequentia
rectè colligit.

Non poſſum tamen probare opi-
nionem illorum Theologorum, qui
dicunt pœnitentem, nec teneri ac-
ceptare, nec exhibere, & poſſe remit-
tere totam pœnam ad Purgatorium,
quod placuit Nauarro citato, & Ca- Caietan.
ietano *tom* 2.*opuſc*. *de ſatisfact*. *Pœnit*.
q.2. Ratio, quæ me mouet, eſt, quia
illa Purgatorij pœna non poteſt vllo
modo reduci ad ſatisfactionem, cum
ſit potius ſatiſpaſſio, quam ſatisfa-
ctio. Vnde cum Vaſquez *tom*.4.*in* 3 Vaſq
p.q.93.*dub*.1.*n*.5. concludo, ſatisfa-

ctio-

ctionem, vti eſt pars Sacramenti non poſſe in Purgatorium remitti, ſed in hac via eſſe præſtandam.

Circa quantitatem, & qualitatem Pœnitentiæ dico primò, Pœnitentia debet eſſe idonea, & moderata, non nimia, & moleſta, & quæ pœnitentem deterreat à confitendo, vel ab im plendo. Erit igitur idonea, & moderata, quæ ſit perſonis, & peccatis proportionata, habita ſemper rationе diſpoſitionis; nam perſonarum attendenda qualitas eſt: vnde pauperi, vel filio familias non debet imponi eleemoſyna; puero, vel ſeni, vel debili ieiunium; Virgini domi clauſæ, peregrinatio; occupato, oratio longa. Quare, ſi cui nimia, & moleſta pœnitentia à Confeſſario imponatur roget ille Confeſſarium, vt mutet, quod ſi nolit, omiſſa Confeſſione aliū adeat Confeſſarium, authore Suario *d.38.ſect.7.num.4.* & Coninch *d. 10. dub.9.n.*80. Suar Coninch

Grauis quæſtio eſt, Vtrum per opera alioquin præcepta ſatisfactio impleatur? Multi affirmant; primò, quia ſatisfactio eſt opus meritorium, quando eſt opus præceptum. Ergo etiam ſatisfactorium. Secundò, quia nos tolerando pœnas, & ærumnas à Deo immiſſas, quas neceſſariò patimur, meremur tamen, & ſatisfacimus. Tertiò, quia vno die duo ieiunij præcepta implemus. Quartò, quia recitans in Miſsa coronam, vel pſalmum impoſitum in Pœnitentia implet pœnitentiam. Ego tamen puto cum Scoto In 4.diſt 15.q.1. niſi Confeſſor id exprimat, non impleri ſatisfactionem per opera præcepta. Ratio eſt, quia illa opera iam ſunt præcepta. Ergo niſi ea exprimat Confeſſarius, illa non præcipit. Deinde, quia vnica ſolutio non ſatisfacit pluribus debitis, ergo neque vnum opus præceptum ſatisfacit duabus obligationibus. Quare rectè dixit D.Thomas Opera præcepta ſatisfacere non ex iuſtitia, ſed ex miſericordia Dei. Pendet hoc igitur ex intentione imperantis. Hac ratione concilio duas extremæ contrarias ſententias vnam communem nuperorum, quæ ait imponi poſſe opera præcepta: & eſt Nauarr, *cap.26.num.*14. Vaſ.*q.94.art.1.dub.*2. Suar.*d.38.ſect.6.* Sanch.*in ſumm lib.1 cap.14.* Lugo *d. 25. num. 67.* Candid. *diſq.24.ar.31.dub.9.* & aliam veterum Palud. *in 4.d.15.b 1.ar. 2.* Mai. *qu. 2. dub.1.* Capr.*q.1.ar.3.* Almaino *qu. 1.* Syluest. *verb.ſatiſfactio.* §.8. Frias *in ſumma fol.32.* Duce Scoto *d. 15.qu. 1.* Quę negat poſſe imponi opera præcepta. Nam imponi illa quidem poſſunt à Confeſſario, ſed niſi ille iubeat, ea non ſatisfacient, quod exiſtimat Luyſius Turrian. *de Pœnit d. 47. dub.2.* & apud ipſum Sotus, & Nauarrus cum quibus ſentio. Scotus D. Thom Nauarrus Vaſq. Suarez Sanch. Lugo Candid. Palud Mai. Capr Almain. Frias Scotus Turrian Sot

Primum argumentum oppoſitum retorquetur; nam illud opus vti habet vnum meritum, ita & vnam ſatisfactionem: deinde illa ſatisfactio ſequitur naturam operis, non traditur ad præceptum. Secundum ſoluitur, reſpondendo pœnas immiſſas à Deo non eſſe in noſtra poteſtate, pœnitentias eſſe. Ad tertium dico duo ieiunia, & ex eodem motiuo eſſe, & in eumdem diem cadere. Ad exemplum Horarum in Miſſa reſpondeo Horas eſſe opus diſtinctum ab auditione Miſſæ, & ſolo tempore conuenire. Qui verò facit vnum opus præceptum, nec diſtinguit opera, nec tẽpora. Itaque iudico tacente Confeſſario; ex natura rei idem opus præceptum non eſſe ſatis ad implendum præceptum, & pœnitentiam. Et ita demum Suarez *diſ.37.ſect. 6. num.5.* ſtatuit. Suar.

Altera quæſtio eſt, de Satisfactione, an, & quomodo fieri poſſit? Dico primò, ſatisfactio exhibita in peccato mortali valet ad implendum præceptum Confeſſarij. Ratio ſumitur ex ratione generali, quia alijs præceptis ſatisfit ab eo, qui eſt in peccato mortali, vti eſt ieiunio, & miſſa. Ergo etiam præcepto Pœnitentiæ à peccatore ſatisfiet, cum non ſit pars eſſentialis, nec iuſtificans. Deinde, quia ſolutio debiti in debitore non requirit gratiam apud creditorem, cum inimico poſſit fieri ſolutio;

Nauarr. Suar. Lugo. Vaſq. Fagund. Leand.

lutio; & valere ad implendum præceptum reſtitutionis. Et ita cenſent Nauarr. *de Pænit. d 9. cap.* 1. *num.* 48. *& in Man. c.* 3. *num.* 6. Suar. *d.* 38. *ſect.* 8. Lugo, & Vaſquez *diſ.* 25. *num.* 13. Fagund. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 2. Leand. *d.* 9. *q.* 9.

Vaſq. Marſil. Medina. Suar. Diana. Leand.

Dico ſecundò. Pœna non remittitur à Deo, dum pœnitens non eſt gratia, ſed cum poſtea redit ad gratiam, & remouet obicem peccati ſatisfactio reuiuiſcit, & pœna remittitur. Ratio eſt, quia illa ſatisfactio eſt pars Sacramenti, at hoc habet effectum ex opere operato, ergo & pars illius recedente fictione effectum habebit, quantum ad remiſſionem pœnæ. Hoc tradit perſpicuè P. Vaſquez *q.* 94. *ar.* 2. *dub.* 5. cum Marſil. & Ioan. Medina quos adducit, & Suar. *d.* 38. *ſect.* 8. Diana 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 85. *&* 4. *p. reſolut.* 241. & Leander *d.* 9. *q.* 11.

Sot. Gabr. Med. Vaſq. Valent.

Dico tertiò. Quando pœnitens implet Pœnitentiam impoſitam à Confeſſario, omnis pœna pro qua imponitur illi remittitur. Eſt Scoti *in* 4. *d.* 9. *q. vlt.* & Soti *diſt.* 20. *q.* 2. *ar.* 3. & Gabr. *d.* 58. *q.* 1. *ar.* 1. & Med. *C. de Confeſſ. q. de effectu Pænit.* contra Vaſquez *q.* 94. *ar.* 2. *dub.* 6. *num.* 6. & Valentiam *tom.* 4. *d.* 7. *q.* 14. *p.* 5. Ratio eſt, quia Confeſſor eſt Iudex nomine Dei & quidquid conſtituit, virtute Clauium fit, & ratum in cœlo habetur, alioquin non erit certa, & infallibilis remiſſio, nec ex opere operato. Deinde ſi pœnitentia illa impoſita à Cõfeſſario, qui iuſtam putat non remittit totam pœnam datur error in Clauibus; & pœnitenti datur occaſio indignandi; nam cum ille ſit paratus ad ſatisfaciendum reperit poſtea ſe voto ſuo fraudatum. Quare etſi videam Recentiores authores contrarium ſentire, malo antiquioribus aſſentiri. Et Sacramento fauere.

Dico quarto. Si Confeſſarius velit, vt pœnitens per alium ſatisfaciat, ſatis erit illud opus alienum iuſſu Confeſſarij factum ad ſatisfaciẽdum etiam ex opere operato. Eſt Suarij *d.* 38. *ſect.* 9. *num.* 4. & multorum quos citat, & ſequitur Leander *d.* 9. *q.* 30. contra Vaſquez *q.* 94. *dub.* 1. Ratio eſt, quia ſatisfactio cum ſit ſolutio, per alium fieri, & valere poteſt, vnde ſi velit Confeſſor, valebit; quod autem non ſit actus pœnitentis, non obſtat, nam nec ſatisfactio eſt pars Sacramẽti eſſentialis, nec opus illud alienum eſt à Pœnitente, cum ipſe illud procuret, & præſtari faciat ab alio nomine ſuo de mandato Confeſſoris: præſtare autem ſolutionem non eſt de neceſſitate actus pœnitentis; modò enim fiat de bonis, quæ non ſine creditoris, non intereſt à quo fiat, modò tamen fiat à debitore.

Vaſq.

Vltima, & grauis quæſtio eſt, vtrũ, & quis poſſit mutare impoſitam pœnitentiam? Dico primò. Pœnitens authoritate propria non poteſt mutare iuſtam pœnitentiam; poteſt autem nimiam, & immoderatam, præſertim ſi doctus, & timoratus fuerit. Prima pars liquet. Secunda ſuadetur, quia tunc impletur ſatisfactio idonea, & redditur præceptum onus rationabile, imò ea ratione non ſinitur Clauis errare. Ita Vaſquez *q.* 94. *art.* 2. *dub.* 3. *n.* 1. & Portel *in addit. ad dubia Regul. num.* 6. & alij apud Leandrum q. 192.

Vaſq. Portel. Leand.

Dico ſecundò. Pœnitens oblitus pœnitentiæ poterit aliam ſumere, & datam ſupplere, modo ſit idonea; nam illud non eſt authoritate propria ſatisfacere, ſed mutare materiam, cuius oblitus fuerat animo obediendi Confeſſori. Hoc deducitur ex proximo dicto iuxta Vaſquez, & Portel contra Reginaldum, & Coninch, quos citat, & ſequitur à S. Fauſto *lib.* 5. *q.* 54. *&* 56. de quo rurſus infra dicemus. Imo Boſſius *de iubil. ſect.* 1. *c.* 19. *num.* 26. ait hunc liberum eſſe ab onere pœnitentiæ, & ſi fuit obliuio ex negligentia tantum teneri fateri hanc culpam. Quod item ſentit Palaus *tom.* 4. *tr.* 23. *p.* 21. & Baunius *tr.* 4. *q.* 24. *pag.* 206.

Vaſq. Portel. Reginal. Coninch. S. Fauſto. Boſſius. Palaus. Baron.

Dico tertiò. Confeſſor, aut proprius paulò poſt confeſſionem, aut dum recordatur peccatorum pœnitentis, aut alienus audita de nouo pœnitentis confeſſione, poſſunt pœniten-

nitentiam commutare. Hęc patet, nec indiget probatione; & traditur à Vaſquez *q.94.art. 2. dub.* 3. ex omnium conſenſu, quos magno numero citauit, præter Sotum Maius dubiũ eſt, quando Confeſſor proprius non meminit Confeſſionis, nec alienus audit Confeſſionem de præteritis. Multi negant de vtroque, & in ijs Vaſquez *q.94.dub.3. num.*7. & Suarez *d* 38.*ſect.*10.*num.*8. quia iſte eſt actus iudicialis, & cauſa ignota fieri nequit, atque adeo extra Sacramentum non licet. Henriquez tamen, & Sà, ille *lib.5.cap.22,num.*1. hic, *verb. ſatisfactio num.* 5. affirmant; quia mutatio pœnitentiæ non pertinet ad rem eſſentialem Sacramenti, & ſemper fit in virtute Sacramenti, & in Ordine ad illud. His duobus poſtremis aſſentior; & addo patronos huius ſententię Nauarr. *cap.26.num.*22. & Valent.*d.7.q.*14.*p.*4. et Viuald. *de ſatisf.* Coriol.*p.p.ſect.*2.*ar.*21. Granad.*tr.*12. *d.*8.*num.*5. Leandr.*q.*100. et Baun. *tr.*4.*q.*16. vnde dicendum iudico nil fieri contra dignitatem Sacramenti, cum ſemper illius ratio habeatur. Monent tamen Authores, pœnitentem, cum pœnitentię obliuiſcitur, confiteri, et à Confeſſario commutationem poſtulare, qui vel audita, vel non audita Confeſſione, pœnitentiam commutabit. Non eſt tamen neceſſe pœnitenti confeſſionem præteritam repetere ad effectum mutandę pœnitentiæ, ſed ſatis eſt negligentiæ peccatum aperire, et pro eo datã à Confeſſario pœnitentiam acceptare: et dum pœnitentiæ obliuiſcitur aliã admittere. Ita expreſsè Vaſquez cum multis quos citat *q.94.ar.2. dub.* 4. et alii apud Leandrum citatum.

Vaſq
Vaſq Suar
Henriq Sa
Nauarr. Valen
Viuald Granad Coriol Leand
Vaſq Leand.

APPENDIX DE INDVLGENTIIS.

CAPVT PRIMVM.

An ſit, & quid ſit Purgatorium?

CVM Indulgentiæ ad mortuos quoque pertineant, opus eſt de Purgatorio agere, qui eſt locus, vbi animæ, quibus illæ applicantur, pro tempore detinentur. Vocabulum mirantur, horrentque Hæretici, negantes in ſcripturis eſſe; qua ratione neceſſe eſt Myſterium Trinitatis negent, quod Trinitatis nomen in ijs non ſit. Quod ſi dicant eſſe rem Trinitatis; id eſt vnum Deum, & tres Perſonas, Patrem, Filium, & *Spiritum Sanctum*; reponemus rem quoque Purgatorij in ſacris litteris eſſe, cum purgatio, & remiſſio peccatorũ, pœnarumque poſt hanc vitam in ſcripturis inueniatur, quemadmodum inferius dicemus.

Locus igitur Purgatorij aſſignandus eſt. Nam cum triplex animarum ſit ſtatus teſte Auguſtino libro de Cura pro mortuis gerenda; Vnus earum, quæ ſunt beatæ, & non indigent purgatione: Alter earum, quæ ſunt dãnatæ,

Auguſt.

natæ,

natæ, & non ſunt capaces purgationis. Tertius earum, quæ nec ſunt tam puræ, vti primæ, nec tam ſordidæ, vt ſecundę, atque habent leues, quaſdam culpas, & reſiduas ex culpis temporales pœnas: pro hoc tertiò genere locus eſt purgationis deſignandus. Certa, & conſtans huiuſmodi doctrina eſt, quia in Cœlum nihil coinquinatum intrare poteſt. Ad inferos autem non deſcendunt (voco inferos locum damnationis æternæ) niſi qui in peccato mortali decedunt. Itaq; neceſſariò aſſignandus eſt locus medius, vbi ſunt animæ inquinatæ ſolis leuibus culpis, & temporalibus obnoxiæ pœnis. Hunc autem locum nos Catholici Purgatorium vocamus, ducto ab effectu vocabulo. Nec nouum, & inſolens eſt, cum purgationem peccatorum repetiamus apud Paulum ad Hebræos primo; quo in loco Chriſtus dicitur: *Purgationem peccatorum faciens.* Paulus

Negant tamen Purgatorium, & effectum eius multi ex antiquis Hæreticis, & ferè noſtrorum temporum Nouatores. Ex quibus Caluinus dicit libro tertio Inſtitutionum capite quinto. Purgatorium eſſe *commentum exitiale.* Nec id eſt mirum, cum enim tollant omnem ſatisfactionem & diſcrimen peccati venialis à mortali, & pœnas temporales nugas putent, Purgatorium, quoque euertunt. Homines ſanè acuti, & in deducendis erroribus ex erroribus mirè artifices. Caluinus.

Igitur. Purgatorium certum eſſe locum, & in eo purgari leues huiuſmodi reliquias, & culparum, et pœnarum, præter Scripturas, & Patres docet Diuus Thomas *in* 4. *diſt.* 21. *q.* 1. *art.* 1. *quæſtiunc.* 2. Bonauentura *ar.* 2. *quæſt.* 2. *& diſt.* 20. prima illius quæſtionis vltima. Bellarminus *tom.* 1. *lib.* 1. *de Purgatorio.* & Suarez *tom.* 4. *de Pœnitentia diſp.* 45. *ſect.* 1. *&* 2. Valen. *tom.* 4. *d.* 11. *q.* 1. *p.* 1. Vtrum autem ſit vnus tantum, aut plures diſputant Authores, quia legimus in ſanctorum hiſtorijs, loca Purgatoria animarum quibuſdam in Regionibus reperta eſſe, vbi illæ ponerentur; vti videre eſt apud Diuum Gregorium *lib.* 4. *Dialog. cap.* 25. *&* 40. & Arnoldum *tract. de verbis Domini in cruce cap.* 2. quod ex Purgatorio Sancti Patritij in Hybernia celeberrimo confirmatur. Verum his admiſſis (nec enim audeo improbare) locis extraordinarijs, certus quidam, & ordinarius Purgatorij locus eſt propè centrum terræ conſtitutus, vti communiter Theologi ſentiũt. Probatur varijs ſcripturarum, & Patrum teſtimonijs, quæ adducunt ijdẽ Bellarminus, & Suarez citati, & P. Bartholom. à S. Fauſto in Theſauro Religioſ. tom. 1. lib. 5. de quatuor Animarum receptaculis. D. Thom. Bonauent Bellarm. ſuar Valens. D. Greg. Arnold. Suar. Bellarm. s. Fauſt.

Quatuor animarum receptacula recepta ſunt à Scholaſticis communiter ſubtus terram. Ordine pono ſingula, et ex eo, quid de illorum ſitu ſentiam apparebit. Incipiendo à centro terræ primum eſt illud, quod *Infernus* dicitur, qui locus circa centrum in orbem vndequaque diffunditur, deſtinatus æternis ignibus ad torturam damnatorum. Secundum, *Limbus* puerorum, qui in peccato originali mortui ſunt, alio primo anguſtius, quod maiorem habet peripheriam, non itaque in omnem partem funditur, ſed ad latus ſepoſitum idonea capacitate extenditur. Tertium ipſum Purgatorium, vbi animæ, de quibus agimus purgantur, multò magis arctum, et ad latus reiectum. Quartum ſinus Abraham, ideſt Limbus Patrum: vbi fuerunt detentæ Iuſtorum animæ, qui ante Chriſti Reſurrectionem deceſſerunt. Omnes hi loci inferni, et inferi nuncupantur, & in quemcunque quis deſcendat, in inferos dicitur deſcendere. Qua ratione multi ſcripturarum loci explicantur. De his receptaculis præter Theologos, quorum plures ſupra vidimus, accuratè agit Toſtatus in Paradoxis, et Maldonatus commen. in Lucam cap. 16. n. 27. De illorum ſitu aliter communiter Auctores ſentiunt, ponunt quippe Purgatorium proximè Infernum; deinde Limbum puerorum, ac ita inter eos docet Suarez Toſtatus Maldonat Suarez

rez diſp.45 ſect.2.num.13. Ego tamen aliter iudico, quia circa pœnam puerorum diſſentio, multi enim volunt Infantes nullam pœnam præter eam, quæ damni dicitur, citra mœrorem pati: imo, et nonnulli ita eorum miſerentur Infantium, vt dicant poſt diem Iudicij, inde emittendos eſſe, et in has Regiones noſtras inſtauratas, et nitidas venturos, vt ibi naturali beatitate æternum fruantur, qua ratione pia mouetur hic Suarez; et nos alibi diximus, cum ea de re tractatio incidit. Interim Henriquez citamus *lib. 7. de Indulgen.cap.8. in comment. littera L.* vbi negat hos pueros inde liberandos, et improbat contrarium ſentientes, quamuis pœnam ſenſus ab ijs remoueat. Henriq

At nos qui cum Auguſtino, Gregorio, et Proſpero, Fulgentio, Beda, et Concilio Florentino, et Bellarmino tom.3.de Controu.lib.6.c.2. et alijs ſẽtimus eos pueros eſſe natura filios iræ, et inimicos Dei, et in Diaboli poteſtate futuros, ijs talem locum aſſignamus, in quo totam æternitatem degant, cum aliqua pœna leuiſſima mæroris ex pœna damni. Nec enim video qua ratione idonea ſcripturis nixa, niſi ſola importuna, et improbabili pietate, ab omni pœna liberentur dicente Paulo *Vnius delicto omnes homines in condemnationem iſſe*, vti Bellarminus argumentatur contra ineptam infantium beatitatem *lib. 2. de grat.& lib.arb.cap.12.* nec tortores puerorum dici formidamus (quo nomine audaculi, quidam moderni Auguſtinum afficiunt) ne tortores ſcripturarum habeamur, quales eſſe puto, qui Auguſtino contradicũnt, quos redarguit Bellarminus locis adductis, & nos in noſtra Cortina, & mente Auguſtini Pariſiis excuſa, & ſuperius tractando de Pœnis peccati originalis. Itaque cum animæ Purgatorij Iuſtorum, & amicorum Dei ſint, quamuis parum ſordidatæ, & acriter puniendę, locum debent digniorem ſortiri, in quo etſi vehementius affligantur, honeſtius tamen, & honoratius habeantur.

Auguſt. Gregor. Proſp. Fulgent. Beda Conc. Fl. Bellarm

Bellarm

CAPVT II.

De Indulgentia, & Suffragio, quid ſint, & qui differant?

SVffragium, & Indulgentia conueniunt in eo, quod ſunt ſubſidia ſpiritualia, quibus alij aliis Fideles opitulantur; differunt autem, quod ſuffragium eſt ſubſidium, vt priuatum à priuato datum ex proprijs, vel publicum ex communi datum per modũ ſolutionis, & ſatisfactionis. Indulgentia vero commune, & per modum gratiæ ex publico theſauro à ſuperiore iuriſdictionem habente collatum ſubſidium. Ita Suarez diſp.48.ſect.3. & diſp.49. Quomodo autem ſuffragia applicentur, & Indulgentiæ concedantur, accuratè explicandum, vt eorum naturæ, & differentiæ appareant. Suar.

Hęretici, qui ſe à Chriſti corpore Myſtico, id eſt Euangelio ſepararunt, communionem inter ſe Fidelium tollere ſtatuerunt. Negant itaque communicationem bonorum operum, & mutua ex ijs animarum ſubſidia. In quibus eſt Vvicleff teſte Vvaldenſi *tom.3.de Sacrament. art.1. q.3.* Quod ex eo Lutherus, vti multa, auidè arripuit, quem Ducem habuerunt cœteri Nouatores. Tria autem fundamenta ſunt. Primum nullum eſſe reatum pœnæ temporalis remiſſa culpa. Secundum, meritum Chriſti, ſi qua ſit, omnem ſuſtuliſſe pœnam. Tertium, neminem iuſtum ita abundare, vt quo indiget, illud alteri donare poſſit. Vvicleff. Vvalden Lutherus.

Catholica tamen ſententia eſt, Fidelium inter ſe eſſe communionem in Fide, & communicationem in operibus: nam cum omnes vnum ſint corpus in Chriſto, vt ait Paulus, & in omnibus cor ſit vnum, & anima vna teſte Luca Actorum 4. omnium item eſſe debet, tanquam membrorum cõmunis, & permeabilis ſpiritus, omneſ- Paul. Luca

neſque vno, & eodem amoris vinculo contineri, quemadmodum explicat Auguſtinus, cum 4.Actot.tum tr. 32. in Ioannem circa finem. Id vero ſcripturæ teſtimonijs conuincitur, pſalm. quippe 11. ait Dauid. *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua*; qui enim particeps Iuſtorum eſſe quis poterat niſi communione Charitatis, & participatione ſanctitatis, quæ quo fieri modo poterat,per ſubſidia ſpiritualia permanebat. Et Paulus ſæpè iſtam ſocietatem bonorum ſpiritualium aſſerit, ex eaque deducit obligationem communicandi temporalia ijs, qui ſpiritualia impendebant. Ita ad Romanus 15. & 1. Corinth. 9. Vbi Eleemoſynarum ſubſidia ad IuſtorumHebræorum victum hoc nomine exigit, quod ab ijs ſpiritualia accipiebant. *Si ſpiritualium*, inquit, *eorum participes facti ſunt, debent in carnalibus miniſtrare illis*. Nec poteſt dici ſermonē eſſe de Prædicatoribus Euangelij, cū loquatur de tota Eccleſia, quę erat Hieroſolymis, quæ non ex ſolis Apoſtolis, diſcipuliſque conſtabat; qui loci idonei ſunt; nec opus eſt illo tertio, quem præcipuum vocat Suarez ad Coloſſ. quo abſtineo, quia obſcurior eſt, & maioris operæ. Accedit traditio Eccleſię, & doctrina Patrum. Conſtat enim Paſtores aliquas pœnas ob delicta incurſas remittere delinquentibus propter ſanctorum interceſſiones ſolere, vti tradit Tertullianus *lib.ad Mart.cap.*1.&Cyprianus *epiſt.*11. & 15. teſte Lindano in Panoplia cap. 73. In quam mentem nonnulli exponunt illud Pauli 2. ad Corinth. 2. *Cui aliquid donaſtis, & ego*; vt autem indicaret qua auctoritate faceret, addidit; *Nam & ego, quod donaui ſi quid donaui propter vos in Perſona Chriſti*. Ex quo appatet communionem ſanctitatis, & ſatisfactionem in virtute meritorum Chriſti inter Fideles exerceri. Hoc egregiè probat Lugo Cardinalis *diſ.* 26, *ſect.* 1.

Auguſt. — Dauid — Paul. — Suar. — Tertull: Cyprian. Lindan — Paul. — Lugo

Duplici autem modo fit huiuſmodi communicatio; Suffragijs, & Indulgentijs. Primum de ſuffragijs. Suffragia communicantur, vel ſatisfaciendo pro aliorum pœnis oblata ſuffragantis ſatisfactione, vel impetrando à Deo alijs Remiſſionem pœnæ. Primum modum quidam negarunt, quod dicerent non poſſe vnum alij ſatisfactionem ſuam applicare, ſicuti non poteſt meritum, ac proinde ſola impetratione ſuffragium fieri. Hanc ſententiam Suarez ſect.2.nu.4. falſam vocat, & meritò, quia contrarium docent omnes ferè Theologi, & Cathechiſmus Pij V. de Sacramento Pœnitentiæ cap. 62. dum ait, *Deum nobis condonaſſe, vt vnus poſſit pro alio ſatisfacere*; & tradit hoc ad communionem ſanctorum pertinere.

Suarez — Catech

Probatur autem optima ratione, quia reatus pœnę temporalis non eſt culpa, quę indigeat proprio actu pœnitentis,ſed debitum ſecutum ex culpa, quod ſpectat ad iuſtitiam vindicatiuam, & ſola indiget tolerantia, & executione, atque adeò poteſt per alienam ſatisfactionem ſuppleri. Cōfirmatur, quia pœna vnius peccatoris tranſit in alios, vti pœna Parentum peccatorum in filios, ergo etiam ſatisfactio pœnæ poteſt tranſire ad alios. In hoc autem exercetur opus quoddam iuſtitiæ,redditur enim Deo æquiualens ſatisfactio ab vno pro debito alterius. Diſtinguitur autem ſatisfactio ab impetratione, quia impetratio eſt inſtar meriti de congruo, quod nullam inducit obligationem, nec inuoluit æqualitatem, nec priuat impetrantem aliqua re propria, nec requirit in eo gratiam; at ſatisfactio eſt inſtar meriti de condigno, & donat ad æqualitatem, & quandam obligationem inducit, & priuat re data, & ſupponit in ſuffragante gratiam.

Vnde ſequuntur duo. Primum ſatisfacientem priuare ſatisfactione alteri data, nec ea amplius vti poſſe. Secundum, ſi pro multis offeratur imminui erga ſingulos; ac proinde multo eſſe minorem, quam ſi pro vno offerretur; quæ eſt doctrina D. Thomæ *in 4.diſt.45.q.2.a.1.quæſtiunc.4.& diſ. 20.q.*

D. Thom

ſcot. ſuar: 20.*q.*1.*a.*2.*quæſtiunc.*3.& Scoti quodlibet 20.& Suarij cum alijs *diſp.*47.*ſec.* 2.*&* 3.

De impetratione autem, Verum ſuffragium eſſe poſſit, eſt quæſtio. Suario negandum videtur. Mihi placet affirmare, quia impetrationi ſuus ac ſemper ſuffragandi eſt locus. Vnde & Beati in Cœlo, qui nec mereri poſſunt, nec ſatisfacere, poſſunt tamen nobis impetrare & gratiam, & remiſſionem. Non video autem, cur impetrare vnus alteri poſſit gratiæ auxilium, non poſſit autem ſubſidium remiſſionis pœnæ. Itaque ſentio vtroque modo, & ſatisfactione, & impetratione ſuffragia fieri. Quod autem obijcit Suarez nō poſſe quenquam ſibi impetrare remiſſionem pœnę, nullam vim habet, quia impetratio fit reſpectu alterius, non ſui, nec indiget actu aliquo in perſona, cui impetratur, vnde cum impetrans actum proprium eliciat, non erit impetratio; erit autem reſpectu alterius. Idem

In eo autem differt indulgentia à ſuffragio vti ſupra tetigi, quia indulgentia eſt donatio quædam, ſeu diſpenſatio theſauri Eccleſiaſtici auctoritate ſuperioris, & ab eo applicata in remiſſionem culparum venialium, vti mox dicam, & pœnarum temporaliū; itaque vti apparet ex vocabulo, gratuita donatio eſt non ex proprijs, vel dantis, vel recipientis ſpiritualibus bonis, ſed ex alienis, & contentis in publico theſauro. Deinde indulgenria datur viuis per modum remiſſionis & abſolutionis cum poteſtate remittendi pœnam, quod non fit in ſuffragijs, nec enim ſuffragans abſoluit eū, cui ſuffragatur, ſed tantum offert pretium, & ſatisfactionem æquiualentem, ſicut notant Bellarminus *lib.* p.*de Indulgen.cap.*p.& Suarez *diſ.*49.*ſect.*4. Quod ad defunctos attinet Indulgētia habet rationem ſuffragij, quia nec Papa, nec Epiſcopi habēt poteſtatem directam in animas Purgatorij, ac proinde non poſſunt eas abſoluere, ſicuti poſſunt viuos. In eo tamen rurſum conueniunt Indulgentia, & ſuffragium quod vtrumque fit extra Sacramentū, ſed iam propius ad indulgentiam accedamus.

Bellarm ſuar:

CAPVT III.

An, & vnde ſit in Eccleſia poteſtas concedendi Indulgentias?

HAec petra ſcandali Luthero fuit in quam cum impegit inuidia Tetzelii Dominicani, qui Luthero prælatus fuit in prædicatione publica Indulgentiarum reſte Roffenſi *art.*17. & EKio in Enchiridio. Negauit igitur Indulgentias eſſe, & Papæ poteſtatem ineſſe, renouato Vvaldenſium errore, quo Prodromi Lutheri, Vvicleffus, & Hus, & Praga correpti fuerant. Fundamentum id præcipuum fuit, quod nullum in ſacris litteris huiuſce poteſtatis veſtigium eſſet. Deinde addiderunt ratiunculas. Alteram pœnam culpis aſſignatam eſſe à Deo, ac proinde extra iuriſdictionem humanam. Alteram Chriſti ſatisfactionem abundè eſſe. Itaque, & Deo, & Chriſto indulgentiarum conceſſione iniuriam fieri. Lutherus Tetzellus

Dicendum tamen, eſſe in Eccleſia poteſtatem ad ferendas indulgenrias. Eſt de fide; ac ita Tridentinum ſeſſ. 25. de Indulgentijs, vbi ſic. *Cum poteſtas conferendi Indulgentias à Chriſto Eccleſiæ conceſſa ſit*; & infra eos anathemate ferit, qui Indulgentias, aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant. Loci autem Euangelij, vnde hæc veritas eruitur, quinque ſunt. Primus Matthæi 16. vbi Chriſtus Petro, *tibi dabo*, inquit, *Claues Regni Cælorum.* Clauibus omnis poteſtas ſpiritualis ſignificatur ad Regnum cæleſte expediendum ordinata, qua item continetur Indulgentiarum facultas, quæ ad muniendam in Cœlum viam pertinet. Secundus ibidem. *Quodcunque ſolueris, erit ſolutum.* Nam ſoluere à pœnis animas eſt laxare vincula, quibus Trid

Vvu tenen-

tenentur, ne in Cœlum euolent. Tertius ſimilis Matthæi 18. ad omnes Apoſtolos. *Quodcunque ligaueritis, & ſolueritis,* eadem ratione, qua proximus exponendus. Quartus Ioann. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.* Nomine quippe peccatorum, pœnæ quæ ſunt illorum reliquiæ veniunt, quas qui laxat, peccata remittit. Quintus Ioannis 21. *Paſce Oues meas*; vbi omnis ad curam, & adminiſtrationem animarum iuriſdictio cōceditur, cuius pars eſt liberatio à pœnis reſiduis peccatorum. Primis duobus vtitur Henriquez cum multis *l.7. c.3.* Alijs duobus alij apud Suarez *diſp.49. ſect.* Vltimus placet maximè ipſi Suario, quod & promiſſionem de futuro factam in alijs reapſe exhibeat, & quod ad omnem partem illa ſe cura Paſtoris extendat. Ego non minus aliis attribuo, præſertim loco Ioannis 20. vbi propriè remitti peccata audio, nec dubito, quin ad remiſſionem pœnæ peccati etiam extra Sacerdotium pertineat. Cur enim ſolum ad Sacerdotalem poteſtatem reſtringetur, nec extendetur ad indulgentiarum conceſſionem? Itaque omnes approbandi, & in hæreticos conuertendi.

Ioann. | Henriq. Suar

Traditio autem, & conſuetudo Eccleſiæ huiuſmodi veritatem cōfirmat; & quidem initium huius conceſſionis, & poteſtatis tam eſt antiquum, vt iudicet Henriquez *lib.7. cap.3.* ad Chriſtum eſſe referendum. Suarius vero ad Paulum refert loco proximè adducto: ſecundæ Corinth. 2. Vterque, & Bellarminus *lib.1. de Indulgent.* multa huiuſce antiquitatis ex Concilijs, & Patribus, & Canonum decretis argumenta producunt; quæ Romanorum Pontificum factis corroborantur, à magno præſertim Gregorio ducto principio, quem Romæ inſtituiſſe Indulgentias pro viſitantibus ſacras ſtationes conſtat ex Platina in eius vita, & Caietano opuſculo de Indulg. c.9. Imo & Bellarminus ait oſtendi in antiquiſſimo templo Sancti Martini de Montibus Memoriam Marmoream priſcis litteris continentem Indulgentiam illi Eccleſiæ à Sergio II. Papa conceſſam, quod ex eodem refert Suarez ſect.2. Magnum huic rei momentum authoritatis addit D. Iſidorus, qui quadragenariæ à ſemetipſo donatæ indulgentiæ meminit teſte Henriquez lib.3. cap.7.

Henriq Suar | Bellarm | D.Greg. | Platina Caiet. | Bellarm | S.Iſidor.

Quod attinet ad Patres; quidam ſunt in Tertulliano, & Cypriano illuſtres loci, quibus vti Authores noſtri ſolent ad probandam indulgentiarum conceſſionē, & poteſtatem, quos afferunt Suar. *diſp.49.* & Layman *tract.7. cap.2.* Vbi de lapſorum Pœnitentia duo hi Patres agunt, quibus ob interceſſiones Martyrum, & Sacerdotum Spirituales apud Deum repoſitæ pœnæ remittebantur. Hæc autem teſtimonia Hæretici ad relaxationem pœnarum temporalium, humanarum, & in foro externo detorquent; negantque intelligi de remiſſione pœnæ in foro conſcientiæ incurſæ. Verum recta eſt interpretatio Authorum Noſtrorum; & ego confirmo idoneo teſtimonio Cypriani epiſt. 14. vbi ait *adhiberi huiuſmodi interceſſiones ſanctorum lapſis, vt auxilio eorum adiuuari apud Deum in delictis ſuis poſſint*; quod non patitur effugium. Alterum produco Tertulliani poſtquam defecit à vera fide, qui dum impugnat indulgentias, monſtrat Catholicum earum ſenſum, & vſum. Refutans ergo has martyrum preces, & interceſſiones lib. de pudicitia cap. 22 *Sufficiat*, inquit, *Martyri propria delicta purgaſſe. Ingrati, vel ſuperbi eſt in alios quoque ſpargere, quod pro magno fuerat conſecutus. Quis alienam mortem ſoluit, niſi ſolus Dei filius? nam & ipſa paſſione liberauit latronem; ad hoc enim venerat, vt ipſe à delicto purus, & omnino ſanctus pro peccatoribus obediret; proinde qui illum æmularis donando delicta ſi nihil ipſe deliquiſti, patere pro me; ſi vero peccator, quomodo oleum faculæ tuæ ſufficere, & tibi, & mihi poterit?* Quo nullum clarius teſtimonium habere pro hac noſtra veritate poſſumus; ex eo enim, quod improbat poſſe vnum pro alio ſatisfacere, conſtat in Eccleſia eo tempore Apoſtolis vicino

Tertull Cyprian | Suarez Layman | Cyprian | Tertull

tino morem illum applicandi ſatisfa-ctiones alijs viguiſſe. Canones multos in rem natos citat Suarez *ſect.*2.& Layman *cap.*2. (Suarez, Layman) Nihil autem id meo iudicio æquè probat, quam antiquiſſimus Romanarum ſtationum, & Iubilæorum mos per longam annorum ſeriem à Pontificibus ſeruatus; quo D.Thomas *in 4.diſt.*20.*q.*1.*art.*2.*quæſtiunc.*2.& Sotus *ibi diſt.*27.alijque doctrinam traditam confirmant; quorum Catalogus eſt in Suario citato, & Bellarmino *lib.* 1. *de Indulgentijs*, ex quo apparet concedendi indulgentias, ius, & vſum in Eccleſia fuiſſe; nec,opinor,Hęretici,ſi cordati eſſe veline has probationes inficiari poterunt. (S. Thom., Sotus, Suar., Bellarm)

Vtrum autem ad ordinem, vel iuriſdictionem hæc poteſtas pertineat quæſtio eſt. In quam quidam cum Durando *in 4.diſt.*2.*q.*3.*&* 5.& Hoſtienſi cap. Audientibus de Exceſſibus Prælatorum ad Ordinem pertinere dicunt. (Durand, Hoſtienſi) Verum oppoſitum aſſerendum cum D.Thoma *in 4. diſt.*20. *qu.*1.*a.*4.*quæſtiunc.*2. & alijs quos citat, & ſequitur Suarez diſp.49.ſect.3. & *Lugo* d.27.ſ.1.& Leand.q.2. (D. Thom, Suar, Lugo) Ratio eſt, quia hæc poteſtas non eſt Sacerdotalis,ſed diſpenſatoria theſauri Eccleſiaſtici, quæ non pertinet ad actus Ordinis, atque adeo non Sacerdotibus concedi poteſt; & quamquam ſit poteſtas Spiritualis non indiget ordinatione, cum ad diſpenſationem dirigatur. Suarius autem hic videtur ſentire, ſi foret remiſſio culpæ venialis non poſſe communicari iuriſdictionem Indulgentiæ ad illam remittendam homini laico, ait enim ideo non requiri Ordines Sacros,quia iſte actus non eſt remiſſio culpæ, quaſi ſi foret remiſſio, Ordines requireret. Mihi aliud videtur, quia etiam ſi foret remiſſio culpę venialis poſſet communicari homini laico ob eandem rationē; nam culpæ remiſſio extra Sacramentum nō pugnat cum ſtatu laico; poſſet enim laicus applicare ſuam ſatisfactionem per modum ſuffragij, & alienam per modum indulgentiæ;& hac ratione peccatum veniale alterius tollere; quare non video cur Suarius hoc dare timuerit; licet quippe laico acceptam à Superiore iuriſdictionem exercere eius nomine, ideſt alieno, & ſaltem indirectè remiſſa pœna veniale tollere quemadmodum ex Henriquez cap.5. infra docebimus. Iam vero de illa remiſſione, quæ fit per modum impetrationis,nulla, opinor, dubitatio eſſe poteſt, quin laici proprie ſit. Illud autem conſtat poteſtatem concedendi Indulgentias, cum ſit actus iuriſdictionis radicalis poſtulare ſubditos. Non ſolet ea tamen laicis communicari, quia è clauibus emanat.

CAPVT IV.

De Miniſtris concedentibus Indulgentias,& ſpeciebus earum.

PEr concluſiones hanc materiam abſoluemus. Prima ſit. Papa iure Diuino, tanquam Chriſti Vicarius accepta ab eo immediatè iuriſdictione Indulgentias cuilibet Catholicorum generi conferre poteſt. Ita Concil. Trident.ſeſſ.25. in *Decret.* de indulg. & Conſtant.in Bulla Martini V. extra Vnigenit. de Pœnit.& remiſs. Et Leo X. in *Bulla* contra Luther. & in Decreto miſſo ad Caietanum quod ipſe refert 3.*p.q.*28.*a.*5.D.Thom.*in.4.diſt.* 20 *qu.*1.*art.*4. & ibi Scholaſtici. (D. Thom) An vero Concilium Generale eandem poteſtatem habeat quærit Corduba de indulgent. qu.10. & affirmat cum Henriquez *l.*7.*c.*31.*nu.*3. & alijs quos citat Leander *q.*14. (Con gen. Corduba) Suarez *diſput.*55. *ſect.*1.*n.*7. diſtinguit Concilia, aitque Concilium, quod celebratur mortuo Papa illa poteſtate carere;at vero Cōcilium generale, in quo Papa præſidet eadem frui poteſtate. (Suar, Lugo) Ego quæſtioni reſpondeo verbis Cardinalis Lugo *d.*27.*ſ.*8.§.3. Extra Papam nonnulli id affirmarunt de Concilio generali, ſed abſque fundamento, quia nullibi re-

peritur Chriſti promiſſio, nec expediebat eſſe duas poteſtates non ſubordinatas æquales. Denique cum Concilium generale nullam aliam iuriſdictionem habeat, niſi dependenter à Papa non erit cur hanc habeat, quæ minus neceſſaria eſt. Ita cum pluribus Leander *q.* 14.

Leand.

Secunda Concluſio. Alij Epiſcopi, & Paſtores non habent iure Diuino iſtam iuriſdictionem. Eſt contra Caiet. to. 1. opuſc. tr. 8. q. 4. & Sot. in 4. d. 21. q. 1. & Cordub. lib. 5. q. 12. & Medin. l. 1. d. 5. c. 27. Patet ex dictis in materia de Clauibus, quia omnis poteſtas iuriſdictionis Eccleſiaſticæ præter Papalem eſt à Pontifice, ergo iſta à fortiori, quæ nullatenus in ordine fundatur. Eſt D. Thomæ citati, & in ſupplemento *qu.* 26. *a.* 3. & Suarij *diſp.* 49. *ſect.* 1. *n.* 13. & Coninch *diſp.* 12. *dub.* 1. *concluſione* 4. & à S. Fauſto *lib.* 2. *q.* 37. & Lugo *d.* 27. *ſ.* 8. Et confirmatur ex eo, quod in Concilio Generali Lateranenſi ſub Innocẽtio tertio, vetitũ eſt Epiſcopis vltra Indulgẽtiã vnius anni in die dedicationis Eccleſiæ, & vltra quadraginta dies ob alias cauſas poteſtatem extendere, vt habetur cap. cum eo de Pœniten. & Remiſſ. Quod fieri non poſſet, ſi Epiſcopalis iſta de conferendis indulgentijs poteſtas eſſet de iure diuino.

D. Thom
Suar.
Coninch.
Lateren.

Circa huiuſmodi concluſionem quæſtio eſt, Vtrum duo Epiſcopi concurrentes ad vnam, & eandem functionem, in qua ſolent concedi indulgentiæ poſſint ſinguli ſuas quadragenas dare. Reſpondet cum diſtinctione Suarez *diſp.* 55. *ſect.* 2. *n.* 5. ſi vnus ſit Metropolitanus, & alter ſuffraganeus poſſe Metropolitanum in Eccleſia ſuffraganei indulgentias ſui iuris concedere. Layman vero *tr.* 6. *c.* 4. *n.* 2. magis extendit, & affirmat poſſe alienum Epiſcopum in Sacello, cui ab Epiſcopo loci proprio conceſſa eſt quadragenaria indulgentia, ſuis ſubditis viſitantibus illam Eccleſiam cõcedere alteram quadragenam Indulgentiæ. Mihi neutrum placet. Non primum Suarij, quia metropolitanus non eſt ordinarius ſuperior Ouium ſuffraganei, ſed tantum in caſibus à iure expreſſis; quare non licebit ei hac vti iuriſdictione, quæ eſt ordinaria, & erga proprios ſubditos exercetur. Non ſecundum Laymani; quia illa conceſſio datur ratione loci viſitandi, qui eſt alterius Diœceſis, & habet indulgentiam propriam datam à proprio Epiſcopo, ergo non poteſt in ea exercere iuriſdictionem alienus. Quod ſi dicat Layman poſſe Epiſcopum concedere indulgentiam Perſonis viſitantibus talem locum non ratione loci, ſed perſonarum; iam tunc illa indulgentia eſt perſonalis, de qua non eſt quæſtio; non autem localis, de quo controuerſia erat.

Suar.
Layman
Suar.
Layman

Tertia concluſio. Nec Papæ, nec Epiſcopis licet concedere Indulgentiam per modum abſolutionis defunctis, ſed tantum viuentibus. Probatur, quia defuncti ſubditi propriè non ſunt, nec eſſe poſſunt, quemadmodũ docet Suarez *diſ.* 53. *ſect.* 2. *n.* 4. & Layman *tract.* 6. *c.* 4. qui tantum loquitur de Epiſcopis, & corrumpit citationes Suarij, & ſilet de illius circa Summũ Pontificem ſententia; cum Suarez citatus manifeſtè dicat Romano id Põtifici non licere, niſi per modum ſuffragij, de quo ſuo loco.

Suar
Layman

Quarta Concluſio. Cardinales, & Legati Apoſtolici, & alij Prælati, qui Epiſcopi non ſunt, etiam Religioſi, niſi ex commiſſione ſpeciali cõcedendi Indulgentias poteſtatem nõ habent. Itaque illa prorſus carent argumento Capitis, *audientibus, de exceſſibus Prælatorum*; an vero per cõſuetudinem huiuſmodi prælatis liceat concedere Indulgentias quæſtio eſt. Negant multi cum Suario *diſp.* 55. *ſec.* 4. & Soto *in* 4. *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 4. quia huiuſmodi poteſtas debet acquiri per conceſſionem Pontificiam, nec vlla eſt vis conſuetudinis ad hanc partem, quæ cum non ſit de neceſſitate ſalutis, ſed gratuita, non eſt capax conſuetudinis, quæ iuriſdictionem conferat. Verum Layman *tract.* 6. *cap.* 4. cum Gloſſa, & Abbate, & Hoſtienſi, & alijs probabile iudicat conſuetudine acquiri; quod mihi item probatur

Suar
Sot
Layman

hac

hac ratione; quia conſuetudo ex communi iure præſcriptionem multarum rerum inducit, & communiter recepta eſt vis illius adhuc in ijs euentibus, in quibus à principio introducta eſt cum peccato, vti patet. Igitur cum iſta conſuetudo concedendi Indulgentias ſit pia, & bona, & nullam inuoluat iniuriam Papæ, vel Epiſcoporum, nec enim eſt actus iuriſdictionis contra iuſtitiam, ſed tantum extenſio benignæ poteſtatis ad gratias, poteſt iuſto titulo acquiri, & teneri. Confirmatur exemplo; quia poteſtas diſpenſandi in votis, & iuramentis poteſt per conſuetudinem acquiri & teneri ab alijs Prælatis inferioribus: vti docent communiter Doctores, apud Paludanum *in 4. diſt. 34.* & Sanchez *lib. 4. Moral. cap. 34. num. 1.* Cum tamen ſit poteſtas multo maior, quàm communicatio gratiæ, & indulgentiæ. Igitur poterit etiam hæc poteſtas per conſuetudinem comparari. Aduertendum tamen poſſe Cardinales in Eccleſiis ſuorum titulorum concedere indulgentias centum dierum, cum in ijs habeant Iuriſdictionem Epiſcopalem cap. *is qui* de maiorit. & obedient. & 16. Panormit. & Ioan. Monach. in c. vn eod. tit. lib. 6. & Zerola lib. 1. de Indulg. c. 13.

Palud
Sanch.
Panor.
Zerola

Quoad ſpecies Indulgentiæ: Primo diuiditur in plenariam, & partialem. Plenaria omnem pœnam debitam remittit. Partialis partem. Secundo, in perſonalem, & realem. Perſonalis eſt, quæ perſonis pro omni loco conceditur, & perſonas ſequitur; Realis quæ alicui rei, ideſt Roſario, vel Imagunculæ Roſarij, vel loco, puta Sacello, vel Eccleſię applicatur. Tertio in perpetuam, & temporalem; quæ clara diuiſio eſt.

Circa hæc paulò accuratius explicandum, quomodo intelligatur id, quod ferme habetur in forma conceſſionis Indulgentiarum partialium, *Quadraginta dierum, quadraginta annorum, mille annorum Indulgentia.* Vtrum detur remiſſio pœnę correſpondentis illis temporibus, an pœnitentijs, quę ſi per id tempus fierent remitterent tantum pœnæ pro rata. Verbi gratia, an qui lucratur indulgentiam quadraginta annorum conſequatur remiſſionem pœnæ, quā per annos quadraginta paſſurus eſſet, an illius tantum pœnę, cuius remiſſionem penitentiæ per quadraginta annos ab illo factę obtinerent? Hoc ſecundum dicendum; nempe tantum dari per indulgentiam, quantum homo ſatisfaceret, ſi toto illo tempore pœnitentiam ageret: ita ut vnica Indulgentia gratis conceſſa ſuppleat vicem tot pœnitentiarum, quot poſſent fieri per annos quadraginta. Ita Sotus *diſt. 21. quæſt. 2. ar. 1.* & Suarez *diſ. 50. ſect. 5.* & Layman *tr. 7. c. 3.*

Sotus
Suarez
Layman

Graue dubium eſt, quomodo in conceſſione Indulgentiarum ponitur illa particula *de Pœnitentijs iniunctis*; vtrum ſit reſtricta ad ſolas duntaxat pœnas, quæ per pœnitentiam à Sacerdote impoſitam relaxandæ erant, an ad alias etiam extendi debeat? Reſpondetur extendi debere ad omnes etiam non iniunctas, quamuis clauſula videatur reſtringere Indulgentiam ad pœnas illorum peccatorum, propter quę pœnitentiæ ſunt iniunctę. Ita Suarez *diſp. 50. ſect. 3. aſſertione 3.* Aegydius Coninch *diſp. 11. dub. 3. concluſ. 4.* & Layman *tract. 7. cap. 3.* & eſt expreſſa ſententia *D.* Thomæ *in 4. d. 20. art. 3. quæſtiunc. 1.* Ratio eſt, quia qui difficilius concedit, cenſetur & facilius permittere, ſed illæ pœnę, pro quibus pœnitentiæ ſunt iniunctæ ſunt difficiliores remiſſa, cum ſint in actu iudiciali à Sacerdote impoſitæ, ergo aliæ, quæ faciliores ſunt, cum ſint extra Sacramentum, relaxari conſequenter debent; quod latiſſimè proſequitur Suarez ibidem, & probat Layman, cui magis placet conſuetudo, cum mihi magis arrideant Suarij rationes, quas Lugo Cardinalis labefactare ſtudet d. 27. ſect. 2. ſed meo iudicio non expugnat.

Suar
Coninch
Layman
D. Thom.
Layman
Lugo

Circa localem Indulgentiam alia quæſtio eſt. Vtrum ille, qui viſitat Eccleſiam, cui indulgentia applicata eſt pro viſitantibus, toties illam lucretur,

quoties illam viſitat. Reſpondetur cum diſtinctione. Si indulgentia conceſſa Eccleſiæ eſt perpetua, toties quoties fit viſitatio Eccleſię acquiritur Indulgentia. Si tamen illa temporaria eſt, & pro vno die feſto, tum ſemel duntaxat in illo die indulgentia comparatur. Ita Layman *cap.* 3. *num.* 3. *& cap.* 8. *num.* 8. Aduertendum autem eſt, illum qui præ turba ingredi non poteſt Eccleſiam, poſſe lucrari indulgentiam, ſi ex porta, vel ex atrio, imo & ex Cæmeterio Eccleſiam illam viſitet. Ita Suarez *diſp.* 52. *ſect.* 1. *num.* 7. & Rodriguez 1. *parte ſumma c.* 184. *n.* 6.

Layman

Suar. Rodriq

Vtrum autem diruta Eccleſia cum ea Indulgentiæ quoque illi applicatæ extinguantur, quæri ſolet. Reſpondeo ſi Eccleſia funditus euertatur, & minimè reædificetur, Indulgentiæ pariter extinguuntur. Si autem de nouo erigatur, vel alio traſferatur auctoritate Superioris; tunc omnes gratiæ, & Indulgentiæ reſtaurari cum illa, & transferri cenſentur. Ita Suarez *lib.* 8. *de legibus cap.* 5. & Layman citatus. Excipe tamen caſum, quando illa euerſio Eccleſiæ à Superiore in pœnam delinquentium fit, tunc enim cū Eccleſia Indulgentię pariter expirant iuxta Innocentium cap. 2. de operis noui mutilatione; & Gloſſam in regulam 7. in 6. vbi animaduertit Layman proximè adductus.

Suarez Layman

Innocen. Gloſſa.

CAPVT V.

De effectu Indulgentiæ, & de conditionibus ad illum requiſitis.

Effectus Indulgentiæ indubitatus eſt relaxatio pœnæ temporalis; ſiue ea ſit relicta ex peccato mortali iam remiſſo, ſiue ſit ex veniali manente, ſimul cum annexa ſibi temporali pœna. Ita omnis Theologorum ſchola, vti videre eſt apud Suarium *diſp.* 50. *ſect.* 1. *&* 2. & Henriquez *lib.* 7. *cap.* 1. 4. *&* 9. & Bellarminum *lib.* 1. *de Indulgentijs*. Cum autem huiuſmodi pœna ſit, vel in hac vita, vel poſt mortem in Purgatorio præſtanda, quo pœna vadit, & Indulgentia pertingit, vtrobique pœnam relaxat.

Suarez Henriq Bellarm.

Quæſtio autem eſt, Vtrum per Indulgentias remittantur ipſæ quoque pœnitentiæ à Confeſſoribus propter peccata iniunctæ; ita vt poſſit quis per Indulgentias acceptas excuſari ab illis implendis. Qua in re duo præmittenda; Alterum qui pœnitentiam implet, & addit indulgentiam, certius, & melius liberatum iri à debito pœnæ temporali, atque ita fieri oportere ad maiorem ſecuritatem conſcientiæ. Alterum pœnitentias, quæ dantur in remedium, & medicinam non poſſe per Indulgentias ſuppleri, nec illas, quę ſimul aſſignantur in medicinam, & ſatisfactionem, quia hæ quatenus ſunt medicinę non pertinent ad Indulgentiam. Manet igitur quęſtio de pœnitentijs, vti ſunt ſatiſfactoriæ pro pœnis peccatorum Reſiduis.

Affirmat Suarez *diſp.* 50. *ſect.* 1. *§. dicto 5.* cum communi ſententia Theologorum, quos citat. Ratio eſt, præter textus, quos allegat, me Authore óptima. Indulgentia datur ad eūdem effectum, ad quem iniungitur pœnitentia Sacerdotalis. Sed hic effectus poteſt tolli per Indulgentiam, ergo & pœnitentia per illam ſuppleri poteſt. Maior, & minor tenent; conſequentia bona eſt. Hoc autem videtur ſupponere Concilium Tridentinum, cum ſeſſ. 26. in decreto de Indulgentijs monet, ne nimia facilitate Eccleſiaſtica diſciplina eneruetur. Ideo enim, ait Suarez, hoc verum eſt, quia per Indulgentias relaxatur ſatiſfactio Sacerdotalis; quo etiam trahit verba textus, cap. *cum ex eo. de pœnitentia, & remiſſione*, quatenus ait per indiſcretas, & ſuperfluas indulgentias ſatiſfactionem Sacramentalem eneruari. Itaque tutò poterit quis omittere pœnitentias ſibi à Confeſſario iniunctas, illaſque com-

Suarez

Conc. Tr.

Suarez

commodè lucrando indulgentias ſupplere, ſed hoc prudenter, cautè, & religioſè fieri debet, ne abuſus ille, quem vetat Concilium, & Canones ſequatur, & iniuria Confeſſarijs fiat, & pœnitentiæ negligantur. Hanc ſententiam abſolutè tradit, & validè probat authoritate,& rationibus Cardinal Lugo d.27.ſect.2.

Lugo

Notandum verò hic eſt, plenariam Indulgentiam omnem prorſus pœnam remittere; & quamquam ſæpè in Bullis mentio fiat Indulgentiæ plenæ, plenioris, & pleniſſimę, quaſi inter ſe diſtinguantur,tamen Suario, & Soto, quem citat, alijſque Auctoribus, apud Leandrum videtur omnium vnũ & eundem re ipſa effectum eſſe, ſed diuerſis nominibus ſignificationis maioris emphaſis gratia. Immo putat Soto *in 4.diſt.22.quæſt.2.art.1.* Illam differentiam vocum à Prædicatoribus eſſe inductam; quod tamen improbat Suarez ſect. 4. qui tradit eam in iiſdem Bullis contineri. Id conſtat, apud vtrumque, & Cordubam quæſt. 11. illas pro eadem haberi, & omnes plenarias eſſe, & totam pœnam auferre,

Sot. Suarez

Principalis quæſtio eſt circa peccatum veniale; vtrum ex vi Indulgentiæ remittatur? Affirmant pauci cum Paludano *in 4.d.20.q.4 in fine*. & D.Antonino *1.parte tit.2.cap.3.* qui probabile putant remitti per Indulgentias. Immo Paludanus ait; quando datur Indulgentia, quæ dicitur pleniſſima, idcirco ita vocari, vt intelligatur per eam remitti, etiam venialia; vti notat Suarez *diſp.50.ſect.4.num.6.* illumque impugnat. Multi Theologi negant,in quibus ſunt Nauarrus *in comment. de Indulgentijs notabili* 10. *num.* 10.*num.*12.& Suarez *diſp.* 50.*ſect.* 1. *concluſ.* 2. Ratio eſt; quia peccatum veniale eſt verè culpa, non pœna;ergo non poteſt auferri per Indulgentiam extra Sacramentum, & ex opere operato; quam virtutem non habere Indulgentiam,conſtare putat Suarez, & inde concludit non remittere. Eſt tertia ſententia media, Henriquez *lib.7.cap.1.num.3.& cap.9. num.* 2. & *cap.15.num.7.* Indulgentiam remittere indirectè, & per accidens culpas veniales, remiſſa quippe omni pœna debita veniali peccato directè per indulgentiam auferrur conſequenter culpa, cui talis pœna erat annexa, nam ſublata pœna cauſa illius per accidens tollitur.

Paludan D.Anton Nauarr ſuarez ſuarez Henriq

Ex his tribus ſententijs, quæ omnes quidem probabiles ſunt, hæc Henriquez magis mihi probatur, quam ſecunda, quamquam puto huius Auctores non negare, quod ait Henriquez. Secunda eſt communior, eamque ſupponit Layman tract.7.c.6. quatenus ait non poſſe quempiam omnium peccatorum Indulgentiam conſequi, niſi ab omni etiam culpa veniali liber ſit; de quo nos poſtea; mihi vt verum fatear omnino arridet prima Paludani ſententia. Ratio eſt, quia peccatum veniale, vt remittatur non indiget gratia, vti diximus ſupra in pœnitentia; ſed alijs multis modis remittitur; & cum quacunque diſpoſitione pia per ſacramentalia applicata tollitur, quemadmodum ibi probauimus; igitur & per Indulgentiam auferetur ex opere operato,præcedente eadem pia diſpoſitione, quãuis non ſit dolor de illo peccato veniali. Confirmo, quia exiſtimo in Purgatorio, vti ſuo loco docebo, non ſolum indirectè, ſed etiam directè, ac ex opere operato remitti venialia per indulgentiam, ergo etiam extra Purgatorium remittentur; nec video quid obijci poſſit, cur enim minus poterit applicatio indulgentiæ, quam aſperſio aquæ benedictæ, aut Epiſcopalis benedictio viſibilis? cum conceſſio Indulgentiæ ſit applicatio ſatiſfactionis Chriſti, & Sanctorum ex Theſauro Eccleſiæ, quæ eſt quædam benedictio ſpiritualis, & ad animæ purificationem pertinens. Itaque nõ dubitarem Paludani ſententiam ſequi, eamque alijs præferrem, ſi plures haberet Auctores, quorum ego multum auctoritate moueor. Poſt hæc dictata, & exſcripta incidi in Benzonium qui l.4. de Iubil. c. 4. cenſet Indulgentiam habere vim Sacramentalium

Layman Paludan Benzon.

talium, atque adeo ex opere operato
venialia remittere. Itaque fidentius
loquor.

Quoad conditiones, Prima eſt, vt
ſit ſubditus Chriſtianus. An vero Ca-
thecumenus ſit capax Indulgentiæ?
Reſpondeo cum Henriquez lib. 1. cap.
Henriq 18. Cathecumenum lucrari poſſe In-
dulgentias per modum ſuffragij, &
impetrationis, non autem abſolutio-
nis; nec enim eſt ſubditus viſibilis,
quamquam ſit inuiſibiliter in corpore
Chriſti. Secunda, ne ſit maiori ex-
communicatione ligatus, hæc enim
illum priuat communione ſpiritualiũ
bonorum. Tertia, vt quo tempore
lucratur indulgentiam ſit in gratia;
non eſt autem neceſſe, vt in gratia im
pleat opera requiſita ad indulgentiã,
ſed vt tempore recipiendi illam in
Nauarr gratia ponatur. Ita Nauarrus notabi-
Sot. li 19. n. 19. & Sotus in 4. diſt. 21. q. 1.
Lugo ar. 3. & Lugo d. 27. ſect. 6. & cum plu-
Leand. ribus Leander d. 14. q. 41. An verò re-
quiratur, vt ſit in gratia ad conſequẽ-
dam Indulgentiam pro peccato ve-
niali? Ego certè non puto requiri, qui
toties dixi peccati venialis remiſſionẽ
quoad culpã, & quoad pœnã non eſſe
annexam gratiæ habituali, nec ab illa
pendere. Nec probo, quod dicit
Layman Layman opus eſſe, vt ab omni venia-
li ſit liber, qui vult plenariam conſe-
qui indulgentiam, cum remiſſa pœna
iuxta Henriquez, quam ſupra citaui-
mus, venialia indirectè remittantur.

Quarta conditio eſt, vt opera iniũ-
cta pro conſequenda indulgentia om-
nino impleantur. Verbi gratia, Con-
feſſio, Ieiunium, Eleemoſyna. Circa
quam duo ſunt dubia, primum an
oporteat vt opus iniunctum ſit ex cir-
cumſtantia bonum, an ſatis ſit illud in
Suar ſubſtantia implere? Suarez affirmat
ſatis eſſe illud in ſubſtantia bonum
eſſe, etſi deprauetur ex circumſtantia.
Nauarr Coninch Nauarrus ſupra, & Coninch *dubio* 8.
negant, & requirunt opus omnino, &
ex circumſtantia bonum. Placet opi-
Lugo nio Suarij, quæ etiam placet Lugo *d.*
27. *ſ.* 6. nam Eccleſia iubet fieri illud
opus bonum in ſubſtantia, non autem
præcipit circumſtantias bonas. Alio-
quin dans Eleemoſynam propter va-
nam gloriam, ſed cum intentione lu-
crandi per illam Indulgentiam per-
deret Indulgentiam, quod videtur ab-
ſurdum. Alterum dubium eſt, quan-
do in forma Indulgentiæ præcipitur
confeſſio, & communio. An ſufficiat
hominem eſſe contritum, vt ſine Con-
feſſione Indulgentiam conſequatur?
Tutior ſententia affirmat præmitten-
dam eſſe confeſſionem. Nec ſatis
eſſe contritionem, quia verba indul-
gentiæ tantum valent, quantum ſo-
nant; & ita Nauarrus *notabili* 18. *nu.* 2 Nauarrus
& Coninch *dubio* 7. Probabile tamen Coninch
eſt, quando in forma dicitur *Contritis
& confeſſis*, illum, qui eſt, vel re-
ponitur in ſtatu gratiæ per contritio-
nem, ſi de eo conſtare poſſit, etſi ha-
beat peccata venialia, non teneri ad
confitendum, quia intentio iubentis
eſt, vt ille, qui lucratur indulgentiam
ponatur in ſtatu gratiæ, in quo eſſe
ſupponitur, quando non habet con-
ſcientiam mortalis peccati; & ita do-
cet Suarez *d.* 52. *ſ.* 3. *n.* 5. Diana 1. *tomo* Suar
tract. de Bull. Cruciatæ reſol. 107. Lay- Diana Layman
man *cap.* 6. cum alijs, quos citat. Ad- Lugo
de Cardinalem Lugo *d.* 27 *ſ.* 7.

Duæ quæſtiunculæ ſuperſunt. Pri-
ma vtrum poſſint opera iniuncta per
alios impleri? Reſpondetur cum di-
ſtinctione. Ea opera, quæ exigunt
actionem perſonę proprię non poſſunt
fieri per alios. Alia poſſunt; v.g. non
poteſt quis ieiunare, vel audire miſ-
ſam per alium, poteſt dare elee-
moſynam, quia exhibitio eleemo-
ſynæ modo ſit ex pecunia iubentis per Suar
alium fieri poteſt, ſic docet Suarez *diſ.* Layman
52. *ſect.* 8. & Layman *tract.* 6. *capite* 6. Lugo
num. 5. & Lugo *diſtinct.* 27. *ſect.* 6. & 7.

Secunda, vtrum per vnum opus
poſſit vnus lucrari plures indulgen-
tias diuerſis rebus conceſſas, vt ſi quis
habeat duas imagũculas ſacras, qua-
rum ſingulis vnius anni Indulgentia
ſit conceſſa dicto vno Pater, & Aue,
poſſit ſemel dicendo lucrari vtram-
que Indulgentiam? Affirmat Henri- Henriq
quez *lib.* 7. *c.* 17. *num.* 5. & Naldus ver- Naldus
bo Indulgentia. Sed negandum ta-
men cum Suarjo *diſp.* 52. *ſect.* 8. *num.* Suar

10.

10.& Turriano *in ʀelect.p.2. d.32. dub.* 64.& Lugo *d.27.ſ.6.* Nam illud non videtur eſſe de mente donantis Indulgentiam, & exigentis opus, & dat occaſionem negligentiæ. Excipiendum tamen niſi tale ſit opus, quod eodem die repeti nequeat; vt ſi indulgentia multiplex detur Ieiunanti tali die, tum qui ſemel ieiunat, plures illas indulgentias lucretur; vti docent Corduba, & Coninch, quos citat, & ſequitur Layman *tractatu 6. cap. 6 num.6.* Coninch Layman.

CAPVT VI.

An, & quomodo Indulgentiæ applicentur, & proſint Defunctis?

PRodeſſe indulgentias defunctis docent Theologi *in 4.diſt.20.&* 45. idque ſine errore negari non poſſe tenet, & monſtrat Suarez *diſp.53. ſec.* 1.& latè probat Bartholomæus à Sancto *Fauſto lib.2.qu.169.* exemplíſque confirmat. Hac in re quatuor præcipuæ quæſtiones ſunt. Prima vtrum Pontifex poſſit concedere indulgentias animabus Purgatorij per modum abſolutionis? Reſpondetur non poſſe, quia abſolutio eſt actus Iuriſdictionis, quē erga defunctos exercere nequit. D.Thom. Eſt D.Thom. *in 4.d.45.q.2.art.3.* Sot. *d.21.q.3.a.3.* Nauarr. *not.22.num.7.* & Bellarm. Suar. Bellarmini *lib.2.de Purgatorio cap.16.* & Suarij *diſputat.53.ſect.2.* Communis Lugo Theologorum teſte Lugo Cardinali *diſ.27.ſ.5.* Ratio eſt, quia animæ illæ ſolutæ à corpore nec ligari, nec ſolui per iuriſdictionem à Pōtifice poſſunt. Vnde quemadmodum, nec Cenſuris ligantur, nec pœnis liberantur; tantū declarari poſſunt, vel fuiſſe ligatæ in via, vel abſolutæ. Confirmatur ex ipſa forma Pontificia, in qua concedi ſolent indulgentiæ Defunctis per modum ſuffragij, qua ſignificatur non aliter conferri.

Secunda, quid ſit per modum ſuffragij? Vno verbo reſpondetur eſſe per oblationem ſatisfactionis idoneæ pro debito alterius, ſoluendo pro illo pretium erutum ex Theſauro Eccleſiæ ad commutationem pœnæ. Vnde apparet diſtinctio à modo abſolutionis, quæ datur offerendo etiam ſatisfactionem, ſed cum auctoritate abſoluendi, more imperantis, non offerentis, & expectantis. Ac ita poſt longam diſputationem tradit Suarez *diſ-* Suarez *53.ſectione 3. numer.15.*

Tertia; vtrum oporteat eſſe in gratia illum, qui offert ſatisfactionem ex theſauro Eccleſiæ pro Defuncto ad effectum conſequendum? Affirmat Angel.& Tabien. V. Indulg.& Saa ib. num.2.& Bellarm.lib.1.c.14. Reſpondetur tamen negatiuè, quia illa ſatisfactio non ſumit valorem ſuum ex offerente, ſed illum habet ex ſe, cum ſit ex theſauro. Requiritur ergo, vt anima illa Defuncti, pro quo offertur in gratia ſit; vt enim rectè ait Rodriguez Rodrig *tomo 2.Regularium qu.96.a.4.* & Lay- Layman man *tract.7. cap.7.* Gratia Dei requiritur ex parte recipientis, nōn ex parte offerentis. Vnde quando operās, & recipiens idem eſt, oportet vt ſit in gratia, quia Indulgentiam recepturus eſt, non autem contrà, vti obſeruat Suarez *diſp.53.ſect.4.* cum multis alijs apud S. Fauſto *l.2. q.777.* De ſatisfactione priuata perſonali infra dicemus.

Quarta, & capitalis eſt; vtrum ſit certum, & infallibile, quod hæc ſuffragia defunctis, & vti ex condigno proſint? Negant multi cum Hēriquez Henriq *l.7.cap.7.num.4.* & Layman *cap.7.* eo Layman ducti fundamento, quod ſupremus Iudex Deus non tenetur oblatam ſibi ſatisfactionem acceptare, niſi vel ex iuſtitia, vel ex promiſſione. Ex Iuſtitia non tenetur. Ex promiſſione teneretur, ſi de illa conſtaret, ſed non conſtat de promiſſione, ergo res tota pendebit ex gratia, & liberalitate acceptantis. Contra vero Nauarrus Nauarr. *notabili 27.n.28.*& Suarez *diſput.59.* *ſect.3.num.3.* Coninch *diſ.10. Concl.3.* Suar Coninch cum multis alijs, quos adducunt, affirmant. Et quoniam res hæc magni

momenti eſt, volo eam accuratius tractare.

Affirmantem ſequor ſententiam. Et primum aduerto me non contendere de quæſtione. Vtrum ſit ex Iuſtitia. Puto enim cum Vaſquez nullam eſſe inter Deum, & hominem veram iuſtitiam; tantum contendo Deũ teneri ex fidelitate, acceptare ſatisfactionem ſibi oblatam à Papa, & Eccleſia per modũ ſuffragij, & hoc ſemper infallibilem habere effectum, nec pendere ex pura liberalitate, & miſericordia Dei condonantis pœnam. Suarez ex iuſtitia obligationem hanc conſequenter ad ſuam ſententiam oriri affirmat. Ego obligationem fidelitatis adſtruo.

Vaſq.

Suarez

Igitur ſic argumentor. Poteſtas concedendi indulgentias etiam per modum ſuffragij data eſt à Chriſto cũ clauibus, in quarum virtute continetur; ſed poteſtas Clauium ſecundum omnes ſuos actus ex promiſſione Chriſti rata habetur in Cœlo; ergo conceſſio indulgentiæ per modum ſuffragij à Chriſto data habenda eſt in Cœlo rata, & firma ratione promiſſionis Diuinæ. Hoc argumentum apud me tantam vim habet, vt eo ſolo rem confectam putem. Aſſumptum vero, nempe quod poteſtas dandi indulgentias per modum ſuffragij ſit effectus clauium conceditur à contrarijs Auctoribus, vti videre eſt apud Layman citatum. Si reſpondeant promiſſionem intelligi tantum de viuis. Non benè, opinor, reſpondent, quia ex eo ſequitur indulgentiam non niſi viuis concedi poſſe. Si autem extendunt poteſtatem concedendi indulgentias ad defunctos, cur limitant? Confirmatur, quia ſi non eſt hic effectus infallibilis; ſed totus pendet ex miſericordia Dei, non diſtinguetur ſuffragium ab impetratione, ſed oportet diſtingui, cum ſatisfactio offerat pretium æquiualens per modum commutationis. Impetratio autem ſolum fiat petendo, & rogando. Præterea, quia niſi hoc certo, & infallibiliter fiat temere agunt Pontifices, dum certos deſignant effectus ſuffragijs deſtinatis

Layman

concedentes liberationes animarum à Purgatorio, & remittentes ijs certas portiones pœnarum, vti ſtatuunt erga viuos. Nam ſi hoc totum pendet ex arbitrio Diuino eidem debet effectus omnes indulgentiarum reſeruare, nec illi certas normas præſcribere, alioquin nimia erit fiducia, & præſumptio velle ſtatuere, & in indiuiduo determinare, quid futurum ſit. Tandem, quia dabitur magna occaſio hæreticis noſtra ſuffragia irridendi, ſi ea effectum non habeant pro quo applicantur, & inde oppugnãdi poteſtatem Pontificis, ſibi quod non eſt in ſuo arbitrio arrogantis; quare omnino dicendum: quando, & quoties Papa concedit determinatam pro Defuncto gratiam iniungendo certum, & determinatum opus, tunc, & toties illum effectum ſequi infallibiliter ex vi promiſſionis Diuinæ, in qua poteſtas illa fundatur. Hanc ſententiam tenet Lugo Cardinalis *d.26.ſ.1.* eamque confirmat decreto Concilij *Florentini*, & *Ex condigno* eſſe ait.

Lugo

Queſtio vltima eſto. An impetratio locum habeat erga Defunctos, & à quibus fiat. Reſpondetur locum habere, eamque fieri poſſe, vel ab Eccleſiâ, vel à priuatis, qui impetrare poſſunt, vel nomine proprio, vel Eccleſiæ. Hinc autem dubium exiſtit, vtrum peccator poſſit impetrare pro Defuncto. Cui reſpondetur poſſe; nam etiam peccator de congruo mereri ſibi aliquid poteſt per bona opera, quæ facit in peccato; & quamuis videatur contrarium eſſe illud dictum à Cæco Ioannis *9. peccatores Deus non audit*. Nihil prorſus obſtat, quia teſte Auguſtino *tr* 24. in Ioannem, & D.Thoma *2.2.quæſt.83.art.6.* Dictum illud fuit à Cæco nondum plenè illuminato. Si enim plene illuminatus eſſet, aliter diceret; vel ita intelligitur, vt de oratione peccatoris, prout peccator eſt accipiatur; quare cum pia Peccatoris oratio fuerit, & hic ſuppliciter Deum oret, nixus liberalitate, & miſericordia Dei, mirum non erit, ſi ex titulo miſericordiæ, & Clementiæ Diuinæ poſſit aliquod impetrare,

Ioan.9.

D.Aug.
D. Thom.

petrare. Si autem oratio fiat nomine publico dubitari non poteſt, quin valeat impetratio, cum fiat à peccatore, non vti priuata perſona eſt, ſed publica.

Quod attinet ad ſatisfactionem, quæritur, an proſint viuis, & defunctis illæ ſatisfactiones, quæ pro ijs fiũt ab eo, qui eſt in actuali peccato mortali? Reſpondetur cum communi ſententia, quam tenet Suarez *diſp* 48. *ſec.* 8. negatiuè, quia ſatisfactio hominis, qui non eſt in gratia Dei, apud Deum valorem habere non poteſt, nec alteri vlla ratione prodeſſe. Vnde quod ſupra diximus de indulgentia intelligitur de ſuffragio publico, quod ex theſauro communi Eccleſiæ à Papa, & Miniſtris Eccleſiæ publicis offertur, nam hoc cum ſit commune, & habeat valorem publicum ex theſauro, habet virtutem ex opere operato. *At* vero ſatisfactio priuata oblata à priuata perſona cum debeat eſſe ex opere operantis non poteſt prodeſſe, ſi offerens ſit in peccato. Confirmatur ex eo, quia ſatisfactio impoſita pœnitenti à Confeſſore in Sacramento pœnitentiæ ſi ab eo in peccato mortali impletur non valet, nec proficit ad remittendam pœnam temporalem, dum eſt in Peccato mortali; quamuis ſufficiat ad implendum præceptum ſatisfactionis, vti communiter docent *Doctores* in materia de pœnitentia cum Diuo Thoma *in* 4. *diſtinctione* 16. Suarez *diſputatione* 37. *ſectione* 8. Henriquez *libro* 5. *capite* 20. *numero.* 7. de quo nos ſuo loco diximus. Vnde formatur optimum argumentum à quo enim quiſque iuuare ſe non poteſt, eo ſanè alios iuuare non poterit. Ita ferme ratiocinatum comperi Cardinalem *Lugo diſ.* 27. *ſec.* 3. cum poſtea legiſſem.

(Margin: Suar; D.Thom. Suar.; Henriq; Lugo)

CAPVT VII.

De Iubilæo.

IVbilæi hebraica eſt origo; Annus erat in ea lege quinquageſimus; conſtat ex cap. 25. & 27. Leuitici, eo ſiebat multarum indulgentia, & remiſſio rerum. Hinc Iubilæi Chriſtiani, & figura, & origo. Primò in Romana Eccleſia centeſimus fuit annus, vt annus ſecularis in ſacrum tranſiret. Bonifacius Octauus ante annos 300. centeſimo quoque anno celebrandum ſtatuit Extrauag. 1. de pœnitentia, & remiſſione. Fuiſſe autem illo multò antiquius Iubilæum, & ille ibi ſignificauit. Et Clemens Octauus in Bulla de Iubilæis edita apertè dixit. Poſtea Clemens VI. extrauag. Vnigenitus ad quinquageſimum annum reduxit. Paulus II. ad vigeſimumquintum, quod retinuit Sixtus IV. & alij ad noſtram vſque ætatem ſecuti Pontifices.

(Margin: Bonifac. VIII.; Clemens VIII.; Clem. VI; Paulus II; Sixtus IV.)

Illud obſeruandum tempore Iubilæi omnes indulgentias viuis conceſſas, quæcunque illæ ſint, extra Vrbẽ ſuſpendi, nec quidquam valere illo Iubilæi ſpatio. Dixi, *viuis*, quia indulgentiæ per modum ſuffragij Defunctis collatæ minimè ſuſpenduntur. Vnde etiam ex conſequenti ſuſpenduntur omnes aliæ facultates, & abſolutiones ad Indulgentias ordinatæ. Mens enim Pontificum eſt, vt ſolum Iubilæum eò anno vigeat, & dominetur. Hin eſt, vt illa gratia Iubilæi, poſtquam peracta eſt Romæ, per totum Orbem Catholicum peruadat quindecim diebus ad illud lucrandum deſtinatis, vt Indulgentiarum ceſſationem indulgentia vbique facta compenſet.

Nunc ad quæſtionem accedamus. Prima vtrum neceſſe ſit certo aliquo die confiteri ad lucrandum Iubilæũ? verbi gratia; vtrum ante omnia opera iniuncta ſit præmittenda confeſſio; vel ſi quis biduo ante Dominicam à

qua incipit Iubilæum confeſſus eſſet, teneatur iterum intra tempus Iubilęi deſtinatū confiteri? Reſpondetur ad vtrumque negatiuè; in primo, quia ordo ille prępoſterus inter ea opera non tollit ſubſtantiam Iubilæi; in ſecundo, quia ideo confeſſio præcipitur, vt quis exiſtat in gratia, quando lucratur Iubilæum, quare non ſolum ille, qui antea proximè confeſſus erat, ſed etiam probabiliter ille, qui non eſt confeſſus, quia eſt in gratia, Iubilæum conſequitur, cum ſatisfaciat fini Iubilęi. Eſtque ſententia Nauarri notabili 19. Henriquez *lib.7. cap.*10. & Layman *tract.7.cap.*8. Suarez *d.*52.*ſect.3.num.*6. Lugo *d.*27. *ſect.*7. Diana *de Bulla Cruc.reſol.* 197. Conſulunt tamen Doctores, vt confeſſio non omittatur, & vt præmittatur, quia æquius, & tutius eſt implere omnia opera iniuncta, & in gratia Dei implere, vti patet.

Nauarr Henriq Suarez Layman Lugo Diana

Secunda, quot Dominicę in illis quindecim diebus Iubilęi includantur? Reſpondeo includi tres, & in ſingulis tribus poſſe Iubilæum comparari, etiam in vltima. Ita ex praxi Eccleſiarum notat Henriquez locis proximè citatis; & Benzonius *lib.* 4.*cap.*2.*differentia* 5. & Layman *trac.* 7.*cap.*8. & Lugo *d.*27.*ſect.*7. & Diana 1.*tom.tr.*1.*Miſcellan.reſolut.*28.

Henriq Benzon Layman Lugo Diana

Tertia, Vtrum in eadem hebdomada omnia opera iniuncta facienda ſint, & lucrandum Iubilæum? An ſufficiat in prima hebdomada præmittere opera, & in ſecunda communicare; itaut toti illi quindecim dies dētur ad lucrandum vnum, & idem Iubilæum? Henriquez ait, opus eſſe in vna, & eadem hebdomada fieri opera, & communionem; negat valere Iubilęum, ſi quis in vna hebdomada impleat opera, & in altera communicet; fundatur, quia forma Bullæ ita loquitur, vt velit duas hebdomadas diſtinguere, ſolidas, & diuiſas ad lucrandum in ſingulis Iubilæum. Layman tamen probabile putat acquiri Iubilęum, etiam ſi quis in prima hebdomada faciat opera, & in ſecunda communicet; præſertim ſi ex cauſa iuſta non poſſit in vna, & eadem omnia implere. Ego quidem probabile hoc exiſtimo cum Bonacina *d.*6. *q.*1. *p.*5.*n.*34. video enim illud tempus eſſe habile ad Iubilæum, & non reddi inhabile per id, quod communio intra eandem hebdomadam non fiat, modo enim fiat, ſeruatur, & impletur, quidquid requiritur ad lucrandū Iubilæum, quanquam illud primum Henriquez ſit conſultius, & ſecurius. Idque abſolutè placet Cardinali Lugo *d.*27.*ſect.*7.

Henriq Layman Bonacina Henriq Lugo

Quarta; Vtrum idem Iubilæum bis comparari poſſit, ſemel in prima, & iterum in ſecunda hebdomada? Affirmat Henriquez, & Rodriguez tomo primo ſummæ cap.184. num. 14. Ratio eſt, quia priuilegium Principis latè interpretandum, cum fauorabile eſt, & nemini iniurium. Deinde illud tempus totum eſt deſtinatum Iubilęo. Cur igitur repetendo opera intra illud bis non compatabitur? Verum oppoſita ſententia eſt Suarez *diſp.*57.*ſec.* 1. *num.*7. & Cordubæ *quæſt.*30. & Layman *tract.*7. & Sanchez *in Decal. lib.* 4.*cap.*54.*num.*30. & Filiuc.*tom.* 1. *tr.* 8.*cap.*10.*num.*278. & videtur eſſe D. Thomæ *in* 4.*diſt.*20. *quæſt.*1. *artic.*3. *quæſtiunc.* 2. *ad* 4. Ratio eſt, quia ex modo concedendi non poteſt, niſi vna vice acquiri Iubilæum; nam idcirco aſſignatur illud tempus quindecim dierum, & ſtatuuntur duæ hebdomadæ, vt qui in vna non poſſit, in altera lucrari Iubilęum poſſit; non vero vt bis in vna, & eadem vnus poſſit. Et iſta eſt praxis, & communis intelligentia Fidelium: & hęc etiam eſt differentia Indulgentię temporalis, & perpetuæ, quod perpetua verbi gratia recitandi tale officium, quoties recitatur, toties acquiritur; at vero temporalis pro certa occaſione tantum valet pro vna vice, nec ſępius acquiritur, vt ſi Papa dicat, qui tali die viſitauerit talem Eccleſiam, vt indulgentiam conſequatur, vna duntaxat vice talis viſitans conſequetur. Quare hoc iudicat Lugo probabilius *diſ.* 27.*ſect.*7.

Henriq Rodriq Suar Cordubæ Layman Sanch. Filiuc D. Thom Lugo

Quinta eſt, vtrum, qui promulgato iu

to in Patria ſua Iubilæo poſt viſitatas ibi Eccleſias negotij cauſa domo egre ditur, & in aliam vrbem tranſit, poſſit in ea reliqua opera iniuncta, & cõfeſſionem, & communionem implere, & lucrari Iubilæum? Affirmat eũ Henriquez Layman tr.7.cap.8.nu.11. probabile eſſe illum lucraturum Iubilęum. Ego contrarium iudico probabilius extra neceſſitatem, quia iubilæum illud ſimpliciter erat conceſſum pro eo loco, vnde exiuit, & mens concedentium eſt, vt temporis, & loci ratio habeatur; Aliter poſſet etiam quis extra dies deſignatos Iubilæum lucrari, quod fieri poſſe non exiſtimo. Itaque oportet, vt in loco, & tempore habili omnia fiant requiſita ad aſſecutionem Iubilæi; Puto autem ſi is, qui excedit ob cauſam iuſtam, non poſſit omnia pręſtare vno in loco, & in alio præſtet, ea quę deſuerunt, modo tempus deſtinatum duret, Iubilæum lucrari poſſe in alia Diœceſi, ſi in eam tempore habili peruenerit. Cętera vide apud Cardinalem Lugo *d.27.ſect.7.* qui omnia minutę perſequitur, & definit.

Henriq
Layman

Car.Lugo

Sexta; Vtrum Adoleſcentes, & ſenes extra ętatem ieiunandi, teneantur ieiunare ad conſequendum Iubilæum? Reſpondetur affirmatiuè loquendo præciſè ratione ętatis; nam ijs vti voluntarium erit Iubilęum ſuſcipere, ita illud ieiunium ſimpliciter voluntarium eſt. Si vero ratione infirmitatis ieiunare nequeant, tum poteſt Ieiunium cõmutari in aliud opus pium, per quod ieiunium ſuppleatur. Ita Layman *tr.7.cap.8.num.12.* ex doctrina Henriquez, & Rodriguez.

Layman
Henriq
Rodriq

Septima; Vtrum pro operibus iniunctis poſſit quis præſtare opera, ad quæ tenetur ex præcepto? verbi gratia, qui tenetur ieiunare ex voto, vel præcepto, vtrum poſſit illo vnico ieiunio ſatisfacere obligationi, vel præcepti, & conditioni requiſitæ ad Iubilæum? Reſpondetur affirmatiuè cum Henriquez *cap.10.num.5.* & Comitolo *lib. 1. Moralium cap. 38.* Ratio eſt, quia illa opera ſufficienter implẽt vtramque, & obligationem, & conditionem, ita vt non ſit opus aliquid ſupererogatorium facere, idque pater ex conſuetudine; qua videmus Iubilæi tempus ſępè cadere in quadrageſimam, & quatuor tempora; & tamen illa ieiunia valere pro vtraque; quod idoneum argumentum eſt credendi non requiri opus ſupererogatorium, ſed ſatis eſſe præceptum ad acquirendum Iubilæum; quare hoc ſequitur Layman *cap.8.n.13.*

Henriq
Comitol

layman

Pro Cotonide notanda ſunt duo. Alterum, qui bona fide confeſſionem præmiſit animo lucrandi Iubilæum habens peccata reſeruata, vota, & iuramenta, & poſtea noluit Iubilæum accipere, ſi in illa confeſſione fuit abſolutus, & diſpenſatus vere abſolutionem, & diſpenſationem fuiſſe conſecutum virtute Iubilæi. Ita Nauarrus lib.5. Conſiliorum conſilio 19. de pœnitentia editione 2. Alterum, qui reſeruata bona fide confitens omittat aliqua per obliuionem, eum ſaltem indirectè ab ijs abſolui, & omnino auferri reſeruationem; ita vt poſt tẽpus Iubilæi poſſit cuicunque Sacerdoti tanquam ſimplicia, & non reſeruata peccata confiteri. Hęc de Iubilęo, Suffragijs, & Indulgentijs pro loco, & tempore dicta ſunto.

Nauarrus

TRA

TRACTATVS IV.

DE SACRAMENTO EXTREMAE VNCTIONIS.

CAPVT PRIMVM.

A quo Authore, quo tempore ſit inſtitutum?

NVLLVM magis Sacramentum irrident hæretici, quam iſtud, quod ad mortem, opinor, præparet: homines mortis immemores, & qui cutem curare, vt viuant ſolent, non vngere, vt moriantur. Negarunt hoc Sacramentum Vvaldenſes, apud Aenæam Syluium *lib. de origine Boemorum cap.* 36 Albigenſes apud Sanderum *lib.* 7. *de viſibili Monarchia hæreſi* 121. Albanenſes apud Diuum Antoninum 4.*p.Hiſtor.tit.*11. *cap.* 6.§. *vltimo*. Rhutheni apud Prateolum eo verbo. Hos ſectatus Lutherus, eumque Caluinus noui Patriarchæ Hæreticorum cum Diſcipulorum colluuie. Gens otio dedita non palæſtræ; atque adeo magni olei oſores, eius præſertim, quo nos ad vltimam luctam vngimur? Aiunt, non eſſe veſtigium huius Sacramenti vllum in ſacris litteris. Locum Marci 6. negligunt. Iacobi cap. 5. authoritatem non ſolum eleuant, ſed etiam totam epiſtolam tollunt, dum Canonicam eſſe negant. Concilia non curant. Traditionem Eccleſię contemnunt. Anilem fabulam vnctionem putant: nempe ad extremum hunc actum palæſtræ mortalis exercendum benè poti, paſtique deſcendunt, & tanquã de grege Epicuri, non Aram, ſed haram meditantur.

Vvaldenſ. Ben. Sylu. Albigenſ. Sanderus. Albanenſ. D. Anton. Rhuten. Prateol. lutherus Caluinus.

Catholici omnes Sacramentum fatentur, & venerantur, & hoc oleo lucernam fidei nutriunt. Quin ſit Sacramentum? nemo dubitat. Quis illius Author? non nemo. Sacramentum eſſe authoritate Conciliorum, & Patrum confirmat Bellarm. *lib.* 9. *cap.* 4. *& ſequentibus*. & Suarez *tom.* 4. *diſ.* 39.*ſect.* 1. *&* 2. Henriquez *lib* 3.*cap.* 7. munit ſententia ſcholaſticorum, & cũ eo Suarez citatus, & *Layman tr.* 8.*c.* 9. Illuſtrat Sanctorum exemplis Surius in ſuis tomis præſertim ſecundo. Loci Scripturæ paulò poſt afferentur, & Hæreticorum ora obturabuntur.

Bellarm. Suar. Henriq. layman. Surius

Ratione autem, & impugnari ſolet vnctio, & defendi. Hac impugnant Hæretici Duce Luthero. Sacramentum vnctionis adhibetur ad ſanitatẽ corporis, & animæ, ſed poſt vnctionem omnes fermè ægroti moriuntur, imo id in prouerbium abiit, ergo cuius non eſt effectus, eius nulla eſt inſtitu-

ſitutio. Illa tuentur Catholici. Malè prouideret Chriſtus Fidelibus ſuis, ſi ad certamen illud ſupremum, in quo diſceptat animi ſalus, nullo nos proprio præſidio muniret: igitur negandum non eſſe, quin præſens, & proprium remedium inſtituerit. Hanc idoneam rationem eſſe conſtat, quam Hæretici non infirment. Qua illi vnctionem impugnant, ea à noſtris variè ſoluitur. Vulgò dicitur authore Bellarmino cap. 6. [Bellarm.] Sacramentum vnctionis habere principalem virtutem ad ſanandam à pecatis animam, eiuſque ſalutem inſtitutionis finem eſſe. Sanitatem verò Corporis ex eo fine pendere, vt ſi iuuet ad ſalutem æternam, detur. Sin aliter non conferatur. *Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?*

[Iacob. 5] Ego ſic Reſpondeo: in Verbis Iacobi non fieri mentionem expreſſam ſanitatis corporalis, ſed tantum ſalutis, & alleuiationis, ait enim *ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus.* Quod ad leuamen, & ſolatium pertinet, quæ in animo præcipuè conſiſtunt, vt percepto eo Sacramento infirmus, & roboretur, & confirmetur ad perferendas morbi moleſtias, & mortis anxietates, quod fieri poteſt ſine corporis ſanitate; cum autem hæc animi confirmatio multum ad ſalutem corporis conducat, hinc eſt, vt ſanitatem quoque interdum conferat. Si autem de ſanitate velint omnino intelligi. Reſpondeo: Sacramentum illud ex ſe iuuare, & conferre ad illam, niſi ſeruetur ad extremam illam morbi periodum, vti fieri ſolet, quando iam ægrotus mortē in viſceribus conceptam habet, quod præciſè fortaſſe non eſt ex neceſſitate Sacramenti, ſed ex vſu Eccleſię volentis potius animæ, quam corpori conſulere. Itaque Iacobus de omni infirmo locutus eſt, qui ægrotet, non autem ſolum de illo, qui deſperatus ſit; vnde ſi infirmis extra mortis periculum daretur Sacramentum iſtud, multo plures ſanarentur, quam nunc, quando ſolis extremè laborantibus applicatur. Itaque hoc non eſt vertendum defectui Sacramento, ſed vſui noſtro aſſignandum, qui ſolemus illud in ſupremam illam mortis luctā reſeruare, quod ſalutem animæ ſanitati corporis preponamus. Hæretici, quod eam minus curant, quām corporis, quæ à corpore petuntur obijciunt, quæ ad animam pertinent, abijciunt. Animaduerti autem oportet non ſolis infirmis hoc Sacramentum miniſtrandum; ſed ſenibus item decrepitis eſſe ob vicinum mortis periculum. Ac ita decreuit S. Carolus [S. Carol. Borrom.] Borromæus in Concilio 4. Mediolan. imo & ęgrotis, qui vſum rationis amiſerunt adhibendum ſtatuit idem in Concilio 1. & 4. & probat Rituale [Rit. Rom] Romanum Pauli V. iuſſu editum. Certè Concilium Tridentinum diuinitus, quomodo hęc ſeries effectuum procedat ſeſſione 14. cap. 2. expoſuit. *Vnctio*, inquit, *delicta, ſi qua ſint adhuc expianda, ac peccati reliquias abſtergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ miſericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus ſubleuatur, & morbi incommoda, ac labores leuius fert, & tentationibus dæmonis calcanea inſidiantis, facilius reſiſtit & ſanitatem corporis, interdum, vbi ſaluti animæ expedierit, conſequitur.* [Conc. Tr.] Hoc remoto ſcrupulo ad quæſtiones gradum facimus.

Prima ſit. An Chriſtus fuerit Author huius Sacramenti? Negarunt ex Catholicis nonnulli; non quod negent eſſe Sacramentum, ſed quod ſatis omnino eſſe putent, quod fuerit ab Apoſtolis inſtitutum, commiſſa ad id à Chriſto poteſtate. In his ſunt *Magiſt. in 4. d. 13.* [Magiſt. Alex.] Alex. *4. p. q. 8. m. 1.* D. Bonau. *d. 28. ar. 1. q. 1.* [D. Bonau] Hugo *lib. 2. cap. 2.* [Hugo Richard.] Richardus de S. Victore *lib. 2. de Sacramentis.* [Echius] cum quibuſdam ſcholaſticis, & Echio apud Peſantium. Horum fundamentum eſt, quia nullo Euangelij loco Sacramentum iſtud probatur. Verum alij penè omnes Doctores Catholici affirmant Extremamvnctionem Authorem Chriſtum [D. Thom Soto: Gabriel. Paludan] habuiſſe D. Thomas *in 4 diſt. 27.* Scot & Gabr. & Palud. ibi, & alij communiter,

niter,

Digitized by Google

Gabr. à S. Vincent. Conc. Tr. niter, cum P. Fr. Gabriel à S. Vincentio *d.* 1. *qu.* 1. Eſtque in Concilio Tridentino definita doctrina propriè ſeſſ. 14. can. 5. de hoc Sacramento, & de omnibus in genere ſeſſ. 7. can. 9. Suarez idque nos generali ratione probanimus cum Suario *tomo* 4. *d.* 12. *ſect.* 2.

Loci autem ex quibus hæc veritas Matth. colligitur duo ſunt. Alter Marci 6. vbi ſic *vngebant oleo multos ægrotos, &* Iacob *ſanabant, ideſt Apoſtoli.* Alter Iacobi 5. vbi ſic: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum vngētes eū oleo in nomine Domini: & oratio Fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis eſt dimittentur ei.* Vtroque ſunt, qui probent inſtitutum à Chriſto Sacramentum Extremæ vnctionis, vti Graff. Graff. 2. *p. deciſ. lib.* 1. *cap.* 8. *num* 4. & alij apud ipſum. Verum primus ille Marci locus ſatis non eſſe videtur ad hoc probandum: nam in eo tantum dicitur Apoſtolos vnxiſſe infirmos oleo, & ſanaſſe illos: nulla de re ſpirituali facta mentione, quod omnino neceſſarium erat ad rationem Sacramenti ſignificandam. Deinde, quia Apoſtoli, tunc Sacerdotes non erant, nec illi, quos vngebant baptizati; ac proinde Sacramenti illius incapaces; ex quo patet illam vnctionem Sacramentum non fuiſſe. Et ita iudicat Bel- Bellarm. Suarez Henriq larminus *lib. vnico de extrema vnctione cap.* 2. & Suarez *d.* 39. *ſect.* 9. & Henriq. *lib.* 3. *c.* 7. *num.* 4. Fuit illa quædam præparatio & Symbolum Sacramenti, quemadmodum Baptiſmus Ioannis, qui Sacramentum non erat, Baptiſmi Chriſti figura, & typus fuit, quem- Coninch admodum obſeruat Aegyd. Coninch *d.* 19. *dub.* 1.

Secundus locus Iacobi iuſtus, & idoneus eſt, & efficax ad rem conficiendam: nam verba textus continent, quidquid in Extremæ vnctionis Sacramento fit: Miniſtrum notat, materiam deſignat, formam præſcribit, ſicuti eſt in vſu Sacramenti. Deinde quod Apoſtolus Iacobus id ſcripſit, ſignum eſt à Chriſto audiſſe, nec enim Iacobus erat Author, ſed acceptor, & promulgator Sacramenti, quod ut tradidit, vti à Chriſto acceperat: quemadmodum de Euchari- 1. Corint. ſtia dixit Paulus 1. Corinth. 11. *Quod accepi à Domino tradidi vobis.* Ita Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. can. 9. ait Con. Tr. *Sacramentum Extremæ vnctionis inſtitutum eſſe à Chriſto, & à Iacobo Apoſtolo promulgatum*, & S. Thom. in 4. S. Thom. diſt. 23. q. 5. at. 9. q. 3. & Alcuinus de Alcuin. diuinis officijs cap. de infirmis, & conſtat ex Patrum traditione, & Eccleſiæ conſuetudine. Catalogum Sanctorum Patrum texit Bellarminus lib. Bellarm. 8. c. 1. & Suarez d. 39. Itaque huiuſce Layman. Sacramenti Authorem Chriſtum extra Controuerſiam eſſe oportet.

De tempore maior quæſtio eſt. Vulgò dicitur nocte Cœnæ Euchariſticæ Gabr. à S. inſtitutum. Ita Fr. Gabriel à S. Vin- Vincent. centio d. 1. q. 1. & ex parte Ochagauia tr. de Extr. vnct. q. 2. n. 4. & Filiuc. tr. 3. Filiuc. n. 68. Mihi autem id placet: Chriſtum in Cœnaculo poſt reſurrectionem ſuã hoc Sacramentum inſtituiſſe, poſtquam remittendi peccata Apoſtolis poteſtatem dedit. Ita enim eo loco vbi conceſſit iuriſdictionem in corpus myſticum, conceſſit quicquid neceſſarium erat ad remittenda peccata. Erat autem neceſſarium præter Sacramentum Pœnitentiæ, aliud Extremæ vnctionis, quod eſt veluti annexum, & ſequens Sacramentum Pœnitentiæ, cum pertineat ad remiſſionem peccatorum; vti obſeruat Sua- Suarez rez d. 39. ſect. 2. & Henriq. lib. 3. c. 7. Henriq. Ledeſm. Ledeſm. tr. de Extr. vnct. c. 1. & Palaus Palaus tom. 4. tr. 26. p. 1. n. 4. & alij Authores cum Leand. q. 4. Hac ratione ſoluitur Leand. ratio dubitandi illorum Authorum, qui negarunt Chriſtum inſtituiſſe Sacramentum Extremæ vnctionis, quia de tempore inſtitutionis non conſtat. Aliud enim eſt rem quærere, aliud tempus inquirere.

CA

CAPUT II.

Quæ ſit materia, quæ forma huius Sacramenti?

MAteriam oleum deſignat Iacobus, & Marcus oleo figurauit. Oliuarum autem eſſe, vel no-
Concil Florent men ipſum ſignificat; & Concilium
Trident Florentinum in *Decreto Eugenij* per-
Innoc.III ſpicuè Oleum Oliuę dicit. Et Trident.
D.Thom. ſeſſ.14. c.1. & cap. 1. de *Sacram.* Vn-
Sot. Henriq. ctionis, ita definit, & Innocentius Ter-
Archang. tius declarat, Traditur à D. Thom. *q.*
Dicaſtill. 29. *ar.* 2. Sot. *ar.* 3. Henriq. *lib.* 8 *n.* 2. & in Gloſ. *lit. E.* Archangel. *diſt.* 23. Dicaſtillo *tr. de Extr. vnct. diſt.* 1. *dub.* 3. Trullench. *lib.* 6. *dub* 2. Oleum enim gratiam, & vnctionem Spiritus Sancti in Scripturis ex mente Patrum ſignificat. Debet autem eſſe oleum ab Epiſcopo benedictum. Hic autem quęſtio eſt vtrum huiuſmodi benedi-
Victor. ctio ſit de neceſſitate Sacramenti, an
Caiet. præcepti? Quidam cum Victoria *de Extr. vnct. num.* 216. & Caiet. 2. 2. *q.* 37. *ar.* 3. ſentiunt eſſe aliquid accidentale, & poſſe oleum ſimplex ſine benedictione in materiam iuſtam aſſumi; nec aliud videtur poſtulaſſe Iacobus, cum dixit *oleum*. Quod ſic prolatum accipiendum eſt, vti aqua ad Baptiſmum, ſimplex, & naturalis; atque adeo, vel nullam eſſe de neceſſitate, vel ſufficere Sacerdotis, quamuis ad melius eſſe ſit neceſſaria benedictio Epiſcopi; quam opinionem
Io.Martin probat Ioannes Martinonus *de Sa-*
cram. d. 65. *ſect.* 3. *num.* 16. & Maldo-
Maldon. nat. *de Extrem. vnct. q.* 1. quem citat,
Molfeſ & ſequitur Molfeſ. *tr.* 4. *c.* 2. *n.* 22. & *c.* 3. *num.* 26.

Sed contraria ſententia vera eſt au-
D.Thom. thore D. Thoma *in* 4. *diſt.* 23. *q.* 5. *ar.* 1.
Conc.Tr. *q.* 2. & habetur *c. unico de Sacrament.*
Bellarm *vnctionis*. in Conc. Trident. & Bel-
Suar. larm. c. 3. & Suar. *d.* 40 *ſect.* 1. & Conin.
Coninch *d.* 9. *dub.* 2. cum Paludano *in* 4. *d.* 23. *q.*
Paludan 1. *ar.* 1. & oſtendit Layman *tr.* 8. *cap.* 2.
Layman qui ait: benedictionem eſſentialiter requiri. Ratio eſt, quia illud Sacramentale oleum ſanctificat, ergo debet eſſe Sacrum, & Sanctificatum. Ad id autem, quod de aqua Baptiſmi obijcitur, pulchrè reſpondet D. Thomas, aquam fuiſſe primùm à Chriſto in Iordane ſanctificatam, nec opus eſſe alia ſanctificatione, vbi Chriſtus fuit baptizatus, & quamquam hęc ratio impugnetur à Durando, & ea minus apta videatur, Chriſtus non ſanctificauit omnem aquam; cum enim ſanctificauerit contactu, ſolam aquam Iordanis, quam tetigit, ſanctificauit, non autem alias aquas. Verum ille contactus erat myſticus, & permanabat ex illo contactu phyſico virtus ad omnes aquas. Quod ſi quis non acquieſcat rationi D. Thomæ addide- D.Thomas
rim, aquam fuiſſe ab exordio mundi ſanctificatam à ſpiritu aquis incubante vbi c. 1. Geneſis dicitur *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, quod de oleo non legimus.

Præterea eſſe poteſt alia ratio, nam Chriſma Confirmationis debet eſſe benedictum ab Epiſcopo, igitur & oleum Extremæ vnctionis ab eodem oportet benedici. Sed quæres: vtrum Chriſma, quod eſt miſtum ex oleo, & balſamo ſit materia ſufficiens huius Sacramenti? Reſpondetur cum Sua- Suar.
rio *d.* 49. *ſ.* 1. *n.* 6. materiam iuſtam, & idoneam eſſe ſimplex oleum benedictum: ſatis tamen eſſe in caſu neceſſitatis illud Chriſma; quamuis enim ſit mixtum, continet verum oleum, cuius nomini, & virtuti propter balſamum non detrahitur. Vnde ſi quis in extrema vnctione vngatur Chriſmate verum recipiet Sacramentum, quamuis oleum ſimplex propria ſit materia Sacramenti Extremæ vnctionis. Idque placet *Laymano tr.* 8. *c.* 2. Imo Henriq. Layman
l. 3. *c.* 82. & Suar. *d.* 40 5. putant proba- Henriq
bile olim cùm Chriſmate, tum oleo ſimplici ſolere infirmos vngi, ſed ne- Sotus
gant Sot. *d.* 23. *q.* 1. *a.* 3. *ad* 1. & Valent. Valent
to. 4. *d.* 8. *q.* 1. *p.* 2. & *Laym.* cum Zambra- Layman
no quem citat *tr.* 8 *c.* 2. *n.* 3. quibus ac- Zambran.
cedo, quod exiſtimem ſemper fuiſſe diſtinctam materiam horum Sacramentorum etſi vno nomine Chriſ-

Digitized by Google

matis venirent. Eſtque locus inſignis ad oſtendendam diſtinctionem ille quem affert Layman ex Concilio Meldenſi *tr.8.c.2.n.3.* Vtrum autẽ benedictio neceſſariò debeat eſſe Epiſcopalis? Innocent. I. *Epiſt. ad Decent. 1. c. 8.* & Concil. Vvormat. c. 27. & Aquiſgran. *tit. 2. c. 8.* & Beda *in c. 6.* Marci benedictionem Epiſcopalem exigunt. Verum etſi Epiſcopus ſit ordinarius huius benedictionis miniſter, licet tamen Papæ diſpenſare, vt ſimplex Sacerdos oleum illud benedicat; & ita Græcis conceſſum fuit, quorum presbyteri illud oleum ex conceſſione Pontificum Romanorum ſolent benedicere, quem morem Clemens VIII. approbauit. Quod quidem rectè obſeruauit, & tradidit Fr. Gabriel à S Vincent. *d. 1. qu. 2* cum Diana, et aliis quos adducit. Vnctio autem in communi ſententia eſt materia proxima in hoc Sacramento, quod communem cum ceteris, quæ vſu perficiuntur, præter Eucharistiam rationem habet. Omnia enim conſiſtunt in fieri, cum Eucharistiæ Sacramentum in facto eſſe conſiſtat. De numero vnctionum. Septem eas eſſe conſtat. Quinque pro totidẽ ſenſibus, Duæ pedum, & Renum. An omnes ſint de eſſentia Sacramenti? quæſtio eſt paulo inferius decidenda.

Veniamus ad formam. Forma ſolemnis Eccleſiæ habetur in Concilio Florentino, quæ huiuſmodi eſt. *Per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per viſum, &* ſimiliter de alijs membris; hæc eſt iuſta, & prorſus accommodata Verbis Apoſtoli dicentis *orent ſuper eum: oratio fidei.* Habet enim deprecatiuam rationem, quam aptat ſingulis membris. Significat gratiam per illud verbum *indulgeat*, & remiſſionem peccatorum, deſignata materia per illam particulam, quidquid deliquiſti. Priſca forma quę à D. Ambroſio teſte Bonauentura *in 4. d. 23. p. 1. a. 1. q. 4* Mediolani, olim vſurpari ſolita, aliquantum erat ab hac noſtra diuerſa. Erat autem hæc. *Vngo te oleo ſanctificato in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vt more militis vncti præparatus ad certamen aereas poſſis ſuperare poteſtates.* Sed ſuperior ex Florentino, multo aptior eſt, & ad mentem D. Iacobi congruentior, cum & orationem contineat, & gratiam ſignificet, teſte D. Thoma *in 4. d. 23. q. 1. 1. ar. 4:* & Bonau. *a. 1. q. 3.* & Rich. *a. 1. q. 4. ad 2.* eaque à Tridentino eſt approbata, & ab vniuerſali Eccleſia recepta. Habetur in Cæremoniali Romano.

Florent.

S. Ambroſ.

D. Bonau.

D Thom.

Richar. d. a.

Trident.

Imo, & non minus quam alteram Ambroſij antiquam iam tum Romana tandem Eccleſia vſurpabat, illaque vtebatur vti obſeruat Layman *c. 7.* & probat Suarez *d. 40. ſ. 3.* Et accurate obſeruat Henriquez *l. 3. c. 8.* formam deprecatiuam ſemper ſolennem fuiſſe in omni Eccleſia bene inſtituta.

Layman

Suar.

Henriq.

Vtrum autem, & quæ verba ſint eſſentialia formę, dubitatione non caret: nam non videntur omnes particulæ eſſe de eſſentia. Et quidem vnctionis expreſſio eſſentialis eſt. Orationis item forma deprecatiua. Et in hoc conueniunt Theologi: Illud *per ſuam piiſſimam miſericordiam* de eſſentia putat eſſe D. Thomas citatus quęſtioncula 7. redditque rationem in ſolutione ad 2 quod nempe neceſſe ſit, miſericordiam exprimere vbi homo verſatur in extrema miſeria, nec audet Suarez improbare, ſed tandem inclinat, vt nolit eſſe de eſſentia, cum quo ſentit Henriquez c. 8. n. 3.

D. Thom.

Ego tamen adhæreo D. Thomæ ob illam rationem, & quia non temere poſita eſt illa particula tam expreſſa, & exagerata: dummodo tamen illa particula ſuperlatiua *piiſſimam*, non ingrediatur eſſentiam, nec enim exaggeratio poteſt pertinere ad eſſentiam rei. Vnde miſericordiam eſſentialem volo eſſe, *piiſſimam* eſſe nolo. Quod attinet ad cętera verba *quidquid deliquiſti indulgeat tibi Deus*, hæc etiam eſſentialia ſunt, deſignant enim perſonam, & finem, & effectum Sacramenti, qui eſt remiſſio peccatorum, & gratiæ inuiſibilis cuius ſignum eſſe debet Sacramentum viſibile, vti ani-

animaduertit cum multis Henriquez citatus.

Maior quæſtio eſt de alijs particulis quæ exprimunt ſenſus, & membra corporis; nam cum ſingulis eadem verba toties repetita applicentur, dubium eſt an ſit de neceſſitate Sacramenti illa repetitio verborum pro ſingulis ſenſibus? Huic quæſtioni reſpõdebimus exactius cũ de effectu huius Sacramenti dicamus. Nunc dicimus negari non poſſe illa verba repetita eſſe de neceſſitate præcepti, ita vt illa integra formula ad ſingulas vnctiones iteretur. Vtrum autem ſit de eſſentia Sacramenti expreſſa repetitio eorum, ita vt ſine illa non valeat Sacramentum, poſtea decidemus.

Quidam putant requiri mẽtionem Trinitatis: at immerito, quia nulla eſt ratio, vel neceſſitas huiuſce mentionis, nec forma Cattholica illam vendicat. In Baptiſmo alia ratio eſt, cum de ratione formæ eſſentialis ſit. Eſt enim eius Sacramenti, quo Chriſtiani, & fideles efficimur. Quod autem vſurpetur etiam in Sacramento Confirmationis, ex eo eſt, quia hoc Sacramentum confirmat in fide, & eſt veluti conplementum Baptiſmi, vnde requirit fidei promiſſionem quæ illa expreſſione Trinitatis ſignificatur. At vero in extrema vnctione non eſt hæc ratio, vel neceſſitas, cum homo iam ſupponatur baptizatus, & confirmatus in fide; proindeque non requiritur mentio Trinitatis, quemadmodum obſeruat Suarez *diſ.*40.*ſ.*3.& Layman cit.*c.*3.& Henriquez *l.*3.*c.*8.& Leand. *d.*2.*q.*18. Suar. Layman Leand

Vtrum autem illa verba, *quidquid peccaſti* verti poſſint in hæc *ſi quid peccaſti* conditionali ſenſu? quærunt nonnulli. Sane videtur poſſe, vt ſit locus applicandi Sacramẽtum homini non habenti peccatum: cuiuſmodi erit ille qui immediate poſt Baptiſmũ vngatur, aut non peccanti per eum ſenſum *u*ti erit Cæcus, vel Surdus: ac ita videtur rei conſentaneum, & probatur Laymanno *c.*3.& Suario *diſ.*42. Surius *ſ.*2.*n.*7.ex Richardo *in* 4.*d.*23.*a.*2.*q.*4. & placet Henricio *l.*3.*c.v.n.*7. *in com.* Henriq

CAPVT III.

De ſubiecto, & neceſſitate huius Sacramenti.

INcapaces huius Sacramenti ſunt non Baptizati: Pueri ante vſum rationis. Amentes perpetui: Sani, & Valentes. Capax ergo eſt ille qui ſit baptizatus & compos rationis vel eſt vel fuit, & ægrotus. Variæ hic quæſtiones ſunt. Primam mouit Sotus *in* Sot. 4.*d.*23.*q.*1.*a.*2.negans poſſe vngi pueros Euchariſtiæ perætatem non capaces, & affirmans hoc Sacramentum ſocium eſſe viatici. Tenendum tamen eſt poſſe dari pueris, qui peccare poſſunt, & confiteri, vti docet Nauarrus *c.*22.*nu.*13.Suarez *d.*70.*ſ.*1. Sa Nauarr *v. Extrema vnctio* Graff.*p.*2.*deciſ.lib.*1 Suarez Graff *c.*8.*n.*16. Angles *in* 4.*p.*1. *de vnctione* Angl *a.*4.& Henriq.*c.*11. *num.*9. & affirmat Henriq Zambranus *de extrema vnctione dub.* Zamb. 1.& Layman *capite* 4.& Leander cum Layman multis quos citat *d.*3.*q.*4. Leand

Secundam excitant alij, qui requirunt voluntatem actualem ſuſcipiendi hoc Sacramentum. Cui reſpondendum: ſatis eſſe, ſi antea petierunt, vel creduntur petituri. Vnde ijs, qui in ſubitam amentiam inciderunt, vel nec opinato ſymptomate lethali ſunt correpti, poteſt, & debet adminiſtrari hoc Sacramentum. Satis eſt enim habitualis voluntas Authore Henriq. *l.*3.*c.*13. *n.*9. & Layman *c.*4. Dubium Henriq eſt vtrum homini, quem conſtet peccaſſe mortaliter, & non conſtet pœnituiſſe dari extrema vnctio poſſit? Layman Negandum: niſi dederit pœnitentiæ ſigna, tunc enim eſt affirmandum ex ratione generali iuxta Toletum *libro* Tolet. 7.*c.*3.& Layman *c.*4. Layman

Tertiæ occaſionem dat vſus Eccleſiæ, quæ ſtatuit vt ægrotis in periculo conſtitutis extrema vnctio adhibeatur, Vtrum liceat morituris ex alio genere mortis, quod infirmitatem excludat, puta naufragantibus, vel ſuſpendendis hoc Sacramentum miniſ-

ſtare? Reſpondetur negatiuè, quia Sacramentum eſt infirmorum, ac id ex D. Iacobi textu conſtat, & tradunt D.Thom Scholaſtici enm D.Thoma *in 4.diſ.23. qu.2. ar.2.* quorum plurimos adducit Henriquez *l.3.c.11.*& Leand.*d.3.q.10.* Mulieri ex partu laboranti dandam extremam vnctionem negant Bonac Bonacina *d.7.q.vn.p.5.n.6.*& Naldus *v.ex-* Diana *trema vnctio nu.5.* Affirmant Diana *p. 10.tr.12.reſolut.9.* et Gabriel à S.Vin- Iſamn cent.*d.2.q.3.* His affertur cum Iſamberto *d.6.a.2.* quia nulla creditur ratio idonea cur negandum ſit Sacramentum illud fœminæ parturienti periculosè, cum homini inteſtinorum dolore & calculo laboranti miniſtrari ſoleat. Quid autem interſit inter dolores partus, & illos plane non video. Si autem id vetuit Concilium Mediolanenſe 4. ſub Sancto Carolo quo nituntur Bonacina, & Naldus de ordinario periculo intelligi oportet, in quo propter irreuerentiam non decet conferri. Ita reſpondeo mirius quàm Archangelus *diſt.23.pag.283.* qui miratur id à Concilio definitum. Huius Leand noſtræ ſententiæ eſt Leander *diſ.3. qu.11.*

Altera hinc quæſtio exiſtit. An ſit neceſſario expectandum extremum periculum, & Viaticum præmittendum? communis conſuetudo vtrumque ſupponit, & periculum, & Viaticum ante extremam vnctionem: ſed ſatis eſt probabile periculum, atque adeo dari poteſt hoc Sacramentum in principio deſperati morbi, vt phtyſi, vel hydropiſi, & extra lectum, vti affirmat Henriquez *l.3.c.11.num.5.* & Layman *tr.6.cap.4.* Vtrum autem bis miniſtrari poſſit, alia quæſtio eſt. Communiter dicunt Authores in eodem morbo non poſſe, in diuerſo poſſe. Itaque vbi ſunt morbi diuerſi eiuſdem hominis, diuerſæ vnctiones eſſe poſ- D:Thom ſunt. Ita D.Thom. *in 4.d.23.q.2.a 4. & in ſuppl.q.33.a.2.* Palud.*ib.q.4.* Hen- Suarez riq.*c 9.n.5.* Suarez cum alijs *d. 40. ſ.3. in fine*. Fundantur hi Authores in eo, quod extrema vnctio non euicunque infirmo, ſed ei qui extremè laborat applicanda eſt, & hoc tamquam principium ſumunt. Imo Layman *c.4. in fine* ad hoc probandum affert græcum textum, & teſtimonium Concilij Tridentini. *Seſſ.14. c.4.* & Gabriel à Gabriel. S. Vincentio producit Decretum Cõcilij Florentini vetantis dari *niſi infirmo de cuius morte timetur*. Ego autem vſum, & conſuetudinem Eccleſiæ id obtinuiſſe cenſeo. Non video tamen cur ex inſtitutione non poſſit alijs infirmis dari. Nam Concilium Triden- Trid tinum eo loco non excludit alios infirmos. Sic enim ait: *declaratur etiam eſſe hanc vnctionem infirmis adhibendam: illis vero præſertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur. Vnde & Sacramentum exeuntium nuncupatur*. Illa enim particula *præſertim* docet alijs etiam infirmis, ex inſtituto conuenire poſſe, quod Marcus *c.6.* ſignificauit, cum de Apoſtolis dixit, *Vngebant oleo multos ægros, & ſanabant*. Quare non pauci nec ignobiles Authores putant, ſolitum quondam fuiſſe extremam vnctionem ante viaticum quibuſdam in locis Catholicorum dari: ita vt viaticum eſſet ſupremum Sacramentum Durand. vti obſeruat Durandus *lib. 19. de retib. Eccleſ. c.1.* & colligi videtur ex cap. ab infirmis *26.q.7.* & narratione *D. Ber-* D. Bern. nardi in vita Malachię comprobatur. narrat enim Malachiam prius fuiſſe vnctum, quam viatico munitum. Sane Rituale Romanum in præfat. ad hoc Sacramentum monet non eſſe expectandum, vt ægrotus animam agat; ſatis ad id eſſe vt periculoſe laboret, & ſic tandem ſtatuit Gabriel à Sancto Vincentio *d.2. qu.3.* vbi tamen addit nullum fore Sacramentum ſi morbus non ſit periculoſus, quod neſcio quomodo cohæreat cum ijs quæ proximè dixerat: finem ſecundarium huius Sacramenti eſſe ſanitatem corporalem, non tamen eam quæ fiat miraculoſe; nam ſi ſanitas ordinario modo acquiſita, eſt finis ſecundarius Sacramenti certe illud extra periculum in graui morbo conferri eo authore poteſt. Et ita ſentit contra eundem. Quintana tract.5. ſingul.2. nu.2. Mihi certe nimis durum videtur nullum reddi Sacramentum

rum ex eo quod extra morbũ periculoſum detur: durius dicere in dubio, an ſit periculoſus non debere adminiſtrari, ac ſi miniſtretur eſſe poſtea repetendum: vtrumque autẽ ait idem Gabriel, idoneus alioquin author, ſed in hoc meo iudicio duriuſculus. Standum eſſe tamen conſuetudine monet apte Layman hoc loco c. 7. Cui ſubſcribit Leander q. 12. qui tenet viaticum procedere debere, niſi cauſa ſubſit, vnctionem.

Layman Leander

De præcepto ſuſcipiendæ extremæ vnctionis communis ſententia Doctorum eſt, nullum illud eſſe: quod iſtud Sacramentum non ſit de neceſſitate ſalutis. Sic tradunt cum D. Thoma *in 4. d. 23. q. 7.* Victor. *de extrem. vnctio n. 219.* & Syluest. *v. vnctio* Nauarrus *c. 22. n. 19.* Suarez *d. 49. ſ. 9.* Henriquez *l. 3. c. 20.* & Gabriel à S. Vincent. *d. 2. q. 1.* Si autem per negligentiam omittatur, veniale tantum peccatum erit, vti docet Coninch *dub. 20. concluſ. 5.* contra Petrum Sotum, qui ex Magiſtro dicit eſſe mortale. Quod autem mortale interdum ſit, id continget ex alijs cauſis, vti ex contemptu, vel ſcandalo. Idem autem dicendum eſt de circumſtantibus, qui aſſident infirmo, qui ſi per incuriam culpabilem omittant eũ huius Sacramenti monere, ex eo ſolo mortaliter non peccant; nam cuius ſuſcipiendi non eſt grauis obligatio, eius omiſſi non eſt mortalis culpa. Erit tamen Parochi, vel Prælati culpa mortalis, ſi infirmo petenti hoc Sacramentum non miniſtret, cum ex iuſtitia teneatur ſuis ouibus prouidere. Et quamquam ex obiecto Sacramentum neceſſarium non ſit, tamen quando infirmus poſtulat, habet ius ad petẽdum, & Parochus tenetur ad dandum nec expedit negare petẽti ex eo, quod non ſit remedium neceſſarium, ſatis eſt enim vtile eſſe, & pro maiori ſecuritate ſalutis inſtitutum. Nec enim Paſtor ſolum obligatur ad liberandas oues ab exitio, ſed etiam ad paſcendas, conſeruandas, & gubernandas. Ita Gabriel à S. Vincentio *d. 2. qu. 3.* & conſtat apud omnes.

D. Thom. Victor. Syluester Coninch Gabr. à S. Vincent.

Tempore autem peſtis non tenebitur Parochus miniſtrare Sacramentũ extremæ vnctionis ſub mortali cũ vitæ ſuæ periculo, quia hoc Sacramentum non eſt tantæ neceſſitatis, vt cum tanto onere obliget Parochum. Conſulit tamen Suarez *diſputatione 44. 8. 5. in fine*, vt Parochus procuret remedia & antidota, & interdum virga vtatur, vt poſſit tutò, & longe poſitus extra periculum ægrotum vngere. Idem Naldus *verbo vnctio*, & latius Chapeauille *capite vltimo quæſtione 11.* & Laymàn *cap. 8.*

Suar. Naldus Chapeau. Layman

Animaduertendum hic vltimò eſt qui Parochus non ſit, etiam Parocho abſente, non teneri vlla lege iuſtitiæ, ſed ſola Charitatis virtute ad miniſtrandum iſtud Sacramentum, nec ab ſtinendo, niſi veniàliter eſſe peccatum. In caſu tamen, quo ægrotus aliud non poſſit ſuſcipere, & iſtud ſit ad ſalutem animæ neceſſarium, tunc ex præcepto charitatis grauis inſurget obligatio miniſtrandi. Vti notat Coninch. *d. 29. dub. 9. concl. 2.* & Layman *cap. 6.* cum Paludano *d. 23. qu. 2. art. 2. concl. 2.*

Coninch Layman Paludan

CAPVT IV.

De Miniſtro, & effectu huius Sacramenti.

SAcerdotem Miniſtrum eſſe huiuſce Sacramenti ex ipſo Iacobi textu manifeſtè conſtat; Deſignat quippè Presbyteros. Suum huic ſententiæ momentum Florentinum, ſuũ quoque Tridentinum Concilium momentum addit, cum id ex Iacobo vendicant, & definiunt, ſuum hic etiam D. Thomas calculum ponit in 4 d. 23. q. 2. ar. 1. quem Scholaſtici Ducem ſequuntur. Suar. Bellarm. Aegyd. Bonac. & alij apud Leandr. d. 4. q. 1. Quis ergo Sacerdos validè confert, ſed non omnis licitè miniſtrat. Parochus enim proprius miniſter eſt, nec illo præſente, vel inuito ſimplex Sacerdos miniſtrare poteſt. Ad munus quippe

Conc. Fl. Conc. Tr. D. Thom. Suarez Bellarm. Aegyd. Bonac. Leand.

Pa-

Paſtoris pertinet vngere infirmas oues. Si tamen neceſſitas interuenerit, abſente, vel negligente Parocho tum licitum erit non Parocho, Sacerdoti vngere; imo, & cauſa neceſſitatis iuſtè excuſabit Presbyterũ excommunicatum à peccato miniſtrandi hoc Sacramentum authore Caietano verbo excommunicatio c. 64. Henriquez lib.3.c. 13. & Suarez d.44. ſect.2. Præſumitur enim tunc licentia Summi Paſtoris, ideſt Papæ. Alij præter Presbyterum nullo caſu, nullaq; ratione vngendi munus permittitur, quamuis Diaconus ſit, idque ex Authoritate Tridentini manifeſtè cõſtat, & obſeruat Suar. d.43. ſ.9

Illa maior quæſtio eſt. Vtrum miniſtri debeant, & poſſint eſſe multi? quod debeant, videtur colligi ex verbis Apoſtoli dicentis: *Inducat presbyteros* caſu multitudinis. Reſpondetur cum Layman c.6. huic parti negando opus eſſe multis, & loco id Apoſtoli contineri. Loquitur enim per ſyllepſim, vel Synecdochen more communi, vtendo plurali pro ſingulari: cuius moris exemplum eſt Marci 15. Vbi ait *Latrones Chriſto conuitiari*: non, quod vterque Latro conuitiaretur Chriſto, ſed quod cum vnus tantum malediceret, plurali numero vſum eſt Euangelium, vti eo loco notat Maldonatus, vt ſi, ait, diceremus, *qui ſibi cauere velit adhibeat cuſtodes, ſatis eſſet vnum adhibere*. Quo ad alteram partem, vtrum poſſint multi concurrere partialiter ad idem Sacramentũ conficiendum? affirmandum cum D. Thoma *in 4. diſt.* 25. *q.* 1. *ar.* 1. *quæſt.* 2 & Suarez *d.* 43. *ſect.* 2. & Henriquez *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 2. & Tolet. *cap.* 2. Gran. *d.* 8. *num.* 7. Nugn. *q.* 31. *ar.* 3. Reginald. *lib.* 18. *num.* 62. Leand. *d.* 4. *q.* 7. vti fiet, cum periculum erit, ne tam breui moriatur infirmus, vt non poſſit expectare vnctiones illas partiales ſi fiant per ſucceſſionem, tunc enim vngendus eſt à pluribus, qui ſingulas partes vngant, & ſingulas formas proferant eodem tẽpore. Cum enim hoc Sacramentum conſtet vnctionibus partialibus, partialiter à pluribus

Henriq
Suarez
Trident
suarez
Layman
Marc.
Maldon
D. Thom.
suarez
Henriq
Tolet
gran.
Nugn
Reginald
Leand

fieri poſſunt, & ex ijs vnum Sacramentum poſtea perfectum conſurgere, quemadmodum obſeruat Nald. *de Extrem. vnct.* & Laym. *c.* 6.

Debet autem miniſter præmittere orationes, & pſalmos conſuetos, ſi morbus permittat. Deinde debent vnctiones fieri in modum Crucis, quãuis hoc ad eſſentiam non pertineat. Ad ſingulas autem vnctiones adhibenda eſt ſtuppa ad ſugendum Sacrũ Oleum, eaque poſtea reuerenter cõburenda, vti conſtat ex rituali. Quomodo autem vngendi ſint ſenſus, qui deſint, v.g. Oculus in Cæco, vel manus in manco, vel pes in claudo; dicendum vngendum eſſe, vel locum proprium ſenſus, vel partem vicinam membro abſciſſo, & ſi enim non videatur cadere particula formæ, *quidquid deliquiſti* in defectum membri, vel ſenſus, tamen quia potuit ægrotus velle illo quoque ſenſu, vel parte corporis peccare, ſatis eſt, vt illa particula verificetur. Ita D. Thom. *cit. ar.* 3. *ad* 3. Bonau. *q.* 1. Supplem. S. Thom. *q.* 32. *ar.* 3. Henriquez *c.* 12. *n.* 5. Laym. *tr.* 8. *c.* 2.

Quis nam ſit effectus extremæ vnctionis? Dubitant doctores. D. Bonauentura, *in* 4. *d.* 23. *ar.* 1 *q.* 1. Scot. *q.* 1. Durand. *q.* 1. *ar.* 2. Richard. *ar.* 5. *q.* 1. Nauarr. *c.* 22. *n.* 13. Viuald. *de effect.* *n.* 1. Sà *num.* 16. Catechiſm. Roman. *q.* 14. aiunt eſſe remiſſionem peccatorum venialium. Suarius, & Bellarminus lib. 1. c. 8. dicunt eſſe auferre reliquias omnium peccatorum, ſiue mortalium; ſiue venialium. In hac Controuerſia dico primarium effectum Sacramenti eſſe cõferre gratiam expultricem peccatorum, ſi quæ remanent, deinde dare gratiam ſanantem, & confortantem animam ad extremum illud certamen, & ſic amplector vtramque ſententiam. Vult autem D. Thomas vt hoc Sacramentũ auferat reliquias peccati originalis. Quid autem intelligat per peccati originalis reliquias iã explico, ſignificat ille torporem, quendam, & tædium ſpirituale animæ, quod in nobis reſidet per fomitem peccati, qui eſt effe-

ctus

Nald.
layman
D. Thom.
Bonau
Henriq
Layman
Bonauent
Scot
Durand
Richard
Nauarr
Viuald
Sà
Catechiſſ
suar:
Bellarm.

Digitized by Google

ctus originalis culpæ, vt igitur iſte au-tetatur in extremo illo certamine, da-tur Sacramentum vnctionis extremæ quod minuit illam tepiditatem rectè operandi, & confert magnanimita-tem, & fiduciam; additque illi vires ſpirituales ad vltimum illum confli-ctum augendo ſpem, & confortando animum, vnde fit, vt illa gratia Sa-cramenti ſanet infirmitatem, & ro-boret animam infirmam, vti enim Theoph. egregie exponit Theophylactus lo-cum iſtum Iacobi in Commentarijs ad caput 6. Marci. *Oleum eſt ad la-bores vtile, & lucis fomentum, & hi-laritatis effectiuum, ſignificatque miſe-ricordiam Dei, & gratiam ſpiritus, per quam à labore liberamur, & lucem, & gaudium, & hilaritatem ſupernatura-lem accipimus*. Quibus ille ſane ver-bis virtutem Sacri Olei optimè decla-rauit.

Conc. Fl. Hoc etiam docuit Concilium Flo-rentinum cum dixit effectus Sacra-menti eſt mentis ſanatio, & quantum expedit, ipſius etiam Corporis. Hoc autem ductum eſt ex Authoritate Ia-cobi aientis, *Saluabit infirmum, & al-leuiabit eum Dominus*. Dat enim hoc Sacramentum remiſſionem peccati homini diſpoſito non ſolum venialis, ſed etiam mortalis non ante remiſſi, ſi ægrotus cum attritione debita Sa-cramentum ſuſcipiat. Ita Palud. *in* 4. Palud. Coninch. Suar Layman Conc. Fl. *d.* 23. *q.* 1. *ar.* 3. & Suar. *d.* 41. *ſect.* 1. *&* 42. *ſect.* 1. *in fin.* & Coninch *d.* 19. *nu.* 19. *&* 20. & Laym. *tr.* 5. *c.* 5. & Chapea Ville *c.* 1. *q.* 1. Omnia declarauit Tri-dentinum *ſeſſ.* 12. *c.* 21. verbis ſuperius adductis, quæ tamen iterum volo af-ferre. *Vnctio delicta, ſi qua ſunt ad-huc expianda, ac peccati reliquias ab-ſtergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat magnam in eo diuinæ miſeri-cordiæ fiduciam excitando; qua infir-mus ſubleuatur, & morbi incommoda, ac laboris leuius fert, & tentationibus Dæmonis calcaneo inſidiantis facilius reſiſtit; & ſanitatem Corporis inter-dum, vbi ſaluti animæ expedierit, con-ſequitur*.

Vltima ſupereſt quæſtio de nume-ro vnctionum. Propono diſtinctè. Septem vnctiones ſunt. Singulæ ea-dem materia, & forma conſtant. Quæ-ritur vtrum, facta prima Sacramentū compleatur, & aliæ ſint illius tantum appendices, non partes eſſentiales? An omnes ſeptem ſint partes Sacra-menti; ita vt iſtud non perficiatur, niſi ex omnibus, & vltima expectanda ſit, vt Sacramentum fiat? Ratio du-bitandi eſt, quia ſi vna, & prima ſola ſufficit, reliquæ ſunt ſuperfluæ, nec ſunt de neceſſitate Sacramenti, vndè non multum laborandum eſt Sacer-doti; ſi illas omittat, cum ſatis vna ſit ad rationem Sacramenti. Si autem omnes ſunt de neceſſitate, antequam vltima fiat, non fiet Sacramentum. Et ſi mori contingat ægrotum ante vltimam vnctionem, ſine Sacramen-to mori continget: vtrumque autem videtur abſurdum. Itaque reſponſio quæritur.

Tres ſunt opiniones. Prima affir-mat totum effectum gratiæ dari per primam vnctionem ex opere opera-to, quod per illam ſolam fit Sacra-mentum: reliquas appendices tantū eſſe, & complementa, & nihil ope-rari, niſi ex opere operantis. Hæc non diſplicet Leandro d. 4. q. 17. qui Leand. multos pro ea citat authores. Secun-da ait per ſingulas vnctiones fieri par-tes quaſdam Sacramenti, & partia-les gratias conferri, & remitti per par-tes peccata, donec per vltimam po-natur Sacramentum, & gratia in meſſe perfecto. Hanc non deſtitui authori-tate, ait Suarez citatus. Quos autem suar citat ij perſpicuè non dicunt, ſed tan-tum ſignificant, vti Adrian. *in* 4. *in-* Adrian. Med leand *met. de Sacr. Confeſſ. q.* 4. *& Med. C. de Confeſſ. q. de Integr. & Abſolut.* & Le-and. iudicat probabilem q. 17. Ter-tia omnes vnctiones requitit ad ra-tionem Sacramenti, negatque Sacra-mentum fieri, & conferri gratiam, niſi vltima in ſuo eſſe ponatur, itaque affirmat ſimul totam gratiam dari, in eo nempe puncto, quo vltima vnctio finitur; quæ communis eſt. Duæ pri-mæ in hoc conueniunt, quod aiunt per vnicam vnctionem gratiam con-ferri. Differunt, quia prima totam gra-

D.Thom. Soto Paludan Ledeſm Coninch Diana Leand. Suarez Henriq

gratiam vni attribuit, reliquis nihil? Secunda partitur gratiam per ſingulas, & ſuam ſingulis portionem tribuit. Tertia omnino differt à duabus. Prima non eſt improbabilis. Secunda probabilis. Tertia probabilior. Hanc docet D. Thomas *in 4. diſt 14 qu. 1. ar. 2. quæſtiunc. 9. ad 3.* Soto *ibi q. 1. ar. 1.* Palud. *d. 17 q. 5. ar. 1. n. 11.* Ledeſm. *q. 34. ar. 2.* Aegyd. *d. 19. dub. 6.* Diana *3. p. tr. 4. reſolut. 179.* & communem dicit Leand. *d. 4. q. 17.* Suarez *d. 41. ſect. 2.* & Henriquez *lib. 3. c. 12. de extrema vnctione*. Ratio eſt, quia Sacramentum tunc dat gratiam, quando eſt Sacramentum in eſſe perfecto, & totam ſimul gratiam confert, ergo extrema vnctio, quando ſit perfecta, erit Sacramentum in eſſe perfecto, & perfectam gratiam conferet. Confirmatur, quia non decet, vt peccata remittantur per partes, & remiſſiones partiales dentur,

Layman.

Sed quæres primo, vtrum omnes vnctiones ſint de neceſſitate Sacramenti? Reſpondeo ſolas quinque eſſe, quibus vnguntur ſenſus. Duas nō eſſe ſcilicet Pedum, & Renum. Vnde iſta ſolet in Monialibus ſemper, in Religioſis viris ſæpe quod notat Layman c. 2. n. 5. omitti, idque argumentum eſt non eſſe de neceſſitate, atq; adeo quinque illis perfectis Sacramentum fieri. Ita Suarez, & Henriquez proximè citati, & Layman tr. 8. cap. 2.

Henriq. Suarez

Quæres ſecundò. Quando Sacerdos, aut non poteſt, aut non vult dare omnes quinque vnctiones, vtrum fiat Sacramentum, & effectus Sacramenti poſita illa vltima in qua ſiſtit? Quidam apud Henriquez lib. 3. c. 12. & apud Suarez ſect. 2. aiunt hoc pendere ex intentione miniſtri, vt quam ille definire vltimam velit per eam fiat Sacramentum, & detur gratia Sacramenti, ſed effectus illius pendet ab inſtitutione Chriſti, non autem à voluntate Miniſtri. Quare ſi omnes vnctiones requiruntur, omnes adhibendæ ſunt à Sacerdote. Si vna tantum requiritur, ea ſatis erit ex inſtitutione Sacramenti, non ex voluntate conferentis. Itaque conſtanter aſſeuero cum Henriquez lib 3. c. 12. & Suarez d. 41. ſect. 2. omnes illas quinque vnctiones eſſe de eſſentia Sacramenti, & qui eas ęgrotus non habuerit, illum nec Sacramentum accepturum, nec gratiam recepturum, vt autem recipiat in periculo ne moriatur, antequam omnes compleantur poſſunt plures Sacerdotes, vti antea dixi, cōcurrere, vel vnus alteri morienti inter vngendum ſuccedere, atque ita complere vnctiones. Superſunt duo grauia argumenta. Primum Sacramentum Euchariſtiæ duas ſpecies habet, & tamen per vnam facit effectū Sacramenti, nam qui Corpus Chriſti ſumit, vnam tamen ſpeciem ſumit, & percipit gratiam: ergo ita res erit in Sacramento vnctionis. Reſpondetur negando conſequentiam, quia Sacramentum Euchariſtiæ, etſi in ratione ſacrificij, vtramque ſpeciem eſſentialiter vendicet, perfectum tamen eſt in vna ſpecie in ratione Sacramenti, vti diximus tractando de Euchariſtia. Sed inſtabis primùm quærendo, cur extrema vnctio nō conſtituatur in ratione Sacramenti per vnam tantùm vnctionem? Reſpondetur ideo eſſe, quia vnctio componitur eſſentialiter ex partibus, quas habet pro numero ſenſuum, cum autem vna non poſſit omnibus reſpondere, non poteſt ſe ſola conſtituere Sacramentum.

Secundùm in Sacramento Ordinis ſunt ſeptem ſpecies, & ſingulæ ita per ſe conſiſtunt, vt ſuum diſtinctum ordinem operentur, nec expectant vltimum gradum, vt Sacramentum efficiant, & gratiam conferant. Reſpondetur in Sacramento ordinis eſſe diuerſas ordinationes, & diuerſas poteſtates, quæ ex natura ſua ſupponunt aliæ alias, ac proinde eſt vnaquęque in genere perfecta, Idque apparet, nec enim ſimul dantur, imo tres ordines Sacri, non niſi per interſtitia conferuntur, quod quidem ſignum eſt ſingulos per ſe conſiſtere, nec ſe expectare, vt conficiant Sacramentum, & gratiam conferant, Quod in Vnctionibus aliter

ſe ha-

ſe habet. Vide Suarium hac de re accuratè agentem.

Pro coronide addo. *Si neceſſitas vrgeat non eſſe improbandum modū vngendi, hac ratione factum, ſi Sacerdos tangat breuiſſimè percurrendo omnes, & ſingulos ſenſus, & ſimul proferat ſolemnem formam his verbis. Indulgeat tibi Deus, quidquid per Viſum, Auditum, Odoratum, Guſtum, & Tactum deliquiſti*; nam hic modus videtur ſufficiens, quia omnes illas vnctiones neceſſarias continet, & vna forma illas omnes, & ſingulas comprehendit, vti apparet. Itaque nihil deeſt ad integritatem Sacramēti, nec ex parte formæ. Et quidem ita fieri poſſe in caſu neceſſitaris facultas Theologica inſignis Academię Louanienſis Iudicio ſuo confirmauit, & decreto ſanxit: cui ſubſcripſit Archiepiſcopus Mechlinienſis, vir doctiſſimus, anno ſalutis 1588 & habetur in libro Paſtorali, ſeu Manuali Eccleſiæ Mechlinienſis, & refertur à P. Franciſco Suarez tr. 4. diſt. 11: ſect. 2. & Laymano tract. 6. cap. 5. cuius Academiæ tanta authoritas eſt ſubſcribente prę ſertim tantę fidei Archiepiſcopo, vt probabilem reddiderit hunc modum, quem nemo doctus audeat reijcere. Certè Suarez acerrimus integritatis huius Sacramenti, & omnium per ſingula membra vnctionum poſtulator, & defenſor hanc Louanienſum ſententiam non improbat. Immo eam ſuis item argumentis confirmat, & confirmatam pro libito ſequendam proponit. Probatur illa præterea multis idoneis authoribus cuiuſmodi ſunt Chapea vil. cap. 5. quæſt. 30. & Aegydio Coninch dubio 3. & Laymano cap. 3.

Louanien. Suarez Layman Chap. Coninch. Layman

TRACTATVS V. DE SACRAMENTO ORDINIS.

CAPVT PRIMVM.

Quid, & quotuplex ſit Ordo?

ORDINEM rerum Authore Deo, qui condidit, extitiſſe cõſtat. Diuinum quiddam eſſe ipſemet *Deus* teſtatur, qui intra ſe Ordinem Originis perſonarum habet. Ab eo ad Angelos, qui tribus Hierarchijs, quas nouem diſtinguunt chori, diuiduntur: ab ijs ad hominum Rempublicam, quorum ſocietates varijs continentur Ordinibus emanauit. Omnis enim bene Ordinata Reſpublica ijs diſtincta ſtetit. Exemplo erit Romana in qua tres Ordines ab initio Vrbis fuerunt: Patrum, Equitum, Plebis. Ordinis tam eſt Amator, & Authot Deus, vt vel mala ipſa ordinando bonum ex malis efficiat. Vnde apparet quantum ſit bonum, quo etiam mala, dum ordinantur, bona fiunt. De Ordine hoc ſenſu accepto ſcripſit diuinum Auguſtinus ad Zenobium librum. [Auguſt.] Idemque Ordinem lib. 10. de Ciuit. cap. 13. ſic definiuit. ***Eſt diſpoſitio parium, & imparium rerum tribuens ſua loca vnicuique.*** Hoc Ordine omnes quæ in vniuerſo res ſunt, tum cœleſtes, tum terreſtres, quaſi vinculo nexæ continentur. Illum à natura Politice accepit, quæ tum Eccleſiaſtica, tum Ciuilis eſt, & vtraque ſuis ordinibus, & gradibus diuiſa conſtat: hæ itẽ ipſæ ex ordine fluxerunt, nam ipſum inter vtramq; poteſtatem diſcrimen, Ordo eſt. Sunt enim in Eccleſiaſtico Clerici, in Ciuili Laici, qui rurſum, & diuiduntur in ſuo quiſque ſtatu, & ordinantur.

Hunc Otdinem in ſacris Hæretici ſuſtulerunt: cum omnes fideles pares eſſe dignitate, & gradu voluerunt; nam dum Ordinem in Eccleſia eſſe negarunt, communem adminiſtrationem rerum, & munerũ ſpiritualium omnibus fecerunt: imo & viros, & fœminas pares eſſe pronunciarunt, diſcrimen prope ſexuum ſublaturi, ne Ordinem admitterent, niſi concupiſcentia vetuiſſet, ſed euertendo Ordinem Ordo apparuit, ex quo planè compertum eſt eos nonniſi ab inferis, vbi nullus eſt Ordo, ad tollendũ Ordinem venire potuiſſe. Ordinẽ itaque Eccleſiaſticum, quem Clerum appellamus *Lutherus in lib. de captiu. Babyl. c. de Ord.* eſſe negauit, [Lutherus] conſentit Illyricus *in Confeſſ. Antuerpien.* & [Illyricus]

Kem-

Kemnit. Caluin.

Kemnitius *in 2.p.Exam.Concilij Trid.* Caluinus minus eſt auſus, homo Luthero cautior, & ſolertior, & Cœleſtio, quam Pelagio ſimilior, varie locutus, ambiguum ſe oſtendit, vti obſeruat Bellarminus *lib.deSacram.Ord. cap.*1. Vaſquez *d.*231. *cap.*1. qui alios Hæreticos recenſet.

Bellarm. Vaſq.

At reſpondebunt Hæretici Sacrum ſe ſolum Ordinem tollere, profanum retinere. Annuerem, niſi viderem Bezam naturæ Ordinem præpoſtera libidine ſuſtuliſſe, dum Catamitum Audebertum Amaſiæ Candidę prætulit. Illud tamen comperio eos Ordinem ſacrum in profanum vertere voluiſſe, dum eum in mera extrinſeca deputatione conſtituunt, qua ratione ad ſua, ſi qua ſunt, Eccleſiaſtica munia fœminas, & viros promiſcuè admittunt, quod proximum obſeruaui. Ego nihil celebratius in ſacris litteris, & in Patribus hac ſacrorum Ordinum Hierarchia inuenio; ſed Hæretici vtramq; authoritatem arbitrio ſuo temperare volunt. Illis vna eſt pro ratione, & ordine libera, & effrenis voluntas. Verum ſacrorum Authorum rationem habeamus.

Beza

Ordo Catholicis, ſacer eſt gradus. Clerus generatim à clero id eſt *ſorte* dictus, quaſi hæreditate: ſunt enim Clerici hęredes *Dei*, vt notat Albinus, ſiue Alcuinus *l. de Diuin. Off. poſt Hier. epiſtol. ad Nepotianum*. Cleri autem oſtium eſt prima Tonſura, quia cum Ordo non ſit, ad Ordines tamen aditum facit. Ordo definitur. Gradus certus Eccleſiaſtici miniſterij, qui per ordinationem confertur homini, vt conſecretur ad illud obeundum. Ordo autem ordinatione confertur exteriori ſigno facta, quæ eſt ipſamet hominis conſecratio. De hac Ordinatione, & Ordine agimus, quod vnum eſt ex Sacramentis Eccleſiæ, vel multis Hæreticis fatentibus, vti notat Henriquez *cap.*2. & Bellarm. contra Kemnitium *cap.* 1. de quo Tridentinum Concilium perſpicuè *ſeſſ.* 23. vbi numerat ſeptem Ordines, tres Maiores, quatuor Minores. Hi ſunt Oſtiarij, Lectoris, Exorciſtæ, Acholyti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, ſiue Sacerdotis, qui Epiſcopatu perficitur, & completur, vti mox dicemus, qui eſt vltimus. Horum fit expreſſa mentio apud Patres antiquos, quorum Catalogum texunt citati duo, & Vaſq. c. 2. & recentius Morinus p.2.

Alcuin.

Henriq. Bellarm. Conc. Tr.

Vaſq. Morin.

Hac in luce tamen Hæretici caligant. Sunt autem hi omnes conſecrationes particulares ab Epiſcopo factæ, non meræ deputationes extrinſecę, vti Nouatores volunt, aduerſus quos id probant Authores Noſtri, & inter eos Layman tract.9. cap. 1. Qui doctè id monſtrat. Ordines autem præſertim Maiores veras fuiſſe conſecrationes, & nonniſi ab Epiſcopo factas oſtendunt ijdem accuratè, & ſingulos gradus fuiſſe diſtinctos ab initio naſcentis Eccleſiæ à Chriſto, & Apoſtolis acceptos, & Eccleſiæ per manus eorum traditos multis argumentis euincunt. Ac omnes ita ſeptem recenſet Concil. Trident. ſeſſ. 23. c.2. à quo etiam alia Concilia citantur; ſed ſurdis canimus.

Layman

Grauis hic & capitalis quæſtio eſt, vtrum Epiſcopatus ſit Ordo diſtinctus a ſeptem? Eſſe Ordinem patet ex Tridentino *de Sacram. Ord. c.* 4. *ſeſſ.* 24. *cap. Cleros & ib.* Gloſſa *in Procem. Sext. Decretal.* An ſit diuerſus inquiritur. Canoniſtæ communiter aiunt eſſe omnino diuerſum à Sacerdotio, teſte Nauarro *in Manuali c.*22. *num.*18. & ex Theologis Medina *lib.* 1. *de Cœlibatu ſacerd. c.*16. & Caietan. 1. *opuſc. tr.* 11. Videtur textus expreſſus in Epiſtola Anacleti Papæ tertia: vbi ait: *Sacerdotum Ordo bipartitus eſt*, & Canon Tridentini ſeptimus, vbi anathema infertur ei qui negauit Epiſcopos eſſe presbyteris ſuperiores, quin imo hæreſis eſt Aerij damnata, Epiſcopum nihil differre à presbytero quam refutat Epiphanius hæreſi 75. Confirmatur teſtimonio Auguſtini epiſt. 19. ad Hieron. vbi ait Epiſcopatum ſecundum honorum vocabula presbyterio maiorem eſſe. Theologi negant eſſe omnino diuerſum, ſed diuerſitatem tantum habere dicunt in eo quod ſit perfectior, & aliquid de nouo tum

Trid.

Nauarr. Medina Caiet.

Anaclet.

Epiphan. Auguſt.

Bellarm Vaſq. Layman

Ordinis, tum Iuriſdictionis accipiat in conſecratione, quo ſit ſuperior presbyteratu, à quo tamen diſtinguitur tanquam includens ab incluſo. Epiſcopatus enim includit presbyterium, ſed addit nouum quiddam ex vi conſecrationis acceptum ita. Bellarm. *cap.5.*& Vaſquez *diſp.240.cap.5.* & Layman *c.3.*& Henriq. *c.7.* ex quibus ſumo Epiſcopatum includere presbiterium, & addere ex parte Ordinis Epiſcopalis virtutem conſecrãdi, & conferendi ordines, & benedicendi materiam Sacramentorum, & confirmandi quod ſpectat ad extenſionem ordinis, eoque augetur character Sacerdotalis, non quod ſit ab eo prorſus diuerſus, cum includat illum, & extendet ad iſta effecta, quæ ſunt minus quam conſecratio Chriſti Corporis principalia. Vnde quando loquimur de Epiſcopatu non ſumimus eum ſine presbiteratu, ſed ſimul cum illo, atque adeo vt continens, & contentum. Hac ratione manifeſtum ſit quomodo Epiſcopatus ſit Ordo, & ſuperior presbyteratu: & conciliantur loci quorundam Patrum, & nonnullę Authorum ſententiæ, qui videntur eos non diſtinguere. Septem igitur Ordines Eccleſiaſtici ſunt: nec enim prima Tonſura Ordo eſt, vti diximus, nec Epiſcopatus Ordo ſeparatus & diuerſus à presbyteratu, ſed includens illũ, & vnum cum eo componens, et vti ſeparatur quaſi complementum, et apex illius, ſed de his latius in tract. de Clauibus diximus. Vide Bellarmin. *l.1.de Sacram.Ord.cap.5.*et Barboſa *de inſt.Epiſc.Officij tit.1.c.1.*et Azor *inſt. moral.p 2.l.3.c.32.*et Viuald *in Candel. au.*et Couar. *l.1.variar.c.10.*et Gryſal. *in deciſ.5.Epiſc.*et Aegyd. Coninch *d. 20.dub.2.n.6.& dub.6.n.49.* et imprimis Morinum *de Sacr. Ordinat.p.3. c.3.* et Leand. *d.1.q.10.11.12.* hęc ferme omnia tradentes.

Bellarm Barboſa Azor Viual. Couar. Gryſald. Coninch Mouin.

CAPVT II.

Vtrum, & quomodo hi Ordines ſint Sacramentum?

Scot

NOtandum imprimis cum Scoto *in 4.diſt.24.ar.1.& 3.* Ordinem in facto eſſe, eſſe effectum Sacramenti; Ordinationem autem, id eſt actionem conferendi ordinem eſſe Sacramentum. Dari ergo proprium Sacramentum Ordinis eſt de fide. Ita definit Trident. *ſeſſ.23.c.3.& 4.& can.* 3.& probat loco Apoſtoli epiſt.2. ad Timoth. c.1. *Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.* Qui locus inuictus eſt, eoque vtuntur quicunque id aduerſus hæreticos confirmãt, additis tribus locis Actorum 6.13.14. & alijs Timoth. totidem Epiſt.1.c.4.& c.5. & epiſt.2.c.5. Ex his enim apparet in Ordinatione inueniri omnia ad Sacramentum requiſita. Habetur enim ſignum externum, quæ eſt impoſitio manuum, & gratia inuiſibilis effectus, & finis Sacramenti, atque adeò integra ratio Sacramenti. Cuius Authorem eſſe Chriſtum ex eo patet, quia Apoſtoli eam formam ordinandi ſeruarunt, & nobis tradiderunt. Quare hoc ipſum magno conſenſu ſtatuerunt Patres. Ex quibus Auguſtinus lib.2. contra epiſt. Parmenia c.13. affirmat neminem de Baptiſmo, & Ordine dubitare, quin ſint Sacramenta. Adeo hoc extra controuerſiam poſuit; quin eodem libro decies & pluries Ordinationem Sacramentum vocat. Ex alijs Dionyſium admittit Lutherus *lib. de captiuit. Babylonic. de Ordin.* In cęteris negat vllam de Ordinis Sacramento mentionem inueniri. Sed illius inſcitiam redarguunt pluribus citatis Bellarm. *l.1.c.3.* Henriq. *l.10.c.1.2.3.* Vaſq. *d.235.*& Layman *tr.9.c.1.& 2.* Vnus Morinus theſaurum præbet *in ſup. de Sacr.ord.libro.*

Conc. Tr. Timoth. 1. Actor. Timoth. Auguſt. Lutherus Bellarm. Henriq Vaſq layman Morinus

Qui

Qui autem Ordines ſint Sacramenta rogamus. Percurremus ſingulos. Sit prima concluſio. Presbyteratus eſt Sacramentum. Ratio eſt, quia in eo datur poteſtas ſumma conſecrandi Corpus Chriſti verum, & illud offerendi, & diſtribuendi. Deinde confertur initium quoddam iuriſdictionis habitualis in Corpus Chriſti Myſticũ in Ordine ad abſolutionem à peccatis in Sacramento Pœnitentiæ, & ad miniſtrationem Euchariſtiæ, & Extremę vnctionis. Tantæ autem poteſtates fundari debent in alta quadam & Diuina ratione Sacramenti, qualis eſt ordinatio Sacerdotis. Apparet hęc veritas ex varijs ſententijs Chriſti Domini. Primum cum dixit. *Hoc facite* communicata illis Diuina authoritate *faciendi* id eſt ſacrificandi ſolenni verbo latino, deinde quia dixit: *vos mundi eſtis*, ſignificando gratiam pręparatoriam ad illud munus. Præterea illa verba: *Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit Pater meus Regnum*. Magnam vim continent ad monſtrandam dignitatem illius Sacerdotij ob authoritatem, poteſtatem, & gratiam: quæ quidem inuoluunt rationem Sacramenti; nec minori apparatu illa conſtare poterat. Quod ſi Chriſtus ad conferendam iuriſdictionem ad abſoluendum, *Inſufflauit, & dedit Spiritum Sanctum* Ioan. 20. quod rationem Sacramenti continet, erat enim gratia cum ſigno ſenſibili, multo maiori iure debuit ordinationem presbyteratus in cœna per Sacramentum conferre, quando ſumma fuit collata poteſtas, & radix iuriſdictionis inſita, cuius poſtea explicata facultas eſt in Cœnaculo. Hæc eſt doctrina Concil. Trident. *ſeß. 22. cap. 1. & Can. 1. & ſeſſ. 23. cap. 1. & can. 1. & 2.* & Concilij Florentini, & D. Thomæ *3. p. q. 34. ar. 4.* & aliorum apud Henriquez *lib. 10. c. 3.* & *Leand. diſp. 2.*

Ioan.
Con. Tr.
Conc. Fl.
D. Thom.
Henriq.

Vtrum autem character impreſſus in Cœna quando initiati ſunt presbyteri ſit ampliatus in Cœnaculo quando Chriſtus inſufflauit, etſi Vaſq. *diſ. 239. 1. 6. nu. 57.* videatur negare: ego tamen affirmandum puto, qui video expreſſam Sacramenti imaginem in afflatu Spiritus Sancti. Quare exiſtimo primum conſecrationis characterem tũc fuiſſe re ipſa extenſum, & auctum; ne dicamus otioſam fuiſſe tam nobilem Chriſti actionem: & vti proximè aſſeruimus characterem Epiſcopalem eſſe augmentum Sacerdotalis, ita & aſſerimus illum cænaculi eſſe primi in cœna impreſſi additamentum. Ita vt presbyter habeat duos gradus characteris, alterum poteſtati conſecrandi, alterum facultati abſoluendi reſpondentem. Ita Henriquez *lib. 10. cap. 6.* quem ſequitur Layman, qui in eadem mecum eſt ſententia *tr. 9. c. 4.* eamque ex Tridentino deducit *ſeſſ. 24. can. 4.* & Bellarmini authoritate confirmat; alios citat ſuperius Vaſquez *n. 56.*

Vaſq.
Henriq.
Layman.
Bellarm.

Secunda concluſio. Epiſcopatus eſt vere ac proprie Sacramentum de ea concordant Authores: & conſtat ex manuum impoſitione, & communicatione gratiæ cum verbis eam exprimentibus, & ijſdem locis confirmatur quibus proxime oſtendimus Epiſcopatum ordinem eſſe, vti autem Epiſcopi conſecratio non eſt nouus ordo ſed ordinis augmentum & perfectio: ita nec eſt nouum Sacramentum, ſed noua pars, et apex Sacramenti, quo poteſtas ad nouos actus tum Ordinis, rum iuriſdictionis confertur teſte Henriquez, et Layman cum Bellarmino citato, et Conineh *diſ. 20. dub. 6.* Rodriguez *tom. 4. c. 67.* Medina *lib. 1. de Sacr. hom. c. 15. contin. Vaſq. d. 240.* Nauarr. *Manual. 1. 22. numer. 58.* Petro Soto *libro de Inſtitutione Sacerdotis ſect. 4.*

Henriq.
Layman.
Bellarm.
Aegyd.
Nauarr.
Rodrig.
Medina.
Soto.

Tertia concluſio. Subdiaconatus et Diaconatus ſunt Sacramenta. Certior eſt concluſio quoad Diaconatum, et communior. Sic Bellarm. *l. 1. c. 6.* et Henriq. *l. 10. c. 2 & c. 14.* Laym. *n. 9. c. 4.* et Leander cum multis quos citat *d. 1. q. 8.* Meuus, et certa, et communis circa Subdiaconatum. Sed ego certam quoad vtramque puto, tum quia vterque ſacer Ordo et maior dicitur, tum quia includit Caſtitatis votum, tum quia perpetuus eſt, et à quo non poteſt ordinatus reſilire, quare opinor

Bellarm.

eſſe

D.Thom.

eſſe Sacramētà. Et ita ſentit D.Thom. *in 4.diſt 24.q.2.*& Sanch. *l.7. de matr. d.31.& tomo 2.conſil.l.7.cap.1.dub 7.*& Vaſq.*d.137.*& Peſant.*in addit. qu.40. d.1.Bieſcas.in Apolog.*D.Thom.*qu.11. ar.4.dub.5.*& alij apud Leandr *qu.7.* Non ſunt autem diſtincta Sacramenta quamuis diſtincti ſint Ordines, quia ad idem Sacramentum ordinantur, & ſunt viæ ad illud; quamuis autem characterem imprimant, hic non eſt omnino perfectus, ſed paulatim perficiendus. Quemadmodum videmus in eodem fætu varios gradus formationis eſſe, quibus paulatim formatur, & creſcit, donec perficiatur corpus ſuis artubus membriſque diuiſum, & compoſitum, cum tamen ſit eiuſdem hominis corpus, non diuerſum. De ſubdiaconatu autem Sacramentum eſſe tenet Bellarm.*l.1.c.7.*& Henriq.*l.1.c.2* & Vaſq.*d.234.n.10. & d.258.nu.1.* & alij quos proxime adduxi.

Bellarm.
Henriq.
Vaſq.

Quarta concluſio: Cæteri Ordines minores Sacramenta item ſunt. Non tam eſt certa vti aliæ: nec eam Laym. recipere audet, & negat Vaſq.*d.237. n 9.*cum multis apud Leandr *quæ.6.* Mihi tamen placet concluſio quæ eſt D.Bonau.*in d.24.*& D.Thom.*ib.qu.2. a.1 q.3.& 3.p.q.37.a.4.*et Scoti *ib.q.1.* Bellarm.*ſ.8* & Henriq.*c.2.n.2.*& aliorum apud Leandrum. Rationes quæ me mouent ſunt, quia datur in ijs ſignum externum, & confertur gratia in quo eſt eſſentia, Sacramenti. Deinde datur certa poteſtas ſpiritualis ordinata ad ſupremos Ordines ſuſcipiēdos. Tertia. Non poſſunt iterari hi gradus. Quartò imprimunt characterem imperfectum qui per alios paulatim perficiatur. Tandem Concilium Florentinum cum dixiſſet eſſe Sacramentum Ordinis numerat tres maiores, et addit: *idem de alijs Ordinibus intelligendum*, et idem Concilium *ſeſſ.23.c.2.& c.3.can.3.* ita loquitur vt omnes Ordines Sacramenti nomine comprehendat, nec vllos excludat, ſed tantum gradus diſtinguat, et minores ad Sacerdotium tendere affirmet facta inter gradus diſtinctione non tamen vlla à Sacramento excluſione, idque docet D.Thomas *in addit. q.35.29.37.* et communem ſententiā dicit Henriquez *c.2.* idemque docet Suarez *tom.4.de Pænit.& diſp.1.ſect.2.* vbi ait ſeptem ordines habere ſeptem partiales formas, et materias, et ſepties conferre gratiæ ſanctificanctis effectum, et characterem, et ſingulos ordines per modum vnius Sacramenti tandem conſummari, et augeri per ſingulos eorum characterem. Ac ita de ſeptem ordinibus agit quàſi de vno Sacramento. Hanc quæſtionem cum erudite tractaſſet Morinus *par.3. exercit.11.c.4.* concludit *Eam eſſe potius vocis quam Rei*, meo iudicio non ineptè.

D.Bonau
D.Thom
Scoto
Bellarm.
Henriq
Trident.
D. Thom
Henriq
Suar
Morinus

CAPVT III.

Quæ ſit materia, & forma ſingularum Ordinationum?

FAcilius doctrina huius capitis patebit eundo per ſingulos gradus, et ſtatuendo aſſertiones pro ſingulis.

Prima aſſertio. Materia ordinationis Epiſcopalis eſt impoſitio manuum Epiſcoporum. Forma autem verba ſolennia quæ ab ijſdem proferuntur. *Accipe Spiritum Sanctum &c.* communis eſt omnium: ſumitur ex capite 6. *Actorum* et 1. ad Timoth. 4. et 2. ad Timoth.1. et ex quarto Concilio Carthaginenſi: et ſupponitur à Tridentino ſeſſ.14.cap.3. et ſeſſ.23. can.2. Concil. Carthag.2.can.12. et Carthag.4. c.2. et habetur capite: *ne Epiſcopi* de tempore ordinationis. Poteſt tamen diſpenſante in eo Papa ab vno tantum Epiſcopo ordinari. Authore Vaſq.*d. 243.c.6.*et Aeg. Con.*d.2.dub.6.*et Layman *tr.9.c.5.*Granado *d. 3.n.7.*Hugol *de off.& poteſt.Epiſc.c.2.n.5.*et Sanch. *tom.2.conſil.l.7.c.1.dub.15.n.19.* Azor *tom.2.l.3.c.10.*Valent.*d.9.q 3.p.2.* Armilla *verb.Conſecrat.*Henriq.*l.10.c.7.* et multis quos citat, et ſequitur Alzedo

6. Actor.
1.Corinth
2: Tim.1.
Carthag.
Trident.
Vaſq
Cooinck
Layman
Granado
Hugolino
Sachez
Azor
Valentia
Armilla
Henriq
Alzedo

do

Digitized by Google

do *de conſecr.c.4 & liber Pontific. de conſecr.Epiſc* et alij apud eoſdem.

Secunda aſſertio. Ordinatio presbyteri duabus ordinationibus partialibus perficitur, et duas materias, et duas formas requirit. Materiæ primæ ordinationis eſt traditio Calicis cum vino, et Patenæ cum pane. Forma vero huius eſt. *Accipe poteſtatem* offerendi ſacrificinm Deo, vti conſtat ex Pontificali. Materia ſecundæ ordinationis, eſt impoſitio manuum facta ab Epiſcopo. Forma autem huius. *Accipe ſpiritum Sanctum &c.* Et colligitur ex Tridentino ſeſſ.14.c.3. de Extr.vnct. Verum eſt nonnullos putare hanc impoſitionem manuum eſſe ceremoniam accidentalem, ſed oppoſitum videtur certum. Nam manuum impoſitio in Actibus Apoſtolorum, & Epiſtolis Pauli citatis eſſentialiter videtur requiri. Et ita ſentiũt multi cum Scoto *in 4.diſt.24.ad 3.* Vaſquez *diſp.239.cap.3.* & Turrianus *lib. 8.conſtit cap.27.* & Henriquez *cap. 6. & 11.* et *Layman cap. 5.* Hanc aſſertionem tradit cum plnribus, quos erudite vti ſoler citat Leander *d.3.q.6.*

Scot
Vaſquez
Turrian.
Henriq
Layman
Leander

Tertia aſſertio. Materia Ordinationis Diaconi eſt impoſitio manuum Epiſcopi cum traditione libri Euangeliorum. Forma eſt ſolita formula verborum Epiſcopi. Patet ex Ordine Romano. Et quod attinet ad benedictionem habetur Concil. Carthag. 4.cap.4. Idque conſtat ex cap.6. Actorum, vbi dicitur Diaconos per manuum impoſitionem ordinatos eſſe, id eſt per benedictionem, quæ fiebat impoſitis manibus, quemadmodum obſeruant Interpretes ad eum locum ac preſertim Lorinus doctè, vt ſolet. Traditionem libri Euangeliorum exprimit Concilium Florentinum. Ita Bellarm.cap.9. Petr.Sot.lect.5. Henriq. cap.8. Lugo de Sacram.d.2.num.100. Granado tr.1.d.3. Aegyd. d. 20. dub.7. concl.3. Layman cap. 5.nu.2. Leand.q.12.

Con. Carthag.4
Lorinus
Bellarm
sot.
Henriq
Lugo
gran.
Aegyd.
Layman
Leand

Quarta aſſertio. Materia propria Ordinationis Subdiaconi eſt traditio Calicis vacui cum patena ſuperpoſita. Et ita docet Florentinum in decreto Eugenij, & Carthagin. quartũ cap.5. Forma ſunt verba, quæ inter traditionem dicuntur ab Epiſcopo. Teſtibus Vaſquez *diſp.239. cap.5.* & Coninch *diſp.11.concl.4.* & Laym. *c.5.* & alijs proximè citatis. Vtrum autem realis, & phyſicus contactus materiæ, quæ in ordinatione traditur ſit de eſſentia, & valore Sacramenti quæſtio eſt. Affirmante Diuo Thoma cum multis quos citat Layman *tr.50. cap. 5.* & Leand. *q.22.* qui ſentit cum D. Thoma. Negante Alenſi eum Vaſquez *diſp.249. c. 2.* & pluribus quos adducit idem, & Layman, & Hurt. *diſſ.12.* & Diana *2.p.tr.2.* Miſcell. *reſol.3. & p.3. tr.4.reſol.183.* His me adiungo: non enim video neceſſitatis rationem, vnde ſatis erit traditio moralis rerum: nec opns erit contactus phyſicus, & immediatus: atque hoc ipſum placet Laymano. Mihi autem arridet, quia huiuſce contactus veſtigium in ſacris litteris nullum apparet: ſed tutius tamen eſt phyſicè tangere, vti monet Henriquez lib. 10.c. 10. Itaque ſeruanda eſt rubrica Pontificalis.

Vaſq
Coninch
layman
D.Thom.
Layman
Alenſis
Vaſquez
Leand
Hurt
Diana
Henriq

Quinta aſſertio. Acolythus recipit ordinem per traditiones duas partiales, alteram Candelabri cum cereo, alteram Vrceoli vacui, & tunc completur Sacramentum accedente forma verborum Epiſcopi. Exorciſta verò per traditionem libri exorciſmorum. Lector per traditionem libri Prophetiarum. Oſtiarius per traditionem clauium, accedentibus ſemper verbis Epiſcopi traditiones rerum comitantibus. Hæc doctè, & accuratè Henriq. cap.9. & poſt eum Layman. & Leander.

Henriq
Layman
Leand

Munera, & officia ex his patent. Epiſcopi munus eſt confe rre Sacros, & Minores Ordines, Confirmare, Benedicere Chriſma Sacramenti Confirmationis, & Oleum Extremæ Vnctionis. Sacerdotis conficere Sacramentum Pœnitentiæ, cum poteſtaté abſoluendi à peccatis, & Extremam Vnctionem adhibere, & Matrimonio aſſiſtere. Diaconi: miniſtrare proximius Sacerdoti celebranti, cantare

Euan-

Digitized by Google

Euangelium, & illud abſque Cathedra prædicare. Subdiaconi miniſtrare remorius Sacerdoti, & legere Epiſtolam ſolemniter. Acolythi cereos accenſos præferre, & vrceolos cum aqua, & vino ad ſacrificium manu porrigere. Exorciſtæ exorciſmos facere, & ſuper Cathecumenos, & Energumenos manus ponere. Lectoris Prophetias legere, & Cathecumenos Chriſtianis præcepris imbuere. Oſtiarij aperire Eccleſiam, & claudere, & indignos à Miſſa excludere, &dignos ad Communionē admittere. Hæc tradit Bellarmin. Henriq. & alij citati iuxta Concilium Tridentinum ſeſſ. 23.c.3. Prima tonſura non eſt Ordo, ſed paſſiua diſpoſitio ad ordines cum priuilegio Clericali, confertur in abſciſſione capillorum dicente Epiſcopo ſolemnia verba. *Dominus pars hæreditatis meæ.* Non imprimitur vllus in ea character, eſtque, vti proxime diximus, oſtium ad ordines de quo rectè Henriquez lib. 10. cap. 9. & eruditè Morin. par. 3. exercit. 13. & 14.

Trident. Bellarm. Henriq. — Morin.

CAPVT IV.

De ſubiecto, & conditionibus ſubiecti ordinandi.

ORdinis ſubiectum capax eſt vir, non fœmina. Cur hæc ſit excluſa arguitur ex imbecillitate ſexus, qui factus eſt ad parendum, vti patet ex Geneſi 3. *ſub viri poteſtate eris*. & ex loco Apoſtoli Corinth. 14. in quo iubet mulieres in Eccleſijs tacere, quod loqui turpe in Eccleſia illis ſit. Alienius enim eſſet, & turpius mulierem ſacrificare: vti notat D. Thomas *in 4. diſt. 25. q. 2. art.* 5. Hinc deducit Vaſquez *diſp.* 245. c. 2. ne primę quidem tōſurę capacem eſſe fœminam, cum ea oſtium Sacrorum ſit, à quibus fœmina excluditur, quare quæ intrare nequit, ei aditu rectè interdicitur. Qua de re omnis Authorum numerus conſentit, quos erudite colligit Leander d. 5. q. 2.

Geneſ. 3 Paul — D. Thom Vaſquez — Leand.

Duplex tamen pro fœminis poteſt fieri argumentum. Primum in ſcriptura Sacra. Sunt quædam clericalis fœminarum ſtatus, & dignitatis veſtigia, ergo non videntur ab eo mulieres prohibitæ. Numerorum 12. habemus Mariam Sororem Moyſis Prophetiſſam. lib. Iudicum Deboram. lib. 4. Regum Holdam. 2. Lucæ Annam, & has duas in ſacris miniſtrantes. Paulus ad Roman. 16. commendat Phœben Sororem, quæ erat in miniſterio Eccleſię in Conehris; imò, & Diaconiſſas fuiſſe in Eccleſia primitiua conſtat ex Clemente lib. 8. conſtit. c. 19. Concil. Chalcedon. Action. 15. can. 15. & Synod. Trullenſi can. 48. quæ ordinatæ, & in ſacris conſtitutę fuiſſe videtur ex doctrina Pauli 1. ad Timoth. 3. vbi pariter inſtruit Diaconos, & Mulieres, et ſicut ibi dicit de Diaconis *ſint vnius vxoris viri*. ita c. 5. loquens de viduis ait *vidua eligatur, quæ fuerit vnius viri vxor*; quod eſto ſecundum argumentum.

Num. 12 — 4 Reg. luc. 2 — Concil Chalced Trullenſis Synod. — Timoth

Reſpondetur primo de Prophetiſſis. Donum illud non eſſe gradum Ordinis, ſed gratiam gratis datam, cum etiam fœminæ gentiles, nempe Sybillæ, prophetauerint. Quoad Diaconiſſas negamus eas fuiſſe Clericas, concedimus, & miniſtras fuiſſe, & comites Diaconorum, & presbyterorum cauſa honeſtatis, in ijs Sacramētis, quę mulieribus conferri ſine illarum præſentia modeſtè, ac ex decoro non poterant. Vnde cum mulieres ad baptiſterium intrabant, ac mos eſſet ſeminudas baptizari neceſſe erat, vt ope mulierum, & admittentium, & aſſiſtentium Sacramentum fieret. Vnde illæ oſtiarię, iſtæ Diaconiſſæ dicebantur citra Ordinis ſuſceptionem: vti patet ex Clem. lib. 8. conſtit. cap. 28. & Epiphanio hæreſi 79. & Concil. Niceno, ex Arabico can. 74. Locus autem Pauli de viduis intelligitur de ſelectis ad eleemoſynas accipiendas viduis. Ita & alijs modis ſoluit Vaſq. d. 245. & Layman c. 6.

Clem. Epiph. — Vaſq Layman.

Morinus e.6. Hac de re videndus Morin. p. 3.
excrcit.10.

Excluſis fœminis, & hermophroditis, niſi in virum inualeſcant, vti ait
Henriq Henriquez cap. 16, ſuperſunt ſoli mares, de quibus dicimus omnes eſſe
capaces etiam ante vſum rationis: vt
valida ſit ordinatio, quamuis non ſit
licita ante ętatem debitam Vaſquio
Vaſq Layman. teſte diſp. 246. & Layman. cap. 6. imo
non videtur requiri aliud ad valorem
Sacramenti præter baptiſmum, &
quamuis incapaces ſint pœnitentiæ,
& Euchariſtię: ideo eſt, quia hæc ſacramenta neceſſario ſupponunt vſum
rationis in idonea ætate. Hæc Theologi, & Canoniſtę communiter, excipit tamen Henriquez in infantibus,
Henriq. & amentibus Epiſcopatum lib. 16.
cap. 16.

Quod attinet ad ſuſceptionem ordinum: ſi presbyter ordinetur per ſaltum nullo inferiori ordine ſuſcepto
valide adhuc ordinatur. Sic Schola-
D.Thom ſtici *in 4. d. 24. & 16.* D. Thomas *q. 1. ar. 2.* & Gloſ. *in cap. 1. de Cleric.* Epi-
Layman ſcopus niſi ſit presbyter, Epiſcopus
eſſe non poteſt, author *Layman* c. 6.
cum communi ſententia c. illuc quicunque 77. diſt. pro qua citat quin-
Alzed. decim authores Alzedo de conſecr.
cap. 4. Epiſcopus autem Sacerdos,
ſed per ſaltum ordinatus verè Epiſcopus eſt, ſed non poteſt conferre aliis
Ordines, quos ipſe non accepit. Ita
Henriq Layman Henriq. lib. 10. c. 5. & Layman tr. 9. c.
6. Aetas olim presbyteri, vel Epiſcopi iuſta, anni triginta in memoriam
ætatis qua Chriſtus prædicare cæpit.
Poſtea manente eodem termino ætatis in Epiſcopo, presbyteri minuta eſt
ad vigeſimum quintũ annum inchoatum. Habetur autem ætas ordinandorum cap. vltimo diſt. 28. & Clementina vltima de ætate, & qualitate or-
dinandorum; quam Tridentinum ma-
Trident. iorem requiſiuit seſſ. 23. c. 52. de reformat, nempe pro Subdiaconatu viginti duo, pro Diaconatu 23. pro Sacerdotio retinuit viginti quinque, omnes tamen inchoatos iuxta gloſſam
receptam dicta Clementina. Pro prima tonſura nulla ætas decernitur: tan-
tum vſus legendi, & ſcribendi præſcribitur; pro minoribus autem ordi-
nibus latinitas poſtulatur. Vide Vaſ- Vaſq
quez d. 246. c. 4. & alios proximè ad-
ductos, & omnium inſtar Leandrum Leand.
diſ. 7.

Quæritur hic: vtrum qui Ordines
Minores ſuſcipit animo poſtea nubẽdi, & relinquendi ſtatum Clericalem
peccet mortaliter? Reſpondetur ne-
gatiue cum Nauarro *cap. 25. num.* 100 Nauarr
& Sanchez *lib. 1. diſput. 21. num. 13.* & Sannch
alijs; Nec illi, qui ordinantur, vt
gaudeant foro clericali, & qui volunt
in Academijs præeſſe more Rectorũ,
vt exerceant iuriſdictionem in Scho-
laſticos. Ita Layman *cap.* 1. & Co- Layman Coninch
ninch *dub.* 10. & Rodrig. *cap. 17. concl.* Rodriq
2. & Sanch. *num.* 20. & Aegyd. *d.* 20. Sanch Ægyd
& Hurt. *diff.* 22. & Diana *1. p. tr. 16. re-* Hurt
ſolut. 22. Diana

Tranſeamus hinc ad tempora ordinationum. Prima tonſura quouis
die vltra generales Ordinationes. Pro
maioribus deputata ſunt quatuor ieiuniorum tempora, & duo Sabbatha
ante Dominicas Paſſionis, & Reſurrectionis. Ordinationi Epiſcopi dies
Dominica aſſignata. Minores Ordines omnes eodem die licet conferre,
maiores non licet: neque Minores ſimul cum aliquo ex maioribus. De
his exactè Vaſq. *d. 246. cap. 6.* Henriq. Vaſq
lib. 10. cap. 52. Nauarr. *cap.* 25. Sa *V.* Henriq Nauarr
Ordo. Layman *tract. 9. cap.* 8. Leand. Layman
diſt. 21. Leand

Duo ſunt dubia, vtrum qui in die
Sabbathi Ordinationis generalis eſt
initiatus Sacerdos, poſſit ſequenti die
Dominico conſecrari Epiſcopus? Af-
firmandum, cum Suarez *de Cenſur. d.* Suar
31. ſect. 1. & *Layman cap.* 8. & Phili- Layman
berto *tract. 1. p. 2. cap.* 11. & Leandro Philibert
d. 11. q. 10. quia de prohibitione non Leand
conſtat, imò & eodem die quo quis
Sacerdos eſt factus poteſt Epiſcopus
conſecrari, iuxta Caſtr. Palao tom. 4. Caſtr. Pal
tr. 27. p. 13. quem videtur ſequi Lean- Leand
der q. 10. Secundum eſt, vtrum liceat
Epiſcopo ob cauſam rationabilem
continuare ordinationes à Sabbatho
vſque ad Dominicam proximam con-
tinuato item ieiunio, ita vt Sabbati, &

Henriq. Layman

Dominicæ vnus quaſi dies reputetur? Reſpondetur affirmatiuè eum Henriquez *lib.10.cap.12.* & Layman *cap.8.* & alijs proximè citatis. Non licet tamen Epiſcopo, quem in Sabbato Diaconum ordinauit, eum Dominica die presbyterum ordinare. cap. *cum litteras*, de tempore ordinationum. Ratio autem eſt, quia dies Sabbati, & Dominicæ ratione continuati ieiunij videtur eſſe vnus dies continuatus: non licet autem vno duos Sacros Ordines ſuſcipere, excepto de quo proxime diximus Epiſcopatu. Cæterum conſulendi Rodriguez *tom.3.q.23* & Nauarr. *in Man.cap.25.* & Layman *c.8.* & Leand. *d.11.*

Rodrig. Layman Leand.

CAPVT V.

De Miniſtro Ordinationum.

Concluſionibus rem complector, & decido. Prima. Miniſter ordinarius eſt ſolus Epiſcopus. Conſtat ex Concilio Florentino, & Tridentino *ſeſſ.24.can.7.* Notandum tamen circa iſtam primam tonſuram, & minorum ordinum collationem, eam committi poſſe presbytero: conceditur enim Cardinalibus presbyteris, et communi iure competit Abbatibus, ſi Sacerdotes ſint. cap *quoniam videmus diſt.69.* quam reſtrinxit Tridentinum ad ſubditos proprios regulares *ſeſſ.23.c.10.* de Reformatione: er notauit Sa verbo, Ordo, & Miranda *tom.1.q.38.ar.9.* Accedente tamē conſenſu Epiſcopi ordinarij eius qui ordinandus eſt, poterit Abbas alieno ſubdito hos ordines conferre. Sed iam hodie per Tridentinum ſæpe explicatum, et propoſitum à Sacra Cōgregatione de Concilio, non licet, quanquam multi adhuc non acquieſcant. Inter quos eſt Tamburin. de iure Abbatum, et Machado *tom.2.lib.5.p.3.tr.2.doct.2.num.4.* et Leander *d.4.q.13.* qui plures citant.

Trident.

Sa Mirand.

Tambur. Machad. Leand

Quoad maiores ordines dubitant nonnulli: An poſſit ſimplex Sacerdos de commiſſione Papæ ordinare Epiſcopum? Quibus reſpondendum: nō poſſe: argumento *l. nemo poteſt. ff. de regul. iur.* & *cap. nemo poteſt 79. de regulis iur. in 6. cap. Daibertum.q.1.* et ita Coninch *d.29.dub.9.* et Alzedo *c.7. de Ordinat.* et Bieſcas *in Apolog. q.11. art.4.dub.5.* et Leand. *d 4.qu.21.* Eſtque omnium, ait Bieſcas, excepto Hoſtienſi.

Coninch Alzedo Bieſcas Leand.

Quoad Presbyteratum, et duos alios maiores ordines negant item communiter Authores cum D. Tho. *in addit. ad lib.3. ſuper 5. ſentent. qu.38. art.2.p.5.* Soto *in 4.d.25.qu.ar.5.* Couarr. *lib.1.var.cap.10.* Fornar. *in addit. ad lit. E.* Barboſa *in Paſt.p.2. allegat.3. num.4.* Vaſquez *diſp.243.cap.4.* exiſtimat eos à ſimplici Sacerdote ex commiſſione Papę, vel vniuerſalis Concilij poſſe conferri, quia olim Chorepiſcopi, qui non erant veri Epiſcopi poterant ex Epiſcopi conſenſu Diaconos, & Presbyteros ordinare. Layman contradicit Vaſquio cap. 9 & diſtinguit duo genera Corepiſcoporum: alterum illorum, qui tantum erant presbyteri, & his negat licere: alterum eorum eorum qui erant Epiſcopi titulares, & his concedit facultatem ordinandi. Henriquez lib. 10. c.23. negat Chorepiſcopos Epiſcopos fuiſſe, aitque eam ſibi dignitatem per faſtum arrogaſſe, & conſecrationem à tribus Epiſcopis per arrogantiam obtinuiſſe. Et ita per abuſionem poteſtatis Diaconos, & Presbyteros ordinaſſe eum tantum poſſent Subdiaconatum conferre, qui non fit per manuum impoſitionem, vnde quia cœperunt abuti iſta poteſtate extincti ſunt à Damaſo, vti patet *ex epiſt. 4.* Bellarmin. *de Cler. lib. 1. cap. 16.* fatetur quoſdam Chorepiſcopos vere Epiſcopos conſecratos fuiſſe, idque probat ex Concilio Antiocheno, & Damaſo, epiſt.3. Hanc controuerſiam ſupra ex Parergo de Chorepiſcopis ſuſtuli, & quæſtioni accuratè opinor ſatisfeci. Nunc addo poſſe Papam cum ſimplici Sacerdote ad conferendam Subdiaconatum, & Diaconatum diſpenſare.

D. Thom. Soto Couarr Fornar Barboſa Vaſquez

Layman

Henriq

Damaſ. Bellarm.

Et

Henriq. Vaſq Hurt Ochag Petr. à S: Ioſeph Archang Tambur Dicaſtill. Palaus Præpoſit: Philibert. Granad. Filiuc Diana leand. Suar

Et quidem de Subdiaconatu non modo poſſe Papam concedere ſimplici Sacerdoti eam poteſtatem conferre, imo etiam quibuſdam Abbatibus Ciſtereienſibus conceſſiſſe tenent Henriquez *lib.* 10. *cap.* 23. *num.* 2. *in Gloſ. lit.C.* citans Victoriam, & Nauarr. Ita ſentit Vaſquez *d.*243. *cap.*4. Hurtad. *diff.*18. Ochagau. *q* 7 *nu.*10: Petr. à S. Ioſeph *d.* 8. *ſect.* 1. Archang. *in* 4.*d.*24.*&* 25. Tamburinus *de Iure Abbat. d.*2.*q.*1. Dicaſtillo *tr.*6.*d.*1.*dub.* 17. Palaus *tom.*4.*tr.*27.*p.*14. *num* 10. Ioann. Præpoſit. *de ordine q. vnic. dub.* 13. *num.* 120. Philibert. *tr.*1.*p.*2. *c.*13. Granad. *d.*2.*num.*5. Filiuc. *tr.* 9. *num.* 94. Diana *p.*8.*tr.* 1.*reſolut.*34. & Leander *d.*4.*q.*18. Suarez ait poſſe Pontificem eam ordinandi Subdicanum poteſtatem delegare *tom.* 3.*in* 3.*p. d.* 11.*ſect.*3.

Gabr. Rodrig Viuald Angel Auerſa Caram

De Diaconatu maior eſt difficultas. Sed de eo item affirmant delegari à Papa poteſtatem conferendi poſſe Gabr. *d.*24.*q.*1.*ar.*3. Rodrig. Victoria, Ochagau. et Philibert. citati. Viuald. *de ordin. tit. de miniſtr. num.*8. Angelus *v. ordo* 2. Archangel. proxime adductus. Suarez item loco citato, & Auerſa *de ordine q.*3. *ſect.* 3. & Diana ibidem vbi eum adduximus *reſolut.* 35. & Leand. *d.*4.*q.*19. vbi affirmat id conceſſum de facto Abbati Ciſtercienſi. Hoc etiam aſſeruit Caramuel *in commentar. ad regulam D. Benedicti cap.*62.*nu.*1626. quia rem ſuam agebat dubito, an hodie; cum iam Epiſcopatum eſt adeptus, idem dicturus ſit.

Anguian Gloſſa Aureol Innocent Vaſq

Quod attinet Sacerdotium maximam difficultatem habet quæſtio. Vtrum committi poſſit ſimplici Sacerdoti facultas illud conferendi? Negant communiter Authores. Vtrum de plenitudine poteſtatis affirmant non pauci, & graues Anguianus *de legib. lib.*2.*controu.*1.*num.*16. Gloſſ. *in c. Manus de conſecr. d.*9. Aureol. apud Capreol. *d.*35.*q.*1.*ar.*2. Angel. *v. ordo num.*2. Gloſſ. *in cap. Peruenit. d.*95. Innocent. IV. *cap.*4. *de Conſecrat. num.*4. Abbas *ibid. num.*9. Vaſq. *d.*243.*cap.*4. Ochagau. *q.*7.*de ordine num.*11. quos refert, & ſequitur Hurtado *tr. de ord. difficult.*18. His addit Leander Philibertum *tr.*1.*p.*2.*c.*13.*num.* 15. Putan. *de ord. dub.*7. & ex Thomiſtis Bieſcam in Apolog. pro doctrina D. Thom. *q.* 11.*ar.*4.*dub.*5.*Propoſit.*6. Dianam *p.*8. *tr.*2 *reſolut.*36. Dicaſtillo *d.*1.*dub.*17.*n.* 141. & ipſemet Leander idem affirmat *tract.*6.*de ordine. diſp.*4. *qu.* 20. & poſt omnes Morinus *p.*3.*exercit.*4.*c.*3. qui multum authoritatis momentum huic ſententię ſecum attulit. Vtrum vero Abbatibus Ciſterciẽſibus, & Clarauallenſibus cõceſſum fuerit priuilegium conferendi omnes ordines ſacros ſuis Religioſis dubium faciunt pugnantes hinc inde authores. Quæſtio eſt de facto. Teſtis ſum ego vidiſſe me Oliſipone exemplar iſtius conceſſi priuilegij oblatum mihi à Patribus Alcobatienſibus D. Bernardi, qui volebant in ea Epiſcoporum penuria illo vti, virtute Bullæ communicationis Priuilegiorum cum Monaſterijs Ciſtercienſi & Clarauallenſi. Hoc mihi factum pene perſuaſit. Vſũ tamen illius Breuis, quod nunquam ad praxim redactum eſt cum Nauarro *lib.*3.*Conſil. conſil.* 14. nullum fore licitum exiſtimo. Hæc quoad primam concluſionem.

Hurt. Putan. Bieſcas Diana Dicaſt. leand Norimus Nauarr

Secunda concluſio. Epiſcopus etiã Hæreticus, & nominatim excommunicatus, imò & degradatus valide ordines confert. Eſt D. Thomæ *in* 4. *diſt.* 25.*q.*1.*ar.*1. & Scoti *ibi qu.*1. & Vaſquij *diſp.*243. *cap.*3. & Sanchez *tom.* 2.*Conſil. lib.*7.*cap.*1.*dub.*18. Dianę *p.*8. *tr.*2.*reſolut.*2. Leandri *tr.*6. *d.*4. *qu.*3. Ratio eſt, quia Ordo Epiſcopis collatus eſt immutabilis, & character indelebilis. Vnde non aufertur validitas actuum ſacrorum, qui ex illo ordine dependent. Huius ſententię ſunt viginti duo authores ab Alzedo adducti de ordinat. c. 5.

D.Thom. Scot: Vaſq Sanchez Diana Leand Alzedo

Tertia Concluſio. Non licet Epiſcopis ordinare ſubditos alienos, niſi ex licentia Epiſcopi proprij à quo habent litteras dimiſſorias. Ita Tridentinum ſeſſ.23. cap.9. de reform. litteras autem dare poteſt, et Capitulum ſede poſt annum vacante, et prælati

reſpectu ſuorum ſubditorum. Poteſt antem Epiſcopus familiares ſuos alienæ diœceſeos, ſi per triennium ſecum habeat in ſubditis numerare, & ordinare. Poteſt etiam eoſdem pro vtilitate Eccleſiæ ſuæ, vel per ſe ordinare, vel ad alium cum litteris dimiſſorijs ordinandos mittere. Ita ex Concilio Tridentino, & Congregatione Cardinalium: Layman Alzedo Barboſa Layman *tr.9.cap.9.aſſert.*4. & Alzedo *cap.*5. & Barboſa *in Paſtor. p.* 5. *allegat.*5.*num.*55. Hęc tamen priuilegia Epiſcopis Titularibus minimè conceduntur iuxta Vener. Barboſa leand. Vener. *in examin. Epiſcop.lib.*1.*cap.*12. & Barboſ.*num.*17 *& allegat.6.& alibi*. & Leandr *d.* 8. Torrebl. Diana *q.*28. & Torreblanc.*lib.*2.*pract.cap.*13. & Dianam *p.*8.*tr.*2.*reſol.*28.

Quarta Concluſio. Abbates, & qui ordinant ex priuilegio, ſi aut excommunicentur, aut ſuſpendantur, aut excedant ſuæ facultatis modum valide non ordinant: nec enim in charactere poteſtas illa fundatur. Vnde ſi alienum ordinent, non tenebit Layman ordinatio, quod obſeruat Layman *tr.* 9.*c.*9.*n.*7. Tres autem ſunt Epiſcopi, qui cenſentur proprij ad ordinãdum, & concedendam ordinandi licentiam. Epiſcopus Originis, id eſt ille, qui eſt Epiſcopus in Diœceſi hominis ordinandi. Secundus Epiſcopus domicilij in quo habitat ordinandus. Tertius Epiſcopus beneficij, id eſt loci, vbi quis beneficium habet. Quilibet horum poteſt, vel ordinare, vel concedere dimiſſorias ad ordines ab alio Henriq accipiendos. Iuxta Henriq. *lib.*10.*cap.* 22.*lib. cap* 55.*lib.*2.*cap.*34. *dub.* 19. & Nauarr. *lib.*1.*conſ.*3.*de temp ordin.* & Nauarr. Abbat. Layman: leand. Nauarr. Abbat. *cap.*3.*nu.*4 *de Paroch.* & Layman *tr.*9.*cap.*9.*num.*50. & Leandr. *d.* 8. *q.*7. Aduerto tamen cum Nauarro *lib.*1.*Conſil.conſil.*1 qui natus eſt in vna Diœceſi, & poſtea cum Patre ſuo in alia habitat, & inde mittitur in Academiam pro ſuo arbitrio poſſe ordines, vel dimiſſorias ab vtrouis Epiſcopo accipere: cum alter ſit originis, alter domicilij. Non ignoro tamen quin magna ratio habeatur Epiſcopi originis, adeò vt multis in locis nullus ſine dimiſſorijs Epiſcopi originis ordinetur.

CAPVT VI.

De erroribus in Ordinatione accidentibus.

IN hac materia dico primo. Ordinatus in Sacris ab Epiſcopo qui renunciauit Epiſcopatui ſuſpenditur perpetuò ab ordinatione cap.1.*de ordinatis ab Epiſcopo* qui Epiſcopatui renunciauit. Poteſt cum eo tamen Epiſcopus diſpenſare, ſi ignorantia excuſetur.

Dico ſecundo. Ordinatus à Schiſmatico, hæretico, ſimoniaco, excommunicato Epiſcopo perpetuam ſuſpenſionem incurrit c.1. & 2. *de ſchiſmaticis* cap. *ſtatuimus* 2. cauſa prima qu. 1. ſed tamen diſpenſationis eſt capax ſi ignorantia intercedat cap. *ſi à ſimoniacis* 1.q.1. c ordinati 9. q.1: Quæ duæ propriæ pœnæ ſunt, nõ cenſuræ, quia reddunt inhabilem etiam ignorantem ante diſpenſationem obtentam, vti docet loquens de ſimoniaco D.Thom.2.2.*q.*100.*ar.vltimo ad* 2. D.Thom. & de omnibus Suarez *de cenſuris diſp.* Suarez 31.*de ſuſpenſione ſuſp.*1.*&* 12. & Auila Auila *par.*3.*diſp.*5. *dub.*8 *&* 9. Nituntur hæ duæ concluſiones optima ratione, quia qui priuatus eſt executione poteſtatis ſuæ non poteſt eam in alium cõferre, etſi verum ordinem conferat, vt notat Gloſſa cap.*per tuas* de Simon. Gloſſa ſi quis tamen ordinatus ignorãter celebret, non incurrit irregularitatem: ſecus ſcienter.

Dico tertio. Qui extra legitima tempora, vel ante legitimam ætatem, vel ſine litteris dimiſſorijs Sacris Ordinibus initiantur ſuſpenduntur præſertim poſt conſtitutionem Pij II. in Pius II. cuius extra vagante habetur, *Cum ex Sacrorum*: vbi aduerte ordinatum ante ætatem iuſtam quamuis à cenſura liberetur, non poſſe miniſtrare ante completam ætatem teſte Henriquez Henriq *lib.*13.*c.*35.*num.*4. Qui autem cum his defectibus minores ordines accipit, is grauiter peccat, eique miniſterium eſt inter-

Digitized by Google

interdicendum, vti habetur capite *quoad tranſlationem* de temp. ordin. & docet Nauarrus *l.* 1. *con.* 19. *& in Man. c.* 25. *n.* 69.

Nauarr

Dico quartò. Epiſcopus ordinans ſubditum alienum ſine licentia ſcienter, incurrit annuam ſuſpenſionem iuxta Tridentinum *ſeſſ.* 23. c. 8. de reformat. qua ſuſpenſione incurſa, & notoria licitum eſt ſubditis Epiſcopi ſuſpenſi illa durante à Vicinis Epiſcopis ordinari, quod fit in pœnam commiſſi ab Epiſcopo temerè alienos ordinante Cap. *Eos qui* de tempore ordinationum.

Conc. Tr.

Dico quintò. Epiſcopus conferēs primam Tonſuram alieno, vel infanti niſi Religionem ingreſſurus ſit, vel illiterato, id eſt neſcienti legere, & ſcribere, & prima fidei rudimenta ignoranti, vel coniugato ſine animo poſtea ſuſcipiendi ordines, vel ingrediendi Religionem per annum ſuſpēditur c. vltimo de tempore ordin. in 6.

Dico ſexto: qui per ſaltum ordinari ſe fecit, is ſuſpenſus eſt ab exercitio ordinis ſuſcepti, donec ordinem omiſſum accipiat. Ita Sotus *in* 4. *d.* 25. *q.* 1 *a.* 3. Nauarr. *c.* 25. *n.* 7. *& cap.* 27. *n.* 242. Henriq. *lib.* 13. *c.* 39. *n.* 1, *Con.* 15. *dub.* 5. Auila *p.* 7-8. 11. *dub* 4. Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 1. *ſuſp.* 9. iuxta cap. *de Cler. per ſaltum promoto*. & cap. *ſolicitudo diſtinct.* 57.

Sotus
Nauarr
Henriq
Auila
Suar

Dico ſeptimò. Si vno die duo Sacri Ordines eidem conferantur, Epiſcopus manet ſuſpenſus à collatione vtriuſque ordinis: ordinatus ab executione poſterioris. Quæ ſuſpenſio, An ſit latæ ſententiæ, an ferendæ? dubium eſt. Ego cum Suarez *ſuſp.* 8. *n.* 43. exiſtimo eſſe ferendæ.

Suar.

Dico octauo. Coniugatus durante Matrimonio etiam nō cōſummato ſacrū ordinem ſuſcipere prohibetur, niſi cum vxoris conſenſu Religionem ingredientis, vel in ſæculo manentis cum voto caſtitatis. Si ſecus faciat, nec ſuperiores ordines ſuſcipere, nec beneficium, nec officiū Eccleſiaſticū valet obtinere, nec exercere poteſt. Extrauagās *antiqua* de voto. & Gloſſa.

Dico nono. Qui excommunicatus ordinatur ordine ſaltem ſacro manet ſuſpenſus à ſuſcepto ordine, niſi vel ignorantia, vel metu excuſetur, ita Suar. *ſuſp.* 11. *ex cap. cum illorum de ſententia excommun.* qui de ordine Sacro, vel minore loquitur. Nauarrus tamen *l.* 5. *con.* 43. *q.* 1. *de ſent. excomm. edit.* 2. & Laymanus *tr.* 9. *c.* 10. ad ſolos ſacros reſtringunt, etſi hic magis Suario videatur aſſentiri, & concluſionem generatim ponat de ordine quocunque.

Suar.
Nauarr
Layman

Dico decimo. Ordinatio facta ſine titulo ſuſtentationis irrita cenſetur quoad ordinis executionem. Titulus autem fit, vel patrimonio, vel beneficio, vel patrocinio præſentantis, qui obligetur ad ſuſtentationem hominis ordinandi. Excipiuntur Religioſi, qui alium titulum non requirunt. Sicut conſtat ex c. 1. diſt. 10. Prudenter autem Innocentius III. decreuit cap. *cum ſecundum* de præbendis, vt ſi quis ſine titulo ordinatus eſſet, Epiſcopus illum ordinans & ſucceſſor ipſius tandiu prouideat ordinato, donec Eccleſiaſticum beneficium conſequatur. Quod ſi Epiſcopus ad preces alicuius Patroni ipſum ordinauit, Patronus ordinatum ſuſtentare debet, authore Abbate cap. *cum ſecundum* nu. 7. vide Laym. c. 10.

Inn. III.
Abbat.
layman

Dico decimo. Epiſcopus ordinans ordine ſacro, vel Patronus Clericum præſentans ordinatum cum pacto ne ab ijs exigat prouiſionem, ambo manent ad arbitrium Sedis Apoſtolicæ ſuſpenſi: Epiſcopus à collatione ordinum: Præſentatus ab executione ordinum: & præterea ordinatus ſuſpenditur ab ordinis ſuſcepti miniſterio, donec abſoluatur, & alijs ſimiliter. Ita Nauarrus *in Manuali c.* 27. *nu.* 158. & Suarez *diſp.* 37. *ſuſp.* 7 *ſ.* 1. & Henriquez *l.* 13. *c.* 37. & Auila *d.* 5. *dub.* 4. & Laym. *c.* 10. Hinc ſequitur qui ficto patrimonio ordinatur eum ſuſpenſionem incurrere. Ita contra Henriquez docet Nauarr. *c.* 27. *nu.* 158. & Suar. *num.* 35. & Layman *c.* 10. *iuxta c.* 1. *&* 2. *diſ.* 70. & Leand. cum pluribus *tr.* 6. *d.* 9. *qu.* 4. Non tamen tenetur Epiſcopus iſtum alere. vti reſoluit idem Nauarr. *conſil.* *vltimo*

Nauarr
Suarez
Henriq
Auila
layman
Suarez
leand.
Nauarr

Digitized by Google

*vltimo de tempore Ordin:edit.*2.& fauet
Trident. Tridentinum *ſeſſ:* 21: *capite* 2. *de Reformat.*

CAPVT VII.

De cælibatu, & Tonſura Clericorum.

MVlti circa hanc controuerſiam
errores fuerunt. Primus. Græcorum:
qui cenſuerunt oportere Clericos
ante ordinationem vxores ducere:
poſtea non licere: oportere autẽ
ante matrimonium habere, ne ſe exponant
periculo incontinentiæ. Hoc
Vigilant expreſſe docuit Vigilantius apud Hie-
Syn. Trull ronymum, & ita faciendum decreuit
Synodus Trullana circa annum 700.
celebrata, quæ damnato Canone *Eccleſiæ*
Romanæ ſtatuit vt clerici ante
ſubdiaconatum vxores ducant, vt poſtea
cum ijs viuant. Atque inde fortaſſe
cæpit mos Græcorum qui nunc
etiam vxores habent. Secundus Hæreticorum
qui à Iouiniano principium
ſumpſerunt affirmantium poſt ſacros
ordines licere vxores ducere. Primus
& perſpicuus eius author fuit Vvi-
Vvicleff cleffus apud Vvaldenſem *tom.*2.*de Sacrament.c.*128.*&* 129.*& tom.*3.*de
Sacramental.c.*66.*&* 67. Illum auide
Lutherus ſecuti ſunt Luther. *in lib. de abroganda*
Caluinus *Miſſa priuata*, & Caluinus *lib.*4.*inſtit.*
Brent. *c.*11.& Brent. *in Confeſſ. Vvitemberg.*&
Beza
Petr Mart Beza, & Petr. Mart. *in* 1. *ad Corinth.*7.
Melancth
Magdeb & Melancth. *in Confeſſ. Auguſt. ar.*23.
§.23. & Magdeburgenſes *in Centur.
ſingul.c.*7.& imprimis *Centur.*11.*ca.*7.
idque ſuo exemplo Lutherus author
nimirum venerabilis ducta moniali
Catharina Bora, vt iuſtum matrimonium
eſſet, palam & coram diſcipulis
confirmauit. Placuitque omnibus ſalaciſſimis
quibus Lutherus vxorem
iniuſtis nuptijs ductam oſculandam
dedit. Hæc defuit olim cæremonia
ſolennibus matrimoniorum formulis;
nempe illa oſcula erant ſigilla huic
opinioni, robur fidemque afferentia.

Catholica doctrina primum defectum
ex conſuetudine, & infirmitate
inueteratum tolerauit in Græcis. In
Latinis nunquam permiſit. Secundum
vtraque Eccleſia abominata fuit. In
neutra enim dabunt Hæretici exemplum
hominis presbyteri qui poſt Sacerdotium
vxorem duxerit. Conſulto
dixi præsbyterum, quia Diaconis
certis in locis, ſi in ſuſceptione Ordinis
non promiſſerant cõtinentia permiſſum
forte fuit matrimoniũ contrahere,
vt ex Concilio *Ancyrano* colli- Côc. Anc.
gitur cap. 10. & de Subdiaconis patet Gregor. I.
ex Gregor. I. *lib. Epiſt. epiſt.*42. de quo
Gratian. *ſuper. c. de Syracuſana diſ.*28.
Probant autem *Doctores* noſtri hunc
ſtatum cælibatus ex multis Concilijs,
& Patribus: adductis non paucis locis
ſcripturæ; quæ omnia videri poſſunt in Bellarm
Bellarm *l.*1.*de Cler.c.*18.*&* 19.& Vaſq. Vaſq
*diſp.*246.& Henriq. *l.*10.*c.*14. Layman Henriq.
*tractat.*9. *cap.*11. & alijs quos adducunt. Layman.

Huius autem cælibatus ſtatum quidam
de iure diuino Authores Catholici
eſſe exiſtimarunt: inter quos eſt Maior
Maior *in* 4.*d.*24.*q.*2.& Vvalden. *de Sa-* Vvaldens.
*cram c.*28.& ſequent Clicthouæus *lib.* Clicthou.
*de contin. Sacerd.c.*4. & ſequent. Etſi
Vaſquez Clictouæum neget in hac
eſſe ſententia, ſed ille tamen ait prohibitum
eſſe Sacerdotem de iure Diuino
vxorem ducere; quam ſententiã
nemo acrius, & ſeuerius tradidit quã Turrian.
Franciſcus Turrianus *lib. de* 6.*&* 7.*&* 8.
Synodo Generali, & toto *lib.*7.*de dogmat.
Character* vti animaduertit Vaſq.
*d.*247. non ſolum enim aſſeruit non licere
Clericis poſt ſacros ordines ſuſceptos
matrimonium contrahere, ſed
etiam poſt matrimonium minime licitum
eſſe per ius Diuinum ordinatis
vxorum ſuarum vſum. Huius ſecundæ
partis ſententiæ ſingularem eum
fuiſſe authorem affirmat Vaſq.294.c.
1. Primæ autem multos ſocios habuiſſe
idem Vaſquez ibi oſtendit.

Verum huiuſmodi cælibatum non
eſſe niſi de Iure Eccleſiaſtico communis
eſt ferme concorſque ſententia.
D. Thom. 2.2.*q.*88.*ar.*11.& Scoti *in* 4. D. Thom
*d.*27.*q.*1. Palud. *ib.q.*1.*art.*2.*concluſ.*3. Paludan.
Syl-

Digitized by Google

Syluester Spence Sachez Syluef. *in ſum. verb. matrim.* Spencei *lib. 1. de contin. c. 1.* & Soti *l. 7. de iuſt. & iure q. 6. ar. 2.* Sanchez *lib. 7. de matrim.*
Henriq Bellarm. Layman Con. Tr. *d. 27. q. 2.* Henriq. *l. 10. c. 14. in textu & comment.* Bellarm. *l. 1. de cler. c. 18. & 19.* Layman *tr. 9. c. 11.* & ſumitur ex Concil. Trident. *ſeſſ. 14. can. 9.* quem locum Recentiores recte expēdunt, cui alios
Vaſq. addit Vaſquez *d. 246.* qui rem hanc more ſuo eruditiſſime, & ſolidiſſime tractauit. Cum vero duplex ſit obligatio iuris Eccleſiaſtici, vel ex præcepto, vel ex voto vtrius ſit? in quæſtione verſatur.

Scot Prima ſententia eſt Scoti *in 4. d. 37.*
Sanchez Guttier *q. 1.* aientis eſſe ex pręcepto quod probat Sanchez *lib. 7. de matrim. d. 27. q. 1.* & Guttier. *lib. 2. can. 99. c. 7. n. 45.* Ratio eſt quia ſi quis ignoret annexum continentiæ votum, & ordinetur tenetur ad continentiam. Secunda ſententia eſt D. Thomæ, ac Theologorum quā plurium, quos citat, & ſequitur Lay-
Layman man *tr. 9. c. 11.* & Leand. *tr. 6. d. 13. q. 3.* Mihi probabile videtur eſſe ex præcepto antiquiſſimo Eccleſiaſtico, vti pro-
Bellarm. Henriq bat à tempore Apoſtolorum Bellarm. *de Cler. l. 1. c. 19.* & Henriq. *l. 10. c. 14.* & vt firmior eſſet obligatio additum fuiſſe votum. Nec id negat Layman *n. 2.* qui ait etiam non interçedente voto, vel ex ignorantia, vèl ex malitia exiſtere obligationem continentiæ ex præcepto, imo idem accurate probat hoc præceptum Apoſtolicam traditionem eſſe, quæ me Authore firmior
Vaſq. eſt omni præcepto. Mitor autem Vaſquez id ſoli voto aſſignare cum ad tempus Apoſtolorum referat principium. Sed hęc alias.

Rationes cælibatus ducuntur ex altitudine dignitatis, & ex decoro miniſterij ſacri, & nituntur teſtimonio I.
Paul. Tit. Hieron Paul. ad Timoth. Pauli ad Tit. vbi ait: *oportere Epiſcopū eſſe ſobrium, & continentem,* ideſt, Interprete Hieronymo, *ab vxoris amplexibus.* Deinde 1. ad Timoth. 5. vbi vult viduas, quæ de ſubſtantia Eccleſiæ alebantur eſſe continentes; quod multo maiori iure de ſacris hominibus dicendum. Obſeruandum tamē videri Diaconos, & Subdiaconos interdum poſt ordinationem vxores du- Layman
xiſſe teſte Laym. *c. 11.* & Henriquez *c.* Henriq.
14. & nos proxime aduertimus. Presbyteris id nunquam licuiſſe prorſus conſtat. Si qua vero exempla Heretici adferunt, eorum ſunt qui ante ordinationem coniugati erant, & poſtea relinquebant vxores, quę vti apud Romanos Flaminę propter maritos Flamines dicebantur, ita nomine maritorū Presbyteræ, Diaconiſſæ, Subdiaconiſſę appellatæ, tranſeunte ad illas mariti titulo ſacro poſt matrimonium
diſſolutum, vti obſeruat Baronius An- Vaſq Layman Morin.
no Chriſti 34. & Vaſquez *d. 246. cap. 3* & Layman *tr. 9. c. 11.* quanquam Morinus neget vllas vnquam presbyteras dictas fuiſſe, quod mihi certe non perſuadet: qui etiam notant illos Sacerdotes etiam poſt ordinationem ſępe domi has vxores inſtar ſororum
habuiſſe, vti Baron. an. 591. num. 18. & Baron Conc. Tr. Greg. Ma.
colligitur ex Conc. Turon. Can. 13. & conſtat ex Gregorio Papa Magno *l. 4. Dialog. c. 11.* Hæ Cleri nomine veniebant vti demonſtrat Morinus 3. *Exercit. 10. c. 2.* Morinus

Quod autem obijciunt Hæretici ex Concil. Nicęno decretum in eo eſſe vt vxores eum maritis conſecratis viue-
rent more coniugum: eſt prorſus con- Layman
fictum: vti probat Layman *nu. 6.* Non negamus tamen, quod ſupra latius diximus, ex Trullana Synodo conceſſum fuiſſe Clericis orientalibus in ſacris conſtitutis præter Epiſcopos vt cum vxoribus habitarēt ſuis, & liberis operam darent, excepto tempore quo per vices ſuas miniſtrare debebant. Eumque morem in Orientali Eccleſia fuiſſe licitum quidem, & permiſſum, laudā non inficiamur: ſed negamus illum eſſe perfectioni ſacrorum hominum accomodatum. Cum tamen cælibatus non ſit de iure diuino potuit permitti, & ſuſtineri. Si quis autem Clericus in ſacris notorius concubinarius ſit, primò eſt monendus, deinde ſi nō obediat tertia parte fructuum priuatur: poſt alteram autem monitionem non correctus priuàtur omnibus Eccleſiaſticis bonis, & ad officia, & be-

ne-

Trident.

neficia Eccleſiaſtica inhabilis redditur iuxta Concil. Tridentin. *ſeſſ.25. c. 14. de Reformat.*

Greg. Tur Mart. Bi. Gr. Magn

Tonſura capitis clericalis antiqui moris fuit, & ritus. Patet ex Gregorio Turonenſi *l.4 Hiſt. c.4.* & ex Martino Bracharenſi *Epiſc. cap. 66. tom. 1. Concil.* & S. Gregorio Papa *l.4. epiſt. 35. ad Regem Childeb. Francorum.* Et multis alijs exemplis, & locis Patrum, & Concilijs probat Vaſq. *d. 250.* & Morinus *p. 3 exercit. 5.* Rationes affert Iſidorus *l. 2. de officijs Eccleſiaſticis c. 4. in Conc. Carthag. 4. can, 44.* huiuſmodi decretum eſt. *Clericus, nec comam nutriat, nec barbam.* Coronam autem capitis ſpineam Chriſti Coronã ſignificat apud Bedam *l. 5. Hiſt. c. 22.* Raſio barbæ indicat humilitatem, mortificationem, & puritatem ex Iſidoro citato. Habitus Clericalis comitatur Tonſuram; qui autem clericus omittit habitum, & tonſuram eum peccare mortaliter nonnulli authores cum Nauarro *c. 15 numer. 110.* affirmant. Negat tamen Caietanus *verbo Clerici*, & P. Vaſquez *diſ. 250. cap. 3. numer. 22.* niſi enormiter, & per longum tempus fiat.

Vaſq Morin. Iſidor. Beda Nauarr Caiet Vaſq

Tandem quoad Chriſmatis vnctionem aduertimus: Epiſcopo in capite, presbytero in manibus fieri ſolitam ex priſca ceremonia. Verum id nihil ad Sacramenti eſſentiam pertinere, ſed dignitatem, & decorum ſignificare notat Layman *tr. 9. c. 13.* Coronis eſto; vtrum Diaconus, & Subdiaconus, & Acolythus ſua miniſteria in peccato mortali obeuntes peccent mortaliter? Affirmant multi cum Sylulo *3. p. qu. 6. artic. 6. concl. 5.* negandum tamen cum Vaſquio *2. tom. d. 136. c. 3. & tom. 3. diſ. 209. c. 1.* vbi ait ne Sacerdotem quidẽ ipſum miniſtrando Euchariſtiam mortaliter peccare, ſed tantum conficiendo; quod multo magis verum erit de miniſterijs Diaconi, Subdiaconi, & Acolythi quę præciſè actiones Sacramentales non ſunt. Hae de re tamen nos diligenter ſupra tractauimus.

Syluius Vaſquez

Claudere iuuat hoc caput iucunda quadam, & ictu digna animaduerſione: Chriſtum Dominum vnum in ſe omnium ordinũ exempla expreſſiſſe. Ita obſeruauit Stephan. Eduenſis *l. de Sacr. Alt. c. 6. 8. to. 4. Bibl. Patr.* et Hugo de S. Vict. *l. 2. de Sacr. p. 3. c. 6. & ſequent.* quos citat Vaſq. à quo accepi *to. 3. diſ. 242. c. 7.* Hoc ordine. Oſtiarij perſonam egit Chriſtus Ioan. 52. eijciens de templo ementes, et vendentes quos flagellauit. Lectoris, Luc. 4. accepto libro Iſaiæ, et lecto teſtimonio c. 62 *Spiritus Domini ſuper me*, ac de ſe explicato. Exorciſtæ, Matth. 8. et ſæpe alias expellendo Dæmones, et liberando Energumenos. Acolythi, cum ſe dixit lucem mundi Ioann. 8. et cum iuſſit lucernas ardentes manibus portari. Luc. 12. Subdiaconi, mittens aquam in peluim, et linteo ſe præcingens. Ioan. 13. Diaconi, quando Corpus ſuum, et Sanguinem Apoſtolis in Cœna miniſtrauit, et quando eoſdem ad orandum in horto eſt adhortatus, ac item quando ſermonem illum habuit poſt Cœnam, et Apoſtolos inſtituit ſua doctrina Diuina. Sacerdotis non afferunt exemplum: erat enim perſpicuum in Euchariſtiæ confectione, et ſacrificio Crucis. Quemadmodum nec item Epiſcopi de quo ſilent. Conſtat autem Chriſtum obijſſe munus Epiſcopi, quando ipſe Apoſtolos Epiſcopos conſecrauit, me iudice in Cęnaculo poſt Reſurrectionem, quod tradere videtur Author quæſt. veter. & noui Teſtam. q. 93. authore Salmerone *Luc. 22.* in Cæna ante Paſſionem teſte Vaſquio *d. 242. c. 7.* ante Aſcenſionem Matth. vlt. quando eos miſit in vniuerſum Orbem data prædicandi, & baptizandi ampliſſima poteſtate. *Euntes in mundum vniuerſum* ſed Turrianus *l. 2. pro Epiſt. Pontiſi. c. 21. & in Defenſ. Schol. c. 12. l. 2 conſt. Clement.* in die Pentecoſtes à Spiritu Sancto fuiſſe cõſecratos igneis illis linguis mauult; ſed à Chriſto debuit eſſe conſecratio.

Steph. Ed Hug. de S. Victore Vaſq Turrian.

CA-

CAPVT VIII.

De Cardinalibus.

VOx Cardinalis à Cardine deſu-
mitur, & principalem ſignifi-
cat, ſacram quatuor virtutes fecerunt,
quæ Cardinales dicuntur. Eccleſia-
ſticum deinde vocabulum fuit, & qui-
Auguſt. dem Auguſt. *lib. 1. de Bapt. c. 6.* prima-
rios Donatiſtas Cardinales appellat,
imo & ante ipſum in Synod. 2. Roma-
Sylu. PP. na Sylueſtro Pontifice Cardinales
Diaconi nominantur, id eſt præpoſiti
Caluinus Eccleſijs principalibus. Vnde appa-
ret Caluini incogitantia dum eorum
nomen, & munus in Eccleſia ante
Gregorij tempora fuiſſe negauit *lib. 4.
inſtit. c. 7.* quem argumento Synodo 2.
Vaſq Romanę ſub Sylueſtro Vaſquez re-
darguit *d. 242. c. 1.* Quod quidam Ca-
tholici aiunt, Cardinalem eum eſſe qui
alijs in eadem Eccleſia præeſſet, ve-
rum non eſt: cum in eadem Eccleſia
multi Diaconi Cardinales fuerint.
quare ab Eccleſia ſiue Parochia prin-
cipali quaſi Cardinali Cardinales
nuncupati: quemadmodum enim ho-
die Romæ principales Eccleſię appel-
lantur Baſilicæ, ita & olim nobiles
Parochiæ Cardinales appellabantur,
& ab ijs Diaconi Cardinales, quod
Henriquez, & Bellarminus probat lo-
cis citandis.

Tempore Magni Gregorij fuiſſe
Cardinales, ne Caluinus quidem ne-
gat, ſed extitiſſe antea tempore Syl-
Bellarm. ueſtri, Bellarm. oſtendit *lib. 1. de Cler. c.
16.* imo & ante Sylueſtrum tempore
Pontiani Anno Chriſti 226. obſeruat
Henriq. ex alijs Henriquez *l. 10. cap. 27.* Sylue-
ſtro autem Pontifice inueniuntur Car-
dinales Diaconi qui in Romano Con-
cil. fuerunt. Anno autem 304. ſub Mar-
cello quindecim Cardinales creati di-
cuntur qui baptiſmata et funera Chri-
ſtiana procurarent trecentis ferme an-
te Gregorium annis, cuius quidem
Pontificatu Cardinales ad Concilium
Papæ priuatum, et ad Concilium ge-
nerale admiſſi. Iam tum, et Diaconi
et Presbyteri, et Epiſcopi Cardinales
inſtituti fuerant. Authoribus eodem
Gregorio in lib. Epiſt. & Ioanne Dia-
cono in vita S. Gregorij ex quibus ad- Gregor. Magno Io. Diac.
uerſus Caluinum probat Bellarm. non
ſolos tunc Epiſcopos Cardinales
fuiſſe. Eorum origo ſacra figurata
in veteri teſtamento per ſeniores po-
puli Leuitas, & Scribas qui miniſtri
erant legis, & Sacerdotij. Diaconi
autem Cardinales & aſſiſtebant Con-
cilijs Pontificum, & præerant ſcrinijs,
& tabularijs Eccleſiaſticis, & Eccleſię
decreta conſeruabant, vti Henriquez Henriq
notat, expreſſi in Apoſtolis qui Chri-
ſto miniſtrabant, cumque eo capite
collegium Apoſtolicum inſtituebant.
Alij in ſeptuaginta diſcipulis malunt,
quod minus mihi probatur, quanquã
numerus momentum adferat ad hanc
opinionem confirmandam. Leo IX. Leo PP.
epiſt. 132 ad Michaelem ait *Cardina-
les quod Papæ aſſideant Eccleſiæ Cardi-
ni Cardinales dictos*. Quod originem
ductam ex Apoſtolis corroborat. Ego
ſic puto: altiorem eſſe quam quæ Di-
ſcipulis ſignificata fuit, atque adeo
Apoſtolicam dignitatem. Verum au-
tem in alijs Eccleſijs Cardinales fue-
rint, dubitari nequit, cum fuiſſe con-
ſtet ex Gregorio *lib. 5 epiſtolar. epiſt. 11*
& lib. 11. epiſt. 34. & Concilio Meldē- D. Greg. Cõc. Mel.
ſi *titulo* 54. Puto autem Romanæ Ec-
cleſiæ Cardinales ſolemne officium,
& inſignia dignitatis habuiſſe; atque
illos qui Romę aderant Pontifici, pro-
prie Cardinales fuiſſe. Hinc eſt quod
in ea celebri quæſtione vtrum D. Hie-
ronymus Cardinalis fuerit? malo Bel- Bellarm
larmino neganti, quam Henriquez
affirmanti aſſentiri, nec enim Hiero-
nymus presbyter Romanus fuit, ſed
Antiochenus, & licet aliquando Ro-
mæ fuerit, & Damaſo ab epiſtolis &
conſilijs fuerit, obiter id egit. Itaque
Cardinalis non fuit, ſed ſimplex pres-
byter, vti ex illius, & Auguſtini epi-
ſtolis deducitur: eo præcipue loco vbi
Auguſtinus epiſt. 19. Hieronymo ſe
tanquam Epiſcopum dignitate ante-
ponit, eumque presbyterum ſimplici
vocabulo nominat. Quod certe qua

Bbbb mode-

Digitized by Google

modeſtia Auguſtinus fuit minime faceret, ſi Hieronymum vltra presbyterum Auguſtinus Cardinalem ſciret.

Creuit autem paulatim Cardinalium dignitas duobus titulis. Primo, quia ad eos redijt electio Papæ, quæ antea ad Clerum totum ſpectabat, addito vt ex eorum Collegio Papa eligatur, non quod aliter fieri nequeat, ſed quod ita deceat fieri. Secundo, quia aſſiſtunt Papæ inſtar Senatorum de Chriſtiana Republ. conſultanti. His titulis Cardinalitia dignitas eminere cœpit. An autem Epiſcopus præſtet Cardinali, vel contra accuratè

Bellarm diſputat Bellarm. *lib.1.cap.16. & alij.* Summa eſto. Ordine præcedit Epiſcopus Cardinali non Epiſcopo, ſed abſolutè dignitate excellit Epiſcopo Cardinalis non Epiſcopus. Nam vnũ Corpus efficit cum Collegio, quod eſt veluti corpus domeſticum Eccleſiæ cum Papa, & nobiliores habet curas, nempe de Repub. vniuerſa Eccle-

Henriq ſiaſtica, quod etiam fatetur Henriq. *lib.10.cap.22.num.5.* Vnde eſt, quod Cardinalis in Concilio Generali loco præcedat Epiſcopum, & Legatus Papæ in eo ſit, & interdum Epiſcopos creet, & moneat loco. Quare

D.Bernar D. Bernardus lib.4. de conſider. vocat Cardinales ſeniores populi. *Iudices Orbis, & Papæ coadiutores, & eius legatos à latere.* Verum eſt Papam Epiſcopos fratres, Cardinales filios vocare. Id tamen ordini dandũ Epiſcoporum, & intimæ familiaritati Cardinalium. Sanè quod Rex filios habeat, & fratres, non idcirco filij non ſunt præferendi fratribus. Inſignia huius ordinis inſtituit Innocentius

Innoc.IV IV. Papa in Concil. Lugdunen. Anno 1243. nempe vehi equo, vti galero, & pileo rubro, et purpura, perinde ac parati ſint ſanguinem pro Fide profundere, idque ſe facturos iurant in

Turrecr. Henriq ſui creatione, vti ſcribit Turrecremata, & ex eo Henriq. *lib.5.c.27.*

Numerus varius ab initio fuit. Ego ita cenſeo. Primum ſolos Diaconos, eoſque ſeptem pro ſeptem vrbis regionibus principalibus Cardinales fuiſſe. Deinde creſcente numero Chriſtianorum iuxta omnes regiones vrbis, quæ quatuordecim erant, inſtitutos: poſtea 18. tandem Pauli III. tempore vnde viginti: ſed Sixtus V. iterum ad quatuordecim redegit. Hęc de Diaconis. Presbyteros 28. ſuis præpoſiti titulis enumerat Azor *par.2. lib.4.cap.1* Hic numerus manebat tẽpore Gelaſij Secundi Anno 1118. quo Pontifice erant presbyteri Cardinales Viginti octo, Diaconi octodecim, Azor Epiſcopi ſex, Sabinus, Oſtienſis, Tuſculanus, Portuenſis, Pręneſtinus, Albanus, omnes quinquaginta duo. Conſultum tamen eſt, ne vltra ſeptuaginta duos, qui numerus diſcipulorum fuit, Cardinales ſint, vti multorum Authorum teſtimonijs Azor perſuadet. Rectè autem decreuit Sixtus V. vtè quatuor Ordinibus mendicantibus ſingulis ſinguli Cardinales creaentur.

Cardinalium creatio ſolius eſt Pontificis, Ita vt ne ſede quidem vacante Eccleſia Cardinalem poſſet eligere, nec vllum legimus vnquam, vel à generali Concilio electum fuiſſe. Pontificis electio ad Cardinales ſpectat; ita vt à duabus ex tribus partibus collatis ſuffragijs eligatur: nec paucioribus eligi poteſt. Quod ſi Papa multis annis ab Imperatoribus confirmari ſolitus fuit: id vitio temporum non iuri dandum, cum ad id nullum ius Imperatores habuerint. Debent autem eſſe præſentes Cardinales ad ſuffragandum: nec enim habetur ratio abſentium. Quæritur autem, vtrum in generali Concilio præter Cardinales poſſint alij admitti ad ſuffragium ex graui Eccleſiæ cauſa? Reſpondetur affirmatiuè, & ita accidit in Concil. Conſtantienſi, vbi electus fuit Ottho Columna dictus Martinus V. ex voto Cardinalium, & aliorum ad id electorum communi ſuffragio.

Nonnullæ hic quæſtiones ſunt. Prima, an teneantur Cardinales, qui Epiſcopi ſunt, & titulos, ſeu parochias habent, ad reſidentiam? Reſpondetur poſt Concilium Tridentinum, omnino teneri, niſi iuſtis de cauſis excu- Conc.Tr. ſentur, vti Concil. decreuit ſeſſ.23.c.

de

de Reformat. cum autem vniuerſalis Eccleſię adminiſtratio grauiſſima cauſa ſit, poſſunt à Papa Romæ detineri. Legimus tamen Leonem IV. Anaſtaſium Presbyterum S. Marcelli dignitate ſpoliaſſe, quod per quinquennium Eccleſiam ſuam deſeruiſſet. Secunda, vtrum teneantur lege non fruendi pluribus beneficijs. Reſpondetur negatiuè ob dignitatis præſtantiā, & communem rationem vtilitatis Eccleſiæ, cui adſunt, & conſulunt. Itaque poſſunt plura ſimul habere, & retinere, quæ habebant, antequam eligerentur. Ita cum multis Azor lib. 4. cap. 3. Tertia, vtrum poſſint cōdere teſtamentum, & quibus de bonis teſtari poſſint? Poſſunt quidem de bonis patrimonialibus teſtari, & labore ſuo acquiſitis, & quaſi caſtrenſibus: non autem de beneficialibus, niſi ex permiſſione Pontificis. Vtrum autem de bonis galeri interuentu acceptis? Ego cum Cardinali Albano q. 15. tr. de Cardinalib. affirmo; ſunt enim hæc quaſi bona caſtrēſia. Valebit autem teſtamentum Cardinalis, etſi coram duobus, vel tribus teſtibus tantum fiat more Canonico; imò & militum priuilegio teſtando gaudent. Nemo autem bigamus, aut illegitimus Cardinalis eſſe poteſt; vnde nec Antonius Roſſellus, nec Ioannes Lignanus viri inſignes litteratura, quod eſſent bigami, Cardinales eſſe potuerunt, & quidam ſpurius Cardinalis electus Eugenio IV. antequam galerum acciperet, obijt teſte Nicolao Vbaldo tr. de ſucceſſione 1. p. nu. 89. vbi refert Paulum Secundum, ſibi auditori tum Rotæ dixiſſe: illuſtre Cardinalium Collegium ab hac labe immune eſſe oportere.

Azor. Alb. Car. Vbald.

Priuilegia Cardinalium multa sūt; quidam numerant ducenta: pauciora puto eſſe, referam quædam illuſtriora. Primum, ſi cui Cardinali damnatus ad patibulum occurrerit, & ab eo veſte, vel pileo tegatur, liber euadebat. Secundum, à Cardinalium lata conſenſu ſententia non datur appellatio. Tertium, qui grauiter Cardinalem offendit habetur reus læſæ Maieſtatis. Quartum, Cardinalis creatus eo ipſo à patria poteſtate liberatur. Quintum, Cardinali aſſerenti ſe Romani Pontificis legatum extra Vrbem eſſe, credendum, idemque eſt, ſi quid viua voce à Papa demandatum ſit, eſſe affirmet. Sextum, Subiecti Cardinalibus non ſunt ſubiecti Iuriſdictioni Vicarij Generalis Pontificis in Vrbe Roma conſtituti. Septimum, Cardinali pauperi tenetur Pontifex ſubuenire. Octauum, Sunt Illuſtres, & Principes Eccleſiæ appellantur; quod Caluinus, & alij Hæretici ferre non poſſunt, ſed honori hoc & Gloriæ Chriſti Eccleſiæ tribuendū. Hæc ſummatim dicta; ſed opinor aptè pro re. Latius de Clericatu, & Cardinalatu in Claui de Eccleſia, & exactius, ac tempore agendum. Eò lectores remitto.

TRACTATVS VI.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

CAPVT PRIMVM.

Quid ſit, quale ſit, & quomodo ſit Matrimonium Sacramentum.

IN Matrimonio duo ſunt; contractus, & Sacramentum. Contractus eſt mutua corporum traditio ad vſum Generationis, quod quidem naturale eſt. Sacramentum eſt ratio ſacra addita cõtractui ſanctificans illum, & reddens ſignum ſenſibilis gratię, qua ratione appellat Paulus Sacramentum cap. 5 ad Ephel. *Sacramentum, hoc*, inquit, *magnum eſt, in Chriſto, & in Eccleſia*; quæ vnio Sacroſancta ſignificatur coniunctione Matrimoniali Maris, & fœminæ. Itaque Trid. seſſ. 14. can. 1. definit ſeptem Sacramenta eſſe, ac inter ea matrimonium; & dicit Anathema ei, qui Sacramentum eſſe negarit.

D. Paul

Concil. Trident.

Et quidem fuerunt hæretici antiqui, qui matrimonium rem turpem eſſe dixerunt, vti Simon Magus; imo matrimonij authorem Diabolum fecit Saturninus. Nuptias licitas negarunt alij à Bellarm. citati *lib. vnico de Sacramento Matrim. Controu.* 1. c. 1 Noui hæretici non negant eſſe licitũ, ſed Sacramentum eſſe inficiantur, apud eundem, & Henriquez *lib.* 11. *cap.* 1. & 2. Matrimonium dicitur, quaſi matris munium, ſeu munus: eo enim fit fœmina mater, & exercet munus matris. In ratione contractus definitur ſic: Eſt viri, & fœminæ coniunctio maritalis indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens; *cap. illud. de præſcr. & lege.* 1. *ff. de ritu nuptiar*; de quo vide Sanchez *lib.* 2. *d.* 1. Hoc modo inter infideles eſt licitus, & fuit in Paradiſo inſtitutus à Deo, eſtque de iure naturali ad procreãdam prolem, & educandam; ac omnino eſſe deberet in ſtatu innocentiæ, vbi cum hominum propagatio eſſet futura, neceſſe item erat marem, & fœminam ad generandum coniungi. Vnde ante peccatum dictum eſt eis *Creſcite, & multiplicamini* iuncta illa ſententia, *Relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit vxori ſuæ*. Illius ergo author Deus, non Adamus, vti docet D. Auguſtin. *lib.* 14. *de Ciuit. cap.* 21. *& ſeq. & lib.* 9. *de Geneſ. ad litter.* & latè oſtendit Sanchez *d.* 4. & Petr. Ledeſm. *q.* 42 *ar.* 2. & Gutierrez *cap.* 39 *num.* 5. Reginald. *lib* 31. *nu.* 9. imo & præceptor, adhuc in ſtatu innocentię, nam in eo eſſet vti diximus futurum; quod immerito Armeni ne-

Sim. Mag.

Saturnin. Bellarm.

Henriq

Sanchez

Auguſt.

Sanchez Gutier

Digitized by Google

ni negarunt, quod dicerent, in eo ſtatu ſine generatione aliqua homines eſſe multiplicandos, vti notat Henriquez *lib.11. de matrim. cap.1.* Quanquam Vaſquez inſtitutum eſſe dicat ſolo iure naturæ, citra diuinam voluntatem. *de matrim.d.1.cap.*20.atque id obſeruat Bonacina *q.2.p.2.*

Henriq
Vaſquez
Bonacina

Igitur eo diſtinguitur matrimoniũ Fideliũ,& Infideliũ;quòd horũ eſt cõtractus tantum naturalis:illorum verò vltra contractũ,Sacramentum ex Cõcil. Florent. in inſtruct. Armenorum. Subiectum vero contractus materiale eſt corpus vtriuſque coniugis Materia proxima, & forma,vtriuſque cõſenſus verbis expreſſus, Effectus copula, Finis generatio, & educatio prolis; ex illo contractu oritur debitum coniugum mutuum ex dominio alterius in alterum, quoad vſum corporis in ordine ad illum finem; De quo Paulus 5. ad Corint. 7.*Vir uxori debitum reddat, ſimiliter uxor viro;* ſubiuncta ratione *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir; ſimiliter autem, & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.* Notat vero Leſſius *lib.2.cap.3.dub.2 num.7.* hoc modo non eſſe propriè dominium,ſed ius vtendi,quod item probat Layman. Ego autem improbo, quòd illud ſit verum ius, & dominium, limitatum tamen, & reſtrictum ad illum vſum; non enim eſt neceſſe, vt ſit ſeruitus vnius erga alterum. Non omne quippe dominium eſt ſpecies ſeruitutis; quo argumento ducitur Leſſius, & Layman ad negandum, ne ſcilicet alter Coniux alterius mancipium eſſet. Eſt autem iſta coniunctio forma, & indiſſolubilis ex parte contractus; nam etſi alij poſſint diſſolui ex mutua voluntate contrahentium, iſte naturali ratione durat, nec ſolui poteſt, vti oſtendit Maſcard. *de probat. concl.* 102.*num.*5. & Reginald. *lib.*31. *nu.*3. & Sanchez *lib.* 2. *d.*23. quamquam non ſit de toto rigore iuris naturæ, cum multi ſterilitatis cauſa vxores reliquerint, & libellum repudij dederint, vti Cato, & Cicero alijque plerique ſapientes Romani, & Athenienſes iuxta Alciat.*leg.licet ff.de verb ſignif.* & Couarr. *in dec.2.p.cap.*7. *S.*4. *num.*1. Vnde apparet præcipuam firmitatem ſumi ex ratione Sacramenti ſupernaturali, vti docet D. Thom. *in 4.diſt* 3. *q.2. ar.* 1. & alij apud Gabriel à S. Vincent. *d.1.q.5.* Itaque rectè ait Sanchez *d.13.* habere aliquam inſolubilitatem de iure naturæ, ſed omnimodam ex ratione Sacramenti. Etſi Baſilius Ponce omnino velit lege naturæ indiſſolubile *lib.1.cap.* 12. & 13. quem cum alijs ſequitur Leand. *d.5.q.2.* Eſt autem matrimonium ratum,& conſummatum. Ratum fit per conſenſum, & traditionem mutuam corporum ante copulam; conſummatum verò cum accedit copula, & ſequitur vſus, ex quo fit generatio prolis, de quo poſtea *c.6.*

D.Paul. 5 ad Corin:
Leſſius
Layman
Maſcard
Reginald
ſanch
Alciat
Couarr
D.Thom.
Gabriel
Sanch
Baſil.Põc
Leand

11 Matrimonium igitur eſt Sacramẽtum proprium nouæ legis; ac proinde in lege naturæ, & Moyſis non dabat gratiam ex opere operato, vti docet Henriquez *lib* 11. *cap.* 1. & 8. Etſi enim eſſet inſtitutum à Deo, tanquam bonum naturale, non erat inſtitutum ad dandam gratiam, nec illius ſignum erat. Vocatur autem in vtraque lege interdum à nonnullis Patribus Sacramentum, quia erat figura futuri in lege gratiæ matrimonij. Ita D.Thomas *in 4.diſt.26. q.2.art.2.& 3.* Scotus *ibi.q.vnica. concluſ 4.* & probat Bellarm. *lib. 1. cap.5.* Eſſe autem Sacramentum conſtat ex locis Euangelij Matth.5.& 19. in quibus Chriſtus veteri matrimonio confirmato præcepit, vt duorum tantum coniugium eſſet, non plurium, & omnino inſolubile reddidit, quod certè ſine ope gratiæ eſſe non potuit, ſublata nimirum vxorum pluralitate, & repudio. Deinde traditur à Paulo loco ſuperiori ad Eph. 5. Vbi apparet matrimonii vinculum nexum eſſe cũ vnione Chriſti, & Eccleſiæ. 1. ad Corinth.7. vbi tradit eſſe inter fideles indiſſolubile, quod græcè vim ex altiſſima ratione ſignificandi continet; fuit autem à Chriſto inſtitutum primò,& partim facto in nuptijs Cana Galilææ Ioan. 2. Deinde ex integro verbis, & doctri-

Henriq
D.Thom
Scot
Bellarm
Matth. 5 & 19
D.Paul
Ioan 2

Match. & 19 Henriq

4 doctrina, Matth. 4. & 19. factum appellatur præſentia illa Chriſti nuptias conſecrantis, quemadmodum obſeruar Henriquez capite ſecundo.

Nauarr Rebell Can. Vaſquez Coninch Rodrig Sanchez Suarez Ledeſm. Gutier. Reginald Bonau

Habet autem Matrimonium, vti Sacramentum, ſuam materiam, & formam. Quęnam illa ſit variant Doctores. Nauarr. *cap.* 22. *num.* 20. & Rebell. *q.* 4. *num.* 12. aiunt materiam eſſe conſenſum: formam verba illum exprimentia. Alij contra cum Maiori verba eſſe materiam, conſenſum formam. Canus 8. *de locis cap.* 5. longius euectus putat materiam eſſe conſenſum verbis expreſſum, formam verba Sacerdotis. Vaſquez *d.* 3. *cap.* 3. Coninch *q.* 60. *ar.* 5. *num.* 29. contrahentes eſſe materiam, verba formam. Rodriguez *cap.* 206. Sanch. *lib.* 2. *d.* 5. Suarez *de Sacram. in gen. d.* 2. *ſect.* 1. P. Ledeſm. *q.* 42. *ar.* 1. *dub.* 4. Gutier. *cap.* 41. *num.* 1. Reginald. *lib.* 31. *num.* 42. Coninch *d.* 24. *dub.* 4. *num.* 33. Bonau. *q.* 2. *p.* 4. *num.* 4. affirmant traditionem corporum mutuam eſſe materiam: acceptationem formam; quam ſententiam ſequor, dummodo vtraque ſit ſenſibilis hoc eſt traditio expreſſa verbis vel ſignis externis, & acceptatio per eadem, quemadmodum dixi in Sacramentis in genere. Quo circa minus placet Nauarri, & Maioris ſententia, niſi forte velint conſenſus illis expreſſos ſigno ſenſibili eſſe. Certè opinatio inſolens eſt. Vaſquum ſcio ſentire cum Paludano, & cum his

Layman Baſil. Baun. Leand. Hurt

Laymanum, qui vult materiam eſſe ipſa corpora, formam eſſe verba conſentientium. Quibus accedit Baſil. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 12. & Baun. *q.* 2. *aſſer.* 5. & Leand. *d.* 4. *q.* 9. & Hurtado *d.* 3. *diffic.* 11. Sed non placet: primo, quia corpora ſunt materia circa quam, non materia ex qua. Secundo, quia ſine traditione corporum actuali fieri matrimonium poteſt, vti accidit in coniugio Beatæ Virginis cum S. Ioſepho, quod verum matrimonium fuiſſe Theologi cum Magiſt. *in* 4. *diſt.* 29. & 30. & cum D. Thom. 3. *p. q.* 29. *art.* 2. ex D. Auguſtino docent. Nec tamen incluſit traditionem corporum, imo tacitè excluſit, ſuppoſito

Magiſt D Thom D Auguſ.

Suar. Sanch.

voto Virginitatis, vti Suarez 3. *p. qu.* 29. *ar.* 2. *d.* 7. *ſect.* 1. & Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 28. Cur autem dicam *tacitè*, infra *cap.* 4. patebit. Tertiò, quia corpora non traduntur, niſi virtute conſenſuum, & in ijs ſit effectus conſenſus, & circa illa; ergo non ſunt materia ex qua, ſed circa quam: res enim ſupra quam contractus cadit non eſt pars contractus, ſed hic de corporibus ſit contractus, ergo corpora non ſunt de ratione illius. Cæterum, vt clarius, & accuratius iſta exponam.

Sanchez Suar. Ægyp. Coninch. Gabr. à S. Vincent. Sanchez

Quæſtio hæc aliter tractatur, & deciditur à Sanchez *lib.* 2. *de matrim. d.* 5. et Suar. 3. *p. tom.* 3. *d.* 2. *ſect.* 1. nempe. Quando ſolis verbis matrimonium fit, eandem nimirum eſſe materiam, & formam Sacramenti; nam verba, quæ inchoant matrimonium, et quibus ſe coniuges offerunt habent rationem materiæ; extrema verò, quibus ſe mutuò acceptant, habent rationem formæ; ac ita cenſeo cum Aegydio Coninch *diſp.* 24. *dub.* 3. et Gabriele à S. Vincent. *de Sacrament. Matrim d.* 2. *q.* 1. eique ſocios do, quos deſiderauit; Sanchez, et alios apud ipſum *diſ.* 5. *n.* 6. Miror que dicere Gabrielem ſe non inueniſſe huius, quam merito tenet, ſententiæ authorem, cũ manifeſtè ſit Suarii, et Coninch citati. Satis enim hac ratione ſaluatur materia, et forma Sacramenti matrimonij. Difficultas tamen eſt de Mutis, et Surdis. Dicendum quidem eos poſſe contrahere ſignis, ita vt ſigna oblata ſint materia, et accepta forma, vti de verbis diximus. Henriquez cap. 2. ait ipſammet taciturnitatem in Virgine honeſtiſſima, et pudorem in vultum erumpentem poſſe eſſe formam matrimonij; eo enim indicatur conſentientis voluntas. Sed hoc nimis acutum eſt, nec rem me iudice continet; eo enim argumento potius probatur reluctantis Virginis repugnantia, quàm voluntas; ille quippe pudor, et taciturnitas videtur indicare cogi ſe ad nuptias, non ſponte venire. Quomodo autem inter abſentes fiat matrimonium per

suarius Coninch. Henriq

veram

Digitized by Google

veram materiam, et formam, magis dubium eſt. Reſpondeo tamen materiam eſſe oblationem conſenſus expreſſum per verba, vel litteras, & acceptationem eſſe formam, ſed in virtute ſemper conſenſus, qui ſupponitur moraliter præſens; quod ſi deſit iſte, tunc nihil verba operantur, cum deſit eorum anima, quæ eſt ſignificatio, & ita nos cum Henriquez, & alijs quos adducit c.2.

Henriq. Bellarm: Petr. sot. Layman

Sententia hic eſt Bellarmini *lib.1. cap.1.* & Petri Soto *lect. 4. de matrim.* quos ſequitur Layman c.2. Sacramentum matrimonij ſimile eſſe Euchariſtiæ in eo, quod maneat in facto eſſe, ſemper enim durat poſtquam contractum eſt. Et quidem ex parte aſſentior; video tamen differentiam quia Sacramentum Euchariſtię non conſtat verbis, ſed fit verbis, neque verba materia ſunt, aut forma, ſed efficiens. At verò verba in matrimonio, & efficiunt, & formant, & ſunt materia, & forma Sacramenti. Deinde illa verba tranſeunt conſecratà Euchariſtià, & materia circa quam panis, definit. At conſenſus manet in Coniugatis, & vinculum illius: Corpora etiam manent, quę ſunt materia circa quam. Diſſentio autem ab ijs prorſus in eo, quod volunt deducere, corpora eſſe materiam Sacramenti; ex eo quod maneat Sacramentum in facto eſſe, quia ratio Sacramenti manet in conſenſu, & vinculo coniugij; itaque non eſt neceſſe, vt Sacramentum Matrimonij perſeueret in facto eſſe, quod corpora ſint vera materia, ſed ſatis eſt, vt maneant conſenſus dati, & vinculum, et actus externi confirmantes conſenſus, vt ſit Sacramentum in facto eſſe.

sot. sanchez Suarez Rodrig. gutierez Reginald Coninch. Layman Henriq.

Supereſt quæſtio de Miniſtro. Communis doctrina eſt ipſos contrahentes miniſtros eſſe; ita Sotus *in 4. diſt. 26. q.2. art.3.* Sanchez *lib.2. diſp.6.* & Suarez *tom.1. de Sacram. d.26. ſect.1.* Rodrig. *1. p. c.216.* Gutier. *cap.41. num.2* Reginald. *lib. 31. num.52.* Coninch *d.24. dub.3.* Layman *tract.10. cap.2.* & optimè probat Henriquez *c.2.* Ratio autem capitalis eſt, quia ille miniſter eſt Sacramenti, qui ponit formam; hanc autem ſicuti proximè diximus cum materia ponunt contrahentes, ergo ij ſunt miniſtri, nam contrahendo conficiunt Sacramentum poſita materia, & forma ex inſtituto Chriſti. Et apparet euidenter ex eo, quod ante Concilium Tridentinum non erat Sacerdos coniungens, & tamen erat Sacramentum, vnde ſequitur etiam poſt Concilium, ſiue Parochus velit, ſiue nolit, coniugatos, quibus aſſiſtit, iungere, dummodo ipſi velint eo præſente matrimonium tenere, vti aduertit Henriquez c.2. Itaque Miniſtri ſoli contrahentes, & olim fuerūt, & modo ſunt. Parochus eſt tantum aſſiſtens pro decoro Sacramenti, & vt contractus rectè, ac ex inſtituto fiat iuxta decretum Concilij Tridentini, de quo ſuo loco. Hae de re Bonacina eruditè *q.2. p.4.*

Conc.Tr. Henriq. Conc.Tr. Bonac.

CAPVT II.

De Matrimonio infidelium, & clandeſtino.

D.Paulus

D. Paulus decreuit 1. ad Corint. 7. vt ſi quis ex duobus infidelibus coniugatis conuerteretur ad fidem altero non conuerſo, ſed volente cū eo habitare, & viuere, matrimonium ne ſolueretur. Verum id in primitiua Eccleſia fieri decuit; poſtea verò inualeſcente fide noluit eâ permiſſione vti Eccleſia, ſed iuſſit ſeparari fidelem ab infideli; quod hodie teſte Rebello *lib. 3. de matrim. q.10. ſect.1.* fieri Romæ videmus, vt ſi vnus ex Hebræis fidem Chriſti ſuſcipit: dentur alteri ad deliberandum quadraginta dies, ſi nolit venire ad fidem, maneat in Iudaiſmo, & diuortium fiat.

Rebellus.

Quęſtio tamen eſt, Vtrum facto diuortio eo ipſo matrimonium diſſoluatur? Reſpondetur negatiuè cum Sanchez *lib. 7. d.71. cap. 8. num.4.* & Na-

sanchez

Nauarr Nauarro *lib.3.Conſiliorum conſil.* 1. *de Conuerſione Infidelium*. Et probarur *C. gaudemus* de diuortijs, vbi habetur; *ſi marito ad fidem conuerſo, vxor poſtea conuertatur poteſt cogere maritum, qui ad alias nuptias non tranſierat, ad continuandum matrimonium*. Vnde patet non eſſe matrimonium diſſolutum per diuortium, cum ſit maritus eogendus ad cohabitandum.

In quo caſu autem matrimonium diſſoluatur per translationē vnius ad fidem accuratè tractandum: Primo, cum coniux infidelis non vult habitare cum fideli, vel ita vult habitare, vt ſit cum periculo fidei, tunc licet fideli ad alias nuptias tranſire, & omnino ſoluitur matrimonium primum: Innocent Layman. Bonac. Rebell. Sanchez ita expreſsè Innocentius III. *cap. 4. de diuortijs*, affert Layman *cap.3.* & Bonacina *q.3.p.7.* cum Rebello, Sanch. & alijs quos citant. Secundo, quando Coniux infidelis vult habitare ſine periculo fidei cum fideli, probabile eſt diſſolui matrimonium, & poſſe fidelem alias nuptias celebrare. Non minus item probabile eſt matrimonium non diſſolui, & teneri cum primo Coniuge habitare. Hoc poſtremum mihi videtur probabilius con- Sanchez Layman Bonacin. tra Sanchez *d.74.num.9.* & Layman *cap.2.* & Bonacinam *c.3.p.7.* Præſertim ſi ex illo matrimonio ſuſcepti ſint liberi; nec enim tunc fit iniuria coniugi fideli, & naturalis ratio valet pro matrimonio, nec illud ratione fauoris, & Priuilegij in gratiam fidei conceſſi diſſoluendum videtur, & ita Na- Nauarr Valent. Toletus. D. Thom. Sanchez uarr. *cap.22.num.49.* & Valentia *tom. 4. diſput.10.qu.1.puncto* 7. & Toletus *lib.7.cap.7.* cum D. Thoma *in 4.diſput. 39 quæſt. vnica ar.5.* & pleriſque citatis à Sanchez 1.7.*d.74.num.* 9. qui eam deſerens dicit valde probabilem. Tertiò. Inito inter Coniuges fideles matrimonio, altero in Apoſtaſiam lapſo, ijſque ob id ſeparatis nō licet innocenti aliud matrimonium contrahere. Ita definitur cap.4.de Diuortijs. Ratio eſt, quia matrimonium inter fideles contractum eſt omnino indiſſolubile, propter rationem Sacramenti. Quartò. Si vxor infidelis marito ad fidem conuerſo alteri nupſit, & prior ad infidelitatem reuertatur, reſtituenda illi eſt vxor ſua; ſi aliam, cum eſt conuerſus, non duxit. Ea ratione, quia prius matrimonium, dum maritus fidelis vxorem nō duxerat perſeuerabat, atq; adeo vxor alteri nubere non poterat, poteſt tamen in hoc caſu diſpenſari, cum illud matrimonium Sacramentum non eſſet, ſed tantum contractus naturalis. Sanchez Ita Sanchez *lib.7.diſp.75.* Quintò. Si vxor infidelis ſeparata à marito conuerſo ad fidem, cum alio interim fornicetur, & eadem poſtea conuertatur ad fidem, poteſt repelli à marito, ſed matrimonium non diſſoluitur. Ita Abulenſ. Abulenſ. *lib.1: Regum cap. 8.q.55.* & habetur *cap gaudemus de diuortijs*; & Sanchez docet Sanchez *lib.7.d.75.* Sextò. Vxor infidelis, ſi conuerſo marito ad alias nuptias tranſeat, & poſtea conuertatur, debet relicto poſteriore coniuge primo reſtitui, niſi Papa diſpenſet. Nauarr. Authore Nauarro *lib.3.Conſiliorum conſilio 3.de conuerſione Coniugum editione* 2. Nititur autem theſis ea ratione, quod matrimonium fidelis cum infideli non eſt vetitum iure naturæ, Authore Sanchez *d.71.num.7* & Gu- Sanchez Guttier Coninch Filiuc tierez *cap.104.num.1.* & Coninch *diſ. 31.num.41.* & Filiuc. *tract.10 cap.7. num.126.* atque adeo cadit ſub diſpenſationem Papæ; proindeque in eo ſoluendo, & diſſoluendo habere locum poteſt iuſta diſpenſatio, cum non violetur ius naturale, nec Diuinum; ſed tantum exponatur, vt diſpenſetur. Septimo. Coniuges Infideles ad fidem conuerſi, et baptizati, efficiunt eo ipſo matrimonium firmum, et indiſſolubile; ita communiter Doctores, Bellarminus *lib. 1. cap.* Bellarm Henriq. Sanchez 5. Henriquez *lib. 11. cap.8.* Sanchez *lib.2.diſp.9.* Ratio eſt, quia illud matrimonium tranſit in Sacramentum. Quæſtio tamen eſt inter Authores, vtrum opus ſit aliquo ſigno de nouo matrimonium confirmante? Communiter ſentiunt Authores nouo ſigno opus eſſe, eoſque ſequitur Layman, Layman Bellarm. Henriq cum Bellarmino, et Henriquez citatis, optimo argumento vſi, quia niſi

ma-

Digitized by Google

matrimonium de nouo confirmetur non tranſit in Sacramentum; poteſt enim aliquis baptizari cum voluntate diſcedendi à Coniuge ex diſpenſatione Pontificis. Sanchez tamen contrarium ſentit, et nouo ſigno opus eſſe negat, atque adeo eo ipſo, inquit, quod baptizantur, matrimonium more Chriſtiano confirmatur, et tranſit in Sacramentum, quæ ſententia mihi probatur; nam ſuſcepto baptiſmo Chriſtianam legem volunt implere; ac proinde in eo ſtatu matrimonij Chriſtianè viuere, fiuntque ſubditi Eccleſiæ; & illud matrimonium exinde ſignificat vnionem Chriſti, cum ſua Eccleſia, & tranſit in Sacramentum. Obiectio autem nil obſtat, quia non eſt ſermo de voluntate poſitiua, qua quis deſtruat contractum requiſitum ad matrimonium, ſed ſupponendo manere voluntatem perſeuerandi in eo matrimonio. Octauo: Matrimonium contractum inter infideles cum impedimento iure Eccleſiaſtico appoſito poſt eorum ad fidem conuerſionem ratum, ac verum erit: quia illud impedimentum vitare non tenebantur, cum non eſſent ſubditi Eccleſiæ, ſi autem impedimentum fuit iuris naturalis, tunc nullum erit matrimonium, vt ſi quis duxit vxorē, ſororem, aut filiam, vti patet. Cætera pete à Sanchez *lib. 2. d. 9. & lib. 7. diſp. 71. & ſequent.* Sanchez

De matrimonio Clandeſtino antequam theſes proponam aduerto, illud eſſe Clandeſtinum, quod à ſolis contrahentibus occultè ſine vllis teſtibus & ſolemnitatibus celebratur. Priſco iure validum erat; nec enim aut naturali, aut Diuino iuri repugnat. Vetitum tamen fuit ab Eccleſia ob iuſtas rationes, teſte D. Thoma *in 4. d. 28. q. vnica art. 3. ad 3.* Vnde Baſil. *lib. 5. cap. d. num. 2.* ait *primis Eccleſiæ temporibus nullatenus valuiſſe*. Apud infideles autem nullo modo vetitum eſt. Annullauit autem iſta matrimonia clandeſtina Concil. Tridentin. *ſeſſ. 24. cap. 1. de Refor.* vti notum eſt. An potuerit facere, & iuſtè facere, & iuſtè fecerit negant hæretici. Potuiſſe, & Licuiſſe ex eo conſtat, quia illa mutario non eſt facta immediatè in Sacramento; ſed in contractu, fecitque vt eſſet ſolemnis, & publicus, & aliter non valeret; ac proinde ſubtraxit materiam, vnde deſtructo contractu non eſt locus Sacramento, ſic Doctores noſtri reſpondent, apud Sanchez *lib. 3. d. 4.* vbi veritatem hanc catholicam dicit, eamque accuratè probat, quem ſecutus Gabriel Carmelita d. 3. q. 87. & ſummo quidem iure illud à Tridētino factum propter multa, quę ex eo matrimonio clanculario oriebantur vitanda incommoda, quæ facile cuiuis prudenti occurrent. Decreuit ergo, vt nullum matrimonium valeret, *niſi* quod celebraretur pręſente Parocho, vel alio ex eius licentia, & duobus, vel tribus teſtibus; hac in re ſunt quæſtiones.

D. Thom. Baſil. Pon Concil. Trident. San chez Gab. Car

Prima, qui ſit Parochus? Nomine Parochi venit Paſtor proprius, Sacerdos, & non Sacerdos. ſufficit autem, vt Parochus ſit, qui vnius ſaltem contrahentium Paſtor ſit. Dubitabis hic, an Parochus contrahentium reſidens in aliena Parochia, & aſſiſtens in ea Matrimoniū validū illud reddat, v. g. ſi fæmina Viterbienſis Romam veniat, & hic nubat corā Parocho teneat matrimonium. Reſpondentur, affirmatiuè cū Sanchez *l. 3. d. 19. n. 11.* & Gabriele Carmelita *d. 3. q. 8.* quia lex correctoria late interpretanda eſt. Addit Layman Matrimonium valere, ſed Parochum peccare. Ego diſtinguerem, ſi ille ſolemnitèr aſſiſtat; peccaturum; ſecus autem ſi priuatim; nihil enim vſurpat iuriſdictionis; ſed tantum facit actum Parochi à Concilio permiſſum. Vnde ſi vere Parochus eſt, ex aſſiſtentia præcisè non peccat, quod autem Parochus ſit, ex eo patet, quod adeſſe poteſt matrimonio; & ita poſtea comperi tenere Sanchez *lib. 3. diſp. 19.*

Sanch et Gab. Car. Layman.

Dubitabis iterum quis ſit Parochus vagorum? Reſpondetur, eum qui ſit loci eius, in quo inueniuntur. Itaque valebit matrimonium; diligens ta-

Sanchez

Sanchez Coninch Gutteir. Gab. Car. Layman:

men inquiſitio præmittenda, & licentia Ordinarij obtinenda eſt, authore Sanchez *lib.3.d.25.* & Coninch *d. 27. dub. 2.* & Guttier *cap 95.* & Henriq. *lib. 11. cap. 3.* & Gabriel Carmelita *diſ. 3. q. 8.* & Layman, vt licitum ſit aſſiſtere tali matrimonio; & habetur expreſsè in Tridentino *ſeſſ.24. de matrimon. cap. 7.* producta eius rei idonea ratione.

Conc. Tr.

5. Quæſtio ſecunda. Vtrum Parochus non Sacerdos poſſit aſſiſtere matrimonio, & dare licentiam aſſiſtendi? Reſpondetur: poſſe per ſe aſſiſtere, & dare licentiam alteri, qui Sacerdos ſit, ſi autem non ſit Sacerdos non poſſe illi aſſiſtendi licentiam dare; ita Nauarr. *lib.4. Conſiliorum Conſil. 6. & 9.* de Clandeſtinis diſpenſationibus; & Henriquez *lib.11. cap.3. num.3.* ex verbis Concilii Tridentini dicentis, *præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi licentia*. Neque hinc ſumas occaſionem dicendi Parochum eſſe Sacerdotem eſſe debere; nam hac in parte Concilium locutum eſt more vulgari ſupponendo Parochum eſſe Sacerdotem, vti plerumque fit; quare noluit ordinario loquendi modo excludere Parochum non Sacerdotem. Verum quando dixit *alio Sacerdote de Parochi licentia* intellexit verum Sacerdotem, nam commiſſio non poteſt fieri ei, qui Sacerdos non ſit; itaque ſecundo loco proprie Sacerdos intelligitur; ac ita rem exponit Sanchez *d.20. num 3.* & confirmatur exemplo capitis; *Omnis* de pœnitentia, & remiſſ. vbi requiritur licentia Sacerdotis proprij, vt quis alij Sacerdoti confiteri poſſit; nomine autem Sacerdotis proprij ſignificatur etiam Parochus non Sacerdos ex cõmuni ſententia, de qua videndus eſt Soto *in 4. diſt. 18. q.4. art. 5.* & ſic tradit in ſimili Suarez *tom. 3. diſp. 72. ſect. 2. in 3. p.*

Nauarr. Henriq. Concil Trident Sanchez Soto: Suarez

Tertia: Vtrum interdictus, ſuſpenſus, & excommunicatus etiam non toleratus aſſiſtere matrimonio, & dare licentiam aſſiſtendi poſſit? Reſpondeo, aſſiſtere quidem eos omnes poſſe, dummodo non ſint depoſiti, dare autem licentiam ſolos toleratos poſſe. Ita quoad primam partem Henriquez *cap.3. num.4. & 5.* & Sanchez *lib.3. diſp.21. num.4.* Et quoad ſecundum Coninch *diſp.27. dub.7. concluſ.8.* quia dare hanc licentiam eſt veluti actus iuriſdictionis, & ita cum eo ſen. Layman *tract.10. p. 2. cap.4.* qui notat poſſe quidem Parochum toleratum dare licentiam non tolerato ad aſſiſtendum, cum aſſiſtere non ſit iuriſdictionis actus; vti obſeruat Sanchez *libro 3.* & Henriquez *lib. 11. cap. 3.* & Bonacina *q 2. p. 8.*

Henriq Sanchez. Coninch layman Sanchez. Henriq Bonacin.

Quarta: vtrum Parochus coactus per vim, & dolum aſſiſtere matrimonio ſatis ſit ad valorem illius? Reſpondetur affirmatiuè cum communi ſententia, nam vt ſit voluntarius, vel coactus nihil ponit, nec tollit de præſentia; dummodo autem ille præſens ſit, nihil amplius requiritur: non licebit tamen eum, vel deceptum, vel inuitũ ſine cauſa cogere, authore Coninch *diſputatione 27. dubio 4. in fine*; & Layman *capite 4.* & Sanchez *diſputatione 39.*

Coninch Layman sanchez

De teſtibus conſtat eos omnes fore idoneos, qui capaces rationis ſunt, ſiue viri, ſiue fœminæ, ſiue puberes, ſiue impuberes, ſiue ſerui, ſiue liberi, ſiue honeſti, ſiue infames, iuxta Henriquez *capite 3.* & Sanchez *diſ.41.* & Coninch *dub.4.* Eoſque ſatis eſſe ad probandum matrimonij ex præſentia teſtium valorem.

Henriq sanchez Coninch

Poſt huiuſmodi quæſtiones notandum primo cenſere quoſdam: Catholicos inter hæreticos viuentes, vbi nec promulgatum, nec receptum Concilium Tridentinum fuit, non teneri ad has leges matrimonij. V.G. in Saxonia, vel Anglia; atque adeo matrimonium coram prædicante celebratum valere, ita ex Bellarmino reſpondet Chapeauill. *c 6. q. 15.* & placet Laymanno, & Sanchez *lib. 3. d. 17.* & Gabrieli Excalceato Carmelitæ *diſ. 3. q. 7* Et ratio ipſa videtur ſuadere. Notãdum ſecundo ex mente aliorum Catholicos, qui mixti Hæretici viuunt, V.G. Auguſtæ, & ibi habent Epiſcopum, vel Parochum non teneri coram

Bellarm. Chapeau. Layman sanchez Gabriel Carmel. Excalc:

ijs

Digitized by Google

ijs matrimonium contrahere, nec eam fuiſſe Concilij intentionem. Tradit Layman hoc Layman, probabiliter, & ita fieri in Anglia vidi, vbi ego contrahentibus adfui. Azor Scrar. Patronos habent Azor *to. 1.lib.8.cap.11.quæſt.5.* Scrarium *de coniugio hæreticis cum Catholicis* Becanus Becanum *in 2.2.cap.9.quæſt.5.dub.4.reſponſ.3.*

Notandum tertio de ſentẽtia aliorum Sacerdotem Catholicum poſſe aſſiſtere matrimonio Hæreticorum, quos habet in ſua Parochia, nam ex communicatio nõ eſt vetita, cum poſt Conſtant. Concilium Conſtanticnſe, Hęretici nec in ſacris, nec in politicis vitandi ſint, niſi ſint nominatim denuntiati; Baſilèenſ. Nauarr nec id reuocatum eſt per Baſileenſe, vti docent Nauarrus *in manual. c.27.* Suar *n.35.* & Suarez *de cenſuris d.9.ſ.2.n.5.* & confirmatur ex concordatis Leonis Layman X. cum Gallis, & ita refert Layman *lib.1.tr.5.p.1.c.4.* quare hæc ſententia tuta eſt eſſe videtur, & valde notanda ijs, qui inter hæreticos verſantur ad ſcrupulos tollendos, cui ego cum eſſem in Anglia multos acquieſcentes vidi. Baſil. Põc Hurtado Leand Largius in hac materia procedunt Baſil. *l.5.c.9.* & Hurt. *d.5. diffic. 5.* & Leander *d.7.q.11.* qui aiunt in locis vbi non viget Concilium Tridentinum, etiam Catholicos commorantes vbi viget, ſi eo transferante domicilium non teneri lege Tridentina.

CAPVT III.

De Matrimonio coacto, & ſimulato.

MAtrimonium cum conſenſu nitatur, coactum eſſe nequit; quomodo autem ſit coactum videamus. Coactio vel eſt clara, vel occulta. Clara fit vel vi, vel metu. Occulta fit vel reuerentia, vel importunitate. De vtroque genere dicendũ. Prima concluſio ſit. Matrimonium factum ex graui metu iniuſtè incuſſo, & directè ordinato ad illud extorquẽdum iure Ecclæſiaſtico irritum eſt; quantumuis iuratum ſit. Ita ſumitur ex cap. *Veniens*; & cap. *cum locum*, & cap. *Conſultationi*, de ſponſalibus c.4. *de eo, qui duxit*, & eſt communis doctrina tradita à S.Thoma *in 4.diſt.29.* D.Thom. *q.vnica art.3.* & alijs citatis à Recentioribus; præcipuè Sanchez *lib.4.diſt.* Sanch *12.13.& 20.q.3.n.12.* In quo aduertendum eſt diſcrimen inter contractũ matrimonij, & cæteros contractus; quia cæteri, quamuis metu graui facti, non ſunt initio irriti, ſed poſtea reſcindi poſſunt, cum ſint ſua natura ſolubiles; at vero matrimonium ſemel contractum præſertim poſt conſummationem reſcindi non poteſt, ac proinde neceſſe eſt, vt in principio Sanch nullitas ſpectetur, & ita docet Sanchez *lib.4.d.15.n.6.* duo autem requiruntur, vt coactum ſit matrimonium. Primum: vt metus ſit grauis, & iniuſtus. Secundum: vt ſit cauſa voluntatis extortæ. Ratio eſt, quia leuis metus in iure pro metu non reputatur. Leg. *nec timorem ff. De eo, quod metus cauſa.* Vnde ſolus qui cadat in conſtantem virum metus æſtimatur. Cap. *cum veniens*, & cap. *cum locum.* Deinde aduerto, quod ſi ſtuprator Virginis cogitur à Iudice ad illam ducendam in pœnam ſtupri, tenet matrimonium, quod metus ſit iuſtus. Pro ſecundo, quod aduertimus, illud adducitur, ſi Iudex in pœnam homicidij, aut furti facti contra alienam perſonam velit cogere homicidam, aut furem, ad contrahendum matrimoniũ cum aliqua fœmina, cui ſatisfactio nõ debeatur, irritum tale matrimonium fore. Ita Rebellus *lib.2. de matrim.* Rebellus Sanch Coninch *q.11.ſ.2.* Sanchez *lib.4.diſp.12.* & Coninch *d.28.dub.1.* Et ratio eſt, quia cauſa illius metus non eſt connexa cum effectu matrimonij. Ex quo apparet opus eſſe, vt metus ſit incuſſus directe ad extorquendum conſenſum nam aliter erit matrimonium certum, & validum; quomodo enim redderetur inualidum, ſi metus non ſit cauſa conſenſus? A quocunque autem metus incutiatur ad extorquendum matrimonium reddit illud inualidum.

Quæres. Si vir contrahens, metum
inferat fœminæ ad eam cogendam
ad matrimonium, & hæc conſentiat
propter metum, vtrum ſaltem iſte cō-
ſenſus mutuus ſufficiat ad rationem
contractus ſponſalitij, ita vt ius com-
petat fœminę innocenti ad virum po-
ſtea obligandum ad ſeruandum pro-
miſſum, ſi is ſtare præterito conſen-
Nauarr ſui nolit? Vtraque pars probabilis,
affirmantem ſequitur Nauarrus *c.22.*
Ægyd *n.33.& ſ.1.* & Coninch *d.28.dub.1.n.*
7. cum quibus ait Layman ſentire
Henriq. Henriquez *cap.10.l.11.* in quo ſanè lo-
co non ita ſentit. Negantem tenet
Sanch Sanchez *lib.4.diſp.15.num.5.* cum ipſo
Layman & Layman ſentit *tract.10.par.2.cap.5.*
His accedo, quia ille contractus eſt
omnino irritus, & ſi ex vna parte ſit
verus conſenſus; ac proinde non po-
teſt poſtea deficiente conſenſu alte-
rius reualidari. Si enim principio ir-
ritus fuit, quia conſenſus fœminæ de-
fuit ob cauſam metus, quomodo po-
ſtea reualidabitur, quando deeſt con-
ſenſus viri? non autem poteſt ex vir-
tute præteriti conſenſus dati obliga-
tio, cum ex defectu cōſenſus fœminæ
nihil ad contractum valuerit. Vnde
ex vi poſterioris non poterit reuale-
ſcere, cum deſit conſenſus viri.

De metu autem reuerentiali, & im-
portunis precibus controuerſia eſt,
an propter has duas cauſas Matrimo-
nium irritetur? Eſt autem metus reue-
rentialis, qui ex præcepto, aut perſua-
ſione Patris, vel Principis, vel ſupe-
rioris naſcitur in perſona cōtrahente?
Pars affirmatiua multorum eſt cum
Rodriq Rodriguez *to.2.ſumma cap.8.concl.10.*
Nauarr & Nauarro *lib.1.conſil.9. & 10. de his*
quæ vi, metuſue cauſa d. & in manuali
c.21.n.41. & Menoch. *l.1.conſil. n.491.*
Ioan. de Caſtil. *6.l.3.c.1.* & Leand. *diſ.*
16.q.14. quia putant illum metum
eſſe ſpeciem metus grauis. Eadem
ratio videtur de precibus importunis
ſunt quippe inſtar metus. Negant ta-
sanchez men irritum eſſe Sanchez *l.4.d.6.q.1.*
num.7. qui citat pro ſe 72. authores, &
Leſſius Leſſius *lib.2.c.17.n.45.* & Coninch *diſ.*
Coninch *28.dub.2.* & Bonac. *q.3.de imped.p.8. n.*
Bonacina *6.* quia metus hic reuerentialis, & im-
portunitatis precum nō afferunt gra-
uem metum, ac proinde relinquunt li-
berum conſenſum. Ego vero dico
præciſè ex ratione reuerentiæ, & pre-
cum non oriri per ſe metum grauem;
poſſe tamen per accidens oriri, vel
quando tanta eſt reuerentia Virginis
erga Patrem, vel tutorem, vt non au-
deat repugnare: vel quando importu-
nitas eſt coniuncta cum imperio, vti
eſt in precibus Principum: tunc enim
æquipollent metui graui, & irritabunt
matrimonium, & ita prudenter iudi-
cat Henriquez *l.11.c.9.* nec ego du- Henriq
bito citatos authores aliter non ſen-
tire, & ſatis opinor ſignificat San- sanchez
chez.

Si autem penſatis circumſtantijs
non appareat: vtrum metus ſit grauis
& res maneat dubia, tunc pro valore
matrimonij ſtandum eſt, quia fauen-
dum eſt ſacramento argumento capi-
tis *licet* ſecundo de teſtibus, vbi ſic,
tolerabilius eſt aliquos contra ſtatuta
hominum dimittere copulatos, quam cō-
iunctos legitime contra ſtatuta Domini
ſeparari. Accedit ratio petita ex vti-
litate matrimonij ad Reipublicę con-
ſeruationem, & præſumptionem, quæ
ſtat pro valore Sacramenti. Itaque Nauarr.
grauiter Nauarrus *lib.3 conſiliorum*
conſil. vltimo n.1. de Conuerſat. Coniug.
dixit. *Tutius eſſe in dubio credere*
matrimonij valorem.

Quod attinet ad matrimonium ſimu-
latum. Qui fictè conſentit irritum
omni iure facit matrimonium. Ita c.
tua nos de ſponſalibus. Nam ſine vero
conſenſu, quia eſt de eſſentia Sacra-
menti non poteſt validum matrimo-
nium fieri. cap. *ſufficiat* 27.q.2. & cap.
cum locum de ſponſalibus; quod ſi in
alijs Sacramentis intētio ſuppleri ne-
quit ab Eccleſia, & ſine illa Sacramē-
ta non tenent, à fortiori in matrimo-
nio ex defectu conſenſus, qui illius eſt
anima, ipſum matrimonium non vale- sanchez
bit; imo Sanchez l.2. *d.26.* & Baſilius Baſilius
donec *l.2.c.3.* aiunt ne Deum quidem
ſtatuere poſſe ſine conſenſu contra-
hentium, quod addo Henriquez *c.11.* Henriq
ita ſentienti, cum quo tamen aduerto
ſi vnus Coniux dicat ſe non conſenſiſ-

ſe,

Digitized by Google

ſe, non illi credendum eſſe, ſicut olim credebatur accedente iuramento. Sed poſt Tridentinum, cum ſit coram Parocho, & teſtibus expreſſus cõſenſus, non eſt credendum, nec alter tenetur credere neganti: nam Eccleſia pro valore matrimonij præſumit, quod ſi nõ poſſit vxor probare valorem tuta conſcientia libera erit, & alteri nubere poterit. Sic Henriquez cum pluribus *lib.*11.*c.*11. quomodo autem, & quatenus ſit credendum coniugibus negantibus pręſtitum conſenſum diſtincte tradit Sanchez *l.*2.45. Notabile autem hic eſt, quando matrimonium ex ſolo defectu conſenſus eſt nullum, validari poſtea ſolo conſenſu accedẽte eius, qui ſimulauit, dummodo alter coniux conſenſum retineat. Ita Sanchez *lib,*2. *diſ.*32. quem ſequitur Layman *c.6.*

Henriq
ſanchez
ſanchez
Layman

Deceptor, qui ſimulanit ſe conſentire grauiſſimè peccat tum ſacrilegio contra reuerentiam Sacramenti, tum iniuſtitia ob iniuriam illatam coniugi innocenti, qnam ſarcire tenetur renouando matrimonium, & dando conſenſum, ſic docet Ledeſma *q.*45.*ar* 4. *dub.*2. & Petr. Soto *lect.*3. *de matrimon.* Baſil. *l.*2, *c.*5. Leand. *d.*6. *q.* 18. Si autem ille non expectata Iudicis ſententia ad alias nuptias tranſeat, & ob id ab Eccleſia excommunicetur, & cogatur redire ad vxorem putatitiam, debet tunc cohabitare in externo foro cum vxore putatitia, ſed non debet ea vti, nec ei debitum reddere, cum vxor ſua non ſit propter defectum conſenſus; authore Layman *c.6.* ex Ledeſma, & *D.* Thoma; conſtatque ratione, nam in foro interno tenetur alteri vere vxori, in externo tenetur cum altera putatitia habitare.

Layman
Ledeſma
D. Thom

Nota primo, fœminam dubitãtem de morte mariti, & durante dubio alteri nubentem, ſi poſtea ſciat mortuũ eſſe (quando conſentit) maritum, validum facere matrimonium. Cætera dabit Gabriel Carmel. Excalceat. *d.*3. *qu.*11.

Gabr.

Nota ſecundo ex Henriquez. Qui ita dubitat de conſenſu, vt determinare non poſſit, an verum conſenſum dederit, cum liberum ſe exiſtimare poſſe, in conſcientia ab onere matrimonij, ſicut & ab onere dubij nati, vnde ſi cum alia contraxerit validè contrahet. Ego tamen adderem, niſi conſumaſſet cum priori; nam illa conſumatio ex ſe infert conſenſum:

Henriq

Tertio; quæ nupſit hæretico, qui negat matrimonium Sacramentum eſſe, valide nubit; quia error priuatus hæretici, qui conſenſit matrimonio, nihil detrahit naturæ, & inſolubilitati matrimonij. Ita Gabriel tenetur dicere, qni ait *diſp.*3. *q.*1. matrimonium prout eſt Sacramentum poni poſſe ſine contrahentium conſenſu. Contraria tamen ſententia eſt probabilis, eamque affirmat Sanchez *l.*2. *d.*10. *n.*6 ſed mihi magis probatur oppoſita, cũ præſertim idem Sanchez ibi dicat: ſi ex errore quis non intenderet Sacramentum facere, valere matrimonium, modo velit facere quod facit Eccleſia.

Gabriel
ſanchez

Quarto, quamdiu dubium erit de matrimonij validitate, non licet reddere debitum coniugi exigenti, niſi depoſita cauſa dubij; loquimur autem de dubio formali practico cum Sanchez *l.*2. *d.*41. *n.*6.

Vltimo: hac in materia obſeruandum, vt verba, quibus exprimitur cõſenſus clara ſint, & perſpicua, nulla ambiguitate relicta, & quę pręſentem efficiant conſenſum, minimè pendentem in futurum, ne pro matrimonio fiant ſponſalia. Idem dicendum de ſignis, quando verba ſupplebunt, nam per ea matrimonium fieri conſtat etiã in ijs, qui loqui poſſunt, vti cum pluribus tradit Sanchez *libro* 2. *quæſtione* 31.

Digitized by Google

CAPVT IV.

De Matrimonio conditionali.

MAtrimonium conditionale eſt illud, quod abſolutis verbis non fit, ſed interpoſita conditione; hæc autem vel eſt de præterito, vel eſt de futuro, vel de præſenti; de præterito, vt ſi quis dicat; duco te ſi Pater tuus iam eſt mortuus; de præſenti, vt ſi quis dicat. Duco te ſi Virgo es. De ſuturo vt cum quis dicit. Si mihi tantum dotis dederis. Duæ conditiones priores nō ſuſpendunt matrimonium in futurum, ſed cum iam ſint in re poſitæ monſtratæ faciunt validum matrimonium. Tertia ſuſpendit matrimonium, & pendet à conditione, quæ ſi ponatur, incipit valere matrimoniū, ſin minus, non valet; hæc certè conſtant, nec indigent probatione.

Magna hic quæſtio eſt, vtrum ad valorem matrimonij conditionalis de futuro ſatis ſit conſenſus præteritus poſita conditione, ita vt ſine nouo conſenſu eo ipſo, quod ponitur conditio valeat? an neceſſe ſit poſita conditione renouarē conſenſum? Canoniſtæ communiter affirmant in c. 5. *ſuper eo*: De conditionibus cum Gloſſā, Innocentio, & Hoſtienſi valere poſita conditione, nec opus eſſe renouare conſenſum, etſi minus clare loquantur. Perſpicuè Nauarr. *c.* 22. *num.* 63. *& Conſil.* 1. de conditionibus appoſitis editione ſecunda; & ex Theologis Sanchez *lib.* 5. *d.* 8. *n.* 5. & Coninch *d.* 29. *dub.* 1. *concluſ.* 3. Ratio eſt, quia ille conſenſus tenditur virtualiter ad tempus illius conditionis, & durat moraliter, & dum impletur viuit, & quando impletur reuiuiſcit, igitur non eſt neceſſe renouari, ſed ſolum non reuocari; quæ ratio eſt optima, & maximè probabilē reddit ſententiam Canoniſtarum. Contraria tamen placuit D. Thomæ *in 4. diſt.* 29. *q. vnica art.* 3. *quæſtiunc.* 3. & multis Theologis, & Canoniſtis citatis à Laymanno *cap.* 7. & præter illos tenet eam Henriquez *lib.* 11. *c.* 12. ex diuerſa ratione; quia ille conſenſus præteritus erat natura ſua reuocabilis, & re ipſa ſuſpenſus, atque adeo ſi reuocaretur, & cum alia fœmina matrimonium fieret iſtud ſecundum teneret, ergo non ſatis eſt ille conſenſus, niſi poſtea renouetur abſolutè. Deinde non videtur ſufficere conſenſus pendens ex conditione ad valorem tanti Sacramenti, & ex vi conditionis impletæ, non virtute propria in actu poni. Igitur neceſſe eſt vt per ſe præſens ſit, & virtute ſua conſtituat matrimonium; tandem quia debet eſſe ſenſibile ſignum gratiæ, quomodo autem erit ſenſibile per conditionem impletam ſine vlla alia ſignificatione præſenti, nam ſignificatio conditionis eſt alterius naturæ.

Canoniſt. — gloſſa — Nauarr — Sanchez — Coninch — D: Thom. — layman — Henriq

Inter has duas ſententias conſtitutus, quæ ſunt probabiles, diu deliberaui, vtram ſequerer; tandem ſtatui primam ſententiam certam eſſe phyſicè, & ad rationem contractus naturalis firmandam ſufficientem. Verum ſecundam moraliter, & iuxta Sacramenti rationem eſſe certiorem, quare hanc ſecundam ſequor: nec enim puto conſenſum ad matrimonij eſſentiam pertinentem debere ſuſpendi à conditione, & vigore illius valere, ſed à ſeipſo robur, & firmitatem habere; nec decet, vt ſit reuocabilis natura, & accipiat conſtantiā, & firmitatem à conditione. Renouandum itaq; puto poſita conditione conſenſum, quod non poſſit conditio eſſe ratio valoris in conſenſu, cum ſit quid extra conſenſum.

Reliqua in aſſertiones conijcio. Prima. Conditio neceſſaria, vti, *Duco te ſi cras ſol orietur*, habetur pro non adiecta, & ſtatim tenet matrimoniū; ratio eſt; quia illa conditio videtur pertinere ad firmandum ipſum met matrimonium; eſt quippe modus dicendi per exaggerationem vlterius contrahendi: impoſſibile enim eſt, quod ſol non oriatur, itaque apud Ec-

clcſiam

cleſiam præſumitur conſenſus abſolutus, nam quod neceſſariò futurum eſt, habetur pro præſenti quoad certitudinem; conditio autem per accidens neceſſaria, vti duco te, *ſi Deus nouit pluuiam cras fore*, non facit matrimonium, ſed ſponſalia. Ratio eſt, quia effectus ille ex ſe non eſt determinatus, nec certus, ac proinde nequit eſſe regula certi, & determinati conſenſus. Ita Henriquez *lib.* 11. *cap.*12.

Henriq

Secunda aſſertio. Conditio impoſſibilis cognita, vt talis habetur etiam pro non appoſita; vti *duco te ſi Cœlum digito attingas.* Ita Gregorius IX. *C. finali* de conditionibus appoſitis; quia nocère non debet matrimonio, cuius cauſa eſt fauorabilis; & ratio huiuſce rei eſt, quia cenſetur ioco appoſita: quomodo enim poſſit, volens contrahere, velle matrimonium reddere impoſſibile? Itaque ne detur implicatio conſenſus expreſſi, & clari cum impoſſibili conditione reijcitur conditio, & manet conſenſus; atque ita decìſum eſt eo loco à Gregorio. Si autem conditio fuerit impoſſibilis, & tamen iudicetur poſſibilis ab imponente, iudicatur etiam pro matrimonio; nec eſt expectandus euentus cōditionis, quia nemo obligatur ad id, quod eſt impoſſibile, & non redditur poſſibile per opinionem alterius.

Greg.IX

Tertia aſſertio. Conditio turpis æquatur impoſſibili; nec enim dicimur poſſe, niſi quod iure, ac licitè poſſumus. Deinde, quia nemo obligatur ad turpe, ſicuti nec ad impoſſibile. Ita Henriquez *cap.*13. & Sanchez cum communi *lib.*5.*d.*19. Vnde Iudex debet in exteriori foro ferre ſententiam pro matrimonio facto ſub conditione turpi, vti & ſub conditione impoſſibili; iuxta C. vltimum de conditionibus appoſitis. Intelligenda tamen eſt hæc doctrina de conditione, quæ non euertat ſubſtantiam matrimonij.

Henriq.
Sanchez

Quarta aſſertio: matrimonium cōtractum ſub conditione, quæ illius ſubſtantiæ repugnet, ipſo iure nullum eſt, vt ſi quis ita contrahat. *Duco te ſi generationem prolis euites*; vel *duco te, donec inueniam aliam digniorem*, vel *duco te, ſi pro quæſtu alijs adulterandam te tradas*; quos caſus proponit Pontifex in eodem C. in quo definit his conditionibus irritum eſſe matrimonium. Ita Sanchez *lib.* 5. *d.* 19. & Coninch *d.*29. & communiter Societatis Authores contra Sotum, & Ledeſmam, quos maluit ſequi Gabriel Carmel. *diſp.*3.*q.*10. ſed meo iuditio immeritò. Non negat tamen abſolutè conditiones contra ſubſtantiam matrimonij, quæcunque ſint, illud irritare, hoc enim concedit; ſed negat eam conditionem adulterandi oppoſitam matrimonio illud minimè irritare, in quo ab eo diſſentio. Notat autem *Layman*. Si quis contrahat cum intentione non generandi, vel prolem necandi valere matrimoniū; ſed non valere ſi hæc in conditiones, & pacta deducantur. Vnde Caluiniſtæ, inquit, qui putant ob adulteriū diſſolui matrimonium eo animo contrahentes, vt velint diſſolui, ſi committatur, validum efficiunt matrimonium, eſtque indiſſolubile, nihil enim nocet priuata intentio, & ignorantia, ſi non deducatur in pactum, & conditionem. Ita *Layman cap.*7.*aſſert.*3. *Corollar.*1. quod tamen poſtea examinandum.

Sanchez
Coninch
Sot.
Ledeſma
Gab.Car

Layman

Layman

Quinta aſſertio. Ex communi doctrina matrimonium contractum cū intentione eo nunqnam vtendi petēdo, aut reddendo debitum valet; non tamen valet, ſi hoc ponatur per modum conditionis; nam hac ratione impeditur ius, & vſus matrimonij. Vti ſi quis dicat, accipio te ea lege, vt nunquam à me debitum petas, nec mihi reddas, irritum facit matrimonium. Sic D. Thom. *in* 4.*d.*28.*quæſt. vnica art.*4.*ad* 3. & Nauarrus *lib.* 3. *concil.* 11. *de voto. editione* 2. & Sanchez *lib.*5.*diſſ.*10. Contra opinatur Rebellus *p.*1.*lib.*2. *de matrim quæſt.* 10.*num.*19. & Coninch *d.* 24. *dub.*4. *num.*43. qui dicunt valere tale, matrimonium: Mihi dubia res videtur, & magis dubia diſtinctio, quam ex communi doctrina affert Layman, qui

D.Thom
Nauarr.
Sanchez.
Rebellus
Coninch

Layman

prio.

priorem ſententiam ſequitur c. 7. Multum ſcilicet intereſſe inter intentionē contrahendi eo modo, & inter conditionem, in quam deducatur illa intentio. Itaque intentionem non irritare matrimonium, conditionem vero, & pactum omnino irritare.

Hac in re ita ſentio; Primum animaduerto ex communi ſententia; ſi hæ conditiones quæcunque tandem ſint, ita apponantur, vt contrahens re vera aliter nolit contrahere, niſi impleantur, quæ impleri poſſunt, & velit per eas, quæ impleri non poſſunt, ſignificare, nolle ſe contrahere, tunc matrimonium nullum fieri; itaque voluntatem illius eſſe attendendam, ac proinde non dare conſenſum & irritum facere contractum. Secuncundo ſtatuo contra ſententiam, quam Layman ſequitur; & videtur eſſe communis, quæ ait multum intereſſe inter intentionem, & pactum, quod intentio non irritet matrimonium, irritet autem pactum, certum id non eſſe; nam ſi conditio illa; quæ intenditur eſt extra ſubſtantiam matrimonij, eo ipſo quo intenditur à contrahente, vitiat conſenſum, ex quo item vitiatur matrimonium. Vnde inter conditiones multum intereſſe puto, an ſint extra ſubſtantiam? nihil intereſſe exiſtimo inter intentionem, & pactum, ſed quæcunque ſit extra ſubſtantiam, eà, ſiue intenta, ſiue in pactum deducta, matrimonium irritari, quod ita oſtendo. Deductio intentionis in pactum nihil eſt aliud, quam expreſſio intentionis interioris, & declaratio illius cum voluntate contrahendi eo modo. quo interior intentio eſt; quare ſi intentio erat rei, quæ irritaret matrimonium, reddit conſenſum nullum, & conſequenter matrimonium, quod in illo fundatur; deductio autem illius in pactum, eſt intimatio externa illius, quæ omnem vim accipit ex conſenſu interiori, ergo tota vis eſt in intentione. Declaratur, quia ſi quis fictè conſentiat, ſiue hoc in pactum deducat, ſiue non, reddit matrimonium inualidum, quia conſenſus eſt anima matrimonij. Igitur ſi conſenſus fuerit de re, quæ euertit eſſentiam matrimonij irritum illud faciet; nec irritatio ſumitur ex deductione in pactum, ſed ex vitio conſenſus, qui in pactum deducitur. Rem declaro exemplo. Inualidum eſt matrimonium ſub hac conditione contraho tecum, ſi velis generationem impedire, quo vtitur exemplo Layman. Inualidum erit hoc matrimonium, ſi quis intendit, ita contrahere, vt generatio vitetur; nec velit, niſi hac ratione contrahere, quamuis intra ſe illum animum retineat, & nō exprimat, nam per illam intentionem redditur conſenſus inutilis, & prorſus nullus, & conſequenter matrimoniū. Intererit quidem pactum ad iudiciū externum, vt ſi illa intentio declaretur in contractu, iudicetur matrimonium nullum in externo foro; at quoad forum internum non minus erit inualidum matrimonium ex defectu conſenſus idonei; nam idcirco vitium tranſit in forum externum, quia ineſt in conſenſu interno. Ex eo vitio contrahitur vitium in pacto exteriori, cum forum externum pendeat, & reguletur ab interno.

Layman

CAPVT V.

De debito Coniugali.

EX Natura contractus matrimoniali, in quo fit traditio corporum ad finem generationis, ſequitur obligatio reddendi debitum; quæ mutua eſt in vtroque coniuge, ita vt alteri petenti alter ſine iniuria negare nequeat ex doctrina Pauli 1. ad Corinth. 6. *Vxori vir debitum reddat, ſimiliter autem & vxor viro*. Siue petatur expreſsè, ſiuè occultè; vti cum vxor præ verecundia verbis petere non audet. Ita S. Thom. *in 4. quæſt. vnica art. 2. quæſtiunc.* 1. & Nauerrus *cap.* 16. *num.* 26. & Sanchez *lib. 9. diſ. 2. & 6.* Eſt autem obligatio grauis, quæ inducit mortale peccatum. Debet autem peti debitum

D. Paul.

S. Thom. Nauarr. Sanch.

ratio.

fationabiliter, aliter ſine peccato negari poterit, nimirum ſalaciſſimo viro, qui cum periculo ſalutis nimis, & importunè exigat, vel impudenti, qui
Sanchez
petat in loco ſacro; de quo Sanchez citatus. Peccat autem Coniux reddens ſe inhabilem ad reddendum debitum ex quacunque cauſa illicita id faciat, vti Coniux frequenter ſe polluens, & alias fœminas iniens, & imbecillum ſe efficiens ad munus maritale, peccat contra illud. Eſt
Sanchez
Coninch
Reginald
communis ſententia Sanchez *lib.9.diſ.* 3. Coninch *d.34.dub.2.* Reginald. *lib.* 31.*num.*285. & hæc circumſtantia neceſſario debet in confeſſione aperiri ſecundum eoſdem, & Bonacinam
Bonacina
q.4.p.1. peccabit item Coniux nimis ſe macerans ieiunijs, & vigilijs, & exercitationibus ſpiritualibus, ſi inde fiat notabiliter debilis ad vſum matrimonij
Sanchez
Layman
Gabr. à S.
Vincent.
Bonacina
Authore Sanchez *lib 9.diſ.* 3.*num.*3.*&* 4. & Layman *tract.* 10.*p.* 3.*cap.*1. & Gabriel Carmel.*d.7.q.1.*& Bonacin. *q.4.p* 1.

Sunt autem caſus, in quibus hoc præcepto liberentur Coniuges. Primo cum periculum vitæ ex vſu matrimonij ſequitur; vti ſi vir peſte correptus debitum petat. Secundo cum adulterium coniux vnus alteri notorium commiſit, poteſt innocens non reddere. Tertiò: ſi vxor prægnans timeat mortem prolis ex concubitu. Quartò: ſi coniux petens, amens, vel ebrius ſit, dum enim ſic eſt, licet negare, nec enim petit humano modo. Hęc conſtant multorum Theologorum authoritate, quos citat, & ſe-
Bonacina
quitur Bonacina *quæſtio. 4. part.* 1. Quinto: Votum continentiæ liberat, in quo ita diſcurrendum. Votum, vel fuit editum ante contractum matrimonij, vel poſt. Si ante, obligat vouentem, ne petat, non tamen ne reddat. Si poſt matrimonium, tum vel vouit ſine conſenſu coniugis, vel cum eo. Si ſine conſenſu, non tenetur, niſi ad non petendum; ad reddendum tenetur. Si ex conſenſu, tum ad non petendum, & reddendum tenetur; ſemper autem debet vouens alteri coniugi votum indicare. Si autem alter coniux ſit valde in petendo verecundus, debet vouens interdum offerre, quando tenetur reddere. Probabile autem eſt, ſi vouentem poſtea voti pœniteat, & timeat periculum incontinentiæ poſſe petere, & reddere ceſſante voti obligatione; teſte
Sanchez
Layman
Sanchez *lib.9.d.7.num.3.* & Layman *tr.3.p.10.cap.1.* contra Coninch *d.6. num.47.* In hac materia de petendo, ac reddendo cum voto video nimis
Bonacina
laxum eſſe Bonacinam *q.3.p.3.* quem minus ob id probo, nec illius fundamentum placet; per votum non amitti dominium corporis; ſatis eſt enim amitti vſum, & ligari dominium. Deinde diſtinguit, ſi vouendo velint ſe priuare obligatione petendi, an non? Quid autem agunt vouendo coniuges caſtitatem niſi velle ſe priuare vſu cōiugis, eoque abſtinere?

Sextò: ſi coniux iure petendi priuatus ſit ob incæſtum, cum conſanguinea coniugis non tenetur alter ei reddere iuxta regulam generalem, vbi ceſſat ius petendi, ceſſat ius reddendi; poteſt tamen coniux ab inceſtuoſo petere, vti habetur expreſsè C. Iure fraternitatis de eo, qui cognouit; vnde & incæſtuoſo petenti reddere poteſt etiam eo peccante petendo, ne innocens ex aliena culpa grauetur. Imo probabile eſt incæſtuoſum in gratiam coniugis poſſe inſinuare ſe ad petendum, quando vi-
Sanchez
deat id opportunum alteri fore. Teſte Sanchez *lib.9.d.7.n.8.&* 12.

Septimò. Pauperes Coniuges ne proles nimium multiplicetur, & ipſi in ea educanda nimis laborent, poterunt abſtinere à petendo, & reddendo; quod intelligendum eſt ceſſante periculo incontinentiæ, cum eo
Ledeſm.
Rodrig.
Sa
Sanchez
enim licitum non erit negare petenti. Hoc tradunt Petr. Ledeſm. *q.64.art.* 1. Rodriguez 1.*p.cap.* 243.*num.*1. Sa *v. debita coniugale. num.* 18. Sanchez *lib.9.d.25.n.3.*

Dubium hic excitant authores, ſi vir petat ab vxore, vel vxor à viro, vt ſitum naturalem mutet, ita vt vir fœ-

Dddd minæ

minæ ſuccumbat, vtrum teneatur alter obedire; & debitum, quo poſtulat modo reddere? Reſpondetur cum Sanchez *lib.9.d.*16. & Layman *lib.* 3. *tract.*4.*ſect.*4.*num.*14. *& de Sacramen. matrim. tr* 10.*cap.*1.*num.*3.& Nauar. *cap.*16.*num.* 42. & Soto *diſ.*31. *quæſt. vn.art.*4. & Gabriele Carmel.*d.*7. *q.*4. Concumbere ſeruato vaſe naturali, & mutato tantum, & inuerſo ſitu non eſſe de ſe mortale peccatum, ſed veniale, ac proinde teneri coniugem hoc modo alteri petenti debitum reddere. Ita Baſil. Ponce. *lib.*10.*cap.*11. *num.*4. & Fellin. *tom.*1.*tract.*10.*p.*1.*c.* 9.*num.*308. contra Bonacin. *q.*4. *p.*3. *&* 10. negantem teneri. Non enim eſt periculum ſeminandi extra vas, aut effundendi ſemen infuſum, quia de communi medicorum ſententia matrix fœminæ habet vim attractiuam, & retentiuam ſeminis accepti. & ita probabilius putat Henriquez, qui tamen contrariam ſententiam dicit probabilem *lib.*11.*de mat. cap.* 16. Omnes autem affirmant eſſe magnũ peccatum veniale, ita petere, & ita concumbere, niſi aliqua iuſta cauſa intercedat.

Sanchez
Layman
Nauarr
Sot
Gab.Car.
Baſil.Pon
Fellin
Bonacin.
Henriq

Illud in hac quæſtione maximè quæri ſolet. An poſſit contingere, vt alter Coniux illicitè petat, & alter licitè reddat, & quando id contingat? Sic reſpondetur; poſſe quidẽ contingere, ac ſæpè euenire, vt vnus illicite petat, vti cum incæſtuoſus, vel obligatus voto continentiæ petit, & nos proximè diximus. Hoc poſito aſſerendum eſt coniugi iniuſtè petenti poſſe debitum ab altero reddi; an verò teneatur reddere, Iterum reſpondetur, ſi illicitè petens, iure petendi ſe priuauit, vel propter crimen adulterij, vel incæſtus, vel propter votum de coniugis conſenſu; tunc non tenetur Vxor reddere, imo poteſt maritum compeſcere, & repellere. Si autem non amiſit ius petendi, vti eſt ille, qui votum continentiæ ante matrimonium fecerat, tunc negare non poteſt vxor, ſi vir inſiſtat petendo.

Quando autem peccatur in modo petendi ex circumſtantia illicita, & quæ impleri ſine peccato non poteſt, tunc non tenetur alter reddere; imo & tenetur non reddere. V.G. ſi Coniux in loco ſacro velit concumbere eſt negandum; nec enim eo in loco licet, niſi diu habitent in eo loco ſacro propter obedientiam, vel propter neceſſitatem; tunc enim ceſſat ratio abſtinendi, & eſt licitus concubitus. Regulam verò generalem ponunt Authores, qua gubernemur. Si exigere debitum eſt tantum culpa venialis, reddere nulla culpa eſt, quia adeſt cauſa excuſans reddentem, vti eſt indignatio, & odium mariti ex eo iraſcentis; imo tunc tenebitur Coniux reddere petenti. Hæc eſt doctrina Sanchez *lib.*9. *diſt.*6. Filliucij *tract.*10.*cap.*9. *quæſt.*4. & aliorum apud ipſos, quam fruſtra impugnat Bonacina *quæſt* 3. *par.*4. ac in eandem demum inclinat ad finem puncti.

Sanche
Filliuc.
Bonac.

Henriq

Quærit Henriquez *cap.* 16. *num.* 5. Vtrum diebus valde feſtis, & deuotis, vti Paſchate, & hebdomada ſancta liceat petere debitum? Reſpondet non decere, ſed licere ex genere ſuo, cum enim id peccatum non ſit, circumſtantia temporis non facit peccatum, addit tamen eſſe veniale. Bene autem aduertit hic Author preceptum reddendi debitum eſſe affirmatiuum, quod non obligat ſine certis, & debitis circumſtantijs. De vſu coniugij in diebus feſtis, & ſanctioribus videndi Sa *num.* 14. Nauarrus *cap.* 16. *num.* 24. Sanchez *lib.*9. *diſt.* 12. Petr. Ledeſm. *quæſt* 66.*ar.*1. Coninch. *diſt.*34. Rebell. *lib.*3.*q.*19.

Sa
Nauarr
Sanchez
Ledeſm.
Coninch
Rebell

CA-

CAPVT VI.

De cohabitatione, & Thoro.

COhabitatio oritur ex natura, & lege matrimonij, atque adeo illam exigunt iura cogendo pœnis cõiuges ad cohabitandum, cap. litteras de reſtitutione ſpoliatorum. Et notauit Gloſſa V. Vxoris de ſponſalibus Eſt autem vir caput familię iuxta Paulum ad Epheſ. 5. & primo Corinth. 11. Vtrique autem eſt alenda, educanda, & gubernanda familia, ideo dos datur, & & indotata vxor magis tenetur ad laborandum, ſupplendo labore dotis defectum. Hine ſunt quædam conſectanea. D. Paul.

Primum. Vir ſuo arbitratu domicilium eligit, Vxor ſequitur placitum mariti, & acquirit mariti forum: lege cum quædam ff. de iuriſdictione omnium Iudicum. *Si* autem in pacto matrimoniali certus locus eſt conſtitutus Maritus ibi debet conſiſtere; deinde cum mutatio licet, ſi ea tamen cum magno incommodo ab vxore fieri debet, facienda non eſt.

Secundò; Vxor tenetur maritum ſequi, quando commode poteſt, & eſt iuſta mutatio; non tenetur autem ad ſequendum maritum in bellum, vel in longiſſimam peregrinationem ex voto mariti ſuſceptam. Si autem maritus relegetur per ſententiam, tunc tenebitur Vxor eum comitari, & maritus vxorem, nam in hoc pares ſunt. l. ſi cum dotem. ff. ſoluto matrimonio; *quid enim*, inquit lex, *tam humanum eſt, quam fortuitis caſibus Mulieris Maritum, vel vxorem viri participem eſſe*.

Tertium: ſi vxor ſine cauſa recedat à marito, is eam alere non tenetur, quamuis illam cum dote accepe rit; qui enim omittit, quod non debet, non obtinet, quod oportet. l. ſi ca. C. de conditionibus inſertis; ſecus eſt ſi ob culpam viri recedat, vel ob delictum præter matrimonium admiſſum relegata ſit. Si autem reiecta ſit à marito propter adulterium, & pauper ſit, ad Iudicis arbitrium pertinet neceſſaria illi miniſtrare, ſi maritus in pœnam delicti dotem lucrari velit, de quo Molina *tr. 3. d. 90. n. 7* Molina

Quartum: vir vxorem ab alio retẽtam vindicare iure ſuo poteſt, & ſimiliter vxor virum, vterque enim vti poteſt iure, quod habet in corpus alterius. Ita Sanchez *lib. 9. de matr. diſ. 4. num. 9.* Sanchez

Quintum: vxor plebeia tenetur ad labores domeſticos v. g. coquendum, lauandum; colligitur ex Leg. ſicut Patronus. ff. de bonis libertorum, nobilis non tenetur, niſi ex inopia familiæ obligetur. Quod attinet ad laborãdum, & lucrandum pro ſuſtentanda familia, vel vxor attulit dotem, vel non. *Si* attulit non poteſt cogi à marito habente, quod eſt ſatis ad alendam familiam ex dote ab vxore collata. *L.* ſi cum dotem §. hic autem ff. ſoluto matrimonio, & l. 1. Co. de Iure dotium. Imo ſi quid vxor ex labore manuum nendo, texendo lucratur, ſuum facit. Si autem indotata, aut non ſatis dotata venit, poteſt compelli à marito ad laborandum, & lucrandum pro ſuſtentanda familia. Sicut & Patri ius competit in liberos, vt pro ipſo in neceſſitate laborent. L. ſi quis. §. idem Iudex, ff. de liberis agnoſcendis.

Obligatio thori conſtat, nec enim licet vxori viuente marito alteri nubere; quæ autem certitudo de morte illius neceſſaria ſit ad nubendum alteri dubium eſt. Omnes aiunt moralem ſatis eſſe; ſed quæ ſit moralis inquiritur. Reſpondetur quando teſtis oculatus affirmat, modo ſit idoneus, vel publica fama mortis eſt; ſemper tamen reuertente priori marito reddenda eſt illi vxor, etiamſi ſecundas nuptias cum alio contraxiſſet.

Finis actus coniugalis eſt Generatio prolis. Vtrum autem alij ſint fines diſputatur. In quo ſit concluſio; propter vitandam incontinentiam licet vti coniugio. Ita S. Thom. *in 4 di. 31. q. 2. art. 2. ad 2.* eſtque communis ſen- D. Thom

D Paulus tentia ex D. Paulo 1. Corinth. 7. *Propter fornicationem*, ideſt vitandam, *Vnuſquiſque vxorem habeat*, quod paulo poſt confirmat. Vti autem coniugio propter voluptatem ex pulcra
D.Aug. muliere v.g S. Auguſt. *lib. dè. bon. Con. c.6.* Veniale peccatum eſſe ait: quem ſequitur de more S. Thomas, & alij
D.Thom. Scolaſtici.

Quoad vinculum matrimonij graues queſtiones ſunt. Præcipua vtrum matrimonium ſit omnino inſolubile natura ſua. Reſpondetur negatiuè; nam Deus in eo diſpenſauit cum Iudæis, vt liceret apud eos repudium Coniugis; non diſpenſaret autem ſi ius naturale obſtaret, quod eſt indiſpenſabile. Deinde multę id Gentes probarunt, & inter Romanos ſunt exempla, quæ ſupra attulimus. Ita San-
Sanch chez *lib.10.d.1.n.7*. In noſtro vero Sacramento certum eſt, diſſolui nullo modo matrimonium poſſe legitimè contractum, & conſummatum nec licere repudium, cum tamen matrimonium ratum tantum, non conſummatum diſſolui quibuſdam in caſibus poſſit, & alter Coniux, queat ad alias nuptias tranſire, vti per ingreſſum re-
Conc. Tr. ligionis ex Tridentino *ſeſſ. 24. de mat. Can.6*. Ratio differentiæ inter vtrumque eſt, quia conſummatum eſt omnino completum, ac integrum, & repræſentans vnionem Chriſti cum Eccleſia, quæ cum prorſus ſit indiſſolubilis, matrimonium etiam conſummatum eſſe indiſſolubile debet, non autem ratum, quod eſt in ea ratione vnionis imperfectum, atque adeo capax diſpenſationis; cuius non eſt conſummatum. Non ſoluitur tamen matrimonium ratum per votum ſimplex caſtitatis, vbi non facit Religioſum. Quod dico propter Scholares Societatis IESV, qui cum voto ſimplici Religioſi ſunt. Idcirco Cap. ex publico de conſeruatione coniugatorum, & communi ſententia datur coniugibus bimeſtre ad deliberandum vtrum malint ingredi Religionem.

1. Eſt quæſtio hic principalis, vtrum ob adulterium alterius coniugis diſſoluatur matrimonium conſummatum, quoad vinculum, ita vt integrum ſit innocenti ad alias nuptias tranſire? Statuo primo eſſe Catholicam veritatem, nequaquam diſſolui matrimonij vinculum ob adulterium, atque ita neutri coniugi licere alio ſuperſtite ad alias nuptias tranſire, quod ſi tranſeat, matrimonium eſſe irritum. Ita ſtatuit Innocent. I. Pontifex *epiſtol. 3. ad*
Exuper c.6. Alexandr. III. *c. ex parte de* Innoc. I
ſponſal. Conc. Mileuit. *can. 17.* African. Alex III. Con. Mil.
c.69. Foroliuienſ. *cap. 10.* & nouiſſime Con. Afr.
Florentinum *in Armenorum inſtructio-* Con. For.
ne, & Trident. *ſſ. 24. de matr. c.7.* Hæc Con. Flor. Con Trid.
veritas ſemper in Eccleſia recepta eſt, Cardinal.
& tradita à Sanctis Patribus, vt pro- Bellarm
bat eruditiſſime Cardin. Bellarminus *controu. lib. 1. de matr. c. 16.* & Valentia
de indiſſolubilitate matrimonij cap. 3. 4. Valent.
& 5. Sanchez *de matr. lib. 10. diſp. 2. à* sanchez
num. 1.

Statuo ſecundo ratione adulterij alterius coniugis, licitum eſſe diuortium quoad thorum, & habitationem, tam viro, quam vxori innocenti. Ita
definitum eſt ab Innocentio primo Innoc. I.
Epiſt. 3. ad Exuper. & refertur *cap finali 32. q. 5.* & Conc. Mileuit. *c. 17.* D. Augu-
ſtino *de ſermone Domini in monte c. 28* Côc. Mel. Auguſt.
& refertur cap. *idololatria 28. quaſt. 1.*
D. Hieronymo, D. Ambroſio, D. Chry- D. Hier.
ſoſtomo, & alijs: Conſtatque ex illo D. Ambr.
D. Pauli ad 1. Corinth. 7. *His, qui ma-* D. Chriſ. D. Paulus
trimonio iuncti ſunt præcipio, non ego, ſed Dominus vxorem à viro non diſcedere; quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Hanc ſententiam, tanquam communiſſimã tuentur ferè omnes Theologi, & Iu-
riſperiti, vt notat, & citat Sanchez sanchez
diſp. 3. n. 6. Ratione oſtenditur, quia ex natura contractus matrimonij oritur, vt coniuges teneãtur ſibi ſeruare mutuam fidem, quoad thorum, & habitationem, & reliqua obſequia, ac ipſum met naturæ ius dictat frangenti fidem, fidem ſeruandam non eſſe. C. peruenit 2. de iure iurando: ergo ex vi matrimonij Coniux innocens, cui alter frangit fidem adulterando minime tenetur illi fidem ſeruare, ſed poteſt ab illo diuertere, perſeuerante tamen vinculo matrimonij.

Digitized by Google

Et quoniam hæretici aiunt matri-
monium conſummatum diſſolui poſ-
Kemnit. ſe, & Kemnitius dicit legem inſolubi-
litatis in matrimonio eſſe legem Pon-
tificiam, tenendum eſt Sacramenti in-
diſſolubilitatem omnimodam ex ra-
tione Sacramenti prouenire; in quo
Papa diſpenſare non poteſt. *Eam* au-
tem rationem dedit Auguſtinus illis
duobus libris de adulterijs coniugijs
ad Pollentium, & lib. de Bono Coniu-
gij in quibus hanc indiſſolubilitatem
Bellarm S. Auguſt. tuetur; quod ſequitur Bellarm lib. 1.
de matr. c. 12. vbi ad mentem Augu-
ſtini ait; *matrimonia inter Fideles Sa-
cramenta ſunt, ac proinde duplicem ra-
tionem habere inſolubilitatis*; idemque
latius probat c. 16. & 17. eiuſdem libri.
Henriq Conſentit Henriquez lib. 11. capite
12. in text. & in commentarijs fusè
oſtendit.

Sunt autem Theologi, qui dicunt
Deum non diſpenſaſſe cum Iudæis in
matrimonij inſolubilitate *propter duri-
tiem cordis eorum*: ſed permiſiſſe hoc
ijs, tanquam minus malum, non tan-
quam bonum, adeo malum eſt, & in-
trinſecè malum repudium. Sunt au-
Magiſter. Bonau. Richard ſoto Bellarm tem hi authores Magiſt. *in 4. diſ. 33.* &
Bonauent. ibidem, & Richard. & Soto
citati à Bellarmino *l. 1. cap.* 17. qui ait
communiorem eſſe ſentẽtiam, quam-
uis probet contrariam. Hinc autem
colligit à fortiori, non poſſe Papam
vllo modo in matrimonio conſumma-
to diſpenſare, & contrarium dicere
ad minus eſſe erroneum propter ra-
tionem Sacramenti completam, ac
perfectam cum repręſentatione vnio-
nis Chriſti cum Eccleſia. Qua in re
Henriq. notandum eſt quod refert Henriquez
l. 11. c. 2 ex Panormitano. Cũ Princeps
quidã ab Innocent. III. poſtularet diſ-
penſationem in matrimonio conſum-
mato nixus authoritati cuiuſdã gloſſę,
reſpondiſſe Pontificem negando *ſe
poſſe*; & addidit. *Maledictus qui te do-
cuit hanc gloſſam*. Et quidem meritò,
cum Hęreticorum ea ſententia ſit ma-
trimonium conſummatum eſſe ſolu-
bile, & per adulterium diſſolui. Ita
Anabaptiſtæ, Lutherani, & Caluiniſtę
& Kemnitius, quem paulo ante addu-
xi; quorum ducit vexillum Eraſmus
Roterodamus in Annot. *Epiſtol.* 1. ad
Corinth. 7. Quibus miror voluiſſe fa-
uere, idem ſentiendo, Caietanum, & Caietan.
Catherinum, qui citantur à Sanchez, Catherin.
& ab omnibus reprobantur. Rectè
autem doctrinam hanc de inſolubili- ſanchez
tate matrimonij Catholicam San-
chez appellat *libro* 10. *diſputat.* 2.
numero 2.

De Poligamia; dicendum primo
licere poſt mortem Coniugis iterum,
& ter, ac quater, & pluries nubere.
Vnde malè, & Hæreticè Tertullianus Tertull.
tantus vir, bigamiam damnauit. *Di-*
cendum ſecundo Coniugium vnius
viri cum pluribus fœminis non eſſe
intrinſecè malum, ac proinde permiſ-
ſum in veteri teſtamento in quo legi-
mus Abrahamum, Iacobum, Daui-
dem, Salomonem plures habuiſſe
vxores. Id tamen correxit Chriſtus
in Euangelio, ita vt in lege noua non
liceat per ius Diuinum. Ita C. gau-
demus de diuortijs; & eſt doctrina
certa Catholicorum apud Henriquez Henriq
de matr. l. 2. c. 6. Dicendum tertio Con-
iugium vnius fœminæ cum multis
viris abſurdum eſſe, & nunquam fuiſ-
ſe permiſſum, eſt enim contra finem
matrimonij, qui quadruplex eſt; vti ex
Auguſtino probat *Bellarminus lib. 1.* Bellarm.
de matr. c. 10. an vero in illo Deus diſ-
penſare poſſit, Sanchez, & alij apud ſanchez
Layman *cap.* 5. Mihi certè non videtur Layman aic
improbabile cõtrarium, cum videam
omnes fines matrimonij deficere.
Nam primo ex illo multorum cum
vna coniugio filij non eſſent, cum ex
meretricibus idcirco non ſint. Secun-
do; ſocietas, & fides thori ceſſaret,
pluribus vnum thorum occupantibus.
Tertio: liberi incerto Patre naſceren-
tur. Quarto: Concupiſcentiam tot vi-
rorum vna vxor ſatiare non poſſet;
itaque haud temerè dixerim hæc eſſę
contra ius naturæ.

Vltimò dignum ſcitu eſt; ſi licita
eſt bigamia, imo & Polygamia ſuc-
ceſſiuè, cur pœnæ ſunt à iure bigamis
& Polygamis conſtitutæ? nam bigami
à ſacris Ordinibus arcentur, & Cardi-
nalatu priuantur; fœmina vero Vi-

dua,

Digitized by Google

dua, quæ tranſit ad ſecundas nuptias multis priuilegijs iuris priuatur, & Bellarm, oneribus grauatur. Nos argumento hoc vrgent hæretici apud Bellarmin. *l.2.de matr.c.9.* Reſpondemus ex eodem has non eſſe pœnas delicti, ſed ſeueras conditiones maioris honeſtatis, & perfectionis requiſitæ ad ſacra miniſteria. Fœminis vero ea à iure ciuili non tanquam ſupplicia, ſed fræna licentiæ conſtituta, ne fœminę ſæpe nuberent, & liberos, bonaque prioris matrimonij, aut negligerent, aut intricarent. Itaque in eo ratio habetur honeſtatis, & vtilitatis Reipublicæ. De his autem pœnis eruditè Layman Layman *tr.10.p.3.c.6.*

CAPVT VII.

De Filijs legitimis, & illegitimis.

TRibus modis legitimi ſunt liberi. Primo nati ex legitimo, & vero matrimonio. *Secundo* nati ex matrimonio non vero, ſed in facie Eccleſię celebrato, & bona fide, ſaltem ex parte vnius Coniugis conſummato, quãuis contingat filios naſci poſt cognitum impedimentum; nec dum per Iudicis ſententiam approbatum. Tertio concepti ex concubitu fornicario, & illicito duorum, qui poſt matrimonium ab ijs contractum legitimantur. L. cum quos ff. de naturalibus liberis. Authentica, quibus modis naturales, & habetur cap. 1. & cap. tanta; titulo, qui filij ſunt legitimi. Authore Henriquez Henriq *l.11.c.20.* *Hinc* eſt illud effatum iuris. Matrimonium ſubſequens omnia antecedentia purgat, dummodo Parentes, tempore, quo ſuſcepta eſt proles ſint habiles ad matrimonium contrahendum; quare ſi contingat matrem, quæ ſoluta ex concubitu viri ſoluti prolem conceperat, nubere alteri, & iſto mortuo nubere primo, ex quo conceperat, proles illa legitimatur, vti docet Suarez Suar *to.1. de cenſuris d.50.ſect.1.nu.4.* Si autem proles cõcepta ſit tempore, quo Parentes ſunt inhabiles, & nata tempore, quo habiles ſunt, v. g. qui ex coniugata conceptus, & ex eadem poſtea iam vidua, & nupta ei, cum quo adulterauerat, & ex quo conceperat, naſcatur; dubium eſt, an ſecuto matrimonio legitimetur? Affirmat Molina *tom 1. d.172.* & Molina Vaſquez *tract. de Teſtam.c.5.num.27.* Vaſq Negat Suarez *tomo 5. diſ.50.ſect.1.* & Suarez Layman *tract 10.p.3.c.5.* Layman Vtrique probabiliter, ſed poſteriores probabilius, quia proles ex conceptu penſanda eſt, non ex partu, cum in conceptu generetur, vnde ſi copula fuit illicita, non fit prolis legitimatio, quando naſcitur.

Filij illegitimi, vel ſunt naturales, vel ſpurij. Naturales, qui ex Parentibus ad matrimonium inter ſe contrahendum habilibus concepti ſunt. Spurij, qui contra ex inhabilibus, puta coniugatio, vel viro Clerico. Ita ius Canonicum: *Cæſareum* vero paulo aliter. Illegitimorum erant tres ſpecies. Naturales; non naturales, Nothi. Naturales erant, qui ex concubina vnica domi retenta, & ſoluta naſcebantur. Non naturales, qui ex Matre, cum qua matrimonium iniri non poterat, oriebantur. Nothi, qui incertum Patrem habebant, & ſpurij propriè dicebantur.

De his tum quoad ius alimentorũ, tum quoad ſucceſſionem hæreditatis tractandum. Quoad alimenta ſit concluſio. Filij legitimi alendi ſunt à Patre; ſi is pauper ſit, Auus Paternus alere debet; ſi autem deficiant Mater tenetur, & huius defectu Auus Maternus. Illegitimi primo triennio debent ali à Matre, poſtea à Patre. Nomine autem alimenti intelligitur, quidquid eſt neceſſarium ad victum, & veſtitum, & habitationem l. alimentis ff. de alimentis, & cibis legatis, iuxta ſtatum, & fortunas Parentum.

Verum quidem eſt quod ait Henri- Henriq quez *l.11.c.19.n.1.* Filijs ex damnato coitu natis iure ciuili alimenta negari. Cætera vide apud eundem.

Quoad ſucceſſionem hæreditatis conſtat legitimos ſuccedere in hære-

dita-

ditatem, & bona Parentum; imo & naturales eis accedere. De illegitimis dicendum primo, naturales filij non exiſtentibus legitimis ſuccedunt Patri ab inteſtato in duabus vncijs hæreditatis, & vna cum illis Mater tantundem accipit, ſi vxor legitima non adſit, nam ſi hæc ſuperſit, nihil accipiunt Matres filiorum naturalium. Dicendum ſecundo: Ex teſtamento, vel donatione licet Patri legitimos filios habenti, naturalibus vna cum matre vnciam vnam relinquere. Si autem mater ſola ſuperſit habet ſemiunciā: Dicendum tertio: Si teſtator non habet legitimos filios, poteſt naturales ex aſſe hæredes inſtituere. Dicendum quarto: Matri naturales filij tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ſimul cum legitimis ſuccedunt; *L. Si qua illuſtris. C. ad Senatus Conſultum*.

Quod attinet ad nonnaturales prima Concluſio ſit. *N*othi, ſeu incerto Patre nati Matri cum legitimis ſuccedunt. Patri verò, cum eum incertum habeant, nequaquam ſuccedunt. Secunda concluſio, qui ex damnato coitu nati ſunt, nunquam ſuccedunt, nec Patri, nec Matri, argumento authenticę ex complexu. *Cod. de inceſtis nuptijs*, teſtę Molina *tom. 1. tract. 2. diſp.* 167. *concluſ.* 4. Hac de re tota accuratè Henriquez *lib. 11. cap.* 20. & Leyman *tract.* 10. *p.* 3. *cap.* 7. Tertia concluſio. Fratres omnes vterini, ſiue legitimi ſint, ſiue illegitimi iure conſanguinitatis ſibi inuicem ſuccedunt. *L. Hac parte. l. ſi ſpurius ff. de cognatione*. His enim omnibus ius eſt agnationis ex parte matris.

Molina

Henriq

Layman

Supereſt dicendum de legitimatione, quæ eſt natalium reſtitutio. *E*a duplex eſt, vna Eccleſiaſtica ad munia, & beneficia Eccleſiæ, altera Ciuilis ad Magiſtratus, & dignitates. Illam ſolus Papa confert. Hanc Princeps ſecularis. Ita Molina *tom.* 3. *tr.* 2. *d.* 173. & Vaſquez *de teſtamentis cap.* 5. *num.* 54. Per illam autem legitimati ciuiliter conſequuntur ius ſuccedendi in hæreditatem, non autem in primogenituram, vel feudum. Eccleſiaſtici obtinent ius ad beneficia etiam curata, non tamen ad Epiſcopatum, & Cardinalatum; niſi exprimantur. Religioſi autem defectu natalium laborantes ipſo iure ad ſacros Ordines diſpenſantur, non autem ad dignitates, & Prælaturas iuxta Hugolinum *de Irregul. cap.* 44. *§.* 5. & Molinam *diſt.* 173. *prope finem*.

Molina

Vaſquez

Hugolin.

Molina

Duo hic ad calcem notanda. Alterum in dubio vnumquemque cenſeri legitimè natum ex Laymanno *trac.* 10. *p.* 3. *cap.* 7. Alterum coitum damnatum, & punibilem iure non eſſe ſimplicem fornicationem, vnde ex illa natos pro ſpurijs non haberi ex Henriquez *lib.* 11. *cap.* 21. à quo reliqua huc ſpectantia ſunt petenda.

Layman

Henriq

CAPVT VIII.

De diuortio.

DVobus modis ſumitur diuortium. Primo, vti eſt ſeparatio Coniugum diſſoluto matrimonio, quoad vinculum, quemadmodum Titulo, ff. & Cod. de Diuortijs. Secundo, vti eſt ſeparatio Coniugum, quoad thorum, & habitationem retento vinculo. *D*e hoc ſecundo primò agendum.

Sit prima aſſertio. Poſſunt Coniuges ſeparari thoro ex mutuo conſenſu, vel emiſſo voto Caſtitatis, vel ſine voto ob iuſtam, vel honeſtam cauſam V. G. ad vacandum Deo; cuius rei multa ſunt exempla. Ita ſolent facere multi pij Coniuges Deo ſe deuouentes in Religione. Sed oportet, vt ſi vnus Religionē ingreditur, alter maneat cum voto caſtitatis in ſeculo. Idem eſt ſi vnus ſacros Ordines velit ſuſcipere. Si tamen alter ſine alterius conſenſu profiteatur, profeſſio nulla eſt; imo & ab altero, qui noluit, reuocari poteſt, & ille qui inualidè profeſſus erat poteſt mortua prima Vxore aliam ducere.

Secunda aſſertio. Crimen adulterij eſt cauſa iuſta ſeparationis à thoro; hæc

hæc tradita eſt à Chriſto in Euangelio Matth. 5. & 19. non ſoluitur tamen vinculum matrimonij Authore Auguſtino *lib. 2. de adulterinis Coniugijs cap. 9. & lib. contra Adimantum cap.* 3. Dubitant Authores. Vtrum adulterium debeat eſſe ſola, & vera fornicatio, an ſufficiat ſodomia cum altero, vel beſtialitas? Affirmant communiter Authores cum Sanchez *lib. 10. d. 4. num. 3.* has etiam duas adulterij nomine venire, ſed niſi conſummentur non ſufficere. Per peccata autem mollitiei nulla fit ſeparatio; in hac autem lege ſeparationis ambo coniuges æquales ſunt, vt vxor à viro, & Vir ab Vxore ſeparentur iuxta D. Thomam *in 4. diſt. 35. q. vnic. ar.* 4. quia ius diuortij oritur ex mutua fide.

Matth. 15. & 19 S. Auguſt.

D. Thom

Eſt tamen contra hanc communē ſententiam multiplex argumentum. Primum, quia non omnis concubitus contra naturam eſt adulterium, ergo ſolus naturalis per naturalem viam adulteriū eſt. Antecedens patet, quia effuſio ſeminis intra crura fœminæ, velin alijs locis corporis extra illa duo vaſa, naturale, & præpoſterum, eſt contra naturam, & tamen nemo dicit eſſe adulterium; ergo neque coitus præpoſterus adulterium erit. Conſequentia rectè videtur colligere, nam reliqua membra ſunt præter copulā naturalem. Secundo: quia ſola copula naturalis eſt coniugalis, & quæ matrimonio inſeruit, & iſta violata fit propriè iniuria matrimonio, cuius finis, & vſus non impeditur per alias copulas. Tertio, quia maritus non accipit iniuriam per id, in quo ius non habet, ſed ille non habet ius ad præpoſterum coitum; ergo per illud non fit adulterium, nec iniuria matrimonio. Quarto: quia copula ſodomitica cum cognata non eſt inceſtus, nec cum Virgine ſtuprum, ergo ea cum coniugata non erit adulterium: duæ partes antecedentis admittuntur communiter, & tenet Sayrus in Claui Regia *lib. 8. cap. 5. num. 20.* & Azor *p. 3. lib. 9. cap. 20.* qui fatetur peccatum ſodomiticum cum cognata non impedire matrimonium; ergo ſignum eſt ea parte non fieri iniuriam matrimonio; atque adeo non eſſe adulterium, eius qui præpoſterè concumbit. Iam verò ratio adducta pro communi ſententia facilè ſoluitur, non enim omni actu Venereo lęditur dominium cōiugis, alioquin & per peccatum mollitiei læderetur; ſed eo ſolo, qui eſt proprius coniugii, & ordinatus ad generationem, cuiuſmodi non ſunt reliqui concubitus. Quæ argumenta, tam ſunt fortia, vt ſi haberem Authores, non dubitarem oppoſitum probabile dicere. Id aduerto Sayrum minoribus argumentis preſſum fateri loco citato concubitum contra naturam cum coniugata non eſſe propriè adulterium. Teneatur tamen communis ſententia.

Sayrus Azor.

Sayrum

Tertia aſſertio: Ius ſeparationis oritur, cum primum coniux innocens certus eſt moraliter de crimine alterius; tum licet propria authoritate ſeparatio, quoad thorum citra ſcandalum tamen, ſi crimen publicū non eſt; quoad habitationem autem opus eſt iudicio ante publicationem delicti. Ita S. Thomas *in 4. q. vnica art. 3.* & Sanchez *d. 12. num. 25.* & alij citati ab eo, & Bonacina *q. 4. p. 5.*

S. Thom. Sanch

Quarta: cognita, & iure probata cauſa iuſta diuortij coniux innocens poteſt vouere continentiam, & ingredi Religionem, nec ab alio reuocari poteſt, *cap. Agathoſa 27. q. 2. & cap. conſtitutus. de conuerſ. coniugatorum.* Coniux autem adulter id facere nequit inuito innocente; non enim crimen vnius alteri nocere debet; noceret autem ſi adultero ſeparatio illa propria authoritate liceret. Poteſt tamen adulter monito innocente, & petita ab eo licentia, & expreſsè, vel tacitè obtenta ad Religionem tranſire. Ita Sanchez *lib. 10. d. 11.* Coninch *d. 35.* Bonac. *q. 4. p. 5.*

Sanch ex Coninch Bonac.

Quinta: Si poſt Adulterium commiſſum, & diuortium factum reconcilientur Coniuges cenſetur matrimonium reſtitutum, ac ſi nullum crimen foret. Ita Sanchez *diſp. 7.* & Molina *diſt. 95.* Vnde ſi de nouo adul-

Sanchez Molina

adulterent nouum exiſtet diuortium.

Sexta : Si diuortium iam tranſiuit in rem iudicatam, & innocens poſtea commiſit adulterium non obligatur ad Coniugem iterum recipiendum; quia hic ius amiſit repetendi poſt latam ſententiam; poteſt tamen illos iudex obligare ad cohabitandum propter periculum incontinentiæ; D.Thom. Sanchez. Authore D. Thoma *in 4. diſt. 35.* & Sanchez *lib.10.diſput.9.*

Septima; poſt diuortium poteſt condonari ab innocente Coniuge crimen Adultero; iſque illum pro libito reuocare, ſi in ſtatu ſunt cohabitandi; non tamen obligatur ad recipiendum adulterum,quamuis emendatum, *cap admonere.33.q.2.* Azor Coninch. Reginal. Sanchez Azor 1. *p.lib.3.cap.14.quæſt.13.* Coninch *diſt. 35.* Reginald. *lib.31.num.328.* Sanchez *lib.10.d.13.*

Vtrum autem teneatur Coniux innocens in conſcientia cognito alterius adulterio eum repellere, vel ei alimenta denegare, negat S. Auguſt. S. Auguſtinus *lib.1.de ſermone Domini in Monte cap.27.* & refertur *C.Idololatria 25. q. 1.* niſi ſcandalum inde oriatur, & ob repetitionem Adulterij videatur innocens indulgere Adultero iuxta Sanchez. Sanchez *lib.10.diſt.13.* Eſt autem duplex adulterij condonatio; altera expreſſa, altera tacita. Expreſſa patet; tacita tum fiet, quando Coniux cognito alterius adulterio cum eo commiſcetur, vel eadem familiaritate, qua antea, domi habet.

Sunt autem caſus, in quibus diuortium non liceat, etiam commiſſo crimine. Primo, ſi vim paſſus eſt Coniux animo non conſentiente, iuxta S. Auguſt. Auguſtinum *lib.1.de Ciuit. cap. 18.* Relatum *in C.propoſito 32.q.5.* Vtrum autem adulterium ob metum graue Syluester Armilla excuſetur, & excuſet à diuortio quæſtio eſt, in qua Syluester, & Armilla affirmant. Verum negandum eſt cum Sanchez Coninch Sanchez *diſp.5.num.16.* & Coninch *d.35.dub.2.* quia id omninò adulteriū eſt, & coniux tenetur mortem potius pati, quam adulterare. Secundo, quando alter Coniux permiſit adulterium, vel in illud conſenſit, vel ipſe etiam commiſit, nam tunc delicta pariter compenſantur ſecundum Auguſtinum *lib.1. de ſerm. Dom. in Monte. cap. 28.* quem citat *C.primum 32. quæſt.6.* S. Auguſt.

Hæc eſt vnica, & iuſta cauſa perpetui diuortij : ſunt aliæ, quæ per accidens efficiunt diuortium; quæ quia non ſunt contra fidem matrimonij directè,ijs ceſſantibus matrimonij vſus renouatur,& cohabitatio inſtauratur. Prima eſt lapſus Coniugis in hæreſim, quando fuerit cum pertinacia, & poſt idoneam monitionem. Duobus autem modis fit ſeparatio, vel authoritate propria, vel Eccleſiæ. Si propria, poteſt, ac debet emendatus Coniux recipi. Si Eccleſiæ tum poteſt,ſed non tenetur innocens alium adulterum recipere. Patet ex doctrina Alexandri III. *C.de illa. de diuortijs.* Alex.III.

Secunda cauſa eſt, ſi graue periculum animæ, ſeu corporis immineat alteri Coniugi; puta, vel hæreſis, vel ſodomiæ, vel magiæ, vel contagij. In his caſibus licet ſeparatio, & diuortium. Sumitur *ex cap. Idololatria 28.q.1.& Cap.ex tranſmiſſa, titulo de Conſtitutione Spoliatorum.* Huc pertinent graues, & frequentes diſcordiæ, & iniuriæ, verberationes, & vulnera illata, & alia huiuſmodi,quas idoneas eſſe ad diuortium cauſas docet Henriquez *lib.11.cap.17.num.7.*& Sanchez *lib.10.d.10.n.11.* ac ex ijs,& aliis Bonacina *q.4.p.5.* Henriq. Sanchez Bonacin.

Diuortio facto, ſi Pater cauſam dedit diuortio liberi manere debent apud Patrem ſumptibus Matris, ſi hæc locuples fuerit; & ad hoc compelli poſſunt, ac debent. Ita Sanchez *lib.10.d.2.* Sylu. *v. Filij. qu. 21.* Guttier. *tr.4.* notandum eſt tamen. Sanchez. Sylu. Guttier. Primo, ſi adulter ſit fidelis, innocens infidelis,tunc in fauorem Fidei proles tradenda Fideli, iuxta Syluestrū proximè cit. Secundo ſi mulier ad ſecundas nuptias tranſeat, proles ipſi non relinquitur, licet Pater diuortio cauſam dederit, colligitur ex Authent.ſi pater. *C.diuortio facto.* ita Layman *tr. 10,par.3.cap.7:* Sed non video, qui Layman. hoc modo locum habere poſſit, cum

Digitized by Google

per diuortium non liceat mulieri alteri nubere Layman uidetit.

CAPVT IX.

De impedimentis dirimentibus Matrimonium. Ac primum de errore, & Voto.

DVo ſunt genera impedimentorum, vnum eorum, quæ nullum matrimonium reddunt. Alterum eorum, quæ illicitum faciunt. Illud appellatur dirimens, hoc ſimplex impedimentum, quia in hoc matrimonium factum tenet, etſi non liceat. Eſt autem in matrimonio locus impedimentis; quia contractus eſt, ac proinde obnoxius his legibus, quibus cum accipit rationem Sacramenti; ſunt autem quædam impedimenta de iure naturæ, vti eſt omnimoda impotentia naturalis ad coitum. Quædam de iure Diuino, vti matrimonium cum ſecunda Vxore viuente prima: quædam ex iure *Eccleſiaſtico*, vti clandeſtinę nuptiæ poſt Tridentinum; ponere autem hæc impedimenta olim ad Principes ſæculares ſpectabat, qui cum Rempublicam gubernarent, poterant, quæ è Republica erant circa matrimonium decernere. Verum promulgato Euangelio Eccleſia huiuſmodi poteſtatem ſibi ſumpſit, & veuit nequis ſæcularis Princeps matrimonio leges daret, cum in Sacramentum tranſiſſet; vti notat Sotus *in 4. diſt. 40. quæſt. vnica art. 5.* & Bellarminus *lib. 1. de matrim. cap. 32.* & habetur in Tridentino *seſſ. 24. can. 3. & 4. & cap. Sancta Maria ext. de conſtitut. cap. ſuam de ord. cognit. c. 1. de ſponſal.* Pro infidelibus tamen ſibi ſubditis poſſunt Principes tum Infideles, tum Chriſtiani impedimenta ponere, cum horum matrimoniũ non ſit Sacramentum, authore Diuo Thoma *in 4. d. 39. q. vnica art. 1. ad 3.* & Sanchez *lib. 7. d. 3. num. 5.* Excipiẽda item eſt cauſa dotis; cum eodem Patre Sanchez *num.* 8. Coninch *d.* 30. *dub. 1. num.* 5. Filliuc. *tr. 10. p. 2. cap. 1. q. 2.* Dirimentia vero impedimenta ſpectant ad Papam, & vniuerſale Cõcilium, teſte Henriquez *lib. 11. cap. 1.* & Layman *tr. 10. p. 4. cap. 1.* Continentur autem huiuſmodi impedimenta tribus verſibus ab Henriquez citato adductis.

Sotus
Bellarm.
Trident.
D. Thom.
Sanchez
Sanch
Coninch
Henriq
Layman
Henriq

Error, Conditio, Votum, cognatio, crimen.
Cultus diſparitas, Vis, Ordo, ligamen, boneſtas,
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.

Quæ idem ita explicat. Primum: Error Perſonę. Secundum: Conditio ſeruitutis. Tertium, votum ſolemne profeſſionis. Quartum, cognatio, quæ triplex eſt, naturalis per ſanguinem: Spiritualis ex baptiſmo, uel Confirmatione: legalis ex adoptione. Quintum: crimen, quod duplex eſt, homicidium coniugis, cauſa contrahendi cum altero poſt alterius mortem. Sextum: cultus diſparitas, baptizati cum nõ baptizata. Septimum: Vis, ſeu metus grauis. Octauum: Ordo Sacer, ſeu maior. Nonum: ligamen alterius matrimonij. Decimum: honeſtas, publica ex ſponſalibus iuris de futuro. Vndecimum affinitas triplex, ex matrimonio rato, vel conſummato, vel ex copula fornicaria ad ſecundum gradum. Duodecimum impotentia coeundi, quæ triplex item eſt; aut ex frigiditate viri, aut ex arctitudine Virginis, aut ex maleficio perpetuo. His addita duo, clandeſtinæ nuptiæ, & raptus; de his ſigillatim dicendum. Hoc capite de tribus primis agemus.

Prima aſſertio. *Error* perſonæ irritat matrimonium de iure naturæ. Ita S. Thomas *in 4 d 30. a. 1.* & communiter omnes apud Sanchez *lib. 7. d. 18.* & Gutier. *c. 89. n. 2.* & Coninch *d. 31. dub. 1.* & Reginald. *l. 21. n. 92.* & Cardinal. Tuſcuſ. *to. 5. concl. 159.* vti ſi quis velit contrahere cum Anna, & obtrudatur ei Catharina, quam nolit; patet ex eo nullum eſſe contractum propter

S. Thom.
Sanchez
Gutier.
Coninch
Reginald.
Car. Tuſc.

ſub-

Digitized by Google

ſubſtantialem errorem perſonæ; tollitur autem, ſi ille habeat animum actualem ducendi illam fœminam, quæcunque ſit; vti notat Nauarrus *c. 22. manualis nu. 32.* & Coninch *diſ. 31. dub. 1. n. 9.* iuxta l. non idcirco. Cap. de Iut. & Ignor. & l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omn. iud. Ita Henriq. *l. 11. c. 10* & Sanchez *lib. 2. d. 34. & lib. 7. d. 18.* & Gutier *c. 47. n. 2.* (Nauarr. Coninch)

Secunda aſſertio; conditio ſeruilis ignorata à contrahente ingenuo dirimit matrimonium; patet quia liber vult contrahere cum libera, non cum ſerua; ita habetur c. 2. & vltimo de cõiugio ſeruorum, & c. ſi quis ingenuus 29. q. 2. Et docet S. Thom. *in 4. diſt. 36 q. vnic. a. 1.* & Bonauentura *in 4. d. 36. ar. 1. q. 2.* & illius diſcipulus Richardus *a. 1. q. 1.* (D. Thom. Bonau. Richard) Requiritur enim æqualitas, & iuſta traditio Corporum, quæ nequit eſſe inter ſeruum, & liberum; an autem hoc impedimentum ſit iuris naturalis controuerſum eſt. Ego puto cum Syluestro V. Matrimonium, & Angles *in Flor. 4. ſent. p. 1. ſup. d. 36. quæ. de errore condit. a. 1. dub. 1.* eſſe de iure naturali; fundatur enim in natura ipſius rei ſeruilis, & conditione ſeruitutis. Vnde etiam matrimonium infidelium per illud impedimentum diſſoluitur, & in hanc ſententiam magis video propendere *Laymannum c. 2.* (Layman) & me mouet authoritas D. Thomę *in 4. d. 30. q. 1. a. 2. & d. 39. q. vn. ar. 1.* (D. Thom.) vbi comparat ſeruitutem naturali Impotentiæ; quidquid contra Sanchez *d. 19.* (Sanch.) opinetur, qui etſi non improbet Syluestri ſentẽtiam, ait tamen eſſe de iure Eccleſiaſtico; quod non placet, illa enim conditio ineſt perſonæ, & vitiat natura ſua contractum; alij errores circa alias conditiones non ſunt eſſentiales, quamquam ex deceptione cõtrahentis proueniant; v.g. ſi quis ducat Agnetem putans eſſe ſanam cum ſit leproſa, vel contrahat cum Antonia fingente ſe Virginem cum ſit corrupta, & ſimiles, quas enumerat Sanchez *d. 18.* & Layman *tr. 10. p. 4 c. 2.* & Bonacina *q. 3. p. 2.* Hi errores non euertunt ſubſtantiam matrimonij nec tollunt voluntatem abſolutam; quod intelligitur, niſi contrahens habeat expreſſam voluntatem non contrahendi, niſi cum ſana, vel Virgine, ita ut aliter nolit contrahere. Regulam autem generalem proponit Sanchez *d. 18.* & Layman proxime citatus, & Gabriel Carmelit. *d. 6. q. 4.* (Gabriel Carmel) Itaque intentio, & voluntas ſemper eſt ſpectanda, quòd ſit anima matrimonij.

Tranſeo ad impedimentum voti. Dico primum. Votum ſolemnis profeſſionis in Religione approbata matrimonium ratum ſoluit, & contrahẽdum dirimit c. meminimus & c. rurſus & c. inſinuante, qui Clerici, vel vouentes. Hoc eſt definitum in pluribus Concilijs adductis à Sanchez *l. 7. d. 27* (Sanchez Bonacina. Trident.) & Layman *p. 4. c. 2.* & Bonac. *qu. 3. p. 4.* authores cumulat *nu. 3.* Ita Tridentin. *ſeſſ. 24. can. 9.* Hoc extendit Papa Gregorius XIII. ad vota ſimplicia Societatis IESV; (Greg. XIII.) quoad dirimendum futurum, non verò quoad diſſoluendum præteritum iuxta Vaſquez *tr. 2. diſput. 165.* & Sanchez *lib. 5. moral. nu. 29.* (Vaſq. Sanchez) & Layman *c. 3.* An verò votum ſolemne dirimat de iure diuino? quæſtio eſt cõtrouerſa inter Patres Ieſuitas, & Thomiſtas; de qua vide P. Gabrielem Carmelit. *d. 6. q. 6.* (Gab. Car.) tenentem iure Diuino dirimere. Ego cum Patribus Ieſuitis malo ſentire, quibus magno item numero citatis aſſentitur Bonacina *q. 3. p. 4. n. 3.*

Dico ſecundo: votum continentiæ annexum Ordinibus Sacris non ſoluit matrimonium ratum, ſed dirimit contrahendum. Prima pars habetur in Extrauagante *Antiquæ* Ioannis 22. de voto. Secunda pars habetur cap. nullus miſſam, & ca. præſertim diſt. 32 c. 1. & 4. de Clericis coniugatis, & docet D. Thomas in 4. diſt. 37. qu. vnica art. 1. (D. Thom.) Vnde matrimonium Sacerdotum etiam in Eccleſijs Orientalibus irritum cenſebatur. Ita Azor *tom. 1. lia. 13. c. 12. q. 3. & cap. 14. q. 7.* & Sanchez *l. 7. d. 28. num. 3.* (Azor Sanch.) & Layman *p. 4. cap. 3.* (Layman)

Dico tertio; votum ſimplex continentię illicitum reddit matrimonium, ſed non irritum. Eſt in cap. meminimus, & cap. conſuluit, & cap. rurſus, qui Cle-

Digitized by Google

Clerici, vel vouentes, & notat Sanchez *l.7.d.*11.*n.*4. Si autem mulier vouens in ſæculo continentiam marito permiſerit ſacros ordines ſuſcipere, eo defuncto non poteſt alteri nubere; teſte Azor *to.*1.*l.*13.*c.*14.*q.*11. & Sanchez *l* 7 *d.*40. poſt Abbat c. conſtitutus n.6. de conuerſ. coniugat.

Sanchez

Azor Sanchez

Dico quarto qui cum voto continentiæ contraxit matrimonium nequit petere debitum; qui autem cum voto Religionis contraxit, & conſummauit matrimonium poteſt petere. Nam hic non habet votum caſtitatis actuale, ſed de futuro poſt ingreſſum Religionis, ac proinde non obligatur ad caſtitatem, niſi ſoluto matrimonio, & inita Religione, authore Sanchez *l.*9 *d.*13. *n.*14. & Nauarr *l.*3.*conſil.*17.*de voto edit.*2. & Layman *p.*4.*c.*3. De matrimonio conſummato conſtat illud per nullum votum aut ſimplex, aut ſolenne quocunque in ſtatu diſſolui. Ita omnes ſupra citati. Litigant Sanchez, & Henriquez. An ſponſa cognita per vim, aut metum poſſit intra à ſponſo ingredi Religionem? Affirmante Sanchez *lib.*2. *d.*22. negante Henriquez *l.*11. *c.*8. negat eum Henriquez Gutier. *c.*54. *nu.* 28. affirmat eum Sanchez Bonacina *queſt* 3.*par.*4. His aſſentior, quia illa non tam eſt conſummatio copulæ quam iniuria.

Sanchez Nauarr Layman

CAPVT X.

De impedimento Conſanguinitatis, & affinitatis.

Conſanguinitas definitur vinculum perſonarum, quæ ab eodẽ, eoque propinquo ſtipite per carnalem generationem deſcendunt. Dixi propinquo; nec enim remoti à primo Parente conſanguinei dicuntur, nam illam propinquitatem conſumit diſtantia; alioquin omnes nos, qui ex Adamo ſumus erimus conſanguinei, & certè licet gradus inter ſe nexi ſint, quando nimis diſtant, tollunt rationem propinquitatis. Ita Bonacin. ex Sanchez, Reginaldo *q.*3.*p.*5. Cognatio, & agnatio differunt tanquam genus, & ſpecies; omnes enim agnati ſunt inter ſe cognati, non autem contra. Agnati quippe ſunt, qui per lineam virilem deſcendunt, & eodem nomine, & familia cenſentur, ſiue mares ſint, ſiue fœminæ. Videlicet Titius eſt Pater: filij eius, & filiæ faciunt lineas duas, filij, & filiæ fratrum ſunt agnati, filij autem ſororum ſunt cognati *Leg.*18.*ff.* de gradibus. Itaque in agnatis ſpectatur linea maſculina, in cognatis non ita.

Bonacin.

Linea conſanguinitatis definitur, ordinata connexio perſonarum conſanguinitatem inter ſe habentium; habet aſcendentes ſurſum, habet deſcendentes deorſum; habet tranſuerſos ad latera, ſed ab eodem principio venientes. Linea gradibus conſtat; eſt autem gradus diſtantia vnius perſonæ ab alia intra lineam conſanguinitatis. Sunt etiam certæ regulæ receptæ circa hos gradus. Pro linea aſcendente, & deſcendente regula eſto. Tot ſunt gradus in linea aſcendente, & deſcendente, quot ſunt perſonæ vna dempta v.g. Auus, Pater, & Nepos ſunt tres perſonæ, & tamen Pater, & Nepos, ſeu Auus, & Pater eſt primus gradus, Auus, & Nepos ſecundus, & tamen erant tres perſonæ. Pro linea tranſuerſa æquali regula eſto, quot gradibus perſonę à communi ſtipite diſtant, totidem inter ſe diſtant. Exempli gratia Fratres, & Sorores vno tantum gradu à Patre, & Matre diſtant, ergo vno inter ſe diſtabunt. Fratrum autem, & Sororum filij duobus inter ſe gradibus diſtant, & totidem diſtant ab Auo. Pro linea autem tranſuerſa inæquali ſit regula.

Quot gradibus perſona remotior diſtat à communi ſtipite, totidem ipſę perſonæ inter ſe ſeparantur; v.g. comparando Patruum cum filio fratris ſui qui diſtat ab Auo duobus gradibus, iiſdem ſeparatur à patruo qui eſt Aui

filius

filius. Nepos autem filius fratris eſt remotus à Patruo tribus gradibus: is ergo totidem remotus erit à magno Patruo Fratre Proaui. Sumuntur hæ regulæ ex cap. ad Sedem, & cap. parentelæ 35.qu.5.& cap. finali de conſanguinit. Has regulas tradunt Valentia *tom.4.d.*10.*q.*5.*p.*3. Couar.*in Epiſt.* *p.*2.*c.*6. Ledeſm.*q.*53.*art.*2. Henriquez *l.*11.*c.*8. Coninch *d.*31.*dub.*1. Regiual. *l.*31.*n.*141. Filiuc.*tr.*10.*p.*1. Bonacina *q.*3.*p.*5. Layman *tr.*10.*p.*4.*c.*4. Quibus poſitis.

Val. Couarr. Ledeſma Bonac. Layman.

Dicimus. Conſanguinitas dirimit matrimonium in tranſuerſali linea vſque ad quartum gradum, iuxta C. non debet; de conſanguinitate, & affinitate, & in Trident. *ſeſſ.*24.*can.*3. vide Layman *p.*4.*cap.*4.& Bonacin.*q.*3.*p.*5. Ius vero antiquum capitis ad Sedem 35.*qu.*5. extendebat vſque ad ſeptimũ gradum, ſed hoc ius eſt antiquatum. Pono exemplum perſpicuum. Fratres ſunt in primo gradu, Fratrum filij, qui Patrueles appellantur fratres, in ſecũdo. Horum Patruelium filij in tertio. Iſtorum tandem filij in quarto. Ad hos igitur conſanguinitatis impedimentũ dirimens extenditur. Ponit hic Arborem Genealogicam in Paradigma conſanguinitatis, & doctrinæ exemplum Layman.

Conc. Tr.

Affinitatem definit Nauarrus *in manuali c.*22. Eſt propinquitas duarũ perſonarum, quarum vna cum cõſanguinea alterius copulam habuit; ſiue illa copula ſit ex legitimo thoro, ſiue non. Vnde ſi Titius, & Caia carnaliter copulentur, omnes vtriuſque cõſanguinei, iuxta gradum, quo vtriuſque conſanguinei ſunt, fiunt inter ſe Affines, vel per ſe, vel per accidens. Ratio eſt, quia per copulam fit vna duorum Caro, ac proinde duo illi copulati omnes ſecum coniunctos cum coniunctis alteri affinitate coniungũt. Hanc materiam doctè vti ſolet, tractat Sanchez *d.*51. Ego cum illo aduerto in matrimonijs ſumendam eſſe rationẽ computandi Canonicam, in ſucceſſionibus ciuilem. Eſt vero diuerſa computatio Canonum, & legum, vti obſeruat Sanchez *d.*50.& Gabr. Carm. *d.*6.*q.*7. cum Bonac.*q.*3.*p.*5.

Nauarr. Sanchez. Sanchez. Gab. Car.

Hac in re ſit prima concluſio. Affinitas ex legitimo thoro peruenit vſq; ad quartum gradum. C. non debet, de conſanguinitate, & affinitate. Itaque Titius non poteſt contrahere cum cõſanguineis Caiæ vſque ad quartum gradum. Ita Sanchez *l.*7.*d.*67.*n.*5.& *Laym.c* 5. Sanchez

Secunda concluſio. Affinitas ex illegitimo thoro non excedit ſecundum gradum iuxta Tridentinum *ſeſſ.* Con Trid 24.*c.*4. de reformatione v.g. fornicante cum Caia Titio non poteſt contrahere Titius cum ſorore Caiæ, nec cum conſobrina Caiæ; poteſt cum reliquis, vſque ad quartum gradum. Sanchez citatus, & apud eum multi. Sanchez

Aduertendum autem eſt primo. Qui fornicetur cum Affine extra hos gradus, eum non committere incæſtum, nec ponere impedimentum matrimonio, nec teneri circumſtantiam in confeſſione explicare, iuxta Sanch. *l.*7. *matr.d.*67.*n.*8.& Gutier.*c.*13.*n.*3. Gutierr. & Laym.*p.*4.*cap.*5. Et patet, quia illa Layman. fornicatio eſt extra ſecundum gradum prohibitum.

Aduertendum ſecundo. Contracta à marito per fornicationem cum Affine coniugis affinitate non poſſe illum petere debitum ab vxore. C. primo, & C. diſcretionem; de eo, qui cognouit conſanguineam; ſiue palam, ſiue clam peccatum commiſerit; id enim nihil intereſt ad impedimentum, quod etiã per occultum peccatum contrahitur. Id obſeruat Gloſſa c. qui dormierit v. neutram 32. q.7. Sotus in 4.d.32.q.vn. a.2. concl.2. Gutierrez lib. can. quæſt. c.23.n.8.

Eſt aliud genus affinitatis, quod per accidens venit; datur inter perſonas, quarum neutra per copulam carnalem affinitati cauſam prębuit. V.G. ſi Titius, & Caia copulentur, conſanguineus Titij contraxit affinitatem cũ conſanguinea Caiæ; quæ affinitas non impedit matrimonium cum duabus ſororibus alterius familiæ, & poteſt aliquis ſucceſſiuè plures vxores accipere, quarum mariti fratres germani erant. V.G. Galla, & Cæcilia nupſe-

re

Digitized by Google

re duobus fratribus; poteſt igitur Sempronius Gallam Viduam effectam ducere, & ea mortua ducere Viduã Cæciliam. Vnde licet Viro ducere filiam Vitrici ſui, aut nouercæ ſuæ. Præterea ſunt duo Fratres Lælius, & Caro; quorum Lælius Seiam, Cato Corneliam duxit. Mortuo Lælio duxit Titius Seiam Viduam ex Lælio, hac mortua, & mortuo item Catone Titius poteſt nuptias inire cum Vidua Cornelia, quia Titius fuit tantum per accidens affinis Corneliæ ratione prioris Coniugij Catonis, & Seiæ, qui propriè affines erant, quod Cato erat frater Lælij, qui duxit Seiam. Tandem ſi Berta habeat fratrem Sempronium, cui nupta ſit Terentia, Titius autem ducat Bertam, tum contrahit Titius affinitatem propriè cum Sempronio, per accidens autem cum Terentia. Regulam harum affinitatum per accidens tradit Nauarrus *lib.4.conſil.3. de conſanguin.& affin.edit.*2.& ex eo Layman *p.4.c.3.*

Nauarr
Layman

Circa impedimenta probabile eſt in linea recta aſcendentium, & deſcẽdentium nullum fieri poſſe matrimonium, ita vt ſi ducantur gradus in infinitum, nunquam liceat matrimonium; quam ſententiam præter alios antiquos defendunt Toletus *l.7.cap.5. in fin.* Bellarminus *lib.1. de matrim. c.* 28. Vaſquez *t.2.q.74.a.*8. & *d.*102.*n.* 7. Petr. de Ledeſm. *q.54.a.3. difficul.*2. Viuald. *in Candel.c.1.nu.*191. *de matr.* Rebell. *l.3 q.*5. Reginald. *lib.31.n.*119.

Toletus
Bellarm.
Vaſquez
Ledeſma
Viuald.
Rebell
Reginal.

Sed probabilius tamen eſt extra primum gradum licere poſſe matrimonium; idque optime oprimè demonſtrat Sanchez *l.7.d.51.qu.2.nu.*13. in primo autem gradu eſſe vetitum iure naturæ, & intrinſecè malum, adeo vt nullo modo ſit licitum tenet Caiet. & Ledeſma, quos citat, & ſequitur Gabriel à S. Vincentio. Verum oppoſitum mihi omnino probatur; nec enim ego video, cur iure naturę ſit vetitum, & malum intrinſecè, cum legamus filias Loth liberari à culpa inceſtus commiſſi, quod licuit ijs exiſtimantibus mundum incendio perijſſe, vti antea aqua perierat, cũ Patre in ea extrema neceſſitate generandi prolẽ, & conſeruandi humanum genus, concumbere. Ac ita tenet Valent. *d.*10. *q.5.p.*3. Sanchez *l.7.d.51.q. vn. nu.*10. & *q.1.n.*13. & Henriq. *l.*12.*c.*9. & Baſil. Ponc. *c.*31. Gutierrez *c.*58.*n.*20. & alij plures. Vt autem quid ſentiam exponam.

Sanche
Caiet.
Ledeſm
Gab.Car
Sanchez
Henriq
Bal.Pont.

Dico primo; matrimonium in primo gradu conſanguinitatis aſcendentium inter Patrem, & Filiam non eſt intrinſecè malum. Patet, quia non apparet ratio intrinſecæ malitiæ, & ſane poteſt eſſe caſus, in quo Deus in eo diſpenſaret; quod concedit Gabriel Carmelita *d.6. qu.7.* neſcio an conſequenter; quod enim eſt intrinſecè malum, vti mendacium, nullo fine, aut modo cohoneſtari poteſt nec diſpenſari. Et ita reſponſum inueni poſtea à Bonac. *q.3.p.5.§.1.*

Gab.Cai.
Bonacin.

Dico ſecundo, nec iure naturali, nec Diuino vetitum eſt illud matrimonium. Suadetur, quia Perſæ olim apud Curtium Lib. 8. & hodie multi Indiani illa matrimonia contrahunt; quod certe ſi eſſet contra ius naturæ, ab illis omninò natura hominum abhorreret; et quidem præter reuerentiam, & naturalem quandam ex ea pudorem, nihil videtur eſſe contra rationem; nam copula naturalis eſt, & ad eam appetitus datur, & ex ea ſequi poteſt generatio; quid ergo eſt contra naturam? Ius Diuinum nulla id lege prohibuit; nam ſi qua eſſet, illa eſſet Gen.2. *Erunt duo in carne vna*, & illa, rurſum *Relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit vxori ſuæ.* Neutra vero quicquam obſtat. Non prima, quia vnio inter coniuges eſt multo maior, quam ſit inter Patrẽ, & Filiã; vti probat, ſecũda pars. Deinde eſt vnio alterius Ordinis per ſeminum miſtionem, non per ſanguinis communicationem. Præterea vnio hæc conſanguinitatis non eſt ſuprema in genere vnionum, ergo poteſt admittere aliam maiorem, quæ eſt matrimonij. Quod attinet ad ſecundam. Ea tantum continet, & exaggerat vim vnionis, & obligationis matrimonij, & eo ſpectat illud, *Relinquet homo Pa-*

trem,

trem, & Matrem; vt oſtendatur arctius adhærere ſibi coniuges, quam Parentes filijs, & Parentibus filios; quod autem videatur ibi ſupponi diſtinctio inter coniuges, & Parentes, ideo eſt, quia Deus loquitur more ordinario de matrimonijs ſolitis, & omnino licitis. Vnde non excluditur ea Ius ille ſingularis filiarum Loth. Imo adhuc eſt locus dicendi ſuppoſito matrimonio inter Patrem, & filiam, illam veram eſſe ſententiam, cum per Cōiugium magis vniantur illæ perſonæ, & filij, quam antea, adeo vt vnio cōiugalis transferat ad ſe, & quodammodo conuertat in ſe vnionem illam minorem, quæ tunc minor futura eſſet poſt coniugium, nam in eam videbatur tranſire alia, atque adeo, ſequebatur relinqui illam, & ſumi iſtam tranſeunte in amorem reuerentia, eamque conſumente. Vnde error non erit dicere. *Relinques homo Patrem; & Matrem, & adhærebit vxori ſuæ*. Ex quo apparet nullam eſſe in hoc matrimonio intrinſecam malitiā, ſed ſolum inueniri quandam ſpeciem inverecundię, & indecentiæ, quæ cum non ſit contra religionem, ex ſe mala non eſt, & poteſt aliquo in euentu ſuperari. Si enim Deus extingueret omnes homines, præter vnum par Patrē, & filiā, licitum fore exiſtimo coniugium inter ipſos ad ſobolem procreandam, & genus hominum propagandum. Imo puto eos ad id lege naturali obligatum iri. Vnde illud factum filiarum Loth excuſatur hoc nomine à Patribus quos citant Va-
sanchez Bonac. Ledeſm. lent. & Sanch. citati, & probat omnino Bonacina *q.3.p.5.S.1.* contr. Ledeſm. & Reginaldum. Cum Bonacina vi-
Layman deo ſentire Layman *tractat.10.par.4. cap.6.*

Dico tertio ſecundus, & tertius gradus tranſuerſalis lineæ nullo iure naturæ prohibentur. Idque ſupponitur
Innoc. 3. ab Innocentio III. c. gaudemus; de diuortijs decernente, ne matrimonia infidelium in ſecundo gradu, & inferioribus facta, ſi conuertantur ad fidem, irritentur; ex quo patet ea irrita non fuiſſe, nec eſſe, nec fore; nec eſt opinor, author qui diſſentiat.

Dico quarto, in primo gradu tranſuerſali matrimonium iure naturæ non eſt vetitum. Eſt contra Sanchez *l.7.* Sanchez. Vaſq.
diſ.52. & Vaſquez *1.2.d.112.* & Sotum Sot.
in 4.d.40.q.vn.a.4. Itaque fratris, & ſororis coniugium iure naturæ ſpectato tenebit. Probatur primo, quia in principio mundi illa connubia licuerant, nam neceſſe erat ſorores nubere fratribus. Secundo, quia Abrahā duxit Saram ſororem ſuam, ſaltem ex Patre Gen. 20. iuxta Hieronym. & Clemen. Alexand. 2. ſtromat, & multos interpretes Caietanum, & alios. Tertio quia ſecundo Reg. 13. Thamar fratri ſuo Amon, eam opprimere volenti dixit. *Noli frater mi, noli, quin potius loquere ad Regem, & non negabit me ſibi*. Quarto, quia D. Gregor. Magn. D greg.
reſp.6. ad Auguſtinum Angliæ Apoſtolum ſcribit id connubij genus Romanis lege licuiſſe, & habetur c. quędam lex 31. q.3. Quinto, quia omniū fermè Gentium exemplis idem con- Tiraq.
firmatur à Tiraquello *l.7.connub.num.32.* quare hanc ſententiam ſequuntur D. Thom
D. Thom. *2.2.q.154.ar.9. ad 3.* Caiet. Caiet.
ibid. & in cap.19. Leuit. Scot. *in 4. diſt.* Scot. Victor.
40.q.vn.a.2. Victor. *relect. de matrim.*
Roffenſ. *de matr.* Henrici. 8. *Regis An-* sanchez
gliæ & alij citati à Sanchez, qui contra Gab. Car.
ſenrit, & à Gabr. Carm. qui nobiſcum ſentit. Certe nihil eſt in hoc matrimonio, quod offendat ius, niſi forte indecentia ex coitu inter fratrem, & ſororem, quam tamen multorum impudentia ſępe vincit. Sanè Auguſt. ait *l.15. de ciuit.* matrimonia illa in exordio mundi licita fuiſſe ad humanis generis propagationem. Non ergo ſunt ſua natura inualida. Et ita demū
ſentit Cou. *d.32. dub.1.* et probabile du- Couar.
cit Laym. *c.6.* Imo Vera Cruz. *2.pa.ſpe-* Vera Cr.
cul.a.23.concl.2. et Sanch. 3, 52. ex hac probabili doctrina aiunt, ſi quis ex Peruanis apud quos ea matrimonia in primo gradu tranſuerſali fiunt, conuertantur ad fidem nō eſſe ab eo cōiugio ſeparandos, quod ego minimè probem:

Quoad poteſtatem diſpenſandi Pontificiam. Dico primo; in linea

Aſcen-

Aſcendentium non poteſt fieri me au-thore diſpenſatio in gradibus à Pro-auo vſque ad Pronepotem. Eſt quippè maximè abſurdum matrimonium inter deſcendentes linea recta, quamuis non ſit irritum iure naturæ, cum præſertim ex ſola illa extrema neceſſitate licitum videatur.

Dico ſecundo, in primo gradu lineç conſanguinitatis tranſuerſalis. V.G. inter fratrem, & Sororem diſpenſatio non eſt, in alijs eſt.

De ſecundo gradu ſit pro Concluſione pars illa Canonis S. Concilij Tridentini, quæ ſic habet: *In ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam.* Diſpenſant tamen interdum in eo cum alijs perſonis Pontifices ex cauſis æquiualentibus, & hic Romæ cum certo quidam homine priuato ex Braſilia huc aduecto, & illuc reuerſuro hoc anno 1659. à Domino Noſtro ALEXANDRO hac in re religioſiſſimo, & ſeueriſſimo diſpenſatum ob Fidei, & Apoſtolicæ Sedis in ijs regionibus authoritatem prudenter, ac piè fuiſſe. Deinceps rarò, nec niſi cum magna difficultate diſpenſauit.

Trident.

Dico quarto, primus gradus affinitatis lineæ rectæ videtur etiam indiſpenſabilis V.G. inter Vitricum, & Priuignam; Socerum, & Nurum. Non quia ſit tamen irritum iure naturę. Ita multi apud Sanchez d. 66. quibus accedit Layman cap. 6. Matrimonia huiuſmodi permitti, ac diſpenſari nequeunt. His exceptis queunt. Vnde potuit diſpenſare Pontifex cum Henrico VIII. Rege Angliæ, vt duceret Catharinam Vxorem Viduam fratris ſui Arcturi defuncti. Nec de eo dubitandum fuit ab adulatoribus Regis, & hoſtibus Papæ. Habemus enim Deuteron. cap. 25. præceptum fuiſſe Iſraelitis, vt frater fratris defuncti vxorem duceret, & ex ea ſemen fratris ſuſceptis liberis ſuſcitaret; quod optimè, & ſcripturis, & rationibus, & exemplis, & diſpenſationibus Pontificum probat Sanchez *lib. 7. d. 66. num.* 11. & Layman *cap. 6.* & copioſus illis Gabriel Carmel. *d. 6. q. 24.*

Deute. 25.

Sanchez Layman

Gab. Car.

CAPVT XI.

De impedimento legalis, & ſpiritualis cognationis, & ligaminis.

Legalis cognatio ſit ex adoptione, quæ eſt aſſumptio perſonę extraneæ in familiam. Hæc autem duplex eſt; perfecta, quę ſit reſcripto Principis, & dicitur arrogatio; altera imperfecta, quæ non extrahit adoptatum à Patris poteſtate. Itaq; arrogatus egreditur ex poteſtate Patris naturalis, & filius, ac hæres adoptantis ſit; cuiuſmodi fuit Africanus minor à Scipione filio maioris Africani arrogatus. Adoptatus non ſuccedit neceſſariò Patri adoptiuo ex teſtamento, ſed tantum ab inteſtato. Arrogatus vero ſuccedit in quartam partem bonorum S. ſed hodie, iuncto S. item, inſtituta ab inteſtato.

Arrogatio ergo eſt impedimentum dirimens. l. adoptiuus. l. per adoptionem ff. de ritu nuptiarum. Interuenit autem impedimentum primò in linea recta inter adoptantem, & deſcendentes naturales adoptati, qui in eius ſunt poteſtate. Secundo, in linea tranſuerſa inter adoptatum, & natos, ac nepotes legitimos adoptantis. Tertiò: inter adoptatum, & Vxorem adoptantis, & inter adoptãtem, & vxorem adoptati; inter alios nullum contrahitur impedimentum. Ita S. Thomas *in 4. diſt. 42. art. 3. ad* 1 & Sanchez *d. 63. num. 26.* & Coninch *diſ. 32.* S. Thom. Sanchez Coninch

Notanda eſt differentia inter hos modos, quod in primo, & tertio, etiam diſſoluta adoptione per mortẽ adoptantis, vel per emancipationem adoptati perſeuerat impedimentum dirimens. In ſecundo minimè; ſed quamdiu adoptatus manet in poteſtate adoptantis; quod conſtat ex *L.* adop-

adoptiuus ff.de ritu nuptiarum, & §. non omnes, inſtituta de nuptijs; & §. inter canſas,inſtituta eodem titulo.

Vtrum autem ſimplex adoptio impediat matrimonium quæſtio eſt; in qua Scotus affirmat *in 4.diſt.42.q. 5.* & alij eum Toleto *lib.7.cap.4.* & Gabriel *d.6.q.7.* ſed negandum cum Ledeſma *q.47.ar.2.con.* 2. & Sanchez *d.63.num.9.* & Coninch *d.32. nu.34.* Ratio eſt; quia iſta adoptio relinquit filios in poteſtate Parris naturalis,nec eos reponit in alia familia, nec illos efficit ſimiles alijs filijs legitimis adoptantis,atque adeo non inducit vinculum ſtrictum, vnde exiſtat impedimentum. Video hanc diſtinctionem Arrogandi, & Adoptandi non curari à quibuſdam authoribus doctrinę moralis, ſed nomini Adoptionis ſolo vſos, & de Adoptatis, tanquam de Arrogatis loqui, vt eſt Bonacina *q. 3. p.5.§.3.* ſed malui exactius procedere cum Layman c.7.

Scotus
Toletus
Gabriel
Ledeſm.
Sanchez
Coninch
Bonac.

Quoad cognationem ſpiritualem oritur illa ex adminiſtratione, & ſuſceptione Sacramentorum Baptiſmi, & Confirmationis, quæ natiuitatem quandam, & formationem ſpiritus repręſentant, v nde quædam ſimilitudo cognationisſpiritualis exiſtit. *C.veniens de cognat ſpirit.cap.1.30.q. 1.cap. finali de cognat. ſpirit.* Ita ibi Bonifacius VIII. Hæc antea triplex erat,hodie poſt Trident. duplex tantum Paternitas, & Compaternitas. Volo hæc verbis Toleti dicere, qui perſpicuè hanc doctrinam *lib.1.cap. 23. tradit.* Eſt triplex Affinitas. Prima eſt Paternitas inter ſuſceptores,& baptizatum: & inter hunc, & baptizantem. Secunda eſt Compaternitas inter Suſceptores, & Patrem,& Matrem baptizati, & inter baptizantem etiam cum Matre, & Patre, licet non cum ſuſceptoribus & hoc modo etiam ſeruatur poſt Concilium Tridentinum. Eſt tertia Fraternitas inter filios, & filias ſuſceptoris, & baptizatum, ſed hęc fraternitas, nunc ablata eſt per Concilium Tridentinum. Itaque inter Baptizantem, & Patri,nos ſiue ſuſceptores nulla affinitas exiſtit. Idem in Confirmatione dicendum inquit dem Toletus citatus *& lib.7.cap.4.* Hac de re Nugn.3 *p.q.67.art.*8.Reginald: *lib.31.num.*150.Filliuc. *tr.2.c.7.q.9.*Bonacin.*q.3.p.5.S.2.* Layman *tr.* 10.*p.4.cap.*8.Sanchez *lib.7. diſ.* 57.& Suar. *3.p.q.67.ar.*8. Reliqua per concluſiones explicemus.

Bonifac. VIII.
Toletus
Nugn.
Regenald
Filliuc.
Bonacina
Layman
Sanch
ſuar.

Prima concluſio: Infidelis baptizans nullam cognationem contrahit cum baptizata, ſi autem poſtea conuertatur non contrahit de nouo impedimentum, ac proinde poteſt ducere Vxorem cum illam, tum matrem eius. Ita Sanchez *lib.7.d.60.num.* 11. quod item de Catechumenis intelligendum. Ratio eſt, quia quando baptizatus non eſt capax ſpiritualis cognationis,poſtea præterito iam baptiſmo non reuiuiſcit cognatio. Quod autem ait Layman cap.8.contra Sanchez infidelem Patrem baptizatę, ſi poſtea baptizetur contrahere cognationem cum Patrinis filiæ ſuæ baptizatæ non videtur coherere cum ijs, quæ antea docuerat, nec enim poteſt retro trahi cognatio, quæ antea nulla fuerat,eodem quo Layman vſus fuerat argumento. Nota hic tamen hæreticum baptizantem habere affinitatem cum baptizata, quia hæreticus characterem baptiſmi habet. ita Sanchez *lib.7.q.90.*

Sanchez
Layman
Sanchez
Layman
ſanchez.

Secunda Concluſio; quando legatus, aut Procurator, nomine alterius ſuſcipit è baptiſmo infantem, ille à quo mittitur contrahit impedimentũ, non autem legatus. Eſt Rebelli *q. 6.n.* 12. & Veralli *deciſ.*47. & Coninch *d.* 32.*dub.*2.& Bonacin. *qu.3.p.* 5.§.2. & Layman c.6. contra Toletum *lib.7.c.* 4.*n.*5. Ratio eſt, quia mandans eſt agens principale, legatus, & procurator velut inſtrumentum, qui aliena virtute operatur,quare illius,quod eſt alienum, particeps eſſe non poteſt Nauarr. *lib.5.conſil.in fine.* & Petr.Ledeſma q. 56.

Rebell.
Verall.
Coninch
Bonacina
layman
Tolet.
Nauarr
Pet.Ledeſ

Tertia Concluſio. Coniux neceſſitate prolem ſuam baptizans, vel ſuſcipiens baptizatum, vel confirmatũ nullum contrahit impedimentum. contrahit autem ſi extra neceſſitatem

faciat; prima pars eſt communis, &
Ioan 8. expreſſa definitio Ioan. 8. *cap. ad li-*
Sanchez *mina 30. q. 1.* & latè Sanchez *lib. 9. d.*
26. num. 3. & ratio eſt, quia ius, quod
habet ad petendum debitum non
amittitur neceſſitate illa Sacramenti
(de hoc enim impedimento ad pe-
tendum debitum intelligenda con-
cluſio) cum enim maxima ſit neceſſi-
tas, & ille officio fungatur ſuo non
debet iure ſuo fraudari, quod item
Layman confirmat Layman *p. 4. cap.* 8. Secun-
ſanchez da pars eſt eiuſdem Sancij *d. 26. num.*
Nauarr 7. & Nauarr. *cap. 16. num. 34.* & Suarij
Suar. *in 3. p. q. 67. ar.* 8. quia extra neceſſita-
tem voluntariè ſe expoſuit impedi-
mento, & in eo peccauit, vti vulgò
dicunt Authores, mortaliter, atque
adeo iure contraxit impedimentum,
& non poteſt debitum exigere. Si au-
tem ex ignorantia faciat, omni impe-
dimento carebit ob rationem pro pri
ma parte adductam. Et ita decidit
Alex. III. Alexander III. *C. ſi vir de cognat. ſpi-*
rit. V. debitum. Et obſeruat Suarez
ſuarez citatus *num.* 8. & Sanchez *d 32. num.*
Sanchez 48. & 49. & Layman *p. 4 cap.* 8. Idem
Layman de Sacramento Confirmationis pro-
portionatè dicendum. Per hæc au-
tem duo Sacramenta ſolæ contra-
hitur cognatio.

Impedimentum ligaminis omiſſū
video à P. Layman, quod quidam ei
negligentiæ vertunt. Ego nota libe-
ro, quia de eo ille multa dixerat cū
de diuortio, & inſolubilitate matrimo
nij egerat, et hac nos ratione illud
item præterire poſſemus. Sed nolu-
mus moroſis lectoribus anſam repre-
hendendi dare. Ligamen eſt vincu-
lum prioris matrimonij quod ita cō-
trahentem ligat, vt liber non ſit ad
aliud contrahendum iuxta Perez *de*
Perez *impedim. matrim.* et Tolet. *lib. 7. cap.*
Tolet. 9. et Henriquez *lib. 12. cap. 6.* et San-
Henriq chez, et alios apud Bonacin. *qu. 3. p.*
Sanchez 10. Contracto itaque matrimonio cū
Bonacina vna fœmina durante hac irritum om-
ninò eſt matrimonium cum alia non
ſolum iure Eccleſiaſtico, ſed etiam
iure diuino. De Eccleſiaſtico patet
ex cap. 1. 3. & vlt. de ſponſal. & cap. Gau-
demus. de diuortijs. & cap. ſi inter vi-
rum. de ſponſ. & matrim. Imo grauiſ-
ſimè pœna imponitur ei, qui viua vxo
re aliam ducit, et ſuſpectus de fide
habetur, contra ſacramenta, vti con-
ſtat ex praxi Inquiſitorum, et notat Simanc
Simanc. *de Cathol. inſtit. cap. 40.* et Hen Henriq
riq. *cap. 6. num. 3.* Accedit fulmen ex-
communicationis à Concilio Triden- Conc. Tr.
tino *ſeſſ. 24. canon.* 1. contra eum
qui dixerit licere Chriſtianis plures
ſimul vxores habere. Ita inito cum
Berta matrimonio, dum ea vixerit,
non poterit Titius cū Sempronia con-
trahere, etiam ſi cum hac copulam
habuerit, tanta vis eſt rati ſemel ma-
trimonij, et id obſeruat Toletus *lib. 7.* Toletus.
cap. 9. num. 1. qui animaduertit idcir-
co Tridentinum annullaſſe matrimo
nia clandeſtina, ne quis cum dua-
bus contraheret, quod de matrimo-
nio clandeſtino ſæpè conſtare in ex-
terno foro non poterat.

9. Iure vero Diuino vetitum hoc eſſe
in lege Gratiæ compertum eſt: fuit
enim ius nouum conditum à Chriſto
Matth. c. 19. vbi commentatores, vide Matth. 19.
de Maldonat. & Cornelium, & Bar-
rad. & extra eos alij Scholaſtici, Sanch. ſanchez.
Henriquez, Valent. & plures cum Henriq Valent.
Bonacina *q. 3. p. 10.* quod nemo melius Bonacina
Bellarmino probauit *. lib. 1. de matr.* Bellarm.
cap. 16. contra Hæreticos. Sanè in le-
ge veteri licuit omnino multas habe-
re vxores, vti ſupra docuimus. At
in lege noua, id minime fieri poteſt.
Vnde eſt hoc negotium in diſpen-
ſabile cum in ius Diuinum non cadat
diſpenſatio Pontificis. Ita communi-
ter noſtri Doctores, qui aiunt ſi quis
infidelis habeat plures vxores, & cō-
uerti velit relicturum omnes præter
vnam, cum qua primum contraxe-
rat. Ita Doctores. Rebello *libro*
3. quæſt. 20. & Sanchez *lib. 7. diſput.* Rebell. ſanchez
80. & Valent *d. 10. q. 1. p. 3.* Henriquez Valent.
lib. 12. cap. 6. Coninch *d. 26. dub. 9.* Gut- Henriq Coninch
tierez *cap. 106.* Bonacin. *q. 3. p. 10.* Guttierez

Hinc deducitur primo, Vxorem, Bonazin
quæ putans priorem maritum mor-
tuum eſſe cum altero contraxit, com-
perto priorem viuere, relicto ſecun-
do ad primum rediturum, cum hoc ſe-
cundum matrimonium fuerit inuali-
dum

Nauarr. ſanchez Gutierr. Henriq. Bonacin.

dum: *cap. ſi virgo* 34. *qu.* 2. teſte Nauarr. *cap.*22.*num.*53. Sanch. *lib.*2. *d.*4. Guttierrez *cap.*46.*num.*36. Henriquez *lib.*11.*cap.*51. Bonac. *q.*3.*p.*10.

Deducitur ſecundo: Qui contraxit cum fœmina credens maritum eſſe viuum, cum tamen eſſet mortuus, iure contrahere, ſi iure voluit contrahere, & quantum poterat: nam non erat reipſa vllum impedimentum. *Et* ita reſoluit Bonacina *q.*3.*p.*10. *n.* 18. ex regula genetali impedimenti falsò exiſtimati, ſed non exiſtentis, cum Nauarr. *cap.*22.*num.*56. Syluestr. *qu.* 13. Couarr. *in epiſt.*2.*p.cap.*3.§.7. Sà *de impedim.num.*11. Ledeſma *quaſt.* 55. *art.*9.

Nauarr. ſylueſt. Couarr. ſà Ledeſm.

Obſeruandum tamen licitas eſſe ſecundas, & tertias nuptias ſucceſſiuè mortuis ſubinde coniugibus, atque adeo non eſſe damnandas contra Tertull. & alios Hæreticos. De quo alias. Nec aduerſus eas faciunt, pœnæ & inhabilitates, quas *Bigami* incurrũt, nam hæ non incurruntur ob culpam, ſed ob indecentiam, quæ ex illa repetitione coniugiorum ad ſacra, & honorifica Eccleſiæ munera obeunda oritur. Quid animaduertunt Suarez, Hugolinus, & Sayrus, & alij de Cenſuris agentes, & Bonacina *de Irregular.d.*7.*q.*2.*p.*5.

Suarez Hugolin. ſayrus Bonacin.

Impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex ſponſalibus de futuro. Ita Trident. *ſeſſ.*24. *de Reſor.* vbi reſtringit vetus impedimentum, quod latius patebat ad primum tantum gradum, ita vt ſponſus de futuro prohibeatur contrahere cum Matre, et Filia, et Sorore Sponſæ; & Sponſa viciſſim cum his, qui in primo gradu fuerint conſanguinei Sponſi. Sic Tolet. *lib.*7.*cap.*10. et Sanchez *d.*70.*lib.*7. *cap.*5. et Nauarr. *lib.*4.*conſ.*11.*num.*4. *de ſponſal.edit.*2. Layman *p.*4.*cap.*9. et Bonacin.*qu.*3.*p.*11. Placuit autem eidem Concilio, vt ex ſponſalibus, quacunque de cauſa nullis nulla obligatio oriretur. Vti Sanchez *lib.*7. *diſ.* 68. et Henriquez *lib.*12.*cap.* 10. *num.* 2. obſeruant, et Guttier. *cap.*103. *nu.* 5. et Coninch *d.*32. *dub.*5. et Reginal. *lib.*31.*num.*126. et Layman *cap.*9. et Bonacin. *q.*3.*p.*11.

Conc. Tr.

Tolet. ſanchez Nauarr Layman Bonacin.

ſanchez Henriq. Guttierez Coninch Reginald

Layman. Bonacin.

Hoc autem impedimentum, quando datur perpetuum eſt. Itaque ſolutis etiam ſponſalibus manet, quamquam *Emman.* Sà, contrarium opinetur; cui omninò repugnat Layman argumento c. acceſſit de deſponſatione impuberum; quamquam Sa defendi poſſit dicendo cap. hoc reſpondiſſe in fauorem puellæ, quæ ob rationem ętatis indebitæ imperfecta habebatur; at verò in aliis, quæ puberes, & nubiles ſunt, & ſuo tempore deſponſantur doctrinam capitis locum non habere. Certè vtraque opinio probabilis eſt, cum Sà ſentit Guttier. *cap.*103.*nuum.*11. & Rebell. 2.*p.* *lib.*3.*q.*14. *num.*2. cum *L*ayman, Sanchez *lib.*7.*d.*68.*num.*21. & *Bonac.qu.* 3.*p.*11. cum multis quos citat è Societate IESV; quos à ſe conſultos, ait ita ſentire. Ego Laymanno aſſertior.

Sa ſanchez Layman

ſà Guttier. Rebell. Layman ſanchez Bonacina

Oritur etiam hoc impedimentum ex matrimonio rato, & nondum cõſummato, vſque ad quartum gradum; cap. Sponſa. cap. ad audientiam. De ſponſalibus. Et ita declarauit Pius V. motu proprio. Ad Romanum. Sic Ledeſm. *q.*33.*ar.*1. Sanch. *d.*70.*num.* 16. Rodrig. *cap.*234. & Bonac. *q.*3.*p.* 11. Layman *tract.*10.*p.*4.*cap.*9. In quo decepti ſunt Toletus *lib.* 7.*cap.*10. & *L*opez 2.*p.cap.* 50. dicentes impedimentum contractum ex matrimonio rato non exendi vltra primum gradũ. Annotationes Toletum correxerunt. Sanè Pij V. ſententia id perſpicuè definiuit. Declarans enim Decretum Concilii Tridentini ſeſſ.24. cap.3. ait duntaxat intelligendum eſſe de ſponſalibus in futurum, non autem de matrimonio cõtracto. Nam in hoc durare adhuc impedimentum in omnibus caſibus, & gradibus, quibus de iure introductum erat. De quo videndus Nauarr. *lib.*4.*conſ.*11.*num.*4. *de ſponſal.id num.*2. & Sanchez *lib.*7.*diſt.* 70.*num.*5.

Ledeſm. Sanchez Rodriq. Bonacina Layman Toletus Lopez

Trident.

Nauarr Sanchez

CAPVT XII.

De impedimentis Criminis, Aetatis, & Raptus,

DVo ſunt crimina dirimentia matrimonium ſubſequens Eccleſiaſtico iure introducta. Primum machinatio mortis facta coniugi ob matrimonium contrahendum cum altero. (D.Thom. ſanchez) Ita D.Thomas *in 4.diſt.37.q. vnica*. & Sanchez *lib.7.d.78. num.8.* ex cap. laudabilem de conuerſione Infidelium, & cap. ſemper hoc, de eo qui duxit; ſiue illa machinatio mortis ſit phyſica, ſiue moralis; phyſica per opus reale, moralis per Conſilium, vel mandatum; oportet autem ad impedimentum contrahendum, vt mors ipſa re ſequatur, nam attentatio ſatis non eſt; vnde is, qui non machinatur alteri antecedenter mortem, ſed ipſam factam approbat, & ratam habet non incurrit impedimentum, quia non dedit cauſam. (ſanchez Henriq. Coninch Layman Gab.Car. Bonacina Layman) Ita Sanchez citatus, & Henriquez *lib.12.cap.14.* & Coninch *d. 31. dub. 5.* & Layman *cap.10.* & Gabriel Carmel *d.6.q.8.* & Bonacin. *q.3 par.6.* & Layman *p.4.cap.10.*

Fuit autem quæſtio inter Doctores an de ſolo marito interficiente vxorem intelligendum ſit hoc impedimentum, vt ſi vxor occidat virum non incurratur impedimentum? Sed de vtroque intelligendum eſſe tenemus cum Sanchez *lib.7.diſt.78.* & Coninch *d.31.dub.5.* & Guttier. *num.10.* (ſanchez Coninch Guttier Layman Henriq Tolet. Armilla Victor.) et Layman *p.4.cap.10.* & Bonacin. *q.3. p.6.* etſi oppoſitum nō ſit improbabile iuxta Henriquez *lib.12.cap.14.* Certè Tolet. negat in vxore *lib. 7. cap. 13.* Armilla citata, et Victor. *num. 292. & ſpecul. 1.p.ar.23.concl.3.*

Dubium eſt, vtrum quando vnus v.g. maritus, occidit vxorem neſcia puella, cum qua vult contrahere, incurrat impedimentum? Reſpondetur ex hoc præcisè non incurrere, ſi non præceſſit adulterium. Si autem præceſſit omnino incurrere; quia præſumitur idcirco adulteraſſe, quia intentionem habebat nubendi cum alia; ita Sanchez *diſp.78.num.9.* & Pontius *lib.7.cap.45.* et Toletus *lib.7.cap.6.* et Layman *c.20.* (ſanchez Pont. Tolet. Layman) Itaque vno verbo ambæ perſonę debent eſſe complices, et conſciæ criminis, vt impedimentum incurratur. Si autem adulteri ex alio fine occidant coniugem, V.G. ne ab ipſo deprehendantur in adulterio, aut in furto nullum tunc impedimētum fieri iudicandum: deeſt enim ratio finis, ideſt Matrimonii contrahendi, propter quem ſolum finem mors coniugis intentata, et ſecuta dirimit matrimonium; et ita Nauarrus *lib.4. Conſil.1.* et Sanchez *d.78.* et Layman *p.4.cap.10.* et Bonac. *q.3.p.6.* (Nauarrus ſanchez Layman Bonac.)

Alterum crimen eſt adulterium. Si enim Adulteri durante legitimo matrimonio paciſcantur de connubio futuro, vel promittant ſe poſt mortem Coniugis inituros nuptias, hoc caſu matrimonium ſequens dirimitur; hoc hoc autem intelligitur de coniugatis per matrimonium ratum etiam ante conſummationem. Ita habetur cap. relatum 31 q.1. c.1. & 2. C. cum haberet, & C. vltimo de eo, qui duxit; debet autem viuente Coniuge fieri, & promiſſio, & adulrerium. Nam ſi alterum fiat poſt mortem coniugis non dirimit, vt qui adulterauit viuente coniuge, ſi ea mortua promittat matrimonium poteſt cum adultera contrahere, quia fides data fuit vxore mortua. Ita Sanch. *d.79.* & Coninch (ſanchez Coninch) *d.31.dub.5.nu.60.ex cap. ſignificaſti & c. vltimo de eo qui duxit*. Conſentiunt Sot. *in 4.d.37.q.vn.a.4.* Sylueſt. *in matrimon.8.q 9 dicto* 5. Laym. *tr.10.p.4. c.11.*

Deinde oportet adulterium ſcienter committi; nam ſi mulier neſciat adulterum habere vxorem, non dirimitur matrimonium ſubſequens. Itaque debet eſſe adulterium cognitum, & conſummatum, promiſſio vera, & ſeria. Ita Sanchez *l.7.d.79.* & Coninch (Sanch Coninch Richard Layman Bonacin.) *d.31.ex c.1. de eo qui duxit*, & ex Richardo *in 4.d.35.a.3.q.4.* quos ſequitur Layman *c.11.* & Bonacina *q.3.p.6.*

Imo

Digitized by Google

Imo probabile eſt neceſſariam eſſe
acceptatã vtrinque,ratam,ac proinde
Henriq mutuam promiſſionem. Vnde Hen-
Bellarm. riquez *l.12.c.14.n.3.*& Bellarminus *l.1*
de matr. c.22. caſu 2. non malè iudi-
cant niſi vterque mutuò promittat, &
acceptet, non dirimi matrimonium,
quare non ſatis eſſe ad impedimen-
tum, ſi vnus promittat, tacente altero
quamuis tacendo acceptet, vti tenet
Sanch.*diſ.79.*&Gutier.*c.*105.*nu.*28.&
Bonac.*p.6.*

Aduerto autem circa infideles. Il-
los non incurrere hoc impedimẽtum
ſi tempore infidelitatis illa patrarunt
propter quæ incurritur. Verum ſi
vxor Chriſtiana,v.g. ope Saraceni ma-
ritum occidi curet data fide matrimo-
nij,adulterio commiſſo non poteſt po-
ſtea cum illo Saraceno contrahere; &
ſic deciditur C.1. de conuerſione infi-
delium. Ratio eſt, quia quamuis Sa-
racenus non teneatur legibus Eccle-
ſiaſticis,tenetur tamen Chriſtiana;at-
que adeo non licet matrimonium cõ-
trahere: ita communiter Authores
Sanch. Henriq. Gutier. & alij citati à
Bonacina *q.6.p.6.* Aduertit tamen San-
Sanchez chez *d.79.nu.*43. Si alter eorum ante
ſuſceptam fidem promiſit, vel adulte-
ratus eſt, impedimentum non contra-
hi; veluti ſi infidelis viuente vxore
promittat, & conuerſus poſtea adul-
teret; quia non ſubeſt legibus Eccle-
ſiæ. Summa eſt non incurri hoc im-
pedimentum niſi propter vtrunque
crimen commiſſum poſt baptiſmum
Rebell. ſic Rebell.*l.3.q.*8.Sanch.*d.*78.*num.*83
Sanchez. Filiuc.*tr.*10.*p.*1.*c.*8.*q.*4.*n.*255.Bonac.
q.3.p.6. Tandem ſponſalia de futuro
ſub conditione,ſi moriatur Coniux,nõ
valent,vti non valet etiam beneficium
promiſſum, antequam vacet, quod
Layman notat Layman *tract.*10.*part.*4.*c.*29.*ad*
finem.

De ætatis impedimento ſciendum
Eccleſiaſtico iure cautũ, ne quis puer
ante 14. neque puella ante 12. matri-
monium ineat cap. continebatur. cap.
Atteſtationes & c. vlt. de diſpenſ. im-
D:Thom. pub. authore D.Thom. *in 4.diſ.36.qu.*
*vnic.a.*5. Verum quidem eſt de iure
naturæ impuberes ſi rationis compo-
tes ſunt, capaces eſſe contrahendi,ta-
metſi vſus matrimonij non ſint capa-
ces. Vnde in eo diſpenſare Potifex
poteſt,teſte Sanchez *d.*104.*num.*11.Si Sanch.
vero contingat pueros ante puberta-
tem potentiam ad generandum habe-
re non ſunt à matrimonio prohibendi.
Narrat D.Gregor.*lib.4.Dialog.cap.*19. D.Greg.
Puerum nouem annorum Nutricem
ſuam impregnaſſe. Si autem poſt pu-
bertatem generare nequeant, expe-
ctanda eſt in puero ætas 18. annorum,
in puella 14. l. arrogato ff. de adoptio-
nibus; & l. Mela ff. de alimentis lega-
tis. Deinde expectandum eſt tempus
trienij, vt appareat an ſit impedimen-
tum perpetuum. Vnde ſequitur, ſi
puer ante 14. & puella ante 12. com-
prehendantur in carnis delicto, non
eſſe præſumendum conſummaſſe de-
lictum ob defectum ætatis l. ſi minor
ff. ad legem Iuliam de adulterijs, &
c.1. de delictis puerorum. Sanchez Sanch
lib.7. diſ. 104. *numer.* 18. *&* *diſ.*110. Coninch
*num.*8.& Coninch *diſ.*21.*dub.*7. *n.*84. Layman
& Laym *c.*12.

Raptus duplicis generis eſt. Primus
proprius, cum puella ipſa inuita, &
repugnans rapitur. Secundus, quan-
do ea non inuita, ſed inuitis Parenti-
bus, vel tutoribus aufertur. Ita *D.* D. Thom.
Thom.*2.2.q.154.a.7.* & Molina *tr.3.* Molina
*d.*105.& Sanchez *l.7. d.*12. Vnde pri- ſanchez
mus ſolus dirimit matrimonium. Pu-
nitur autem hoc crimen morte rapto-
ris, ſi puella honeſta eſt l. vnica Cod. de
raptu Virginum cuncta Authent. de
rapt. mulier. Concilium igitur Tri-
dent. *ſeſſ.24.c.6.de reform.* pronuntia- Trident.
uit matrimonium inter raptorem, &
raptam nullum eſſe, quamdiu rapta
eſt in poteſtate raptoris. Separata
autem ea, & in tuto poſita, ſi velit nu-
bere, tunc valebit matrimonium. Ra-
ptores autem, & fautores eorum ex-
communicantur, & perpetuo infames
exiſtunt; præterea tenetur raptor ra-
ptam vxorem ducere, vel dotare Iu-
dicis arbitrio; quæ tamen pœnæ non
incurruntur niſi per raptum primi ge-
neris, quia ſecundi propriè raptus nõ
eſt, authore Sanchez *diſput.*13. & Co- Sanchez
ninch *diſp.*31.*dub.*4. quamuis Henriq.

Digitized by Google

l.12.cap.14.& Sa *v.matrimonium*, per vtrumque raptum impedimentum incurri ſentiant; illud autem conſtat ſi fœmina virum rapiat, nec raptum illum proprie dici, nec ob eum impedimentum incurri. Ita Sanchez *lib.7. diſ.13.*& Gabriel Carmelitanus *diſ.6. qu.16.*

Sanchez Gab Car.

CAPVT XIII.

De impedimentis impotentiæ, & diſparitatis cultus.

IMpotentia duplex eſt; vna ad generationem, altera ad copulam. Prima non dirimit. Secunda dirimit matrimonium. Ita D. Thomas *in 4. diſt.34.q.1.a.2.*& habetur *l.4.decretalium de frigidis*. Eſt autem hoc impedimentum de iure naturæ; nam finis matrimonij ſine copula ſtare nequit; debet autem eſſe impotẽtia perpetua, & quæ tolli nullomodo poſſit; contrahitur autem illa impotentia per naturam ipſam, & interdum aduenit ex veneficijs, & incantationibus, & ad vtramque auferendam adhibẽtur remedia, quæ ſi ſpem faciant curationis non erit ſimpliciter impotentia.

S. Thom.

His poſitis dico primo. Mulier tam arcta, vt impenetrabilis ſit, quamuis per inciſionem à medico factam, capax eſſe poſſit, habetur impotens; & vir illius poteſt aliam ducere, illa relicta. Ita Sanchez *l.7. d.73.* & Baſil. Pont.*c.32.§.1.*& Layman *p.4.c.11.* & Tolet *l.6.c.12.*

Sanchez Bal. Pont. Toletus

Dico ſecundo. Qui ſit impotens ad vnam certam fœminam, quamuis ad alias potens ſit, non poteſt cum certa illa contrahere, ad quam impotens eſt. Ita Sanchez *d.93*. Layman *tr.10.p.4.c.11.*& Gabr. Carm.*d. 6.q.5.*

Sanchez Layman Gab. Car.

Dico tertio. Eunuchi, qui vtroque teſticulo carent, ſunt omnino inhabiles ad contrahendum. Ita Toletus *4.1.67.c.12.*Sanch.*l.7.d.92.* qua de re eſt motus proprius Sixti V. apud Gutier.*l.1.can.qq.cap.17.* & Sanchez *l.7.d.92.nu.17.*& Bonac.*qu.2.p.13.* Si autem poſt contractum matrimoniũ facti ſunt Eunuchi, à matrimonio, & copula non prohibentur; teſte Toleto *lib.7.cap.16.num.4.*& Sanchez *d.102. num.7.*

Toletus sanchez Toletō sanchez

Dico quarto. Matrimonium ratum ſuperueniente poſtea impotentia non dirimitur *c.bi qui 37.q.7.*& DD. *in 4. d.34.contra Gratianum cauſa 33.q.1.* Ita Scotus *in 4.d.34.q.vn.*& Sanchez *lib.7.diſ.101.* & *Bonacina quæſt.3.p. 13.*cum Bonauentura, Richardo, & alijs.

scot. sanchez

Dico quinto. Coniugibus, quibus poſt matrimonium ratum aduenit impotentia, licet vti oſculis, amplexibus, & alijs tactibus ad monſtrandum affectum coniugalem citra periculum tamen pollutionis; teſte Sanchez *lib.9.diſp.17.*& Layman *c.11.*& Bonac. cum alijs *p.13.* Imo & conceſſum eſt ad copulam conari, ſi eſt ſpes aliquando eam perficiendi; tametſi ſæpe non perficiant, authore Caietano *2.2.q.154.ar.1.*circa ſolutionem *ad 4.*Nauarr.*c.22.n.60. Henriq. l.11. c.15.n.4.*& Sanchez *lib.9.diſp.7.* Contrahentibus autem cum impotentia antecedente non licet oſculis, & tactibus vti, imo ab his debent prorſus abſtinere. Ita Layman, ex Paludano *in 4.d.34.*& Rebell.*q.16.n.5.*Sa *n.14.* Henriq.*l.12.c.7.*Filliuc.*n.106.*Bonac. *p.13.*

sanchez Layman Caiet. sanchez Layman Paludan Filliuc.

Dico ſexto. Si poſt matrimonium ratum facta ob impotentiam ſeparatione Coniux potens reperiatur, & error commiſſus detegatur, & ille coniux alteri fœminæ copulatus fuerit prius matrimonium validum cenſetur, & ſecundum inualidum, ac proinde iſtud diſſoluendum, & prius redintegrandum. Ita S. Thomas *in 4. d.34.q.vnic.a.2.*& ex eo Layman *cap. 11.* Non tamen temere putandum matrimonium prius inualidum fuiſſe quia ille vir, qui cum alia coire potuit, poterat etiam cum prima pro-

s. Thom.

ceſſu

ceſſu temporis, vel alijs cauſis naturalibus concurrentibus; poteſt item contingere, vt prius matrimonium ſit inualidum, quamuis ſecundum validum ſit. Sæpe enim ſit, vt vir ad vnã fœminam ſit impotens, & potens ad aliam, contingit enim plerumque vt nonnulli cum vidua copulari queant, cum Virgine nequeant, lege *Laym. p.4 c.11.*

Layman

Dico ſeptimo: conſtitutus in mortis periculo poteſt contrahere. Ita communis ſententia Couar. *in epiſt.p.2.c.8 S.2 .num.*10.& Coninch *d.31.dub.7.*& Sanchez *d.*105.*n.3.* & Layman *c.*11. patet ex conſuetudine Eccleſiæ; quæ ſæpe iubet concubinarios tunc matrimonium inire, vt peccatum vitetur, & filij legitimentur. Mortis autem periculum accidens eſt; quo copula impeditur. Si autem ægrotus ita debilis factus ſit, vt omnino impotens fiat, tunc non poteſt matrimonium inire, & ſic tenent Sot. *in 3.d.34.quæ. vn.a.1.concl.3.*& Ledeſm.*q.*58.*art.1. dub.4.concl.3.*& Sanch.*l 7.d.92. n.24.* & Coninch. *diſ.31. dub.7.* & Layman *par.4.cap.*11.cum Richardo, & Scoto quos citant.

Couar. Coninch sanchez layman

Sotus Ledeſm. Sanch: Coninch Layman

Quoad cultus diſparitatem ſit prima concluſio. Matrimonium baptizati cum non baptizata etiam catechumena Eccleſiaſtico iure inualidum eſt. Colligitur ex cap. caue 28, q.1.Gloſſ.ibi, eſtque Doctorum cõmunis duce D.Thoma *in 4.d.39 qu. vn.ar.1.a.5*, Vide Henriq.*lib.12.c.13.* & Sanchez l.7.*d.*71.Bellarm.*de matr. cap.*23.Tolet.*lib.7.cap.*11. Laym.*p.4. cap.*14. patet ex Concil. Toletan. 3. *cap.*14.

D.Thom. Henriq Sanch. Bellarm. Tolet. Layman

Secunda concluſio: matrimonium Catholici, cum hæretica baptizata, & contra, validum, ſed mortaliter illicitum eſt, iuxta D. Thomam *in 4. diſt.39.q.1.a.1.* Rich.*ar.1.q.1.* Duran. *q.1.ad 2.*Couar.*c.6.§.vltim.*& Sanch. *d.72.contra Gloſſ in c. vlt. verſ. contra ſubſtant. de condit. oppoſ.* Prior pars ſumitur ex cap. decreuit de hæreticis in 6. & ratio eſt, quia hæreticus baptizatus eſt, & Chriſtianus, & matrimonium, vti diſertè docet Bellarminus *l.1.de matr. c.*12. reſpondendo ad tertium, & iterum *c.*23.& Laym.*p.4. cap.14.n.2.* cum ipſo rationem Sacramenti habere poteſt. Poſterior pars habetur in Conc.Illiberitano *cap.*16. & Laodicenſi *can.*10. & 31. & Carthaginenſi 3.*c.*12.et Agathenſi *c.*67. contrahere autem cum hæretico ex genere ſuo mortale peccatum eſt; vti decidit Sanchez *d.72.* cum Nauarro *in ſum.c.22.n* 49.et Sa *de matr. imped. num.*8.et Bellarm.*lib.1.de matrimon. c.*23.

D. Thom Rich Durand. Couar sanchez

Layman

Conc.Ill. Laodicen Carthag. Agath.

Sanchez Nauarr. Sa Bellarm.

Sit tamen tertia concluſio; quæ contrahit cum hæretico promittente fidem Catholicam poſt nuptias ſuſceptam, ſi iuſta nubendi cauſa ſubſit non peccat nubendo. Ita Serarius de Coniugio Catholicorum cum hæreticis c.2. & Sa *de impedimentis matr. n.* 8. & Layman *p.4.cap.*14.imo in Germania, & Anglia, vbi Catholici cum hæreticis mixti viuunt, licet Catholicis cum hæreticis matrimonium inire, dummodo permittatur Catholicis Catholicè viuere iuxta Nauarr. *lib.1.conſt.de conſtit. in vtraque edit. conſil.*1. Azor *tom.1.lib.8.cap.11.quaſt.* 5. & Sanchez *lib.7.diſp.72. num.*5. & additionem in Sa *de impedimentis matrim.num.*8. Quamquam Serarius de Coniugiis Catholici cum hæreticis *c. 2.* & Becanus *in 2 2.cap.9.q.5.dub.4. reſp.3.* non admodum conſentiant, & Layman nutet c.14, ob incommoda, & pericula, quæ ex iis matrimonijs oriuntur. Ego illa in Anglia vidi, ſed tamen nuptias illas damnare non audeo, nam aliter vix poſſunt iniri matrimonia, maximè cum illa coniugia non parum ad tutamen Catholicorum conducant, nam liberius profitentur fidem, & minus ſunt obnoxij perſecutionibus, & tributis, defendentibus vxores maritis, & parentibus ſæpè hæreticis, qui diſſimulant, & mitius aguntur, vti in Anglia ſum expertus. Vnde ſi ſunt incommoda, non deſunt etiam commoda, & vtilitates ſpirituales, quarum ego idoneus teſtis ſum, & vellem hac in re mihi lectores fidem haberent. Moneo tamen petendam eſſe à Pontifice diſpenſationem

Sa Layman

Nauarr Azor sanchez sa

Becan.

Layman

Digitized by Google

tione eaque obtēta licere huiuſmodi
Hurtado. matrimonia: vti docet Hurtado *diſ.*
Lugo 76.§.229 & Lugo *d.22.ſect.1.tomo de*
Fide. An autem promittente hæreti-
co conuerti ſit neceſſaria diſpenſatio,
quæſtio eſt: in qua affirmat Hurtado,
negat Lugo citati. Ego conſulo, vt
diſpenſatio ſemper obtineatur.

Quarta concluſio. Matrimonium
inter Catholicos, & hæreticos, ita
contractum, vt filij partim ſint Ca-
tholici, partim hæretici non ſolum li-
citum non eſt, ſed etiam irritum ex
ſe, & nullum, niſi à Pontifice prop-
ter commune bonum diſpenſentur.
Vti fit inter Reges, & Toparchas, et
in Anglia ſuperioribus annis vidimus;
in Connubio Gallicæ Principis Lu-
douici XIII. ſororis cum Carolo An-
gliæ Rege, quam ego Reginam Viduã
Pariſiis noui ſanctè, ac pie degẽtem.
Lugo Alia exempla adducit Lugo Card in.
tom. de Fide d. 22. §. agens de matri-
Layman monio hęreticorum, quod miror fu-
giſſe Layman c.14. qui omnino negat
valere illud genus matrimonii, cum
tamen experimento conſtet illud va-
luiſſe. Qua de re vellem diſtinctius
Sanchez ageret Sanchez, ſed obiter id egit, &
cum ſe remittat ad diſputationem ſe-
quentem cap. vltimo, nihil ibi, quod
rem huiuſmodi contineat, potui inue-
nire; tenet tamen is irrita eſſe illa pa-
cta, & addit pugnare cum iure Diui-
Layman no d.72.n.6. & ſentit cum Layman.
Ego tamen non video, quomodo ſit
contra ius *Diuinum* in connubijs Re-
gum, & Toparcharum, qui aliter nol-
lent vxores Catholicas ducere, & eo
modo conſulitur Paci, & Religioni,
quæ ſine his connubijs extingui faci-
le poſſet; ſaltem iudico, vt minus
malum licere hac conditione matri-
monia huiuſmodi inter Reges, &
Principes celebrari, & Papam in eo
diſpenſare poſſe, ac interdum opor-
tere. Quemadmodum reſoluit Bona- Bonacin.
cina q.3.p.7. & Lugo ſupra citatus. Lugo
Pro impedimentis non dirimentibus
ſit hic verſus.

Interdico, dies, crimen, ſponſa-
lia, votum.

Pro primo ſit aſſertio; pendente lite
de matrimonij valore non licet con-
iugi, vel cum eadem, cum qua liti-
gat, vel cum alia contrahere, C. pe-
nultimo de ſponſa duorum. Et c. vl-
timo de clandeſtina deſponſat. Pro
ſecundo ſit aſſertio. Tempore feria-
rum prohibentur matrimonia V. G.
ab Aduentu, vſque ad Epiphaniam,
& à feria 4. cinerum vſque ad octa-
uam Paſchatis incluſiuè. Patet ex
Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 10. Pro ter-
tio aduertimus. Olim in pœnam cer-
torum criminum, (non loquimur de
dirimentibus) matrimonia prohibita
fuiſſe illorum criminum reis; ſed ea
lex iam diu deſijt, atque adeo nemo
propter illa aliud matrimonium con-
trahere prohibetur, vti docet San- Sanchez
chez *lib.7.d.17.num.8.* & Henriquez Henriq
lib.12.cap.2. & Coninch *d.30. dub. 3.* Coninch
Pro confirmatione ait Nauarrus *in* Nauarr
ſumm. cap.22.nu.75. tota in ſua æta-
te, quæ longiſſima fuit nunquam vi-
diſſe quemquam ob illam rationem
impeditum à contrahendis nuptiis
fuiſſe. Huiuſmodi crimina recenſent
Layman *p.4.cap.15. num* 2. & Bonac. Layman
qu.3.p. 14. Circa quartum aduerten- Bonacina
dum ſponſalia legitimè contracta, niſi
iuſta de cauſa diſſoluantur impedire,
ne cum alia contrahatur; de quo infra
dicemus. Pro vltimo ſit concluſio.
Votum ſimplex caſtitatis, vel Reli-
gionis, vel non ineundi matrimoniũ,
illicitum ſubſequens matrimonium,
quamuis alioqui validum reddit. Sed
de hac re ſatis ſupra, & infra rurſum
agemus. Atque hic finiũt impedi-
menta, & huic materiæ finis impo-
nitur.

A P.

APPENDIX

DE SPONSALIBVS.

CAPVT PRIMVM.

Quid ſint, & quomodo teneant?

VTI ante baptiſmum Catechiſmus, et attritio ante confeſſionē; ita ante matrimoniū ſponſalia pręmittuntur teſte

Couarr. Henriq D.Thom.

Couarr. *cap.* 1. *nu.* 1. Sacramentalium inſtar ſunt; authore Henriquez *lib.* 11. *cap* 13. ex D. Thoma *q.* 43. *art.* 1. *ad vltimum* Et quamuis ordine temporis præcedant, ordine dignitatis, et doctrinę, tanquam appendjx matrimonium ſequuntur, atque adeo ad finem reieci cum Henriquez, et alijs, qui poſt matrimonium de ſponſalibus agunt. Dicuntur à ſponſione, quia per ſtipulationem quondam vir, & fœminæ ſpondebant mutuo ſibi futuras nuptias; hinc eſt definitio Sponſalium. *Futurarum nuptiarum promiſſio*, quę habetur *l.* 1. *ff. de ſponſalibus.* *& cap. noſtrates* 30. *q.* 5. & tradit Vlpianus. Ex ſponſalibus autem vir Sponſus, fœmina Sponſa dicta. Ille autem, qui aut Curator, aut Tutor puellæ deſponſæ erat, Sponſor appellatus *l. ſponſio. ff. de verborum ſignif.* & ſic Sulpitius, apud Gellium *lib.* 4. *c.* 4.

Vlpian.

Sulpit.

Forma Sponſalium fit communiter per verba de futuro; ſed inter impuberes maiores ſeptennio fit etiam verbis de præſenti, vti notat Henriquez. Non eſt autem ſimplex promiſſio, ſed contractus mutuò inducens obligationem. Ita vt ſi alter tantum promittat altero, vel tacente, vel non repromittente, etiam ſi videatur acceptare, ſponſalia non ſint; nec in ijs obligatio oriatur. Ita S. Antoninus 3. *p. tract.* 1. *cap.* 18. & Nauarrus *c.* 22. *num.* 25. & Henriquez *lib.* 11. *cap.* 13. *num.* 2. & Vaſquez *de matrim. d.* 4. *c.* 3. & Layman *tr.* 10. *p.* 1. *cap.* 1. Hinc illud commune Doctorum effatum, *Sponſaliorum contractus claudicare nequit*, quia deficiente vna parte alia quoque deficit, nec poteſt procedere. vtrum autem ille, qui ſolus promittit, maneat obligatus altero non promittente; affirmat Nauarrus n. 23. & Sanchez *diſp.* 15. *num.* 12. quos citat, & ſequitur Layman *cap.* 1. *conſt.* 1. mihi placet negare cum Vaſquez *diſp.* 4. *c.* 3. quia contractus eſt mutuus, atque adeo requirit vtriuſque repromiſſionem, quæ ſi deſit, contractus non eſt, atque adeo non poteſt reſurgere cum minimè fuerit; nec exemplum vrget à Laymano contra allatum, de venditione conditionata. Si alteri libuerit emere: nam iſta promiſſio purificata conditione tenet, non enim eſt abſoluta promiſſio, ſed pendens ex futuro, cuiuſmodi non ſunt ſponſalia.

Henriq

S. Anton

Nauarr Henriq Vaſq. Layman

Nauarr Sanchez. Layman Vaſquez

Ratis ſponſalibus, & firmato contractu reſultat vtrinque obligatio iuſtum implendi promiſſum, & contrahendi matrimonium ſub culpa mortali, etſi ſponſalia ſint priuata ſine vlla ſolennitate, in foro animæ. In forum autem externum obligatio non deducitur, niſi per teſtes ſponſalia probentur. Ita Doctores communiter *in* 4. *d.* 27. vbi D. Thom. *q.* 2. *art.* 5. & alij citati à Sanchez *lib.* 1. *d.* 13. & Layman *tract.* 10. *cap.* 1. Hinc eſt, vt Iudex Eccleſiaſticus ſponſum reſilientem citra iuſtam cauſam à

D. Thom. Sanchez. Layman

Digitized by Google

ſponſalibus altero inuito, cogere poſſit cenſura ad contrahendum, imo & debeat iuxta Couar. *in Epitome p. 4. q. num* 3. & Henriquez *lib.* 11. *cap.* 13. & Sanchez *lib.* 1. *d.* 29 *num.* 4. & Coninch *d* 22 *dub.* 2. & Layman *p.* 1. *cap.* 1. *argumento cap. ex litteris* 2. *de Sponſalib.* & adiuncta gloſſa *in cap. requiſiuit eod. tit.* loquente de puella volente reſiſtere; idque vniuerſim ſtatuitur. cap. 1. de pactis. Et quidem diſpenſare in ſponſalibus ſolus Papa ex graui cauſa poteſt. Epiſcopus non poteſt, cum ſit in damnum tertij, teſte Paludano *in* 4. *d.* 27. *q.* 1. *ar.* 2. & Sanchez *lib.* 1. *diſ.* 61.

Couarr. Henriq. Sanchez. Coninch. Layman. Paludan. Sanchez.

Prima autem ſponſalia magnam vim habent, & tantam, vt per ſecunda ne iurata quidem diſſolui nequeant. Patet ex c. ſicut de ſponſalibus; & quod amplius eſt, etiam ſi ſecunda habeant copulam annexam, vti docet Sotus *in* 4. *d.* 27. *q.* 2. *ar.* 4. *dub.* 3. & Henriquez *lib.* 11 *cap.* 13. *num.* 3. & Rodriguez *tom.* 1. *ſum. cap.* 245. Sanchez *lib.* 1 *diſp* 49. Layman *p.* 1. *cap.* 1. Sunt tamen quidam euentus, in quibus ſecunda ſponſalia valent, & præualent primis. Primus, quando fiunt ſponſalia in locis, vbi non recipitur Tridentinum, nam ibi ſtandum iure antiquo, quo ſtatuitur, vt Sponſus cognoſcens carnaliter Sponſam pro marito eius habeatur, quòd eo modo cenſetur matrimonium velle conſummare. *c. Is qui fidem. de ſponſalibus.* Secundo, ſi priora ſponſalia fuerunt clandeſtina, ſecunda autem coram Parocho, & teſtibus, et res deducenda ſit ad iudicium, tunc quod deſit probatio, debet rationabiliter alter cedere iure ſuo, vti docet Sanchez *d.* 49. *in fine.* Sed non eſt id omnino certum, et per ſe priora valent, ſed per accidens ex defectu probationis non valebunt, quod addo Sanchez, et Laymanno, quamuis hoc iſti ſignificent. Tertio, cum prima ſponſalia ſimpliciter ſunt celebrata, & ſecunda cum ijs circumſtantijs, vt ſi diſſoluantur graue damnum ſponſæ euenturum ſit; vti cum ſecunda decepta à ſponſo cum eo coit, & concipit ex eo cum periculo infamiæ, & interdum dotis, & vitæ. Tunc enim prima, ex quibus damna nulla huiuſmodi oriuntur, ſecundis ſunt poſtponenda iuxta Syluestr. V. ſponſalia n. 7. dicentē; *Si duo vincula diſparis potentia incompoſſibilia contrahuntur fortius repellit minus forte.* Quod docet Maior. *in* 4. *d.* 27. *q.* 5. & Coninch *diſ.* 23. *dub.* 4. *concluſ.* 4. & Chappeauille *tract. ſuo c. vlt. q.* 18. hinc eſt, vt ſæpe compellatur ſponſus ad ſecundam priori relicta ſponſam ducendam, vti author eſt Henriquez *lib.* 11. *cap.* 13. & Sanchez *d.* 49. *num.* 6. & Layman *tract.* 10. *p.* 1. *cap.* 1.

Sotus. Henriq. Rodrig. Sanchez. layman. Sanchez. Syluester. Maior. Coninch. Henriq. sanchez. layman.

Illud conſtat quæcunque ſponſalia cedere matrimonio per verba de præſenti contracto; quia matrimonium & eſt contractus cum traditione corporum, & eſt Sacramentum. Ita expreſsè habetur cap. 1. de ſponſa duorum, & gloſſa ibi. ex optima ratione, & exemplo Iuris in venditione confirmatur; nam qui duobus equum vendit, primo ſine traditione, ſecundo cum traditione equi, huic tenetur, non alteri, cui non tradidit, *l. quoties Cod. de rei vindicatione*; nec obſtat regula, *qui prior eſt tempore, potior eſt iure*; hęc enim intelligitur, quando cætera ſunt paria; eſt autem imparitas magna, quod ex vna parte ſit promiſſio tantum de futuro, ex altera traditio de præſenti.

CAPVT II.

Quomodo obligent ſponſalia?

OBligare ſub peccato mortali ſponſalia tradunt Doctores eo argumento quod omnis contractus iuſtitiæ in materia graui, & licitè celebratus obligat grauiter, & ſub peccato mortali, ſed huiuſmodi ſunt ſponſalia, ergo hoc modo obligant. Ita Sanchez *diſ.* 22. *num.* 2. & Henriquez *lib.* 11. *cap.* 13. & Vaſquez *diſ.* 3. *cap.* 2. *num.* 22. Coninch *d.* 22. *dub.* 1. Ledeſma *q.* 43. *ar.* 1. Riccius *deciſ.* 31. & 233 &

sanchez. Henriq. Vaſq. Coninch. ledeſma. Riccius.

Filliuc, Bonac.

& Filliucius *tr.* 10.*cap.*7.*q.*2.*nu.*2. Bonacina *q.*1.*p.*2. Vnde ſponſus diues, aut nobilis, qui prudens, & ſciens deſpondet ſibi ſponſam pauperem, & ignobilem, tenetur eam ducere iuxta Molinam *com.*2.*de iuſt.d.*271. Sanchez *lib.*1.*d.*141.*num.*2.& Rebell. *lib.* 4.*q.*1. Vaſquez *d.*6. & Azor 3.*p.lib.*5. *cap.*5.*q.*3. Bonacin.*q* 1.*p.*2. Filliuc.*tr.* 10.*cap.*7. *q.* 8 *num.* 255. Excipe, niſi ex eo graue damnum ſequatur prudentis arbitrio relinquendum. Sà V. *Matrimonium*. & Vaſquez *de reſtit. cap.*3.§.1.*dub.*2. Reginald. *lib.* 31. *nu.* 255. Leſſius *lib.*2.*cap.*10.*nn.*26. Azor 3.*p.lib.*5.*q.*3. Bonacina *q.* 1.*p.*2. Sanchez *lib.*1.*diſ.*141. Coninch *d.*13.*dub.* 8.*num.*68.

Molina, sanchez, Rebell., Vaſq, Azor, Bonacina, Felic, Sa:, Vaſq, Reginald:, leſſius, Azor, Bonac., sanchez, Coninch

Si autem hæc ita ficta ſponſalia ſint iurata an omnino teneãt? Quæſtio eſt. In qua ſic diſtinguendum; ſi iurans voluit ſe obligare iurando, non dubium eſt, quin valeant. Sin autem obligare ſe iuramento noluit, non valent; ac ita rem decidit Bonacin. *qu.* 1.*p.* 2. cum Sanchez, & Guttierez, & aliis, quos adducit, niſi ea ſpecie iuramenti deflorauit Virginem, tunc enim ratione damni ille tenebitur, at hoc nõ eſt ex vi iuramenti precisè, quod quærimus.

Bonacin., Sanch, Guttier.

Quæritur autem primo. Vtrum promittens fictè, ac eo extorquens copulam à fœmina teneatur eam ducere? Non agimus autem de fœmina paris conditionis, nam cum hac certum eſt debere matrimonium contrahere. De cæteris, dico primo, quando fœmina eſt malæ famæ non teneri fictè promittẽtẽ eam ducere, nec enim ex promiſſione, cum fuerit ficta tenetur, nec ex coitu, cum fœmina ſoleat coire, atque adeo neutro ex capite teneri, & ita Molina *tom.* 4. *d.*606.*n.*11.*concl.*8. & Bonacin *quæſt.* 1.*p.*2.

Molina, Bonacina

Dico ſecundo vir, qui promiſit fictè fœminæ fingenti ſe diuitem, vel Virginem, & cum ea concubuit, non tenetur implere ſponſalia, quia fictio fictione penſatur. Ita Vaſquez 3.*p. de matr.d.*6.*c.*3.& *de reſtit.c.*3.*dub.*41.*n.* 12.& 24 Sanchez *lib.*1.*d.*10.*num.*11. Molina *d.*106.*num.*8. Leſſius *lib.* 2. *c.* 10. *dub.*3. Rebell. 1.*p.lib.*3.*qu.*8. Bonacin. *q.*1.*p.*2. Imo ne tenetur quidẽ vir ad illam reſtitutionem, quando fœmina ſimulans ſe Virginem corrupta eſt, cum nullum is damnum ei intulerit, authore Sanchez *lib.* 1.*diſ.* 10. *num.*11. & Guttierez *cap.*9.*num.*6 et Bonacin. *q* 1 *p.*2.*n.*6.

Vaſq, sanchez, Molina, leſſius, Rebell., Bonacina, Sanchez., Guttier., Bonacina

Dico tertio, vir extorquens copulam à fœmina promiſſione decepta, ſi is eam longè excedat nobilitate, aut diuitijs minimè tenetur eam ducere, ſi ea ſit conſcia diſparitatis, ratio eſt, quia præſumitur virum fœminam decipere voluiſſe, et fœminam id ſuſpicando conſenſiſſe teſte Vaſquio *de matr diſp.*6 *cap* 6. & *de reſtit. cap* 3.§.1.*dub.*3 *num.*16. Leſſio *lib.* 2.*c.* 10.*dub.*2.*num* 24. Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 10. Guttierez *cap.*9 *num.*10. Nauarr. *cap:*16.*num.*18. Bonacin.*q.*1.*p.*2.*n.*7. vtrum autem eam dotare teneatur affirmat Nauarr. citatus, et Henriq. *lib.*11.*cap.*12. et Azor *q.*3.*diſt.*4. et Specul.3.*p.ar.*19.*concl.* 3. negat Sanchez *d.*10.*num.*19. Molina *tom.*4. *d.* 106. *concl.*1. Leſſius *lib.*2.*cap.*10.*dub.*3. *nu.* 35 Vaſquez *de reſtit. loc. cit. num* 19. et Bonacin. *q.*1.*p.*2.*num.*7. His aſſentior, quia volenti, et conſentienti non fit iniuria; illa autem tacitè conſenſit. Itaque ſibi imputet.

Vaſq, leſſius., sanchez, Guttier., Nauarrus, Bonacina, Nauarr, Henriq., sanchez, Molin., leſſius, Vaſq, Bonacina

Dico quarto. Vir dignioris conditionis, quam fœmina tenetur ducere fœminam, quam decepit ignorantem, & alioqui non conſenſuram. Ratio eſt, quia tunc fit iniuria deceptæ, ac inuitæ, atque adeo tenebitur implere ſponſalia. Ita Vaſquez *d.*6.*c.*4.*de matr.* & *dub.*3.*nu.*21. *de reſtit.* Leſſius *l.*2.*cap.*10. Molina *d.*106. *concl.*2. Petrus Nauarr.*l.*2.*c.*3.*p.*4.*nu.* 427. & Azor *q.*3. *diff:*3. contra Sanchez, Sà, Reginald. Bonac. Salon. Rodrig. & alios apud Bonac. *quæſt.* 1.*p.*2 *num.*98.

Vaſq, Leſſius, Molina, Nauarr, Azor

Dico quinto. Fœmina extorquẽs copulam à viro promiſſo fictè matrimonio, non tenetur ei nubere; patet quia vir nihil detrimenti capit ex copula. Et ita decidit Bonacina proximè citatus *nu.*11.

Bonacina

Dico ſexto. Vir qui decepit fœminam ſponſione ſimulata, ſi ea nolit aut eius parentes ſtare promiſſis, non tenetur eam ducere, cum per ipſum non ſtet, quo minus promiſſio impleatur. Ita ſentit Sanchez *diſp.*10.*n.*20. & Leſſius *lib.*2.*cap.*10.*nu.*3.& Molina *diſ.*106. *concl.*2.& Gutierrez *cap.*10. *num.*13.

Sanchez Leſſius Molina Gutierr.

Dico ſeptimo. Qui dubitat, an promiſerit, vel non, & qui ambigit, an verba, quibus promiſit, obligent an nõ? is nõ tenetur ſtare ſpõſalibus, niſi formale ſit dubium, & perſeueret inquiſita veritate. Ratio eſt, quia in his euentibus melior eſt conditio poſſidentis, ſecundum Henriquez *l.*11.*c.*11.*n.*5.Rebell.*de ſponſalibus q.* 3.Sanchez *l.*1.*d.*9.*&* *d* 18.*n.*6. Reginald.*l.*25.*n* 93.*&* *l.*31.*n* 254. Imo & id extendit Henriquez ad æquale dubium de matrim. Aduerto tamen eum, qui promiſit, & dubitat, quo animo promiſerit, eum omnino teneri; quia poſſeſſio ſtat ex parte promiſſionis, vti in materia voti docẽt Theologi, & quia actus promiſſionis factus rectè, & rite id exigit. Sic definit Sanchez *d.*9.*nu.*12.*&* *d.*18.*num.*5. & Reginaldus *lib.*25. *numer.*93. *& lib.* 31. *numer.*254.& Rebellus *quæſt* 3. *num.*10.

Henriq Sanchez Reginal. Sanch. Reginald Rebell.

CAPVT III.

Quænam ſit Aetas ad ſponſalia, & matrimonium requiſita.

SEptennium ſaltem requiritur tam in maſculo, quam in fœmina, c. *litteris c. Acceſſit.* de deſponſatione impuberum; nam rationis vſus neceſſarius omnino eſt ad illum contractum intelligendum, et celebrandum, niſi fortè malitia ſuppleat ætatem. Ita docet S Thom.*3.p.q* 42. *a.*2. Sotus *in* 4. *d* 27 *q.*2.*a* 2.Sanchez *d* 16 *nu.*9. Coninch *d.*21.*dub.*5.Molfeſ. *tr.*4. *c.*5.*nu.* 28, Reginald.*lib.*31.*nu.*248.Cardinal. Tuſc.*l.*7.*concl.*401.*n.*12.Sà *v. ſponſalia n.*1.Bonac.*q.*1.*p.*4. Et probatur exemplo à fortiori matrimonij, quia hoc celebratum ante legitimã ætatem, accelerata potentia generandi valet, vti habetur c. litteris 7. de ſponſalibus. et c. vnico de deſponſatione impuberũ in 6. et rectè probat Sanchez *l* 7.*d.*104 *num.*5.

D.Thom Sotus Sanchez Coninch Molfeſ. Reginald Car. Tuſc Bonac. Sanch.

Vtrum autem ante annum ſeptimum completum contrahi, et valere poſſint ſponſalia? quærunt Doctores. Henriq.*l.*11.*c.*3.*n.*9.Sotus *in* 4.*d.*27.*q.* 2 *a.*2. et alij apud Gutierrez affirmãt, ſi exiguum tempus deſit, v.g. decem, aut vndecim dies, quia parum, aiunt, pro nihilo habetur. At Sanchez *l.*1. *diſp.*16.*n.*4.*&* *lib.*7.*d.*104. et Coninch *d.*21.*num.*51. et Riccius *in prax. deciſ.* 656 *n.*2. et Bonac.*q.*1.*p.*4.*nu.*3. et Reginald.*l.*31.*nu.*248. negant, quia ille terminus eſt præciſus, et non licet illum anteuertere. His aſſentior, et quia data illà portà erumperent largæ opiniones; hic autem procedit, quod non intercesſit malitia. An vero quãdo malitia ſupplet ætatem, iudicandum ſit valere matrimonium, et ſponſalia in foro etiam externo dubium eſt, quia hæc iudicari ſolent nulla, cum multo tempore ante legitimam completam ætatem fiunt, atque adeo non videntur valida etiam in foro conſciẽtiæ. Reſpondetur in vtroque foro iudicari poſſe per ſigna externa quæ ſe produnt, atque adeo vtrumque foru conciliari, quando autem diſcrepent fora, tum ſi de ſecreto conſtet; valida eſſe in conſcientia, et forum externum nihil officere conſcientiæ, quæ tutò procedit, et forum externũ falſa nititur præſumptione, et ita Bonacina ex Sanchez *q.*1.*p* 4 *n.*3. Aduerto tamen ſi poſt impletam iuſtam ſeptennij ætatem rationis vſus non conſtet, ſponſalia huius defectu inualida eſſe; argumento cap Puberes de ſpõſal. impuberum, obſeruat id *Layman tr.*10.*p.*1. *c.*1.*n.*16. *A*duertendum ſecundo ſponſalia, quæ ob rationis defectum in vtroque, vel altero coniuge irrita ſunt, accedente diſcretione reualeſcere: ex c. litteras de ſponſal impub.

Henriq Sotus sanchez Coninch Riccius Bonac. Reginald Bonac Layman

pub,et cap.duo eod. tit. et c.vn. eod. in 6.in princ.et Gloſſa ibi, et Sanchez d.16.n.5.et Layman tr. 10.p.1.c.1. Aduertendum tertioSponſalia celebrata poſt diſcretionem ab impubere rata ſunt, et minore ætate durante, ſponſi reſilire nequeunt, quia impedimentum publicæ honeſtatis inducunt c. litteras.c. acceſſit c. continebatur de ſponſat.impub.c.vnic.§.porro eod.tit. 16.c.de illis extra eod.tit.verum perueniente impubere ad annos pubertatis datur eis optio reſiliendi,vel ratificandi. Puber vero non poteſt reſilire, neque ante, neque poſt huiuſce pubertatem, niſi hic conſentiat c. de *illis* et c. *à nobis* eod. tit. Excipe, niſi prius coiſſent,tunc enim vere antiqua ſponſalia in matrimonium tranſeunt, iure autem nouo ſpōſalia tenent; nam puber cenſetur, qui generare poteſt c. *puberes* de deſponſat. puberum, & cap. vltimo de eo qui cognouit conſanguin. — Layman

Aduertendum quarto, ſi impuber pubertati propinquus iuramento ſpōſalia confirmauit, non poteſt reſilire adepta pubertate iuxta c. *litteras* 2. de ſponſal.vti docet Abbaſ.*in cap.Iuuenis n.2.* & Sanchez *lib.1.d.51. num.22.* & Layman *tract. part.2. cap.1. numer.17. & lib.3. tractat.4. capite 9. num.6.* — Abbaſ. Sanchez Layman

Aduertendum quinto, contrahentes ſponſalia ante legitimam ætatem, niſi ignorantia excuſet, peccare mortaliter. Ita Nauarr.*c.22.nu.31.* Sylu. *v.matr.*Henriq.*l.11.c.13.* & Bonacin. *q.1.p.4.*quanquam contra ſentiatSanchez *l.1.d.17.*& Coninch *d.22.nu.54.* Meo iudicio probabiliter, & idem de matrimonium ante pubertatem contrahente dicendum,in quo cum primis omnino cenſeo peccare mortaliter, eſt enim res grauiſſima & ante illos ætatis terminos minime tentanda. — Nauarr. ſylueſt. Henriq Bonacin. Sanchez Coninch

Aduertendum ſexto,poſſe Parentes, & Tutores, & Curatores pro ijs quorum curam gerunt ſpondere, ac promittere, ſed non valere ſponſalia, niſi ij ratificent,vel clare,vel occultè, nec hi tenentur ſtare ſponſalibus ab alijs ſuo nomine celebratis. Ita Sanchez *lib.1.diſ.27.numer.17,*Gutierrez *cap.13. num 11,*& Coninch.*diſput.21. dub.3.*& Bonacina *q.1.p 4.* — Sanchez Guttierez Coninch

Duæ hic ſuperſunt quæſtiones.Prima, vtrum impuberes celebrantes ſponſalia,& vtentes verbis de præſenti verum celebrent matrimonium? Reſpondetur negatiuè; ſunt enim tantum ſponſalia, quorum duntaxat capaces ſunt. Colligitur ex cap. *à nobis* de ſponſal. impub. & perſpicuè habetur cap.vltimo eod.tit.& cap.vn. §. *idem quoque* eod.tit.in 6.allata ibi idonea ratione. *Si actus non valet ſecundum omnia, valere tamen debet, quantum poteſt*, quam regulam tuetur Abbas *c.cum ſuper.de offic.delegat.* & Couar.*in epiſt.p.1.c.3.in fine* confirmat *ſi id quod fieri poteſt includitur ſub eo, quod ſit*. At ſponſalia includuntur in matrimonio tanquam minus perfectum in perfecto. Et ita ſentit Layman *tr. 10.p.1.c.1.n.17.* — Abbaſ. Couarr. Layman

Altera eſt, vtrum matrimonium Clandeſtinum poſt Tridentini ius nouum prorſus inualidum, licet non valeat vt matrimonium, valeat vt ſponſalia? negat Sanchez *lib.1.diſ.20.* & Nauarr. *Conſil. lib.4. conſilio 3. de clandeſt. deſponſ. edit.2.* ſed affirmandum cum Henriquez *lib.11.c.5.nu.4.* & Vera Cruz *append. ad ſpecul.dub.9.* & Coninch *d.21.dub.4.concl.2.*& Layman *tr.10.p.1.c.1.n.18.* Ratio eſt,quia illud matrimonium eſt contractus voluntarius, & aliquid debet operari, non poteſt autem matrimonium, ergo ſponſalia; nam qui vult includens, vult incluſum.Ad argumentum vero Sanchez ex Concilij verbis petitum. *Ad ſic contrahendum S.Synodus inhabiles reddit*. Reſpondeo illam vocem *contrahendum*, ad matrimonium, quod proxime poſitum fuerat referēdum,non ad ſponſalia,de quibus Concilium non agebat, vti notat Layman *tract.10.p.1.cap,1.* nec vnquam Concilium ſponſalia clandeſtina irrita eſſe voluit. — Sanchez Nauarr Henriq. Coninch Layman Layman

Vltimo quæritur. Ad vtrum maior rationis vſus requiratur ad peccatum mortale, an ad ſponſalia? Diuus

Tho-

S. Thom. Henriq. Gutierr. Ledeſm. Rebell. Bonacin. ſanchez

Thomas *3.p.q* 43. Henriquez *l.*1 1.*cap.* 13.*n.*9. Gutierrez *c.*2.*n.*12. Petrus Ledeſma *q.*43.*ar.*2. Rebell. 2.*p.l.*4.*q.*5.*n.* & Bonac. 9.*p.*4.*n.* negant. Affirmant Sanchez *lib.*1 *d.*16.*nu.*15. & alij quos adducit. Diuinatoria res eſt; veruntamen veriſimilior *D.* Thomæ ſententia; quia peccatum mortale facilius eſt cognitu, quòd malum ſit, & conſcientia mordeat cum ſit, & ratio dictet non eſſe faciendum. At ſponſalia, cum ſint contractus, & ſponſio de re futura, requirunt maiorem maturitatem, & diſcretionem.

CAPVT IV.

Quæ cauſæ in ſacris dirimant ſponſalia?

INgreſſus religionis dirimit ſpõſalia ex vtraq; parte, tum ingredientis, tum manentis; ex parte ingredientis probatur, quia eligit meliorem ſtatum, & nemo cum promittit intendit reddere ſe inhabilem ad ſtatum meliorem. Ex parte manentis patet, quia mutuus contractus erat, & non poteſt ex vna parte ſine altera nexus manere: velut vinculo ablato vno extremo diſſoluitur. Eſt communis ſententia authorum, quos citant, & ſequuntur Henriq. *l.*11.*c* 14. & Sanch. *l.*1 *d.*42. *nu* 5. & Bonac. *q.*1.*p.*5. quod intellige ante factam profeſſionem cum iiſdem, & cum Coninch *diſ.*23. *dub.*3. & Viualdo *de ſponſal c.*5. & Layman *tr* 10.*p.*1.*cap.*2.*nu.*3. nam ſecuta profeſſione id omnino conſtat. Si autem ſponſa poſt ingreſſum ſponſi velit expectare, vt is egrediatur, & redeat, quæritur vtrum hic teneatur ſponſæ, & cogendus ſit ad contrahendum? Affirmat Layman *n.*4 cum Ledeſma, & Henriq. & Rodrig. & Coninch. negat Sanchez *d* 42.*num.*5. & Regin. *l.*31.*n.*258. & Bonac. *qu.*1.*p.*5. *num.*3. His accedo, quia obligatio illa omnino ſublata eſt per ingreſſum Religionis, non poteſt ergo reuiuiſcere.

Henriq. ſanchez Bonacin. Coninch Viuald. Layman Layman ſanchez Reginald Bonacina

Quid tamen dicendum ſi ſint iurata ſponſalia? Soluuntur omnino. Iuramentum quippe ſequitur naturam rei cui accedit; patet ex cap. quemadmodum de iure iurando; et ita cenſet Layman *l.*1.*d.*43.*n.*3. Henriq. *lib.*11.*c.* 13.*n.*3. *&* *c.*14.*nu.*3. Petrus Ledeſma *dub.*1.*diſp.*2. Rodrig. 1.*p.c.*244. *num.*5. Gutierr. *c.*25.*n.*2. Reginal. *l.*31.*n.*258. Coninch *diſp.*23.*dub* 2. Filliu. *tr.*10.*c.* 8.*q.*5.*num.*381. et Bonac. *q.*1.*p.*5.*n.*4. contra Molinam *l.*1.*de iuſt.d*149: Rebell. *q*,8.*ſ.*6.*nu.*38. Intellige niſi aliud obſtet, vti copula, infamia, aut graue damnatum futurum; quod quidem per ſe patet.

ſanchez Henriq. Ledeſm. Rodriq. Guttier. Reginald Filliuc. Bonacina Molina Rebell.

Maius dubium eſt, vtrum per votum Religionis ſponſalia diſſoluantur? cui reſpondendum affirmatiuè cum Henriquez *l.*11.*c.*14.*n.*4. & Layman *tr.*10,*p.*1.*c*:2.*n.*4. Ratio eſt, quia votum illud eſt promiſſio facta Deo de maiori bono, & licet illud relicta ſponſa ſponſo amplecti, ergo diſſoluentur per illud votum ſponſalia. Accedit optima confirmatio. Sicut ſe habet matrimonium ratum ad profeſſionem religioſam, ita ſponſalia ad votum religionis, ſed per illam dirimitur matrimonium ratum, ergo & per hoc ſponſalia dirimuntur.

Henriq. Layman

Circa reliqua ſit prima concluſio. Per votum ſimplex caſtitatis factum poſt celebrata ſponſalia, iſta ſoluuntur. Probatur ex ſuperiori fundamento; quia ſtatus cælibatus, eſt ſtatu coniugij nobilior, & perfectior; atque adeo nemo ad huiuſmodi ſtatum perfectionis inhabilem reddere ſe vult, quando alium promittit: ſic docent Sotus *in* 4,*d.*24 *q*2.*a.*5. Angl *v. ſponſalia n.*5. Gutierrez *c.*26. Henriq *lib.*11.*c.* 14:*n.*4 Rodrig *c.*245 *nu.*2. Specul. 1.*p.* *a.*21.*caſu* 12. Petr. Ledeſma *q.*24.*ar.*3 *difficul*:3. Bonacina *q.*1.*p.*5.*n.*12. contra Sanchez *l.*1.*d.*49 et Nauarr. *c.*22. *n.*27. et Coninch *dub.*3.*conc.*7. Rebell *de ſponſal.q.*8 *ſ.*2. et Layman *tr*,10. *p.* 1.*c.*2.*n.*6. cum communi Canoniſtarũ ſententia negantes. Sed valet apud me authoritas Dini Thomæ *in* 4.*diſ.* 38 *qu.*1.*ar.*3.*qu.*2.*ad* 3. qui docet per ſimplex continentiæ votum ſponſalia diſſolui,

Sot. Angl. Gutier. Henriq. Rodrig. Secul. Ledeſm. Bonacin. ſanchez Nauarr Coninch Rebell. Layman s.Thom.

Caiet.

diſſolui, quem ſequitur Caiet. *in ſum. v. Periurium promiſſorium §. intellige ſecundò*, vt affirmem. Eſtque congruum Iuri c. peruenit. 2. de iure iur. *Promiſſum non infringit, qui in melius commutat*; & quia ſponſalibus ea cõditio tacitè videtur apponi, *niſi ſtatus mihi perfectior ſit amplectendus*; ſane eo voto nulla ſponſæ iniuria fit, cum Deus ei præponatur. Itaque erit irrationabiliter inuita ſi nolit.

Gutierr. Silueſt. Henriq. Bonacina D.Thom.

Secunda concluſio. Per votum ſuſcipiendi ſacros ordines ſponſalia item dirimuntur. Ratio eſt eadem ex perfectione ſtatus. Ita Gutierrez *c.26.art.6.* Syluester *v. ſponſalia qu.7.* Henriq. *lib.21.c.14.n.4* Cordub. *q.136* & Bonac. *q.1.p.5.n.20.* cum D.Thom; & alijs, quos proximè citauimus. Pro qua ſententia facit, quod per votum ſuſcipiendi minores ordines non dirimuntur ſponſalia, vti obſeruat Bonacina *n.20.* &

Layman

Layman, quia cum hoc voto non eſt neceſſariò coniunctus cælibatus. Addo ſi votum ſuſcipiendi ſacros ordines, aut continentiæ ſeruandę, aut religionis ingrediendæ præceſſit ſponſalia, tunc ſequentia ſponſalia non valere, quod ex communi ſententia tenendum. Adeo vt multi dicant, etiam ſi ſponſalia ſint cũ copula ſponſę coniuncta, tenere votũ prius factum, non ſponſalia ſecuta cum eà copula. Vti ſunt Nauarrus

Nauarr. Rodrig. Layman

libro 4.concl.1. Rodriguez *capite* 208. *concl.11.* & Layman *numer.5.capite 2.* Sed quoad hanc partem non ſunt ſequendi hi authores, ſed Sanchez *diſ.*

Sanchez Leſſius Coninch Vaſq.

42. Leſſius *l.2.c.10.dub.4.* & Coninch *diſ.23.dub.3.concl.6.* Vaſquez *de reſtit. c.3.in fine*, quia iſtud vinculum ſponſalium ſecuta copula eſt multo fortius, quam illud primum, cum ſit ex iuſtitia, atque adeo voto Relgionis actu anteferri debeat, quod item do-

Chapeau.

cet Chapeauill. *c.vlt.q.17.*

CAPVT V.

Quarum rerum defectu ſponſalia dirimantur?

Primus defectus eſt ætatis; de quo ſatis ſupra diximus. Id modo tantum aduertimus; qui Impuberes contraxerunt ſponſalia, non poſſe ab ijs ante pubertatem reſilire; quia nec iudicium habere cenſentur idoneum ad ſponſandum, nec ad diſſoluendum. cap. de illis. & cap. à nobis. & cap. atteſtationes, de deſponſat. im-

Sanchez Guttierez Molfeſ. Con. Bonacina

pub. & notat Sanchez *lib.1.d.51.* Guttier. *cap.29.num. 2. & 3.* Con. *d. 23. dub.2.num.8.* Molfeſ. *tr.4.cap.5.* & alij apud Bonacin. *q.1. p.6.* Quod ſi vnus foret Pubes, alter Impubes tempore ſpõſaliorũ, ille nequit reſilire ante pubertatẽ huius. Hic autẽ cũ primũ ve-

Henriq. Sanchez Guttier. Reginald Filliuc

nerit ad pubertatẽ poterit ſolus, ſi velit reſilire, teſte Henriq. *lib.11.cap.14.* Sanchez *num.10.* Guttier. *num.8.* Reginald. *lib.3. num.261.* Filliuc. *tract. 10. cap.8.q.4.num.* 276. Quando autem impubes reclamauit ante pubertatem, & poſtea factus pubes non mutauit voluntatem, diſſoluta manẽt ſponſalia per illam reclamationem

Sanchez Coninch Filluc. Bonazin

virtute confirmatam poſt pubertatẽ. Sic tenent Doctores citati. Sanchez *num.17.* Coninch *num.7.* Filliuc. *nu.* 276. & Bonacin. *q.1.p.6.* Illud ne fugiat, ſponſalia impuberum adiecto iuramento eſſe rata, nec diſſolui poſtea poſſe cap. ex litteris, vbi coguntur impuberes ad ſpõſalia, in quæ iurarunt perficienda. Nec obſtare regulam illam, iuramentum ſequi naturam rei ſupra quam cadit; quia

Henriq. Couar. Bonacin.

ius voluit excipere ſponſalia in fauorem fidei matrimonij; authore Henriquez *lib.11.cap. 14.* & Couarr. *in 4. 1.p.cap.5.§.1.* & Bonacin. *q.1.p.6.n.4.*

Secundus defectus eſt termini præſtituti matrimonio. Cum enim ſponſalia fiant ſub conditione præfiniti temporis in quo matrimonium fieri debeat, elapſo termino ſponſalia ſol-

uun-

Nauarr. Valent. Ledeſm. Menoch. Sanchez. Coninch. Layman.

uuntur. *cap. ſicut. de ſponſal.* vbi Abb. *num.* 11. Ita Nauarr. *cap.* 22. *num.* 27. & Valent. *tr.* 4 *d* 10. *q.* 2. *p.* 5. Ledeſm. *q.* 43. *ar.* 3. Menoch. *de arbit. lib.* 2. *cont.* 5. *num.* 8. & Sanchez *d.* 53. & Coninch *d.* 23 *dub.* 6. & Layman *p.* 1. *cap.* 1. Loquimur autem de termino præfixo ad celebrationem matrimonij; nam *niſi* terminus ſit peremptorius pro celebratione, ſed tantum officioſus, tunc ſponſalia elapſus non dirimit. Teſtè Sanchez *d.* 53. Reginald. *lib.* 31. *num.* 61. Coninch *d.* 23. *dub.* 7. Guttier. *cap.* 19. *num.* 193. Sed aduertendum elapſo tempore ſi dilator eſt in culpa dilationis, poſſe alterum nolle diſſolui, & ſic teneri dilatorem ad matrimonium; vti docent citati proximè authores cum Nauarr. *cap.* 22. *num.* 27. & Sanchez *d.* 53 & Layman *p.* 1. *cap.* 1. & Bonacin *q.* 1. *p.* 6. *num.* 6. eſt enim iniquum, vt dilator dilationis præmium reportet, altero luente pœnã. Quando culpa mutua eſt, præterito tempore deſignato, ſponſalia per ſe cadunt ex vtraque parte. Nam tunc videtur eſſe mutuus conſenſus iuxta Sanchez *num.* 5. & 6. & Coninch *dub.* 6. *num* 47. & Filliuc. *num.* 293. & Guttier. *num.* 10.

Sanchez. Reginald. Coninch. Guttier. Nauarr. Sanch. Layman. Bonac. Sanchez. Coninch. Filliuc. Guttier.

Tertius defectus eſt præſentiæ; nam diſcedente in longinquum ſponſo, inſcio altero, ſpõſalia etiam iurata ſoluuntur. cap. de illis. extra. de ſponſal. verum quidem eſt ius ciuile præſcribere, vt expectetur tribus annis ſponſus abſens extra prouinciam. *lib.* 2. *C. de repud.* per biennium intra prouinciam. Ac pro diuerſitate horum iurium opinando diuiduntur Authores; nam cum iure Canonico ſentiũt Sanchez *diſp.* 54 Specul. 1 *par e art.* 21. Coninch *diſp.* 23. *dub.* 6. *num* 50. Guttierez *cap.* 3. *num.* 6. Reginald. *lib.* 31. *num* 261. Rebell. *lib.* 4. *q.* 8 *sect* 3. *num.* 15. Valentia *diſ.* 10. *q.* 2. *p.* 5. Filliuc. *tr.* 1 *c* 8. *q.* 9. *num.* 293. Cum Ciuili Petrus Ledeſma *q.* 43 *art.* 3 *cauſ.* 7. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 14. *num.* 5. Couarr. *in Epitom p.* 1. *cap.* 5. *nu* 8 Menoch. *de arbitr. lib.* 2 *contr.* 5. *c.* 455. *nu.* 7. Cardinal. Thuſcus *tom.* 5. *concluſ.* 129. *num.* 7. Bonacina *num.* 8. cum prioribus ſentit in foro conſcientiæ; & addit etiam in foro externo ſolui ſponſalia, quod ius ciuile videatur eſſe correctum per Canonicum; et citat Sanchez; mihi videtur difficile, quod ius canonicum minus faueat iuramento, quam ciuile, et latius hac in re fuerit ciuili. Itaque iudico ius Canonicum, & Ciuile, idem ſenſiſſe, quoad ſponſalia omnino voluntaria, & diſceſſum liberum ſine iuſta cauſa; ſed ciuile locutum fuiſſe de diſceſſu ſponſi cauſa iuſta. *leg ſæpè ff. de ſponſ.* & è Republica: qua ratione voluit, vt ſponſalia manerent, & ſponſa expectaret certum illud tempus, ac ne ſponſo mora obeſſet ex iuſta cauſa ſuſcepta; ac ideo tam diligenter diſtinxit inter illos diſceſſus extra, & intra prouinciam, ceu cauſa publica ageretur. *Et* ita expono concluſionem, & litem compono; de qua omnino videndus Layman *tr.* 10. *p.* 1. *cap.* 1. *nu.* 14. quem video mecum ſentire.

Sanchez. Specul. Coninch. Guttier. Reginald. Rebell. Valent. Filliuc. Ledeſm. Henriq. Couar. Menoch. Car. Thuſc. Bonacin.

Quartus defectus eſt conſenſuum, qui ſi mutuus ſit, omnino dirimit ſponſalia etiam iurata; ratio ſumitur ex natura contractus, hic enim ſoluitur per contrariã contrahentium voluntatem, Ita Sà *v. ſponſalia num.* 1. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 11. *num.* 57. Coninch *d.* 23. *dub.* 1. *num.* 2. Nald. *v. ſponſalia*. Guttier. *cap.* 24. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 14. Sanchez *lib.* 1. *d.* 52. *nu.* 8. *& in ſumm. lib.* 3. *cap* 20. & Bonacina *qu.* 1. *p.* 9. Eſt autem hæc doctrina iuxta principium iuris. *cap* 1. *de regul. iuris. & cap. omnes reſ.* 27. *q.* 2. *& Reg.* 35. *Nihil tam naturale eſt, quam eo genere quidquam diſſolui, quo colligatum eſt*. & §. vltimo tit. inſtit. quibus modis ſoluitur obligatio. *Obligationes, quæ conſenſu contrahuntur contraria voluntate diſſoluuntur;* quæ tamen regula excipit matrimonium propter rationem Sacramenti, vti notat Gloſ. *in cap.* 1 *de regul. iuris*.

Quintus defectus eſt conditionis appoſitæ. Imo ne ea quidem obligãt ante conditionem impletam, vti cæteri contractus conditionales. Conſtat hoc; nec opus eſt, vel argumentis, vel authoritate. Hoc intelligen-

dum

dum eſt de conditione expreſſa, ſi enim ſit tacita, tenent ſponſalia; nam conditio, quæ non exprimitur, cum deberet, & poſſet, præteritur. *l. conditiones, quæ extrinſecus ff. de condit. & demonſtr.* & ſic tradit Sanchez *lib. 1. d. 67.* & Coninch *d. 23. dub. 9. ad finem.* & Bonacin. *q. 1. p. 10. n. 4.*

Sanchez Coninch Bonacin

CAPVT VI.

Quarum rerum interuentu ſponſalia diſſoluantur?

HAc in re dicendum primo. Si interueniat impedimentum dirimens matrimonium, ſponſalia eo prorſus diſſoluuntur. Cuiuſmodi ſunt ea, quæ ſupra diximus. *Error perſonæ, cognatio &c.* Probatio ſumitur à fortiori, ſi enim maius vinculum, quale eſt matrimonii ſoluitur, & minus ſponſalitij ſoluetur. Imo ſola publica fama de impedimento ſufficit ad ſoluenda ſponſalia, *c. ſuper eo. de conſanguinit.* Specul. *1. p. ar. 21.* Guttier *cap. 35. num. 15.* Sà *num. 4.* Petrus Ledeſma *cauſ. 3.* Sanchez *d. 71. num. 13.* Bonacin. *q. 2. p. 7. num. 7.* Ex alijs impedimentis non dirimentibus, ſolum votum continentiæ dirimit ſponſalia, iux ta ſuperius dicta. Ita de his impedimentis Sanchez *d. 56. nu. 3.* Coninch *diſp. 23. dub. 5. num. 36.* Reginald. *lib. 31. num. 273.* & Bonacin. *q. 1. p. 7. n. 8.*

Specul. Guttier Sà. Ledeſma. Sanchez Bonacina

Sanchez Coninch Reginald Bonacina

An autem Sponſus, qui contraxit impedimentum dirimens, teneatur petere diſpenſationem impedimenti? Reſpondent Ledeſma *q. 43. ar. 3. cau. 3.* & Sanchez *d. 56. nu. 4.* & Coninch *d. 23. dub. 5. num. 39.* & Guttier. *c. 32. num 2.* Filliuc. *tr. 10. cap. 8. q. 8. n. 291. & 295.* Si ex culpa contraxit impedimentum, vel ex eo graue damnum ſponſæ immineat teneri; nec enim par eſt aut commodum ex delicto reportare; aut ſponſæ iniuriam, & damnum inferre.

Ledeſma. Sanchez Coninch Guttier Filliuc.

Dicendum ſecundo: ſponſalia per metum granem facta ſunt ipſo facto irrita. Per leuem in foro conſcientiæ irrita ſunt, in externo minimè. Prima pars de metu graui conſtat; ſecunda de metu leui in foro externo patet, ex eo quod in iure non habetur ratio metus leuis, *l. nec timorem. ff. de eo, quod metus cauſa.* Præterea daretur anſa multis litibus, authore Sanchez *d. 4. num. 4.* & Bonacin. *q. 1. pag. 9. num. 6.* Secunda pars de foro conſcientiæ ſuadetur; quia illud forum non eget probatione, & eſt ſtatus pure iudicialis: contractus autem ille ſponſalitius debet eſſe omnino liber, et voluntarius, vti ſupra docuimus; et ita reſoluit Bonacin. *q. 1. p. 9. num. 6. & in contract. lib. p. 2. S. 3.*

Sanchez Bonacina

Bonacina

Circa dolum dico tertio: Dolus dans cauſam contractui factus à contrahente, vel conſcio, et participe illius, irritat ſponſalia. Ratio eſt, quia ſponſalia ſunt contractus bonæ fidei, et fraude perimuntur, *lib. 57. tit. 5. p. 5. l & eleganter. 7. ff. de dolo.* Eſt doctrina communis Sanch. *d. 64. ar. 2.* Reginald. *lib. 31. num. 266.* Guttier. *cap 34. num. 18.* Molina *de contract. d. 352. concluſ. 1. num. 7.* Filliuc *tract. 7. 7. cap. 8. q. 11. num. 297.* contra Coninch, et Leſſium, et alios relatos à Bonacina, qui in noſtra eſt ſententia *q. 1. p. 9.* Dixi (dans cauſam contractui, et à contrahente inductum, vel permiſſum,) quia ſi dolus ſit comitans per accidens, aut ſequens contractum, et nõ ignaro, vel imprudente, vel decepto contrahente, tunc minimè vitiatur contractus. Ita ijdem Authore cum Bonacina q. 1. p. 9.

Sanchez Reginald Guttier. Molina Filliuc.

Bonacina

Bonacina

Dubium hic eſt, vtrum inducto dolo in ſponſalia ab vno ex contrahentibus, poſſit alter iſtum cogere ad contractum præſtandum? Affirmant Leſſius, et Molina apud Bonacinã, ex eo quod non debet deceptor commodum ex deceptione ſua reportare; ſed indico abſolutè cum Sanchez *d. 64. num. 3.* non poſſe cogi; quia ſponſalia fuerunt nulla, atque adeo non eſt ius ea repetendi, quæ minimè fuerunt: Si autem damnum inde emerſerit, ſarciendum, aut pœna à Iudice ſtatuenda.

Sanchez

Quartò dicendum; Per fornicationem poſt ſponſalia ſecutam in quoli-

bet ſponſo, illa dirimuntur. Probatur, quia matrimonium ratum per hanc, quoad thorum, ſoluitur, à fortiori ergo ſponſalia. cap. quemadmodum de iure iurando; & ſanè illa fornicatio continet inſignem iniuriam, & innuit mutationem volūtatis: Eſt communis ſenſus Doctorum. Abbas *in cap. citatum. §. illud num.* 4. Sanchez *lib.* 1. *d.* 55. Rebell. *q.* 8. *ſect.* 2. Cardin. Tuſcus *tr.* 5. *concluſ.* 126. *nu.* 5. Coninch *d* 23. *dub.* 7. Henriquez *lib.* 11. *c.* 14. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cenſur.* 5 *caſ.* 455. Couarr. *in Epit.* 1. *p. c.* 5. *num.* 2. Layman *tract.* 10. *p.* 1. *cap.* 1. Guttier. *cap.* 31. *num.* 1. Filliuc. *tr.* 10. *c.* 8. *q.* 7. *n.* 288. Reginal. *lib.* 31. *nu.* 262. Bonac. *q.* 1. *p.* 8. *num.* 1. Et in hoc par eſt ratio vtriuſque ſponſi, nam ſiue ſponſa, ſiue ſponſus fornicetur, æquè dirimuntur ſponſalia. Sic iidem, & nominatim Abbas *in d. cap. quemadmodum. §. illud num.* 4. & Layman *p.* 1. *c.* 1. & Bonacin. *q.* 1. *p.* 8. *num.* 1. Dixi autem poſt ſponſalia; quia ſi fornicatio præcedat illa nihil officit ſponſalibus, ſi ſit ſponſi, nec enim continet iniuriam; nec inducit ſufficientem deformitatē; vt ſponſa propter eam poſſit reſilire, Authore Ledeſm. *q.* 43. *ar.* 3. *cauſ.* 6. & Sanch. *d.* 63. *num.* 2. *& Con. d.* 23. *dub.* 7. *nu.* 57. *&* 62. & Molina *tr.* 2. *d* 272. & Bonacina *q.* 1. *p.* 8. *num.* 2. & Laym. *tr.* 10. *p.* 1. *cap.* 1.

Abbas
ſanchez
Rebell.
Car. Tuſc.
Coninch
Henriq
Couar
Layman
Guttier
Filliuc.
Reginald
Bonacin.

Abbas
Layman
Bonac.

Ledeſm.
ſanchez
Coninch
Molin.
Bonac.
Layman

De fornicatione ſponſæ alia ratio eſt; quare ſi hęc voluntariè fornicetur, vel corrumpi ſe patiatur, imo & per vim violetur, ſponſalia nulla ſiunt; Eſt enim quid turpe, vitium in fœmina reſpectu viri *cap. raptor.* 27. *q.* 2. *iuſt.* Gloſſa *v. potuerit.* Et ſic tenent Sylu. *v. ſponſalia q.* 10. *cap.* 7. Nauarr. *cap.* 22. *num.* 27. Henriqez *lib.* 11. *cap.* 14. *nu.* 6. Sanchez *diſp.* 55. *num.* 7. Coninch *n.* 55. Laym. *p.* 1. *c.* 1. Guttier. *cap.* 31. *n.* 1: Ledeſma *q.* 43. *ar.* 3. *cauſ.* 6. Rodrig. *cap.* 243. *num.* 6. Filliuc. *num.* 188: Bonacin. *q.* 1. *p.* 8. *contra* Couar. 4. *decret.* 1. *p. cap.* 5. *num.* 3. & Tabien. *v. ſponſalia q.* 9. Suppono etiam tunc diſſolui, quando ſponſus nouit ſponſam vim paſſam fuiſſe: quamuis Pater Sanchez *d.* 55. *n.* 8. dicat talem vim poſſe

Sylu.
Nauarr
Henriq
Sanchez.
Coninch
Layman
Guttier.
Ledeſm.
Rodrig.
Filliuc.
Bonaciu.

Sanch.

pati ſponſam, vt teneant ſponſalia; v. g. Si in ſomno accidat, idque probat Layman. Sed non admitto exceptionem, quia honore amiſſo, non multum intereſt, quomodo ſit amiſſus; quod attinet ad infamiam, & dedecus ſponſi. Deinde quia non video, quomodo in ſomno fœmina vitiari poſſit, quin euigilet. Imo ſentio ſatis eſſe, vti ſponſus reſiliat à ſpōſalibus, ſi ſponſa admittat oſcula, & amplexus alterius viri impudicos; vti docet Caiet. *p.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 3. & Guttier. *cap.* 31. *num.* 1. & Sanchez *d.* 55. *num.* 5. & Coninch *d.* 23. *dub.* 7. *num.* 56. & Bonacin. *q.* 1. *p.* 8. & Laym. *p.* 1. *cap.* 1. Non tamen tactus impudici ſponſi, ſunr cauſa ſponſæ reſiliendi à ſponſalibus; nec enim eſt enormis in ſponſo turpitudo. Ita Sanchez, & Layman, & Bonacin. citati. Excipe, niſi tam ſinr illi tactus frequentes, vt ſuſpectam reddant ſponſi voluntatem, & notabilem turpitudinem inducant, quod obſeruat Coninch *diſ.* 23. *dub* 7. *num.* 56. & Laym. *p.* 1. *q.* 1. & innuit Guttier. *c.* 31. *n.* 1.

Layman

Caiet.
Guttier.
ſanchez.
Coninch
Bonacina
Layman

Coninch
Layman.
Guttier.

Duo ſuperſunt aduertenda: Primū, vnum Fornicantem ex duobus volente altero contrahere, non poſſe reſilire à ſponſalibus iuxta *l. quod fauore. C. de legibus*; alioqui commodum referret ex delicto, imo teneri alteri ſponſo conſentire. Ita Henriquez *lib.* 11. *cap.* 14. & Nauarr. *cap.* 22. *n.* 27. & Rebell. *q.* 8. *ſect.* 2. *n.* 8. & Sanchez *d.* 55. *num.* 5. & Rodrig. *c.* 245. *num.* 6 & Guttier. *cap* 31. *num.* 2. *& cap.* 32. *n.* 4. & Coninch *d.* 23 *dub.* 7. & Regina *d. lib.* 31. *n.* 262. & Bonacin. *q.* 1. *p.* 8. & Layman *p.* 1. *cap.* 1. Huc facit illud *regul.* 61. *in* 6. *Quod in gratiam alicuius conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum.*

Henriq
Nauarr
Rebell.
Sanchez.
Rodrig.
Guttier.
Coninch.
Reginald
Bonacina
Layman

Secundum grauem eſſe inter Authores quæſtionē: An liceat vtrique ſponſo à ſponſalibus reſilire, quando vterque committit fornicationem? In qua prima ſententia eſt neutri licere, quia perinde eſt, ac ſi non committeretur fornicatio; per hanc enim redduntur pares; & crimen crimine compenſatur; atque adeo ad matrimonium

Paludan
Bonacina

monium tenentur. Ita Paludanus *in 4.d.37.q.1.ar.3.num.* 17. & Bonacin. *q.1.p.*8. qui vtitur exemplo diuortii, in quo vterque coniux par eſt: commiſſo enim ab vtroque adulterio, nõ poteſt vir facere diuortium ab vxore, licet hæc turpius peccet; ergo eadem erit ratio inter ſponſos, quando vterque fornicatus eſt. Secunda ſententia affirmat licere viro à ſponſalibus reſilire, quia non debet compenſari delictum delicto, vbi tantò eſt turpius delictum fœminę, quàm viri.argumento leg. etſi crimine. C. ad legem Iul. de adulteriis. Iuncta Gloſſa lit.cap.& leg.palam.ff.de ritu.nuptiis.

sanchez
Henriq.
Coninch
Guttier.
Reginald:
Filliuc,
Layman
Couarr.
Molina

& ſic tenent Sanchez *d.* 55. *in fin.* & Henriq. *lib.*11.*cap.*14. *num.* 6. & Coninch *dub.*7.*concluſ.*6. & Guttier.*cap.* 31.*num.* 4. & Reginald. *lib.* 31. *num.* 262. & Filliuc. *cap.*8. *quæſtio.* 7. *num.* 288. & Layman *tract.*10.*p.*1. *cap.*11. & confirmatur ex doctrina Couarr. *in cap. Raynutius. princ. num.*15. Molin. *tom.*1.*tract.*2.*diſt.*176. Filiam luxurioſè viuentem ante 25.ętatis annum exhæredari non poſſe à Matre, quæ in pari turpitudine eſt. l.in Arenam. C. de inofficioſo teſtam. Poſſe tamen exhæredari à Patre, etiam ſi & is impudice viuat; quia non cenſetur æqualis vtriuſque turpitudo. His aſſentior. Exemplum autem matrimonij nil officit, cum iſtud ſit iam contractum in eſſe perfecto, & cum actuali traditione, & dominio corporum, ac præterea ſit multo fortius illud vinculum, neque tam facile ſoluatur; vti apparet ex multis cauſis, ob quas ſoluuntur ſponſalia manente indiſſoluto matrimonio; qua ratione ſoluitur doctrina *cap.intelleximus*. de adult. quę obijci poterat pro æqualitate delictorum.

CAPVT VII.

Per quas mutationes accedẽtes ſponſalibus, iſta dimantur?

QVoniam communis Authorum doctrina eſt: ſponſalia dirimi quoties notabilis mutatio aduenit, quæ ſi à principio extitiſſet à contrahendo auertiſſet, vti docet Abbas *in cap. quemadmodum. num.* 10. *de iureiur & cap. vlt. num.* 2. *coniug. leproſorum*. Nauarr. *cap.*22. *num.* 27. Angel. *V. ſponſalia num.*22. Sylu. *quæſt.* 10.*caſu* 17 Henriq. *lib.*11.*cap.*14. Sanchez *d.*57.*& ſeq.* Ledeſm. *qu.*43.*art.* 3.*cauſ.*12. Guttier. *cap.*33.*nu.* 8. Molfeſ. *tr.*4.*cap.*5.*num.*56. Filliuc. *tr.* 10. *cap.*8.*q.*4.7. & 8. Coninch *diſt.*23.*dub.* 8. Layman *tract.*10.*p.*1.*cap.*1. Bonac. *q.*5.*p.*8. neceſſe erit huiuſmodi mutationes agnoſcere.

Abbas
Nauarr
Angel.
Syln.
Henriq.
sanchez
Ledeſm.
Guttier.
Molfeſ.
Filliuc.
Coninch
Layman
Bonac.

Illud præmittendum, non ſolum diſſolui ſponſalia, quando vel ante, vel in ipſa celebratione impedimentum reperitur, ſed etiam poſtea, quando apparet tale, vt eo comperto alter ſponſus nollet omnino contrahere; cum perinde ſit eſſe, & apparere, quia ſi tunc appareret, quando ineſſe cœpit, profectò impediret contractum: non apparere autem per accidẽs fuit reſpectu ignorantis, cum re vera ineſſet ſponſo, in quo erat. Ita deducitur *ex l.77.ff.de contrahenda emptione. & cap. Paſtoralis. de except.* Vnde colligunt Sanch. *lib.*1.*d.*63. Leſſ. *lib.*2.*c.*42.*dub.*7.*nu.*37. Rebell. *q.*8 *ſeſſ.*8.*n.*4.*&* 73. & Conin. *lib.*23.*dub.*7.*n.*58.*&* 70. & Reginald. *num.*263. & Filliuc. *c.*8.*q.*11. *nu.*296. & Bonacin. *q.*1.*p.*8. & Layman *p.*1.*c.*1.

sanchez
Leſſius
Rebell.
Coninch
Reginald
Filliuc.
Bonacin
Layman.

Igitur conſtat primò, ſi ſponſa facta fuerit, vel infirma contagioſè, vel deformis prodigioſè, vt ſi incidat in lepram, vel amittat oculum, vel naſum, ſponſalia non tenere. Ita Sanch. *lib.*1.*diſ.*57. Tuſcus *concl.* 126. Conin. *dub.*8.*num.*66.*&* 67. Riccius *in prax. deciſ.*232. Sà. *V. ſponſalia.n.*7. Reginal.

Sanchez
Tuſcus
Coninch.
Riccius
Sa
Reginald

Bonacina
Layman

*lib.*31.*n.*265. Bonac.*q.*1.*p.*8.Laym.*p.*1.*c.*2. Vtrum autem de ſponſo idem ſit, ac de ſponſa? de infirmitate affirmandum; de deformitate non ita, cum minus in ſponſo pulchritudo requiratur; ſed ſi tamen prodigioſa ſit deformitas eadem ratio erit; vti notant citati authores, contra Guttier. *cap.*33 *num.*5. Imo Sanchez ait fœtorem oris eſſe poſſe cauſam ſufficientem dirimendi, ſi notabilis ſit; cui ſubſcribit Bonac. *q.*1.*p.*8.*n.*20. quamuis inuitus. Ego non repugno quin recta ſit Sanchez doctrina; & contra nimium fœtorem fero ſententiam, cum perpetua, & importuna res eſſe videatur.

Bonacin.

Conſtat ſecundo, ſi ſponſa in eam incidat paupertatem, vt promiſſam dotem ſoluere nequeat, ſponſalia ſolui. iuxta Sotum *in* 4.*d.*27.*q.*2.*ar.*5. Riccium *deciſ.*232.Petr.Ledeſm.*q.*43.*ar.*3.*cau.*9.Rodrig. *c.*245.Rebell.*q.*8.*ſeſſ.*8.*n.*2.Sanch.*d.*59.Gutier.*c.*23.*n.*3 Coninch *dub.*8.*n.*69.& Layman *p.*1.*c.*2.& Bonacina *q.*1.*p.*8. Paupertas hæc grauis non modo ſponſo ex parte ſpõſæ adueniens, ſed etiam huic ex parte illius officit, quominus teneant ſponſalia. Ita hac in re pares ſunt; iuxta Menoch. *de arbitr.l.*2.*centur.* 5. *caſ.*455.*n.*6.Couar. *de ſponſalibus* 1.*p.* *c.*5.*n.*4.Coninch *dub.*8.*n.*70.Bonacin. *q.*1.*p.*8.*n.*11.Laym.*p.*1.*c.* 2. Dubiũ hic eſt, quãdo alter factus eſt ditior, ſatiſne ſit hæc mutatio, ſi ſit notabilis ad ſoluẽda ſpõſalia? Reſpõdetur negatiue; quia hęc eſt acceſſio ex parte vnius non mutatio ex parte alterius. Quare nocere ei non debet. Ita Sanchez *l.*1.*q.*59.& Reginal *n.*264. & Molfeſ. *num.*59. & Gutier. *cap.*33.*num.*4. & 10.& Coninch *numer.*69.& Bonacin. *num.*13.

Sotus
Riccius
Ledeſma
Rodrig
Sanchez
Guttierez
Coninch
Layman

Menoch.
Couar.
Coninch
Bonacina
Layman

Sanchez
Reginald
Molfeſ.
Gutierr.
Coninch
Bonan.

Aliud item dubium eſt. Vtrum deuenientibus ambobus ſponſis in paupertatem ſponſalia teneant? Rebell.*l.*4.*q.*8.*ſ.*8.*nu.*70. negat, quia ea mutatio eſt magna, & præter intentionem contrahentium in ſponſione, atque adeo ſufficiens ad dirimẽdum. Bonacina affirmat contra Rebellum *qu.*1.*p.*8.*nu.*14. quia par eſt vtriuſque conditio, & ſolent pauperes ſponſalia inter ſe contrahere. Verum ego Rebellum ſequor, dummodo ea paupertas tanta ſit, vt notabilem inducat mutationem; v.g. ſi ambo erant valde diuites, & poſtea in extremam incidant paupertatem, in qua ſi contrahant alere filios non poſſent. Ecquis enim tunc dicat eos teneri?

Conſtat tertio propter graues inimicitias ſponſorum inter ſe, vel inter parentes, & conſanguineos eorum ſponſalia dirimi poſſe; cum hac de cauſa interdum Pontifices in matrimonio etiam rato diſpenſarint, vti tradit Menoch.cit.n.3.cum Felino, & Abbate. Doctrina hæc eſt Coninch *dub.*8.& Valent.& Specul. & Ledeſm. & Ricci, & Molfeſ.& Bonacin. eos ſequentis, & citantis n.15. quibus addo Layman *p.*1.*c.*2.*nu.*18. ſignificat ſatis Sanchez *l.*1.*diſp.*58.*num.*3. Gutierrez *c.*33.*n.*2.& Reginald.*n.*264. Huc attinet aſperitas, & ſæuitia ſponſi cognita nimia poſt contractum; hac enim de cauſa ſoluuntur, ſecundum Henriquez *l.*11.*c.*14.Specul.1.*p.art.*21.*caſu* 13.Sanchez *l.*1.*diſp.*58.*n.*3. Nauarrus *c.*22.*n.*27.Ledeſm.*q.*43.*ar.*3.*can.*11. Molin.*d.*272.*nu.*4.& 5.Coninch *diſp.* 23.*dub.*7.*num.*57.& 67. Gutierr. *cap.* 33.*numer.*1. Bonacina *quæſt. parte* 7. *numer.*18.

Layman
Sanch.
Gutier.
Reginald

Henriq
Specul.
Sanch.
Nauarrus
Ledeſma
Molina
Coninch
Guttierr
Bonacina

Vtrum autem ſpondens ſponſæ putans eſſe virginẽ, cognito non eſſe teneatur ad ſponſalia? Negat & bene Bonacin.*q.*1.*p.*8.*num* 17. quia hoc in genere magni momenti eſt hæc circumſtantia.

Bonacina

Duę hic ſunt regulæ generales pro coronide addendę. Prima: ſponſus eo animo ſpondens, vt ſi ſciret impedimentum eſſe, non ſponderet, eo poſtea comperto non poſſe reſcindere ſponſionẽ, quia virtualiter acceptauit ſponſam cum illo impedimento, & habuit ſufficientem voluntatem. Ita Sanchez *d.*65.*nu.*2.Perez *de ſponſ.*§.6. Molin.*d.*272.Coninch.*dub.*7.*n.*6.Gutier.*c.*33.*n.*9.Filliuc.*tr.*10.*c.*8.*q.*11.*nu.*269.Reginal.*lib.*31.*nu.*261.& 267.& Bonacin.*q.*1.1.*p.*8.*nu.*19.Si tamen de animo, quo erat affectus prudenter ſponſus dubitet, tunc non tenetur cognito

Sanchez
Perez
Molina
Coninch
Gutier
Filluc.
Reginald
Bonacina

Digitized by Google

gnito viſio ad ſponſalia. Sic Bonac. *q.1.p.8.n.*20.cum Sanch.Nauarr.Gutier.& alijs, quod ſi ſequatur cũ ſponſa copula carnalis,ſponſalia firmãtur:

Sanch. Nauarr Guttier

Secunda regula eſt; quoties impedimenta dicuntur dirimere ſponſalia, intelligi etiam de iuratis, quia, vti diximus, iuramentum ſortitur naturam actus, cui apponitur: c. quemadmodum de iur.iur.& ibi Doctores, & nos ſupra diximus,excepto duntaxat caſu pubertatis.

Illa quæſtionis appendix eſto. Per matrimonium etiam illicitè, validè tamen cum alia contractum, dirimi præcedentia ſponſalia; & poſtquam dirempta ſunt,nihil obligationis reſidere in ſponſore reſpectu ſponſæ; ex eo præcisè titulo ſponſalitio;quia obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit. Ita Paludan. *in 4.d.*28.*q.*1.*ar.*1.*concl.*2. Henriq. *lib.*11.*cap.*14.*n.*2. Sanchez *lib.*1.*diſt.*28. Layman *tr.*10.*p.*1.*cap.*2. contra Petr.Ledeſm.*q.*43.*ar.* 3.*dub.*21 & Coninch *diſp.*23.*dub.*4.*concl.*3. Pro noſtra ſententia, & fundamento illius ſtat *cap.quærit. de conſecrat. d.*4.*l. qui reo. §. Aream ff.de ſolut.& cap.*5.*de regul.iuris.in* 6. Si quid tamen damni illatum eſt ſponſæ, id tenetur ſponſor reſarcire: vti obſeruat Adrian. *in* 4. *de matrim.q.*2.*in fine.* Et Sanchez *n.*5.

Paludan Henriq Sanchez

Layman Ledeſm Coninch

Adrian Sanch

Hæc clauſula appendicis: quamquam vbi de impedimentis certo cõſtet, ſponſalia per ſe corruant; nec opus ſit extra ſcandalum iudicis authoritate. Si autem non conſtet oportet adhiberi iudicem, qui debet eſſe ordinarius, vel eius delegatus cuius ſententia diſſoluantur. Quæ conſuetudo à *D.* Thom. *in* 4.*d.*27.*q.*2.*a.*2. Richardo *ibi.ar.*3.*q.*3. Paludano *q.*3. *in fine.* S. Antonino *p.*3.*tit.*1.*cap.*18.§.1 traditur, vide Sanch. *l.*1.*d.*69.& Leandr. *tr.*9.*q.*59.

D.Thom Richard Palud. S.Anton.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX
LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE.

Ex Geneſ.

1 IN principio creauit Deus Cœlum, & terram. pag. 146. & 148
Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas pag. 553
1 Creſcite, & multiplicamini. 425. 580
2 Vocabitur Virago, quia de viro ſumpta eſt. 105
Omne quod vocauit Adam ipſum eſt nomen eius. 145
3 Eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum, in quæſt. præu. c. 5
Nequaquam morte moriemini ibid.
Ecce Adam ſicut vnus ex nobis factus eſt. ibid.
5 Vixit Seth centum quinque annis, & genuit Enos. 115
11 Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad. 115
14 Melchiſedech Rex Salem protulit panem, & vinum. 339
17 Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima eius de populo ſuo. 230
27 Ego ſum primogenitus tuus Eſau. 117
35 Benjamin Filius Dextræ. 61
44 Ero peccati reus omni tempore. 355
48 Qui extendens manum dextram poſuit ſuper caput Ephraim. lib. 1. tr. de Chorepiſcopis. ſub num. 67

Ex lib. Exodi.

c. 15. Qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur. 311

Ex lib. Num.

21 Vnde dicitur in libro bellorum Domini. 85
21 Sicut fecit in mari Rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon. 83. 85. & 86

Ex lib. Deuteron.

25 Non alligabis os boui trituranti. 146

Ex lib. Ioſue.

10 Nonne ſcriptum eſt in libro Iuſtorum? 83. 86

Ex lib. 3. Reg.

2 Surrexit Rex in occurſum eius, adorauitque eam; & ſedit ſuper thronum ſuum, poſituſque eſt thronus matri Regis, quæ ſedit ad dexteram eius. pag. 61
4 Locutus eſt Salomon tria millia Parabolas, & fuerunt carmina eius quinque millia. 86

Ex lib. 4. Reg.

5 Vade in pace. 204
10 Quia ſtudioſè egiſti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis. 204.

Ex lib. 1. Paralipom.

28 Dedit autem Dauid Salomoni filio ſuo deſcriptionem porticus, & templi. pag. 83. 86

Ex lib. Paralipom. 2.

20 Reliqua geſtorum Ioſaphat ſcripta ſunt in verbis Iehu filij Hanani, quæ digeſſit in libro Regum Iſrael. pag. 87

Ex lib. Pſalm.

Pſal. 2. Filius meus es tu. Ego hodie genui te. 148
Ibid. Apprehendite diſciplinam. 125

44 Spe-

44 Speciosus forma prę filijs hominum. pag. 128
Ib. Aſtitit Regina à dextris tuis.In Patergo de Chorepiſcopis. 16.61
51 Emigrabit te de tabernaculo tuo. pag. 128
58 Deus oſtendet mihi ſuper inimicos meos: ne occidas eos. 108
61 Semel locutus eſt Deus: duo hæc audiui. 82
68 Quę non rapui, tunc exoluebam.In quæſt.præu. 6
77 De poſt fœtantes accepit eum. 128
109 Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordine Melchiſedech. 333
118 Lucerna pedibus meis, verbum tuũ, & lumen ſemitis meis. 137.142
118 Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. 138
118 Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. 137 142
118 Declaratio ſermonum tuorum illuminat. 142

Ex lib. Prouerb.

c.6. Mandatum lucerna eſt, & lex lux. pag. 137. 142
25 Gloria Dei eſt celare verbum, & gloria Regum inueſtigare ſermonem. pag. 138

Ex lib. Eccleſiaſt.

In Prol. Nam deficient verba Hebraica, ſi fuerint translata in aliam linguam. pag. 105
12 Conſcripſit ſermones rectiſſimos, & veritate plenos. 86

Ex Iſaia.

c.4 Verbum autem Domini manet in æternum. 89
6 Auditu audietis, & non intelligetis. pag. 152
19 Erit terra Iuda in AEgypto in feſtiuitatem. 124. 125
29 Erit viſio eius ſicut verba libri ſignati. 138
22 Dabo Clauem Dauid ſuper humerũ eius. 6. 8
29 Populus hic labiis me honorat. 152
29 Incuruantem, & refrenantem. 124
53 Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. 148
67 Spiritus Domini ſuper me. 576

Ex Hieremia.

c.32. VT permanere poſſint multis diebus pag. 83.
51 Scripſit in libro vno omnia verba hæc quæ ſcripta ſunt contra Babilonem. 83.& 87.
Thren.3 Ego ſum pſalmus eorum. 87.

Ex Daniele.

c.9 Et erit in templo abominatio deſolationis pag. 184
11 Et Deum patrum ſuorum non reputabit, & erit in concupiſcentijs fœminarum. 125

Ex Iona.

c.3. Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. 117
3 Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. 115
4 Præparauit Dominus Deus hederam pag. 124.& 125

Ex Zacharia.

c.4. Quid ſunt duæ Oliuæ? 152

Ex Euangelio Matthæi.

cap.1. Ioram autem genuit Oziam. pag. 117
2 Ex Aegypto vocaui filium meum pag. 149
4 Mitte te deorſum ſcriptum eſt enim: Angelis ſuis &c. 69
4 Nunquid à Galilæa venit Chriſtus? pag. 70
5 Vos eſtis lux mundi. 137. & 143
5 Quicunque angariauerit te mille paſſus, vade cum illo, & alia duo. pag. 128
7 Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium. pag. 70
9 Quis poteſt remittere peccata niſi ſolus Deus? 117
10 Infirmos curate, mortuos ſuſcitate &c. pag. 3
15 Benè

15 Benè prophetauit de nobis Iſaias. pag. 152
16 Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. à pag. 14. ad 43. & pag. 56
16 Tibi dabo Claues Regni Cœlorum &c. pag. 2. 3. 4. & à pag. 14. ad 43
17 Ipſe eſt Elias. 117
18 Quæcunque alligaueritis ſuper terram. pag. 10. 14. 16
19 Ecce nos reliquimus omnia. 23
19 Oblati ſunt ei paruuli, vt imponeret eis manus. 265
21 Inuenietis Aſinam alligatam, & pullum cum ea. Soluite &c. 5
22 Erratis neſcientes ſcripturas. 70
22 Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari &c. pag. 33
24 Si quis vobis dixerit hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. 70
25 Statuet oues à dextris, hædos autem à ſiniſtris. 61
26 Non bibam amodo de hoc genimine vitis &c. 339. & 441

Ex Marco.

c. 6 Præcepit eis ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum. 139
6 Vngebant oleo multos infirmos, & ſanabant. 265
16 Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit. 258
16 Sedet ad dexteram Patris. 61

Ex Luca.

3 Baptiſmus Pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. 349
5 Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? 2
6 Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. pag. 243
7 Fides tua te ſaluam fecit. 194
10 Dignus eſt operarius mercede ſua. pag. 326
11 Væ vobis Phariſæi qui tuliſtis Clauem ſcientiæ. 6. & 70
22 Hoc facite in meam commemorationem. 565
22 Ex hoc non manducabo illud donec impleatur in Regno Dei. 341
22 Apparuit autem illi Angelus de Cœlo confortans eum. 103
22 Factus in agonia prolixius orabat: Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram &c. pag. 103
22 Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit Pater meus regnum. 161
24 O ſtulti, & tardi corde ad eredendum pag. 138
24 Aperuit eis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. 138

Ex Ioanne.

c. 1 Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. pag. 194
c. 1 Tu vocaberis Cephas. 56
3 Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei. 309
5 Scrutamini Scripturas. 138
6 Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem. pag. 309. 311
6 Caro autem non prodeſt quicquam. pag. 275
7 Scrutare Scripturas, & vide, quia à Galilæa Propheta non ſurgit.
8 Principium, qui & loquor vobis. 138
10 Oues meæ, vocem meam audiunt. pag. 146
11 Soluite eum, & ſinite abire. 4
14 Et maiora horum faciet. 128
14 Alium Paraclitum dabit vobis. 265
20 Inſufflauit, & dixit eis. Accipite Spiritum Sanctum. 565
20 Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis &c. 10. & 33
21 Simon Ioannis diligis me? Paſce Oues meas. 17. 19. 25. 32. 40

Ex Actis Apoſtolorum.

1 Epiſcopatum eius accipiat alter. 32. vel 34
2 Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. 258
4 Non eſt aliud nomen ſub Cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri. 180
9 Vas electionis eſt mihi iſte &c. 56
10 Dixit Spiritus Sanctus ei: ſurge, & vade. 59
10 Surge Petre, occide, & manduca. pag. 57

10 Adhuc loquente Petro cecidit Spiritus Sanctus. 59
10 Obſtupuerunt ex Circumciſione fideles. 45
13 Segregate mihi Saulum, & Barnabam. 56
14 Vocabant Barnabam, Iouem, & Paulum Mercurium. 57. 59
15 Statuerunt, vt aſcenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alii ad Apoſtolos &c. 57
21 Paulus aſſumptis viris poſtera die purificatus cum illis intrauit in templum. 58
28 Poſt tertium autem diem conuocauit primos Iudæorum. 60

Ex Epiſtola ad Romanos.

c.1. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. 194
1 Cum cognouiſſent Deum non ſicut Deum glorificauerunt. 158. & 167
1 Sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas &c. 167
2 Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quę legis ſunt faciunt. 167
3 Quid ergo amplius Iudæo eſt, aut quæ vtilitas Circuncifionis 108
3 Iuſtitia Dei per fidem IESV Chriſti. pag. 159
3 Arbitramur iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. 195
5 Iuſtificati ex Fide pacem habeamus ad Deum. 159
10 Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra. Petra autem erat Chriſtus: 187
10 Nolite manducare propter illum qui indicauit, propter conſcientiam etc. pag. 218

Ex 1. ad Corinth.

c.1 Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia &c. 133
5 Scripſi vobis, ne commiſceamini fornicariis. 84. 87. 88
7 Circuncifio nihil eſt, & præputium nihil eſt. 246
9 Non alligabis os boui trituranti. 146
9 Qui altario deſeruiunt, cum altario participant. 226
11 Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit. pag. 203

Ex 2. ad Corinth.

c.3. Littera occidit, ſpiritus autem viuificat. 145
c.4. Quod ſi opertum eſt Euangelium noſtrum, in iis, qui pereunt, eſt opertum. 137. 146
11 Inſtantia mea quotidiana. 61

Ex Epiſt. ad Galat.

c.1. Veni Hieroſolymam videre Petrum. pag. 58
2 Contuli cum illis Euangelium &c. 58
2 Creditum eſt mihi Euangelium præputii, ſicut & Petro Circumciſionis. 60
2 In faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. 59. 60
3 O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit? 70
4 Quomodo conuertimini ad infirma, & egena elementa? 246
5 Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. pag. 412

Ex Epiſt. ad Ephes.

c. 4. Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma. 254

Ex Epiſt. ad Coloſſenſ.

c.4 Facite, vt & in Eccleſia Laodicenſium legatur, & eam quæ Laodicẽſium eſt vos legatis. 84. 88

Ex Epiſt. ad Timoth. 1.

c.2 Deus vult omes homines ſaluos fieri. pag. 168
2 Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta. in quæſt. præ. a. 5
2 Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus IESVS. 333
6 O Thimothee depoſitum ad cuſtodi. 108

Ex 2. Thimotheum.

c. 1. Admoneo te, vt reſuſcitas gratiam Dei,

Dei; quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum. 564

Ex Epiſt. ad Hebræos.

c. 8. Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur. 338
11 Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt &c. 187

Ex Epiſt. Iacobi.

c. 2. Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt? 196
16 Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. pag. 195

Ex 2. Petri.

c. 1. Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ. 137. 143
3 In quibus ſunt quędam difficilia intellectu. 139

Ex 1. Ioannis.

c. 5. Omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat. 420

Ex Apocalypſi.

c. 19. Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt. 341

INDEX RERVM.

A

Aaron.

EIVS Sacerdotij imperfectio. pag. 138
Non Aaronici, ſed Melchiſedechiſ Ordinis Sacerdos Chriſtus fuit. 16 & ſeqq.

Abbas.

An ulli Abbates facultatem habeant conferendi Sacerdotium, Diaconatum, & Subdiaconatum. 571. col. 1. & 2.
Ordines ne validè ſi ſint excommunicati? 572

Ablutio.

Ablutio eſt materia proxima baptiſmi. 251. & 256
Ablutio qualis eſſe debeat in baptiſmo. 251
An ſufficiat ſine immerſione? ibid.

Abſolutio.

Abſolutio facta cum forma deprecatiua ſit ne valida, & licita? 214. & 492
Abſolutionis forma indicatiua, & imperatiua an ſufficiat? 214. & 492
Abſoluere à peccatis eſt proprium Dei. 2
Abſolutio conditionata de præſenti valida quidem eſt, ſed de futuro inualida. 492 & 493
Abſolutio facta abſenti eſt inualida. 493
Abſoluere à peccatis, ita eſt proprium Sacerdotis, ut nulli inferiori ipſo competere poſſit. 503
Poteſtas abſoluendi à peccatis confertur habitu, & in radice in ordinatione ad actus exercendos, quoad uſum, & modum pendet à conceſſione extrinſeca. 503

Accidens.

Accidens quomodo poteſt eſſe ſine ſubiecto. pag. 278
Accidentis reſpectu ſubſtantiæ nō eſt alia unio præter inhærentiam. 287
Accidentia in Eucharistia non ſubiectantur in Corpore Chriſti. 287
Accidentia magis dependent à ſubiecto, quam ſubiectum ab ipſis. 290
Accidentia ſubiectantur in quantitate. 291 & 293
Accidentia conſeruantur in Euchariſtia eadem actione, qua prius conſeruabantur. ib.
Accidentia ſunt eadem numero in Euchariſtia, quæ prius. 291
Accidentia extra ſubiectum poſſunt facere eoſdem effectus intentionales, quos in ſubiecto faciunt. 293
Accidentia non nutriunt. 294

Acolythus.

Eſt Sacramentum. 266
Quæ ſit materia? quæ forma? 567
Acolythi munus. vide Ordo. 568

Actio.

Quæ actiones ſint contra præceptum confitendæ fidei lib. 3. c. 11. & 12.
Actio qua Sacramenta fiunt, eſt eorum materia proxima 236
Actio adductiua an ſit vera tranſubſtantiatio? 286
Actio adductiua non poteſt eſſe ſine reproductiua. 287
Actio conſeruatiua terminatur ad eſſentiam. pag. 288
Actio poſitiua ſemper habet terminum poſitiuum. 291
Actio phyſica fit per qualitates phyſicas. 299
Actio ponens Corpus Chriſti in Euchariſtia non eſt deſtructiua ſubſtantiæ panis phyſicè loquendo. 299
Nec item actio, qua ponuntur accidentia extra ſubiectum. ibi

Adam.

Adami peccatum primum an fuerit Hæreſis art. 5. q. prauia.
Adam quomodo non ſit ſeductus? art. 5.
Adam per peccatum quid amiſerit? 349. & 359
Adam, quæ dona habuerit in ſtatu integræ naturæ? 359
Adam non fuit conditus in ſtatu puræ naturæ, ſed integræ cum donis ſupernaturalibus. pag. 272
Adam peccante quomodo Poſteri peccatum contraxerint? 421. 422
Quomodo ipſi, & poſteris voluntarium fuerit? ibid.

Adoratio.

Adoratio Latriæ ſoli Deo exhibenda. 312
An exhibenda Euchariſtiæ. ibi

Adultus.

Quam fidem habere debeat? 159
Adultis omnibus an detur auxilium ſufficiēs? 172. 173

Aetas.
Ob ætatem impediri poteſt matrimonium 613
An Pontifex poſſit diſpenſare in impedimento ætatis requiſita ad matrimonium ibid.
Aetas ad ſponſalia requiſita. 620. ad 625

Affinitas, Affinis.
Affinitas duplex per ſe, & per accidens. 65
Affinitas, quod & quatenus impedimentum ſit ad matrimonium? 504. ad 628

Angelus.
Angelus in aſſumpto corpore poteſt miniſtrare omnia Sacramenta præter matrimoniũ ex diſpenſatione diuina. 240
Angeli mali fuerunt primi Authores hæreſeos art. 4.
Angelorum peccatum quale fuerit. art. 3.
Angeli per peccatum, quid amiſerint. 383

Anima.
Triplex animarum ſtatus. 533
Quatuor animarum receptacula ſubtus terram. 534
Animæ infantium ſine baptiſmate è viuis ereptorum, quem habeant locum? quam patiantur pœnam? 235
Anima eſt forma corporis ab eo dependens in operando. 374. 407. 411
Anima rationalis non producitur à generante, ſed creatur. 396
Anima rationalis eſt vna tantum in homine. pag. 408
Anima rationalis non præſtat materia gradum corporeum. 409
Anima rationalis ad informandum poſtulat organizationem certam, & idoneam. 410
Animæ rationales non ſunt ex traduce, ſed ſigillatim à Deo creantur. 401
Animam rationalem præcedit anima ſenſitiua, & vegetatiua, ita ut tres ſucceſſiuè in fœtu formæ inueniantur. 410
Anima rationalis vna tantum in corpore remanet, continens eminenter ſenſitiuam, & vegetatiuam. 410. 411
Errores circa originẽ animæ recẽſentur. 399
Animam eſſe ex traduce per ſemen opinio, hæreſis eſt. 401
Animam eſſe ex traduce per ſpiritum opinio an ſit erronea? 402
Quomodo poſſit ſaluari animam eſſe ex traduce, & tamen immortalem eſſe, & creari. 401
Anima tunc primo fit peccatrix, quando vnitur materiæ per actionem generatiuam. pag. 406
Anima ſeparata conſeruatur eadem actione, qua conſeruabatur vnita. 292
Anima Chriſti non poteſt mouere Corpus ſuũ in Eucharistia. 299

Annihilatio.
Annihilatio tendit ad non eſſe ſimpliciter. 289
An deſitio panis in Eucharistia poſſit dici annihilatio. 291
Annihilatum corpus Deus poteſt reproducere. pag. 288

Apoſtolus.
Apoſtoli Sacramentorum diſpenſatores, non inſtitutores ſunt. 234. 235
Apoſtoli inſtituti ſunt Epiſcopi in Cœnaculo. pag. 249. 33
Apoſtoli ſine chriſmate confirmabant. 269
Apoſtoli quando acceperint poteſtatem ligandi, & ſoluendi à peccatis. 30
Apoſtolos in multis omnes cum Petro pares fuiſſe demonſtratur, & in multis diſpares. pag. 27. 28. 29. & 37
Apoſtolorum authoritas non fuit ordinaria, ſed delegata. 27. 36
Num Apoſtoli potuiſſent leges, & ſtatuta, & ceremonias condere, & res fidei, & morum definire pro tota Eccleſia? 26
An Apoſtoli potuiſſent conuocare Concilia? pag. 28
An potuiſſent Sanctos Canonizare? 29
Quando fuerint à Chriſto inſtituti Sacerdotes? 33
An fuerint conſecrati Epiſcopi à Chriſto, an a Petro? 35
Quomodo Apoſtoli habuerint poteſtatem eligendi Epiſcopos? 36. 37
Quæquid ſcripſerunt ab Spiritu ſancto acceptum. 90. 94
Apoſtolorum ſpiritus multò, quam Prophetarum excellentior. 90. 94

Appetitus.
Appetitus ſenſitiuus aduerſatur intellectui, & quare? fol. 366. 365
Appetitus delectabilium cur ſit tam vehemens? fol. 366
Appetitiuæ potentiæ cum intellectiua connexio exponitur. 412
Appetituum pugna orta ex peccato originali. pag. 416

Approbatio.
An approbatio iniuſtè Regulari negata faciat quia hic ſit approbatus? 510
Valeat ne approbatio donis obtenta? ibid.

Aqua

Aqua.

Aqua naturalis eſt materia Baptiſmi. 250
Aqua ex floribus ſtillata nequaquam ibi
Aqua non eſt de neceſſitate Sacramenti Eucharistiæ, licet cadat ſub præcepto diuino. fol. 282
Aqua immediatè cum vino conuertitur in Sanguinem. 282
Aqua non benedicta mixta cum benedicta, fit benedicta. 244

Archidiaconus.

Eximuntur à Parochis, ſubduntur Epiſcopis. fol. 505

Arrogatio.

Quid ſit & quomodo ab adoptione differat fol. 608.
Arrogatus egreditur ex poteſtate patris, & fit hæres adoptantis 608
Arrogatio dirimit matrimonium in linea recta inter adoptantem, & deſcendentes naturales adoptati. ibid.
Arrogatio dirimit matrimonium in linea tranſuerſali inter adoptatum, & filios, & nepotes adoptantis ib.
Arrogatio eſt impedimentum dirimens inter vxorem adoptantis, & adoptati, & mutuò. ibid.

Attritio.

Attrito ſola cognita vti talis non ponit hominem in ſtatu gratiæ. 304
An ſufficiat ad recipiendam Euchariſtiam. ibid. & fol. 494
Attritionis explicatio, & definitio ponitur. fol. 467
Attritio orta ex metu gehennæ eſt ſupernaturalis. 470
An attritio prout eſt dolor propter fœditatem peccati ſit ſupernaturalis? 471
Attritio propriè loquendo non poteſt fieri contritio. 471
Qualibet attritio ſufficiens eſt delere peccata venialia. 482
Attritio cognita ſatis eſt ad pœnitentiam. fol. 494

Auxilium.

An omnibus dentur auxilia ſufficientia ad ſalutem? 169. & ſq. ad 174
An fieri poſſint opera bona moralia ex ſolo auxilio naturali per Chriſtum 197

B

Balſamum.

Balſamum ſiue Syriacum ſit, ſiue Indicum ſufficit ad Sacramentum Confirmationis. fol. 267

Baptiſmus.

Baptiſmus eſt immediatè cauſatiuus gratiæ. fol. 233
Baptiſmus conuenit cum Circumciſione effectu, differt in modo. 232. & 233
Baptiſmus omnibus ſimpliciter neceſſarius. fol. 237
Baptiſmi ſubiectum omnis homo viator habens aliquam intentionem illud ſuſcipiendi fol. 238 & 257
Baptiſmus imprimit characterem. 239
Baptiſmi miniſter quicunque eſſe poteſt. 240 & 242
Baptiſmus Ioannis non erat Sacramentum. fol. 248
Baptiſmus immediatè à Chriſto inſtitutus poſt ſuſceptum Ioannis baptiſmum 249
Baptiſmi materia aqua naturalis, vel vna gutta. 250
In aqua roſacea inualidus. 237
Collatus in nomine Dei vel Trinitatis, vel alterius perſonæ, niſi omnes exprimantur, an ſit inualidus. 237. & 253
In Baptiſmo debet exprimi actus baptizantis, & perſona baptizata, vel expreſſè, vel occultè. 253
Baptiſmi vnica eſt ſpecies, quæ reiterari non poſſit. 264. & 260
Baptiſmus Sanguinis, & Flaminis analogicè dicuntur Baptiſmi eo quod ſuppleant defectum baptiſmi Aquæ. 254
Baptiſmus nequit fieri à pluribus miniſtris. fol. 219. & 260
Baptiſmi ceremoniæ ſunt reiterandæ quando ſine his factus eſt. 261
Baptiſmus quibus conferendus 259. &c. an infantibus? 255
Requiratur ne ad Baptiſmum profeſſio fidei. fol. 202. & 246
Baptiſmus collatus à miniſtris Hæreticis Infanti Catholicorum, ſit ne licitus? 209
An infanti infidelium in periculo mortis conſtituto? ibi
An infanti ſeruorum Paganorum, & Iudæorum, & Hæreticorum non ſeruorum inuitis parentibus? ibi

An baptizare ſit actus poteſtatis Clauium. fol. 10
Baptiſmus infantibus omnino conferendus. fol. 349

Beatitudo

Beatitudinem naturalem,qui concedūt paruulis cum peccato originali decedentibus. 439
An probabiliter? ibid.

C

Canon Scripturarum.

Q Votuplex apud Hebræos?apud Græcos? apud Latinos? apud Hæreticos. 73
Iuſtus traditus à Concilio Carthaginenſi 3.& à Tridentino. ibid.
Quot libris, & quibus conſtet? ibid.

Canonizatio.

Canonizatio ſanctorum eſt actus poteſtatis Clauium. 29
Canonizatio ſanctorum pertinet directè ad Papam. 29

Cardinales

An ſine commiſſione ſpeciali poſſint concedere indulgentias. 540
In Eccleſijs ſuorum titulorum poſſunt aliquas communicare indulgentias 541
Quæ ſit nominis ethymologia? 577
Cardinalatus antiquitas. ibid.
& origo. ibid.
Quis præcedit Cardinalis, an Epiſcopus? 578
Eorum inſignia, quæ? ibid.
numerus? ibid.
ad quem ſpectat eorundem creatio? ibid.
Teneantur ne Epiſcopi Cardinales ad reſidentiam. ibid.
Vtrum poſſint condere teſtamentum, & quibus de bonis? 579
Bigamus Cardinalis eſſe nequit. ibid.
Nec illegitimus. ibid.
Eorum priuilegia. ibid.

Catechumenus

An Catechumenus ſit intra Eccleſiam. 303
An poſſit communicare ibid.
An poſſit eſſe Hæreticus. In quæſt. præart. 2

Catholicus

An poſſit licitè veſci carnibus in diebus prohibitis ad occultandam fidem? 221
Liceat ne Catholico eſſe patrinum in baptiſmo Hæretici. 210
Et adhibere patrinum Hæreticum in baptiſmo Catholici? 211
Quare non liceat Catholicis ingredi templa Hæreticorum præſertim in Anglia? 117
*An ſit licitum vti illa ſolemni formula matrimonium ineunt inter Hæreticos,*Coram hac ſancta Communicate. 116
An teneantur ad leges matrimonij Catholici inter hæreticos degentes, vbi non eſt receptum Tridentinum. 586

Cenſura

An qui ignoranter incurrit cenſuram,cenſeatur eius culpa reſeruata? 517.518
An qui dat facultatem ad abſoluendos caſus reſeruatos, det etiam ad cenſuras? 525
Vtrum in articulo mortis ſint cenſuræ reſeruatæ. ibi.

Character

Character quid ſit & in quo ſubiecto ſit? 239
Character an ſit actiuus,an paſſiuus. ibi
& fol. 340
An imprimatur in ſubiecto indiſpoſito ad recipiendam gratiam. ibi.
An character confirmationis ſit diſtinctus ab illo baptiſmi. 368
Character impreſſus in Cœna Apoſtolis ſit ne ampliatus in Cœnaculo. 565
Character Epiſcopalis eſt perfectior Sacerdotali. 564.565

Chorepiſcopi.

Olim ex commiſsione epiſcopi, Diaconos, & presbyteros ordinabant? 570

Chriſma

Chriſma ab alio benedictum quam ab Epiſcopo,nec licet, nec valet pro materia Confirmationis.
Sit ne materia ſufficiens ad Sacramentum extremæ vnctionis? 553

Chriſtus

An fuerit Propheta? 94. *Chriſti de ſanguineo ſudore hiſtoria, à quibus negetur?* 102.103
Quâ homo ſimpliciter fuit Sacerdos. 333
Chriſtus quomodo fue[r]it ſacerdos, & Pontifex. 335.336
Chriſtus non fuit ſacerdos legis veteris, ſed ſecundum ordinem Melchiſedech. 358
Chriſti ſacerdotium, quomodo dicatur, & ſit æternum. 336.337
In Chriſto nulla fuit pugna appetitus cum ratione. 367
Chriſtus non ſolum eſt Author efficiens ſacramentorum nouæ legis, ſed etiam meritorius. 234.& 235.& 240
In Chriſto duæ naturæ ſunt, & vna perſona. fol.

fol. 295
Chriſtus totus, & ex integro eſt in Eucharistia.
Chriſtus author ſacrificij miſſæ. 314.& 318
Chriſtus eſt Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech ibi.
An meruerit infinitè? 321
Chriſtus fuit Rex natura, & ſacerdos. 7
An Chriſtus in hoc mundo perſonam Regis geſſerit. 23

Circumciſio.

Circumciſio fuit ſacramentum ad tollendum originale peccatum à Deo inſtitutum. 230 245.& *ſequentibus, &* 266
An circumciſio fuerit communis ſemellis? 230 & 231
Circumciſio in principio legis gratiæ adhuc permiſſa. ibid.
Circumciſio cauſatiua gratiæ ex opere operato, non per ſe, & immediate, ſed in virtute Baptiſmi. 232.& 233.& 247
Quare in præputio exercita circumciſio. 233
An conſtiteris forma? 275
An potuerit à quocunque adminiſtrari. 234

Clau.s

Nomine clauium quid Hæretici intelligant. fol. 2.& *ſeq.*
Quid Catholici? 6.& *ſeq.*
An poſſit intelligi Regia poteſtas. 11
Clauium nomine propriè intelligitur poteſtas Eccleſiaſtica ad Eccleſiæ regimen neceſſaria. 11
Claues datæ ſunt ſoli Petro tanquam capiti Eccleſiæ, & Principi Apoſtolorum. 16-17
Claues primum Petro promiſſæ, poſtea datæ, & quando. c.17
Claues Petri non ſunt communes cum Paulo. p.
Claues quatenus cum cæteris Apoſtolis ſint communes 14.& 22
Claues quomodo ſint in Eccleſia, & an illarum poteſtas detur ab Eccleſia. 19.& 20
Clauium poteſtas ſpiritualis, & Eccleſiaſtica eſt, temporalem tamen non excludit. 22 & *ſeq.*
Claues datæ ſunt Petro ob fidei confeſſionem. pag. 19.22

Clerus.

Vnde dictus? 563. *quod ſit Cleri oſtium?* ibi.

Cognatio.

Cognatio ſpiritualis à quibus contrahatur in baptiſmo. 263
An contrahatur à duobus coniugibus alienam prolem ſuſcipientibus.

Cohabitatio.

Cogi poſſunt coniuges ad cohabitandum. 595

Communio.

Communio Paſchalis debet fieri in propria Parochia. 307
Communio eſt de præcepto diuino. 309
An ſi communio non fiat tempore Paſchali aliàs fieri debeat, & poſſit. 309
An peccatoribus publicis danda? ibi.
An occultis? ibi.
An ſuſpectis? ibi.
Communio ſub vtraque ſpecie olim in vſu pag. 311
Quare ab Eccleſia vetita? ibi
An aliquibus etiam nunc conceſſa. 312
An detur communio Eccleſiæ contra hæreticos. 535
Communio duplex, vel per ſuffragia, vel per indulgentias. 536

Cælibatus

Errores Græcorum circa cælibatum, & tonſuram Clericorum. 574
Item veritates Catholicæ. ibi.
Sitne de Iure Diuino huiuſmodi cælibatus? ibi. an de iure Eccleſiaſtico? rurſus an ex præcepto, an ex voto? 575

Concilium

Qua fruatur poteſtate circa largitionem indulgentiarum. 539
Qui ordo ſedendi in Concilijs. p.
Dextera in Concilijs nobilior quam ſiniſtra.p. medius locis in Concilijs nobiliſſimus. p.

Concupiſcentia

Eſt effectus peccati originalis. 352. & *ſtimulus ad peccatum actuale.* ibid.
Concupiſcentia eſt tradux peccati originalis in animam. 415.421
Concupiſcentia eſt materiale peccati, non formale, atque adeo nec eſt culpa. 416
Concupiſcentiæ obiectum proponitur. 367
Concupiſcentia in natura pura non eſſet eiuſdem omnino rationis cum ea, quæ nunc eſt. pag. 267
Concupiſcentia, vti nunc eſt, eſt vitium naturæ, non proprietas. 370

Conditio

Conditionale matrimonium quod? 590
Vtrum ad valorem conditionalis matrimonij de futuro ſat ſit conſenſus præteritus deputata conditione? ibi.
Conditio neceſſaria in matrimonio habetur pro non adiecta.ibid. Item conditio impoſſibilis vt talis cognita. 591. *Item conditio tur-*

turpis. ibid.
Conditio matrimonio repugnans inualidum reddit. ibid.
Conditio non reddendi, vel petendi debitum irritat matrimonium. ibid & 592

Conſeſſio.

Conſeſſio poſſit præmitti vna hora diue, & poſtea dari abſolutio? 326
Conſeſſio ſacramentalis præmitti debet ab homine peccatore ante ſumptionem Euchariſtiæ. 304
An ſit neceſſarium ſtatim conſiteri ab eo, qui in peccato ſumit Euchariſtiam. ibid.
Conſeſſio fidei, quando facienda? 201. 202
Conſeſſio per litteras inter abſentes inualida. pag. 493
Conſeſſio poteſt eſſe valida, ſed informis. 495
Conſeſſio quid ſit? 497
Quæ ſint circumſtantiæ in conſeſſione explicandæ. 497
An aggrauantes intra eandem ſpeciem. ibi
An ſpeciem mutantes.
An qui tenetur ex duplici voto ad eandem virtutem perſiciendam teneatur in conſeſſione vtrumque votum aperire. 498
Conſeſſio ex quibus defectibus reddatur inualida. 500
Quomodo ſit reiteranda conſeſſio, quando fuit inualida. 500
An conſeſſio trunca, & ex parte non integra ſit ſemper inualida. 501
Conſeſſio facta Sacerdoti excommunicato denunciato, tolerato, vel in loco vbi non eſt nota cenſura, valida eſt. 502
Conſeſſionis ſigillum. 525
Conſeſſionis notitia nemo vti poteſt in alio foro, quam ſacramentali. 529

Conſeſſarius.

An requiratur approbatio perſonæ. 507
A quo debeat approbari. ibid.
An approbatus in vna Diœceſi intelligatur & in alijs, & mortuo ſuo Epiſcopo. ibid. & ſeq.
Vtrum poſſit huic reuocari data approbatio. pag. 509
Poteſt approbari partim, & partim reprobari. ibid.
Sitne approbatus, qui cum ſit ineptus iudicatur idoneus. 510
Eius obligationes. 511. & ſeq. Quam debeat habere peritiam? ibid. Quam curam? ibid.
Quid agere debeat cum pœnitente ignorante? pag. 512
Dare ne debeat abſolutionem pœnitenti indiſpoſito. ibid.
An male præparato? ibid.
Quomodo debeat ſe gerere in interrogando pœnitentem. ibid.
Quas habeat obligationes tempore peſtis? ibi.
An timens contagium teneatur totam audire conſeſſionem? 513
An vrgente neceſſitate poſſit audire, & abſoluere multos ſimul? ibid.
Poſſitne obligare pœnitentem, ad quem nequit accedere ad dicenda peccata alta voce? ib.
Neque iuridice interrogatus debet aperire conſeſſionem. 526
An ſi audiat pœnitentem velle ſibi inferre mortem teneatur vitæ conſulere. ibid.
Quid? ſi pœnitens confiteatur velle occidere Principem? ibid.
An poſſit dicere in tali ciuitate eſſe talia peccata? ibid.
An duos confitens, deque vno dicens eſſe bonum, de alio vero nihil frangat ſigillum? pag. 527
An ſciens ante conſeſſionem peccatum, poſſit poſt conſeſſionem de illo loqui? ibid.
Teneatur ne ſilere peccatum complicis apertum in conſeſſione? 527
Quo ſenſu, & quomodo datam pœnitentiam mutare poſſit? 533
An ſi non recordetur peccatorum pœnitentis poſſit commutare pœnitentiam? ibid.

Confirmationis.

Confirmationis Sacramentum à Chriſto inſtitutum. 264. 265
Confirmationis materia eſt chriſma, ex oleo, balſamoque confectum. 266. & 267
Forma illius, quæ ſit? 268. 269
An confirmatio facta ſine vnctione in fronte in formam crucis ſit inualida? 268.
An imprimat Characterem. 239. 268
Confirmationis adminiſtratio committi poteſt ſimplici Sacerdoti, non tamen confectio. 271
Qui ſunt confirmandi? 270

Coniux.

An coniux teneatur cognito alterius adulterio eum repellere. 601
Coniugibus quibus poſt matrimonium ratū aduenit impotentia, licet vti oſculis. 614

Conſanguinitas.

Quid ſit? 604. quid linea conſanguinitatis? ibid. regulæ circa gradus conſanguinitatis. ibid.

Quæ-

Qualis Conſanguinitas dirimat matrimoniũ? pag. 605.608
Quando Pontifex poſſit diſpenſare circa conſanguinitatem? 607.608

Conſecratio.

Conſacratio debet eſſe materia moraliter præſentis in parua, vel magna quantitate ſenſibili tamen. 279
An conſecratio totius panis quem quis videt in foro, & totius vini, quod eſt in dolio, teneat? 279
An debeat eſſe in re determinata per intentionem? ibid.
An teneat, ſi aliquis habens plures hoſtias aliquas tantum velit conſecrare, nec illas determinet? 279
Conſecratio vini cõgelati valida eſt. 281.282
Conſecratio vini ſine aqua, valida quidem eſt, ſed illicita. 282
Forma neceſſaria ad conſecrandum Corpus Chriſti eſt, Hoc eſt Corpus meum, particula enim non eſt de neceſſitate. Sanguinis vero eſt forma Hic eſt Calix vſque ad finem. 208. *& ſequentibus.*
Quid ſignificet pronomen Hoc & Hic in conſecratione corporis, & ſanguinis Chriſti. fol. 284. *& ſeq.*

Contritio.

Contritionis exactiſſima deſcriptio ponitur. fol. 467
Contritio ſupponit fidem. 467
Contritio includit virtualiter charitatem, quod ſatis eſt ad vltimam diſpoſitionem. pag. 469. *&* 472
An vera contritio debeat formaliter includere propoſitum non peccandi impoſterum. fol. 470
An contritio immediatè remittat peccata. fol. 473
Contritio inuoluit votum confitendi peccata. pag. 495

Conuerſio

Conuerſio quando fit. 285
An ſemper requirat terminum à quo, & ad quem? ibid.
Conuerſio totalis ex vna ſubſtantia in aliam, datur, & dicitur tranſubſtantiatio. 286

Corpus.

Corpus Chriſti in Eucbariſtia eſt modo indiuiſibili fol. 287.290.298
Corpus Chriſti, quod eſt in Cœlo per vnam actionem conſeruatur, & per aliam producitur in Eucbariſtia.
Quando deſinat eſſe in Eucbariſtia. 294
An in Eucbariſtia ſit exanime an viuum. pag. 295. *&* 296
Corpus Chriſti in Eucbariſtia eſt cum quantitate redacta ad indiuiſibile. 298
An ponatur in punctis, & indiuiſibilibus quantitatis? 298
An in Eucbariſtia poſſit ab alio moueri? 298 *&* 299
Corpus Chriſti in Eucbariſtia à nullo agente poteſt actione phyſica pati. ibid.
Corpus Chriſti in Eucbariſtia non poteſt aliquam actionem tranſeuntem facere, ſecus vero immanentem. 299
An in Eucbariſtia poſſit videri. 300

Creatura.

Ad quos effectus ſupernaturales producendos eleuari poſſint creaturæ. 244

Crimen.

Quæ crimina dirimant matrimonium? 612 *&* 613
Quæ crimina diriment ſponſalia. 626

D

Debitum.

Obligantur Coniuges ad reddendum ſibi debitum. 592
Quibus caſibus negari poſſit. 593. *& ſeq.*
An poſſit vnus ex coniugibus debitum illicitè petere, & alter legitimè reddere. 564
An liceat illud petere in diebus apprimè deuotis. ibid.
Qui cum voto contraxit matrimonium nequit debitum petere. 604

Decanus.

Subduntur immediate Epiſcopis. 505

Deus

Teneatur ne Deus acceptare ſatisfactionem per modum ſuffragij ſibi oblatam à Pontifice? 546

Diabolus.

Diabolus primus latro Scripturarum, eoque magiſter hæreticorum. 69

Diaconatus. Diaconus.

Eſt ſtrictè Sacramentum. 565
Non eſt Sacramentum diſtinctum à Subdiaconatu; licet ſit ordo diuerſus. 566
Quæ ſit materia ordinationis Diaconi? 567
Quæ forma. ibid.
Quæ ſint Diaconi munera? 567
An Diaconatus collatus fuerit aliquibus mulie-

lieribus. 568. & ſeq
Diaconus in Sabbatho ordinatus nequit die Dominico in presbyterum ordinari. 570
Diaconus in Eccleſia primitiua miniſtrabat Sanguinem Eucbariſticum. 306
Diaconus in caſu neceſſitatis poteſt miniſtrare Corpus Chriſti. 306

Diſparitas cultus.

Matrimonium baptizati cum non baptizata inualidum eſt. 615
Quid de Catbolico cum baretica baptizata? ibid.
Contrabens cum baretico promittente fidem Catbolicam non peccat nubendo. ibid.

Diuortium.

An facto diuortio ſtatim matrimonium diſſoluatur? 583
Quibus caſibus diſſoluatur matrimonium infidelium? 584. & 585
Quotuplex ſit? 599
Quibus modis inducatur diuortium? ib. & ſeq.
Quibus cauſis à pag. 590. ad 602
Quibus caſibus diuortium non liceat etiam commiſſo crimine? 601

E

Eccleſia.

QVomodo Eccleſia dicatur ſancta etſi plures homines in ea ſint mali. 216
Eccleſia offert cum ſacerdote ſacrificium Miſſæ. 320. & 318
Eccleſia ſupra quam petram ſit fundata? pag. 15. 16. & 30
Eccleſia eſt vna ſponſa Chriſti, & columba. fol. 17. 41
An Eccleſia ſit perpetua futura? 30
An Romæ ſit erecta, & quare Antiocbenæ præferatur. 31
Eccleſia gubernatur tamquam Monarchia. fol. 36. 38
Quis ſit Eccleſiæ caput? Romanus Papa. fol. 41
In Eccleſia duæ ſunt Vnitates altera fidei, altera charitatis iuxta quas diſceditur ab ipſa. articul. 3
Eccleſiam quot modis violari contingat? 325
Eccleſia ſacros libros indicat, & proponit. p. 77
Non eſt vitium circuli inter inter Eccleſiam, & ſcripturam ſacram mutuo ſe affirmantes à p. 77. ad 83
In Eccleſia reſidet authoritas Diuina. 79

Epiſcopus.

Epiſcopi quando primò inſtituti? & à quo. fol. 249. 23. & 34
An Epiſcopus excommunicatus, vel degradatus, vel Hæreticus validè adminiſtret, & faciat Sacramentum confirmationis? 270
Eſt ordinarius miniſter Sacramenti Confirmat. ibid.
Epiſcopi pares Pontifici non ſunt, & quare hoc? 37. & 38
An ſint Apoſtolorum ſucceſſores? 32. 33. 34. & 38.
Epiſcoporum ab Apoſtolis diuerſitas proponitur. 35. 36
An ſint ſuperiores ſacerdotibus. 33
Epiſcopi poteſtatem ordinis epiſcopalis immediatè à Chriſto accipiunt, & in eo ſunt pares Apoſtolis, & ſummo Pontifici. 36. 37
Epiſcopi habent poteſtatem Iuriſdictionis immediate à Papa. 37. 38. 39
Epiſcopi in proprijs Eccleſijs ſunt ordinarij Paſtores, habentque authoritatem ordinariam. 39
Ab Epiſcopis datur appellatio ad Papam. 39
Epiſcopus poteſt vbique abſoluere ſuam familiam. 505
Subditur Papæ. ibid.
Poſſunt eligere ſibi quemlibet confeſſarium. ibid.
An poſſit negare approbationem homini digno. 509
An quem ſemel approbauit poſſit pro libito velle iterum examinare. 510
Teneatur ne ingruente in Ciuitatem peſte in illam ingredi, ſi ſit extra eam? 514. & ſeq.
An graſſante peſte in vrbe, poſſit ab ea exire. fol. 505
Quid agendum, quando non eſt alius qui conſulat ſaluti ouium? debet exire, necne? fol. 516
Poſſit ne tempore perſecutionis fugere. 557
An Epiſcopis iure reſeruentur aliqui caſus. fol. 5
Quam habeant iuriſdictionem circa indulgentias. 540
An duo Epiſcopi concurrentes ad eandem functionem, in qua largiuntur indulgentia poſſint ſinguli ſuas quadragenas impertiri. ibid.
Eſt epiſcopatus propriè ſacramentum. 565
Quæ ſit materia ordinis epiſcopalis? 566
Quæ forma? ibid.

Poſsit

An Poſſit epiſcopus diſpenſante Papa ab vno tantum epiſcopo ordinari? ib.
Quæ ſint epiſcopi munera? 567
Poſſit ne eſſe epiſcopus, quin ſit presbiter? fol. 569
Epiſcopus per ſaltum ordinatus ſacerdos nequit alijs ordines conferre. ibid.
Quanta requiratur ætas ad epiſcopatum. pag. 569
Quibus temporibus conferatur epiſcopatus. ibid.
Poſſit ne conſecrari epiſcopus die Dominico, qui die Sabbathi initiatus eſt ſacerdos. ibid.
Liceat ne epiſcopo rationabiliter continuare ordinationes à ſabbatho vſque ad Dominicam. ibi
An epiſcopus hæreticus, & excommunicatus, & degradatus valide ordines conferat. pag. 571
Non licet epiſcopis ordinare ſubditos alienos, niſi cum dimiſſorijs epiſcopi proprij. ibid.
Tres numerantur epiſcopi, qui cenſentur proprij ordinationis 571
Quam pœnam incurrat epiſcopus ordinans ſubditum alterius ſine licentia. 573
Quibus alijs caſibus ſuſpendatur Epiſcopus? ibid.

Error.

Error perſonæ irritat matrimonium de iure naturæ. 602
Conditio ſeruilis ignorata à contrahente ingenuo dirimit matrimonium. ibid.603

Euangelium.

Euangelia improbat Lutherus: infirmat Caluinus Caſangelici. 76.77.& 102. & 103
eum Porphyrio, & Iuliano. ibi.

Euchariſtia.

*Euchariſtia ex præcepto neceſſaria fol.*237.& 238. 239.
Euchariſtia ſignificat ſpiritualem vnionem animæ cum corpore. 273
Euchariſtia eſt omnium Sacramentorum ſacratiſſima. 273
An ſit vnum tantum Sacramentum? 274
An ſi plures hoſtiæ conſecrentur fiat vnum, vel plura Sacramenta? 275
Euchariſtia phyſicè ſanctificat. 244
Ad rationem Sacramenti huius quomodo pertineant ſpecies conſecratæ. 276
An communicet gratiam ſine ſumptione. 26
Quæ ſit res ſacramenti in Euchariſtia. pag. 276.277
An ad valorem huius Sacramenti neceſſaria ſit vtriuſque panis, & vini conſecratio? pag. 278
Quæ ſit illius materia, quæ forma? 277.278
An panis vſualis, an alius? 280
Vinum quale debet eſſe, & an congelatum poſſit conſecrari. 281
An aqua ſit neceſſaria, & quomodo ad Euchariſtiam. ibid.
An ex Accidentibus Euchariſticis, aliquid produci poſſit. 293
Euchariſtia eſſentialiter continet rationem ſacrificij. 283
Quid ſignificet pronomen Hoc, & Hic in conſectione Euchariſtiæ. 284. & ſeqq.
An in Euchariſtia remaneat aliquid de ſubſtantia panis? & vini? 289
Quomodo deſinat ſubſtantia panis? 290
Euchariſtia ſola ſumpta poteſt nutrire. 294
In Euchariſtia eſt Corpus Chriſti viuum. pag. 295.296
Quinam ſint Euchariſtiæ effectus. 301
Quando conferat gratiam, an in manducatione. ibi
An ſumpta vtraque ſpecie conferat maiorem gratiam. 302
An remittat venialia ex opere operato? 302
Quibus ſit danda Euchariſtia. 393
An poſſit ſumi ab eo, qui proximè peccauit, ſi ritè ſit confeſſus. 304
An poſſit ſumi ab eo qui non eſt in ſtatu gratiæ? ibi.
An poſſit ſumi ſine confeſſione prauia à peccatore ratione ſcandali? 305
An debeat eſſe ieiunus, qui illam ſumit? 305
Euchariſtiæ miniſter ordinarius, & extraordinarius, qui ſit? 306

Euidentia.

Euidentia iuris, & euidentia facti explicatur. 310

Eunuchi.

Sunt omnino inutiles ad contrahendum. 614

Exorciſtatus.

Eſt Sacramentum. 666. *quæ ſit eius materia? quæ forma?* 567
Quas trahat obligationes? 568

Extremavnctio.

Extrema vnctio à Chriſto inſtituta. 235
Vide vnctionis Sacramentum.

F

Familia.

Familia Papæ, quem Confeſſarium. 505
Quem habeat familia Cardinalium? ib.

Fictio.

Fictè conſentiens, matrimonium irritum reddit. 588
Deceptor in matrimonio, peccat & ſacrilegio, & iniuſtitia. 589

Fides.

Quid intelligatur nomine fidei. 158. 160. 161
Quotuplex ſit fides? 164. 178
An ſit ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem? 158
Quæ ſit illa fides, quæ eſt neceſſaria ad ſalutem? 161
Quorum myſteriorum debet eſſe fides ad ſalutem neceſſaria 161. *& ſeqq.*
An debeat eſſe explicita in omni ſtatu circa Chriſtum Incarnatum, Paſſum, & Reſuſcitatum? 179. *vſque ad* 189.
An ſufficiat fides in voto ad ſalutem? 160
An fides ſine operibus ſatis ſit? 190. 198
An detur præceptum obligans ad fidei confeſſionem, & quotuplex illud ſit. 199. 202
Fides quibus, & quot modis negari poteſt? pag. 202. 203. *& ſeqq.*
An fuga ſit contra fidem? 200
An actiones, ſeu ſigna determinata ad ſignificandam falſam Religionem? 203. 217
An eſus Carnium? 221
An vti veſtibus Infidelium fol. 222. *& ſeqq.*
An vti verbis æquiuocis. 224
Quæ fides requiratur in adultis, quæ in infantibus. 160
Qua ratione Infantes baptizati fideles dicantur? 159
Ruſtici, quomodo explicitè credant myſteria fidei? 188
An poſſit dari authoritas humana, quæ interroget de fide. 201
Quot modis poſſit contingere error circa Fidem. quæſt. præuia de Hæreſi ar. 1.

Fiducia.

Hæreticorum fiducia, nec requiritur, nec ſufficit ad ſalutem. 161
Quid ſit, & quomodo diſtinguatur à fide Catholica. ibi

Filius.

Quibus modis ſint legitimi Filij? 568. *qui ſint Filij illegitimi?* 598
Filios legitimos tenetur Pater alere. ibid *illegitimos vero quis?* ibid.
Quando hæreditati ſuccedant illegitimi? 599
In dubio filius cenſendus legitimus. ibid.
Apud quem Filij maneant ſacto diuortio? 601

Fœmina.

Ad Eccleſiaſtica munia ſuas transferunt fœminas hæretici. 563
Eſt incapax ordinis, imo & primæ tonſuræ. Vide ordo. & prima tonſura.
Fuerunt nonnullæ Prophetiſſæ, nullæ tamen ſacris initiata. 568
Fœmina dubitans de morte mariti ſi conſentiat ſecundo marito, validum facit matrimonium, ſi poſtea ſciat verè eſſe mortuum pag. 589
Nubens hæretico, qui negat matrimonium eſſe Sacramentum, validè nubit. ibid.

Fœtus.

Fœtus humanus primum animatur forma vegetatiua, deinde ſenſitiua, tandem rationali. 410
In fœtu humano ſola forma rationalis alijs expulſis reperitur. ibid.
Fœtus abiectio ante quadrageſimum diem non eſt homicidium. 410

G

Gratia.

Gratia eſt neceſſaria ad delendum peccatum. 231
Duplex modus conferendi gratiam. 232
Gratia Sacramentalis, an differat à gratia ſanctificante. 238
Quid ſit conferre gratiam ex opere operato, & ex operantis. 231
Gratia ſolus Deus eſt author. 234
Gratia diſtinguitur realiter à Charitate. 472

H

Hebraica editio Scripturæ.

Hebraica editio vtrum prima fuerit: & vtrum hodie inuiolata ſit? 107
Cur illam prorſus hæretici ſectentur? quam illius tenaces Hebrei? 107

Hæreſis.

Quid ſit Hæreſis, & in quo ſit? qu. præu. ar. 1.
Quare ad Hæreſim requiratur pertinacia? art. 1.
Solus homo fidelis poteſt eſſe ſubiectum Hæreſis

Digitized by Google

ſis. art.2.

An poſſit dari Hæreſis ſine ſchiſmate. ar.3.

Cauſæ, & origines, & Authores Hæreſis numerantur. ar.4.5.& 6.

Hæretici,

Arrogant ſibi temerè ſcientiam ſcripturarum. pag. 79. & ſeqq.

Abutuntur Scripturis *iis, quæ male intellecta Fidem oppugnant. ib. & ſeq.*

Phariſæis ſimiles, qui tulerunt Clauem ſcientiæ. ibid.

Hæreticorum argumenta contra Canonem ſacrorum librorum proponuntur, & ſoluuntur. 78. 83

Hæretici dum circulum Catholicis obijciunt in circulum includuntur. 76. 83

Falſo reprehendunt vulgatam. Solleciſmos *ei affingunt. Refutantur.* 128. 135

Corrumpunt ſcripturas interpretando, idque exemplis probatur. 130. 133

Sacras ſcripturas rectè intelligere, & interpretari nequeunt. 155

An ſit licitum Catholicis famulari Hæreticis? fol. 212

Hæretici fidem ad Iuſtificationem, & beatitudinem ſine operibus dicunt ſufficere. pag. 190

An hæreticus toleratus licitè adminiſtret Sacramenta, & an vitari debeat in illorum adminiſtratione. 209. *& ſeqq. &* 331

An Hæreticus toleratus validè adminiſtret Pœnitentiam. 212

Omnis Hæreticus eſt, aut directè, aut indirectè etiam Schiſmaticus. art.3.

Quiſnam fuerit primus Hæreticus. art.4.

Quiſnam homo ſit cenſendus Hæreticus? ar.2

An Catechumenus? ar.2.

An dubius in fide. art.2.

An qui priuatam habet reuelationem de veritate cognoſcens illam vti talem, & diſſentiens? ar.2.

An qui falſo exiſtimans aliquid eſſe reuelatū, & propoſitum ad credendum contra ſentias. art.2.

Hermophroditi.

Incapaces ſunt ordinis? 569

Humanitas:

Humanitas Chriſti phyſicè efficiebat miracula. 243

I

Idolotythum.

AN *Idolotytha licitè manducari poſſint à Catholicis?* 218

Ignorantia.

An poſſit dari ignorantia Dei, & omnium myſteriorum fidei? 165.174

An cum tali ignorantia quis poſſit ſaluari? fol. 175

Ignorantia etiam in paruulis eſt pœna peccati originalis. 426.427

Impedimentum.

Impedimenta matrimonij, alia de iure Diuino, alia de iure Eccleſiaſtico. 602. *Quot ſint? ibid.*

Impedimenta non dirimentia matrimonium quæ. 616

Impetratio.

In quo differat à ſatisfactione. 536

Dicenda ne ſit ſuffragium? 537

Locum ne habeat impetratio erga defunctos, & à quibus fiat? 546

Poſſit ne Peccator impetrare pro defuncto. pag. 546

Impotentia.

Impotentia, quoad matrimonium duplex, ad generationem, & ad copulam. 614

Quæ ex duabus dirimat matrimonium. ibid.

Impotens ad vnam certam fœminam nequit cum illa contrahere. ibid.

Iudulgentiæ.

Quæ diſcrepantia, quæ conuenientia inter indulgentias, & ſuffragia? 535.537

Negant Hæretici, & qui? quibuſque adhæreant ratiunculis. ibid.

Stabiliuntur firmiter ſcripturis, traditione, Patribus, Canonibuſque. 537.538

Illarum largitio reſpicit ordinem, an iuriſdictionem? 539

Poſſit ne poteſtas hæc conferendi indulgentias tribui non ſacerdotibus? ibid

Papa iure diuino indulgentiarum collator eſt. ibid.

Quid de Concilijs? 540

Quid de epiſcopis, & paſtoribus. 540

Indulgentiæ à nullo concedi poſſunt per modū abſolutionis defunctis, ſed tantum viuentibus. 540

Triplex indulgentiarum diuiſio. 541

Quo ſenſu in indulgentiarum conceſſione iniū-

ga-

Digitized by Google

gatur particula, de pœnitentijs iniunctis. pag. 541

An multiplicatis viſitationibus loci, cui annexa eſt indulgenti, hæc quoque multiplicetur. 541

Qui præ turba ingredi nequit Eccleſiam, etiam deforis lucrari poteſt indulgentiam. ibid.

Vtrum diruta Eccleſia extinguatur indulgentia. ibid.

Quem ſortiatur effectum indulgentia? ibid.

Remittat ne indulgentia pænitentias à Confeſſario iniunctas. ibid.

An indulgentia plenaria, plenior, & pleniſſima diſtinguantur. 543

An remittat peccatum veniale? ib.

Supponit ſubditum Chriſtianum. 544

Cadatne ſupra excommunicatum. ibid.

Lucrans indulgentias debet eſſe in gratia. ib.

Debet præterea exequi opera iniuncta. ibid.

An ſi præcipiatur confeſſio ad eam lucrandam ſufficiat contritio? ibid.

Poſſint ne opera iniuncta per alium impleri. ibid.

Vtrum opere vno conſequi poſſint plures indulgentiæ. ibi.

An proſint defunctis? 545

Quid ſit conferre indulgentias ad modum ſuffragij. ibid.

Poteſtas concedendi indulgentias eſt effectus clauium. 546

Tempore Iubilæi indulgentiæ omnes extra vrbem viuis conceſſæ ſuſpenduntur. 547

Infidelis.

Infideli baptizans nullam cognationem contrahit cum baptizato. 609

Inhærens.

Inhærentia an ſit quod diſtinctum à natura, & re accidentis. 292

An ſit modus poſitiuus. 301

Intentio.

Intentio miniſtri neceſſaria eſt ad valorem ſacramentorum. 241

Quotuplex illa eſſe poſſit? ibi

An habitualis ſufficiat ad ſacramenti valorem ibi, & ſeq.

Interdictus.

Poſſit ne aſſiſtere matrimonio? 586

An dare licentiam. ib.

Interpres. Interpretatio.

Interpretes Bibliorum numerantur, conferuntur, examinantur à pag. 110. ad 118

Interpretatio ſeptuaginta afflata à Spiritu Sancto. 111

Septuaginta Interpretes vtrum ſolitarij diuiſi in Cellulas interpretati ſunt? ibid.

Septuaginta ſeniorum interpretatio olim ab Hebræis corrupta. 112

Hodie à Sixto V. Papa correcta, & primæ integritati reſtituta. 113. & 114

Ea cum vulgata conciliatur, & quæ videntur contradictiones auferuntur. à 115. ad 118

Interpretatio recta ſcripturarum donum Dei eſt. 121

Lux interpretandi vtrum ſit eadem cum luce prophetandi? 122. & 123

Iubilæum.

A quo fonte ſit eius origo? 547

Quid ſit? ibid. Quibus temporibus promulgetur? ibid.

Sitne neceſſe ad Iubilæum lucrandum certo aliquo die ſua confiteri crimina? 147

Ad dignus ſit Iubilæo. qui, cum ſit in gratia, non ponit confeſſionem iniunctam per illud. 548

In quindecim diebus Iubilæi quot numerentur Dominicæ? ibid.

Vtrum opera iniuncta eadem, quæ iniunguntur, hebdomada, ſint patranda? ibid.

Poſſitne bis comparari idem Iubilæum? ibid.

An qui in Patria iubileũ lucratur poſſit extra eam iniuncta illi opera ponere? 549

Debeant ne Adoleſcentes, & Senes ieiunia ſubire, vt iubilæo donentur? ibid.

Vtrum opera, ad quæ ex præcepto tenemur, ſatis ſint pro operibus ad iubilæum impoſitis? ibid

An lucretur iubilæum, qui vinctus votis &c. bona fide confitetur eorum oblitus, etiamſi noluerit poſtea eorundem memor illud lucrari? ibid.

An qui abutitur Iubilæo ad peccandum poſſit vi eiuſdem abſolui? 524

Iuriſdictio.

Iuriſdictio ſequitur Perſonam non locum. 505

Iuſtitia Originalis.

Eſſet debita naturæ ex pacto inito cum Adam pag. 357

Iuſtitia originalis per quid conſtituatur. 359

Iuſtitia originalis, quid contulerit Adamo. 377

Iuſtitia originalis omnino indebita homini, & ſupernaturalis. 372. 377. 382

Iuſtitia originalis, ſeu integritas naturæ ita adhæſit naturæ, vt in vnum quiddam cũ ipſa coaluerit. 379

Iuſtitia originalis communiter non diſtinguitur

tur ab integritate. 378
Iuſtitia originalis non reſtituitur tota per baptiſmum. 397
Iuſtitiæ Originalis priuatio eſt effectus peccati originalis. 357

L

Laodicenſes.

LAodicenſium epiſtola apocrypha. 88

Lector, Lectoratus.

Eſt Sacramentum. 566. *quæ ſit eius forma, & materia?* 567
Quæ ſunt huius propria munera? 568

Legati.

An legati Apoſtolici ſine ſpeciali commiſſione poſſint concedere indulgentias. 540

Legitimitas.

Quid ſit? 599. *& quotuplex? ibid. & à quibus conferatur?* ibid.

Lex.

Lex ſcripta ſanctificabat non per ſe ipſam, ſed in fide Chriſti venturi in lege gratiæ. 232
Lex noua quare dicatur lex gratiæ. 233
Legis ſcriptæ, & nouæ comparatio. ibi

Ligamen.

Ligaminis impedimentum quod ſit? 610
Eſt non tantum de iure Eccleſiaſtico, ſed & de diuino.ibid.vnde à Papa nequit diſpenſarie. ibid.

Libri.

Libri ſacri numerantur, & illorum authores exhibentur. 69. 77
Libros ſacros multi Hæretici non recipiunt. pag. 76
Quot & qui nam ſint? Cur eos reijciant? pag. 76.78.91.104
Librorum ſacrorum partitio. 75. *notæ quibus dignoſcuntur.* 79
Omnes ab heor condito ſcripti extant: nec plures fuerunt, quam qui in Biblijs continentur, idque accuratè oſtenditur. 83.90.
Liber Bellorum Domini. & liber iuſtorum, & liber Enoch, qui nam fuerint? 8586.88
Libri ſacri aſſlante Spiritu Sancto ſcripti. pag. 78. 79
Eos imprudenter truncant hæretici. 67. 77. 101.102.103.
Libri ſacri an omnes perierint, & ab Eſdra ſint reſtituti. 84. 106

Lingua.

Qua lingua ſcripti fuerint ſacri libri? 105
Lingua Hebraica antiquiſſima ante, & poſt diluuium. 106

M

Machabæi.

MAchabæorum libros cur Hæretici reijciant. 98

Maria Virgo.

In ea non fuit pugna inter appetitus, & rationem? 367. 376
Nec fomes peccati ſaltem in actu ſecundo. ib.
Contraxit debitum peccati originalis. 421
Maria Virgo à Chriſto baptizata fuit. 261

Materia prima.

An ſit poſſibilis materia prima ſpiritualis. 403
De materiæ potentia omnnes animæ præter rationalem educuntur. 395
Materia quanta, eſt ipſum Corpus phyſicum. pag. 418

Matrimonium.

Dicit duo, Sacramentum, & contractum. pag. 580. 581
Vnde dicatur? quis auctor? quique illius hoſtes. ibi.
Diſtinctio matrimonij fidelium, & infidelium. 581
Quæ ſit eius materia? quæ forma? 582. *quis miniſter.* 583
Quid matrimonium clandeſtinum? 585. *an validum? ibid. & ſeq.*
Verum matrimonium ſit omnino inſolubile natura ſua? 596
Matrimonium ratum ſuperueniente impotentia non dirimitur. 614
Conſtitutus in mortis periculo poteſt contrahere. 615
Matrimonium catholici, & hæretici cum cõtractu, vt filij partim catholici ſint, partim hæretici, irritum eſt. 616
Matrimoninm clandeſtinum poſt Tridentinum prorſus inualidum. 641
Vtrum hoc modo initum valeat pro ſponſalibus. ibid.
An licitè contrahi poſſit matrimonium à Catholicis coram miniſtris hæreticis. 215

Meritum.

An ad rationem meriti requiratur promiſſio, & acceptatio? 321
Quomodo Deus teneatur merita noſtra acceptare? ibi.
Meritum Chriſti, quomodo fuerit infinitum.

tum? 321
Merita hominis iuſti poſtea pece antis per nouam pœnitentiam reuiuiſcunt. 485
Ad hoc vt merita reuiuiſcant, ſatis eſt vt peccator in gratiam reſtituatur, ſiue minus, ſiue magis intenſam. 486

Metus.

Matrimonium ex graui metu, & iniuſto extortum, an valeat? 587
An metus reuerentialis, & importunis precibus inductus matrimonium irritet? 586

Miſſa.

Qui ritus debeat ſeruari à Sacerdote Latino, & Græco? 224.225.280
Miſſa qualiter remittat pœnam temporalem peccatis debitam? 203
An liceat Sacerdoti, qui de nocte peccauit mane celebrare Miſſam? 304
Miſſa eſt vnicum, & verum ſacrificium, 313. *& ſeqq.*
Miſſæ Author Chriſtus eſt. 314
An in Miſſa ſint duo oblata panis, & vinum: & corpus, & ſanguis, & an vnum ſit præparatio ad aliud? 316
In miſſa quænam ſit ratio eſſentialis ſacrificij? 316
Miſſa in ratione ſacrificij non poteſt eſſe ſine vtraque ſpecie, licet poſſit in ratione Sacramenti. 318
Miſſa non poteſt ab alio celebrari, quam à Sacerdote. 318
An poſſit celebrari à non ieiuno?
An poſſit offerri Sanctis? 320
Miſſa pro quibus offerri poſſit? 319
An pro omnibus fidelibus?
An pro Energumenis, & Catechumenis?
An pro excommunicatis maiori excommunicatione?
An pro Infidelibus, & Hæreticis.
An pro Defunctis?
An pro Beatis?
Miſſa an ſit infiniti valoris, & qui ſint illius effectus? 320.321

Mors.

Eſt pœna peccati originalis. 422
Quomodo talis ſit cum ſit effectus naturæ. ib.
Quare Chriſtus ſine peccato originali eam ſuſceperit. 438
Quare Beata Virgo carens peccato originis formali eam incurrerit. ibid.

N

Natura.

NAturæ humanæ ſtatus quotuplex? pag. 359
An puræ naturæ ſtatus ſit poſſibilis. 359
Qualis fuiſſet ſtatus naturæ in puris naturalibus? 364.365
Natura pura non poſſet de ſe eſſe inclinata ad malum morale. 374
Homo in natura pura, quem finem vltimum habuiſſet? 365
An, & quæ diſcordia fuiſſet inter partes ſuperiores, & inferiores animæ in ſtatu puræ naturæ? 383
In pura natura homo an erubeſceret ex motibus genitalium. 371
Natura humana non potuit condi à Deo in peccato. 359
Status naturæ puræ multo eſſet felicior, quam ſtatus naturæ lapſæ. 380.392

Neceſſitas.

Quotuplex ſit neceſſitas. 157.237
Qualis ſit fidei neceſſitas? ibi.

Nouitius.

Quem habeat Confeſſarium? 505

Nutritio.

Nutritio ſit per conuerſionem ſubſtantiæ ſol. 294
Nutritio ſpiritualis præcipuus effectus Euchariſtiæ. 300. *& ſeqq.*
Quomodo fiat nutritio ſpiritualis? 301

O

Ordinis Sacramentum.

VNde emanauerit? 562. initio
Quid ſit ordo? ibid. qui negent hæretici? & cur? ib.
Quid ſit Sacramentum ordinis? 563
Quot ſint? ibid. ſit ne epiſcopatus ordo à ſeptem diſtinctus? ibi.
Ordo in facto eſſe eſt effectus ſacramenti. 564
Quomodo conferatur? 564
Author huius quisnam ſit? ibi.
Ordines minores Sacramenta ſunt. 566
Sic etiam imprimunt characterem. ib.
Sit ne de eſſentia ordinis phyſicus contactus materiæ, quæ traditur ordinandis. 567
Quod ſit ordinis ſubiectum? 568. *& ſeq.*

Non

Non fœmina, & cur? ibid.
An ſit valida ordinatio alicui collata ante vſum rationis? 569
An qui ſuſcepit ordines minores animo poſtea nubendi, peccet mortaliter? 569
Ordines maiores, & minores, quo conferantur tempore. ibi.
Quis ſit miniſter ordinarius ordinis? 570
Ordines minores per commiſſionẽ epiſcopi poſſunt conferri à Presbytero? ibi.
Ordinatus in ſacris ab epiſcopo, qui renuntiauit epiſcopatui, ſuſpenditur ab ordinatione. fol. 572
Item ab epiſcopo ſchiſmatico, hæretico. ib.
Item ſuſpenduntur, qui ante legitimam ætatem, ſine dimiſſorijs ordines ſumunt. ibid.
Quo pacto Coniugatus ſit capax ordinis. 573
Excommunicatus ordinatus manet ſuſpenſus. ibid.
Ordinatio ſine titulo ſuſtentationis ſuſpenditur fol. 573
An poſt ordinationem licuerit vllis diaconis, & ſubdiaconis vxorem ducere? pag. 575
Quid agendum cum clerico in ſacris, qui ſit notorius concubinarius? ibid.
Quibus partibus vngendus Epiſcopus, & presbyter? 576
An ordinati in minoribus peccent mortaliter, ſi in peccato ſua miniſteria exerceant? ibid.
Quibus temporibus inſtituerit Chriſtus ordines? ibid.

Origenes.

Quas verſiones inuenerit? 118
Tetrapla, Exapla, Octapla Origenis proponuntur. 118

Oſtiariatus.

Eſt Sacramentum. 566
Quæ ſit eius materia, quæ forma? 567
Quæ ſint oſtiariatui deuincta officia? 568

P

Papa.

Papa non poteſt diſpenſare cum ſimplici ſacerdote vt benedicat Chriſma. 267
Papa non poteſt diſpenſare, vt in Euchariſtia conſecretur vna ſola ſpecies, vel panis, vel vini? 278
Ritus Papæ in ſumptione ſanguinis in miſſa ſolemni.
Papa non eſt neceſſe quod ſit excellens in omni ſcientiarum genere. 11.26
An papa poſſit mutare decreta à prædeceſſoribus lata. 12
Papa vltra dominium ſpirituale poteſt habere etiam temporale. 22. & ſeq.
Papa dominium temporale habent à Conſtantino Imperatore. 24
Papa habet poteſtatem conuocandi Concilia generalia. 26
Papa habet totam poteſtatem tum ordinis, tum iuriſdictionis, quæ data eſt Petro extra præciſam rationem Apoſtolatus. 31.37
Papa eſt ſucceſſor Petri, non Vicarius illius, ſed Chriſti. 32.36
Papa accipit poteſtatem immediate à Chriſto. 32.39
A Papa non poteſt dari appellatio. 39
Papa non poteſt eſſe Schiſmaticus. art. 3
An de facto aliquos caſus ſibi reſeruet. 512
An conferre poſſit indulgentias. vide Verbum indulgentia.
Poſſit ne per modum abſolutionis conferre indulgentias animabus Purgatorij. 545
An poſſit committere ſimplici ſacerdoti Ordinationem Epiſcopi? Item collationem ordinum maiorum? 570.571
Non poteſt Papa in matrimonio conſummato diſpenſare. 597

Parochus.

Parochus ex vi ſui officij non tenetur quotidie pro ſuis ouibus miſſas offerre? 326
Parochus eſt iudex ordinarius ſuarum ouium. fol. 504
Parochus ſubditur epiſcopo. 505
Item Prælatis, Abbatibus, Generalibus. ib.
Tempore peſtis debet audire confeſſiones etiam cum periculo vitæ. 513
An poſſit in aliquo caſu ſe ſubtrahere à Confeſſionibus ſui gregis. 513
Si ſit extra ciuitatem, & in hanc graſſetur lues, ſit ne obligatus illam ingredi. 515
Peccat mortaliter negans ſacramentum vnctionis ſubdito alioquin habili. 557
Teneatur ne tempore peſtis, illud miniſtrare. ibid.
Solo charitatis onere tenetur conferre extremam vnctionem, is, qui Parochus non eſt. ibid.
Parochus non ſacerdos poteſt ne aſſiſtere matrimonio? 586
An ſi Parochus cogatur per vim aſſiſtere matrimonio, illud valeat? 586

Patrinus.

Quæ ſit obligatio Patrini erga infantem baptizatum. 210

Patrini officium quale ſit? 261

Cum quibus Patrini contrahant affinitatem. ibi. & 263

Patrinus niſi ſit confirmatus, non contrahit affinitatem cum confirmato. 269

An Patrini poſſint eſſe Religioſi? 261

Peccatum.

An poſſit dari peccatum cum ignorantia inuincibili Dei? 166

An peccatum actuale ſine nobis remittatur? pag. 198

An item peccatum originale? 198

Peccata ante Baptiſmum commiſſa, poſt Baptiſmum non poſſunt eſſe materia confeſſionis. 258

Peccatum mortale, quomodo deleri poteſt per Eucharistiam. 301

An peccatum ex ſuo genere remittatur per ſolam condonationem extrinſecam. 322. 476. 480.

Peccatum in Spiritum ſanctum quomodo dicatur irremiſſibile. 472

An peccata remittantur immediatè ex actu contritionis, an ex gratia ſanctificante. fol. 473

Qua ratione peccata reſeruentur. 517

Poſſit ne reſeruari quodcunque peccatum. fol. 518

Quæ ſint peccata reſeruata? 518

Quis poſſit à peccatis reſeruatis abſoluere? fol. 519

An peccatum reſeruatum patratum poſt iubileum, poſſit vi huius abſolui 524

Peccatum actuale, & habituale non conſiſtunt præciſè in ſola priuatione gratiæ. pag. 351

Peccatum non ſolum aduerſatur gratiæ, ſed etiam rationi. 361

Peccatum minuit inclinationem ad virtutes. pag. 368

Peccatum Originale.

Errores circa peccatum originale referuntur. pag. 345

In quo conſiſtat peccatum originale? 350

An ſit peccatum Adami denominans tantum poſteros peccatores. ibid.

An aliqua poſitiua, & morbida qualitas. ibid.

An priuatio iuſtitiæ originalis. 351. 356. 357. & 397.

Peccatum originale eſt reatus culpæ ex actuali peccato Adami ad poſteros per generationem transfuſum ſingulas animas afficiens. 352. & 362

Peccatum originale qua ratione negetur à Pelagianis iuxta Auguſtinum. 392

Peccatum originale quomodo traducatur ad poſteros. 394

An per voluntatem Dei paciſcentem ſic cum Adamo. ibid.

An quia anima eſt pars hominis qui verè trahitur ex Adamo? 395

An propter debitum iuſtitiæ originalis, & ſanctitatis primo Parenti commiſſa pro ſua poſteritate. 397

Modus, & via, quâ verè traducitur peccatum originale explicatur. 414

Tradux peccati originalis eſt libido, & concupiſcentia, non tamen eſt ipſum peccatum formale. 407

Peccatum originale transfunditur in poſteros ab Adamo, non ab Eua. 420

Quomodo contrahatur, exemplo Diui Thomæ oſtenditur. 422

De eius traduce Auguſtinus, & Thomas conſentiunt. 422. 423

Peccati originalis pœnæ numerantur, quoad corpus. pag. 423. *quo ad animum* à p. 426. ad 430.

Quæ ſit eius pœna poſt hanc vitam. à p. 430. ad 436

An futura ſit ſenſus, quamuis mitiſſima ibid.

Variæ circa illam authorum ſententiæ. ibid.

Peregrinus.

Cui confiteri debeat. 505

Petrus.

Petrus eſt ſummus Pontifex à Chriſto inſtitutus. 34. 35

Petrus eſt immediatè conſecratus Epiſcopus à Chriſto. 35

In quibus Petrus fuit æqualis cum cæteris Apoſtolis, & in quibus ſuperior. 27

Petri poteſtas fuit ordinaria. 27. & 36

Petro ſoli vti capiti Eccleſiæ à Chriſto datæ ſunt Claues. 15

Pœnitens.

An ſint pœnitentes, qui poſſint eligere confeſſarium, quem velint? 509. & *qui ſint?* ibid.

An id poſſit Prælatus non Religioſus. 510

An huic ſatis ſit ad confitendum ſacerdoti alieno licentia petita à proprio, & non obtenta. 511

Teneatur ne ſub peccato mortali implere pœniten-

nitentiam leuem? 530
An teneatur acceptare, & implero, ſi grauis ſatisfactio ſit? ibid.
An poſſit remittere totam ſatisfactionem ad Purgatorium? ibid.
Implens ſatisfactionem, omnem pœnam pro qua ei imponitur, ſoluit. 532
Valet ne ſatisfactio exhibita per alium, ſi id imponat confeſſarius? ibid.
Nequit iuſtam mutare pœnitentiam; poteſt nimiam authoritate propria. ibid.

Pœnitentia.

An liceat Catholico in Eccleſia Græca Sacramentum Pœnitentiæ à Sacerdotibus Schiſ*maticis non denunciatis accipere?* 210. & 219.
A Sacramentum Pœnitentiæ validè fiat à Sacerdote Hæretico tolerato. 212
Pœnitentia conſtat peccatis tamquam materia, & abſolutione tamquam forma. 236
An ſit ſimpliciter omnibus Adultis peccatoribus neceſſaria. 237.238.487
An requirat ſubiectum ſaltem attritum? 238
Non debet pœnitentem deterrere; vnde opus eſt, vt ſit idonea, & moderata. 531
Attendenda eſt in ea danda diſpoſitio perſonæ. ibid.
Mutari poteſt per aliam idoneam, ſi pœnitens ſibi impoſitæ ſit oblitus; ibid.
Poteſtatis Eccleſiaſtic*æ, & temporalis exactiſſima deſcriptio, & comparatio.* 25. 26

Poligamia.

An liceat? 597. *An Coniugium vnius viri, cum pluribus fœminis, ſit intrinſecè malum?* 597
An è contra vnius fœminæ cum pluribus viris.ibid.
Cur Poligamis pœnæ à iure ſint indictæ. ibid.

Poteſtas.

Poteſtas Eccleſiaſtica non excludit temporalem. 23.24.25
Poteſtas confitendi quomodo delegetur. 505
An facultas delegata expiret morte delegantis. ibid.
An poteſtas conceſſa eligendi Confeſſarium extinguatur per primam electionem. 510

Præceptum.

De præcepto fidei. 199
De præcepto communicandi. 308
De præcepto conſecrandi vtramque ſpeciem. pag. 278

Prælatus.

An teneatur confeſſario pœnitentis ad ſe accedenti dare abſoluendi facultatem à reſeruatis. 523
Vtrum frangatur ſigillum, ſi ſcire velit, quis ſit pœnitens, qui petit per Confeſſarium licentiam à reſeruatis. 528
Quid? ſi dare nolit facultatem, niſi declarato genere peccati? ibid.
An Prælatus non Epiſcopus, licet Religioſus, ſine commiſſione poſſit concedere indulgentias. 540
An id illis liceat ſaltem vi conſuetudinis.ibid.

Presbyteratus, Presbyter.

Vide Sacerdos.
Sitne Sacramentum? 565
Duos habet Presbyter gradus characteris. ibid.
Presbyteri ordinatio duas colligit materias, & duas formas. 567.*quæ ſint?* ibid.
Sitne ceremonia accidentalis impoſitio manuum in presbyteratus ordine? ibid. *an eſſentialis?*
Si ordinetur per ſaltum validè ne ordinetur? pag. 569
Quam poſtulet ætatem in recipiente. ibid.

Prima Tonſura.

Non eſt ordo, nec Sacramentum. 563
Quomodo conſeratur? 568
Prima tonſuræ non eſt capax fœmina? ibid.
Quo tempore conferri ſolet? 569

Prohpetia.

Donum Dei, & triplici modo collata. 91.92
Propheta, an Chriſtus fuerit? ibid.94.
Etiam fœminis communicata. ibid.129
Lumen Propheticum an ſit obſcurum. 94

Purgatorium.

Quid ſit? & cur nomen hoc horreant Hæretici. 533
Neceſſitas illud ponendi. ibid. 534
Sitne vnum, an plura? ibid.*vbi ſit?* ibid.
Quem habeat ſitum? ibid
Puriores ſunt degentes in Purgatorio, quam in Limbo, licet acrius puniantur. 535

Q

Quantitas.

Qvantitas eſt ſubiectum immediatum aliorum accidentium. 291.293
Quantitas in Euchariſtia quomodo conſeruetur? 292
An quantitas in Euchariſtia poſſit pati, & corrumpi? 29

An ſit eadem materia? 293. 298
Quantitas dat accretionem. 294
An conſiſtat in aptitudinali extenſione? 298
An poſſit conſtitui in indiuiſibili? ibi.

R

Raptus.

DVplicis eſt generis. 631. in quo genere dirimat matrimonium. ibid.
Quibus pœnis mulctetur raptor? 613. 614

Religioſus.

In eligendo Confeſſario paret Superiori. pag. 505
An ſi habeat facultatem à ſuo Prælato confitendi cuilibet Sacerdoti, extendatur ad non approbatum. 511
Cur à Religioſis plura reſeruentur peccata, quam ab Epiſcopis. 518
Quæ ſint Religioſorum peccata reſeruata. ibid.

Reſeruatio.

De peccatis reſeruatis, à quibus reſeruentur, quæ ſint &c. vide Peccatum Epiſcopus. Papa, &c.
Vtrum expiret morte reſeruantis. 525

Reſurrectio.

Qualiter credendum myſterium Reſurrectionis. 188

S

Sacerdos,

AN Sacerdos Græcus in azymo, & Latinus in fermentato poſſit conſecrare. pag. 224
An Sacerdos, qui in nocte peccauit, manè poſſit celebrare miſſam. 304
Quatenus liceat Sacerdoti non ieiuno conficere, & ſumere Euchariſtiam? 305
Sacerdos paſtus non poteſt conſecrare pro communicando ægroto. 305
Sacerdos miniſtrans in peccato mortali Euchariſtiam peccet, ne mortaliter? 308
Solus Sacerdos legitimè ordinatus, eſſe poteſt miniſter ſacrificij Miſſæ, qui quamuis malus validè ſacrificat. 318
Sacerdotes ſunt ſucceſſores Diſcipulorum Chriſti, & Epiſcopis inferiores. 33
Quatenus liceat Sacerdoti pro miſſa ſtipendium accipere. 326
Sacerdos habens iuriſdictionem poteſt vbique abſoluere ſubditos. 505
An Sacerdos ordinarius poſſit delegare poteſtatem alteri Sacerdoti. ibid. quid de delegatis dicendum. ibid.
An quilibet Sacerdos poſſit abſoluere omnia peccata iam confeſſa 509
An non confeſſa poſſit abſoluere in articulo mortis, etiam cenſuras &c. ibid.
An poſſit eligi ineptus præſente idoneo. ibid, pag. 507
Qui ſine iuriſdictione abſoluit peccat grauiter, & nullam facit abſolutionem? 519
Vtrum poſſit abſoluere pœnitentem à non reſeruatis, & mittere ad alium circa reſeruata? 520
An ex oppoſito poſſit abſoluere reſeruata, & mittere ad alium circa non reſeruata. 520
Eſt miniſter vnctionis. 527. an quilibet? ibid.
An Sacerdos excommunicatus? ibid.
Poteſt ne ſimplex Sacerdos conferre ordines maiores, aut Epiſcopatum? 570
Poteſt ne aſſiſtere matrimonio Hæreticorum pag. 587

Sacramentum.

Quæ ſit Sacramentorum neceſſitas? 237
An dent gratiam in momento ſi nullus ſit obex? 240
Qui ſit ordinarius Sacramentorum miniſter? ibi.
Sacramentorum Nouæ, & Antiquæ legis differentia? 231. 233
Sacramenta legis Moſaycæ alia fuere communia, alia priuata. 230
Sacramenta nouæ Legis cauſant phyſicè gratiam: Veteris moraliter. 230. 233. 300. & 243.
Sacramenta Antiquæ legis plura fuere, quam legis Nouæ. 233
Quare noſtra Sacramenta ſint ſeptem? 234
Sacramentorum Author non poteſt eſſe homo. ibi
An neceſſario conſtent materia, & forma ſacramentali? 235. 236
An iſtorum forma debeat eſſe expreſſa? 235
An ſemper includant materiam, & formam. pag. 236
An Sacramentorum forma ſit intrinſeca materiæ? ibi
Sacramenti materia, & forma debet eſſe firma, & conſtans, nec mutari à quoquam ſubſtantialiter poteſt. 236

Qui

Qui ſit finis ſacramentorum ? 237
Sacramenta habent pro vltimo, & communi effectu ſolam gratiam ſanctificantem, pag. 238
Qui ſint illorum ſpeciales effectus ? ibi, 239
An omnia poſſint dare primam gratiam? 249
An præter gratiam dent etiam alia dona, & habitus. 239
An illa dent iuxta cuiuſque diſpoſitionem ? ibi.
Ad hoc vt Sacramenta teneant, illorum miniſter debet habere ſaltem intentionem faciendi, id quod facit Eccleſia. 268
An validè conferantur, & fiant ab Heretico tolerato. 209. 331

Sacrificium.

Quid ſit Sacrificium ? 318
An ſit actus virtutis Religionis. ibi
Ad quid ſacrificia ſint inſtituta. ibi
A quo inſtituta ? a Deo ? ibi
An in Eccleſia ſit vnicam tantum ſacrificiũ. pag. 315
An ad rationem ſacrificij Miſſæ requiratur panis, & vinum. 317
A quo offeratur ſacrificium Miſſa. 318
Quomodo ſit infiniti valoris. 320
Sacrificium Euchariſtia eſt Vicarium ſacrificij Crucis, à quo accipit virtutem, & fructum. 340
Sacrificium Miſſæ quomodo dicatur, & ſit æternum. 341
Oblatio panis, & vini Melchiſedechi figurauit ſacrificium Miſſæ. 342

Sanguis Chriſti.

Sanguis Chriſti in Euchariſtia, quid ſignificet ? 276
Quando definat eſſe ſanguis in Euchariſtia ? pag. 294
An ſi ſanguini Chriſti immiſceatur vinum, conuertatur in ſanguinem, ſeu conſecretur ? 294
Vi cuius ſit ſanguis Chriſti in Euchariſtia ? pag. 295.896
An totus ſanguis Chriſti ſit in Euchariſtia, an ille ſolus, qui effuſus eſt in paſſione ? pag. 295.296
Sanguis Chriſti qualiter ſit infinita virtutis ? pag. 298

Sanctitas.

Sanctitas miniſtri non requiritur ad valorem Sacramentum. 242

Satisfactio.

Eſt pars Sacramenti pœnitentiæ. 529
Non eſſentialis ad Sacramentum. ibid.
An dum impletur conferat effectum aliquem gratiæ ex opere operato ? ibid.
An ſit ex præcepto à Sacerdote imponenda, & à pænitente implenda ? 530
Satisfactio duplex. ibid.
Per opera alioquin præcepta, impletur ſatisfactio ? nec ne ? 531
An valeat, ſi exhibeatur in peccato mortali. ibid.
An ſtatim ea poſita remittatur pæna ? 532
Differt ab impetratione, & in quo ? 536
Satisfaciens priuatur ſatisfactione alteri data. ibid.
Satisfactio pro multis oblata imminuitur erga ſingulos. ibid.
Debeat ne ſatisfaciens pro defuncto ex theſauro Eccleſiæ eſſe in gratia, vt conſequatur effectum. 545
Proſint pro defunctis ſatisfactiones, quæ fiunt in peccato lethali. nec ne ? 547

Schiſma.

Schiſma, quid ſit, & an ab Hæreſi diſtinguatur. ar.3.
Schiſmatis diuiſiones exponuntur. art.3.
An ſchiſma poſſit contingere ſine peccato ? art.3.
An qui ex metu ſeparatur ab Eccleſia Romana, & à Papa ſit cenſendus Schiſmaticus. art.3.
An ad Schiſma requiratur pertinacia ? ar.3.

Schiſmaticus.

Verum liceat Sacramenta recipere à Schiſmaticis ? 210

Scriptura Sacra.

Sacræ Scripturæ libri recenſentur. a pag. 69. *illorum autho res proferuntur. ibid.* 77.
Scriptura Sacra inſpirata eſt à Deo. 78. 83
Scriptura Sacra Eccleſiam probat eſſe, & Eccleſia ſcripturam eſſe docet ſine circulo vitioſo. 78.83
Sacras ſcripturas, qui hæretici negent. 82.83
Sacram ſcripturam obſcuram eſſe contra hæreticos probatur. à fol. 137. *ad* 144. *Obſcuritas ſcripturarum ipſorum met hæreticorum teſtimonijs probatur* 141. & 142.
Obſcuram ſcripturam ſuis verſionibus Hæretici reddunt. 142
Scripturarum ſenſus numerantur. 144
Quotuplex illius ſit ſenſus conſtat. 144.148
Quadruplex eſſe ſtatuitur. 148
Litteralis ſenſus, qui ſit ? & an eiuſdem loci multiplex eſſe queat ? 149.150

Sen-

Senſus Allegoricus ſcripturæ quis ſit? quis Tropologicus? quis Anagogicus? 151
Omnes ſenſus myſtici poſſunt eſſe litterales. pag 149. 152
Scripturæ ſenſus accomodatitius proponitur. pag. 152
Scripturas interpretandi regulæ. 153. 155

Semen.

Non eſt inanime, dum eſt in corpore. 147
Non eſt purum excrementum. ibid. eſt vehiculum virtutis generatiuæ. 407. 414. ex eo generatur immediatè anima vegetatiua, & ſenſitiua. 414

Sigillum.

Confeſſionis ſigillum præceptum Diuinum eſt. pag. 525
Quomodo violetur? ibid. Vtrum ex pænitentia reuelata? 527
Cuius pæna reus ſit frangens ſigillum? 529
An incurrat irregularitatem? ibid.

Sponſalia.

Sponſalia quid ſint? 617
Formula ſit per verba de futuro. ibid. non eſt ſimplex promiſſio, ſed mutuus contractus; atque adeo repromiſſionem includit. ibid.
Eorum obligatio grauis eſt. ibid. & 619
Prima per ſecunda ne iurata quidem diſſolui queunt. 618
Quando ex ſecundis, niſi teneant, oritur graue damnum tunc ea tenent, non prima. pag. 618
Sponſalia ficta quatenus, & quomodo valeant? pag. 619
Sponſalia per vim extorta, an, & quatenus valeant. 620
Dubius de ſponſalibus, quomodo ſe gerere debeat. 620
Ad ſponſalia, quæ ætas requiratur. 620. 621
An ſint valida ante ætatem legitimam. 621
Sponſalia dirimuntur per ingreſſum Religionis. 622
Dirimuntur item per votum Religionis. ibid. & per votum ſimplex caſtitatis. ibid. 623
Sponſalia impuberum, quam vim habeant. pag. 623
An & quomodo per abſentiam ſponſi dirimãtur? 624
Sponſalia conditionata, quatenus teneant, & deficiant. 624. & ſeq.
Ex fornicatione, quomodo diſſoluantur? quomodo ex deformitate? 627. Quomodo ex paupertate? quomodo ex aſperitate, & ſæuitia ſponſi dirimantur. 628
Sponſalia per quodlibet matrimonium dummodo ſit validum deficiunt. 629
De impedimentis ſponſalium, quis legitimus iudex futurus ſit. 629

Status Naturæ.

Status Innocentiæ non habuiſſet Sacramenta legis. 229
Status naturæ lapſæ habuit aliquod genus ſacramenti ad delendum peccatum originale. ibi 230
Status legis ſcriptæ plura habuit Sacramenta. pag. 233

Subdiaconatus, Subdiaconus.

Eſt certum eſſe Sacramentum. 565
Quamuis ſit ordo alius à Diaconatu, non eſt tamen aliud Sacramentum. 566
Quæ ſit materia? quæ forma Subdiaconatus. pag. 627
Quæ teneatur præſtare munia? 568

Suffragia.

In quo diſcrepent ab Indulgentijs? in quo conueniant? 535
Quis ſit hic communicandi modus, & quotuplex? 537
Certum nè ſit hæc prodeſſe defunctis? 545

Superior.

An teneatur ſubdito petenti dare facultatem confitendi alteri reſeruata. 521. & ſeq.
An ſi iudicet expedire, vt ſciat peccata ſubditi, poteſt hunc obligare ad ſibi confitendum? pag. 524
An ob anguſtias temporis poſſint audire reſeruata, & abſoluere, & pro alijs mittere ad alterum. 524
Vtrum teneatur ex ſigillo ad tacendum, ſi ſubditus ab eo petat licentiam pro reſeruatis? pag. 527

T

Teſtis.

QVi teſtes ſint idonei ad matrimonium? pag. 586

Tonſura.

Tonſura capitis clericalis fuit moris antiqui. pag. 586
Quam gerat ſignificationem? ibid
An clericus omittens tonſuram peccet mortaliter? ibid. quid ſi omittat habitum? ibid.

Tranſubſtantiatio.

Quid ſit tranſubſtantiatio? 286

Digitized by Google

Tranſubſtantiatio propriè ſit in Euchariſtia? pag. ibi
Quid ſit terminus formalis tranſubſtantiationis in Euchariſtia? 286. 288
An tranſubſtantiatio ſit actio mixta ex creatiuo, & conſeruatiua? 289

V

Vbi.

AN vbi Circumſcriptiuum excludat definitiuum. 290
An vbi poſſit conſeruari ſine re quam afficit? pag. 291
Quid ſit vbi definitiuum? 298

Verſio.

Verſiones Bibliorum, quot fuerint, ſintue? pag. 110. 125
Verſio Chaldaica cuiuſmodi ſit? 110
Qui libri Chaldaica lingua editi fuerint. 110
Verſio Syriaca, quæ nam? et quorum librorum ſit? 210
Verſio Græca quotuplex. ibid. *Verſio ſeptuaginta Interpretum, an ſit Canonica,* 111. 118
Verſiones Aquilæ, Symmachi, & Teodotionis expenduntur. 112. 115
Verſio Origenis mixta ex ſeptuaginta interpretum, & Theodotionis translatione. 118
Verſiones latinæ numerantur? Itala quæ fuerit? quæ vetus? 118
Vulgata Hieronymi quantæ authoritatis ſit. pag. 119. *& ſeq.*
Verſio vulgata verbum Dei continet. pag. 120. *&* 121.
Ea iure à Concilio Tridentino latinis omnibus anteponitur. 119. 128
Defenditur à Calumnijs Hæreticorum, ibid.
Verſiones Hæreticorum ſuſpectæ. Earum errores proferuntur. 129. 136

Veſtis.

Qualiter vtendum veſtibus Infidelium? pag. 222. 223

Vinum.

Vinum non conſecratum immixtum conſecrato non fit conſecratum. 294
Vini dolium in quod cecidit aliqua pars Vini conſecrati habendum eſt pro conſecrato. 247
An vinum congelatum valeat ad conſecrandum. 281

Virtus.

Virtus Theologica verſatur immediatè circa Deum, tamquam obiectum. 466
Virtus infuſa concurrit ad ſubſtantiam, acquiſita verò ad facilitatem, & modum. 472
Eſt conformis naturæ rationali. 368. 370

Vitium.

Eſt diſſonum naturæ rationali. 368

Vnctionis Sacramentum.

Quænam Hæreticorum colluuies Sacramentum vnctionis expungant? & quare. 550.
Illud admittunt Catholici. ibid. *quis illius author?* ibid. *An Chriſtus.* 551
Quomodo explicetur locus Iacobi loquentis de extrema vnctione, ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus. 551
Effectus huius vnctionis, qui ſint? 558. *& ſeq.*
Sit ne miniſtrandum infirmitate tantum laborantibus, an etiam decrepitis? ibid.
Quod tempus inſtitutioni huius aſſignetur? pag. 562
Quæ ſit Sacramenti huius materia? 553
Sitne benedictio olei de neceſſitate huius Sacramenti, an præcepti? ibid.
Debeatne benedictio olei eſſe neceſſario Epiſcopalis? 554
Quæ ſit materia proxima? ibid. *quis numerus vnctionum?* ibid. *quæ ſit eiuſdem forma?* ibid.
Quæ verba ſint de eſſentia formæ. ibid.
An verba formæ exprimentia ſenſus ſint de eſſentia eiuſdem formæ. 555
Requiratur ne in forma mentio Trinitatis. ibid.
An verba illa formæ, quidquid peccaſti *mutari poſſint in hæc* ſi quid peccaſti. ibid
Quodnam ſit ſubiectum huius Sacramenti? ibid.
Dandum ne ſic pueris non capacibus Euchariſtiæ ob ætatem? 555
Requiritur voluntas actualis in recipiente? ibid.
An debeat dari alicui, de quo conſtet peccaſſe, minimè verò pænituiſſe? ibid.
Vtrum ſit conferendum naufragantibus, ſuſpendendis? ibid. *Vtrum mulieri in partu. pag.* 556
Debeatne expectari extremum periculum, & præmitti Viaticum? ibid.
An poteſt miniſtrari bis? 556
An detur præceptum ſuſcipiendæ vnctionis? pag. 557
Illud per negligentiam omittere, quodnam peccatum ſit? ibid.
Huius Sacramenti miniſter. vide Sacerdos?
An poſſit eſſe non Sacerdos? 558. *an plures debeant,*

debeant, & poſſint eſſe miniſtri? ibid.
Ceremoniæ iſtius Sacramenti. 558
Quomodo vngendi ſenſus, qui deſunt? ibid.
Quis ſit primarius effectus huius Sacramenti. ibid.
Quis vnctionum numerus? 559
An vltima expectetur vnctio, vt conferatur gratia Sacramenti? ibid.
Sint ne omnes vnctiones de neceſſitate Sacramenti. 560
An renuente Sacerdote omnes ponere vnctiones, habeatur Sacramentum, ſi aliquam ponat? 560
Breuis quidam, ac celer vngendi modus vrgente neceſſitate. 561

Votum.

Quando, & quomodo matrimonium ſoluit. pag. 603
An votum Continentiæ annexum ordinibus ſacris ſoluat matrimonium ratum? ibid.
Votum quoad obligationem pendet ab acceptatione Diuina. 48

Vulgata.

Vulgata Hieronymi probatur, & defenditur. pag. 124

Vxor.

Vxor tenetur maritum ſequi, quando commode poteſt. 595
Si hac ſine cauſa à marito recedat, non tenetur is eam alere. ibid.
Vxor plebeia tenetur ad labores domeſticos. ib.
Vxor putans maritum mortuum, & alteri nubens, priore redeunte ad illum debet redire. 610

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google